Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FLAVII
IOSEPHI
OPERA OMNIA

AD

Græcorum exemplarium fidem
recognita emendatáq;.

Addita CHRONOLOGIA *non minus luculenta quàm necessaria.*

INDEX præterea locupletissimus.



Cum CAES. Maiestatis priuilegio

EX OFFICINA FROBENIANA
M·D XXCII.

KAISERLICHE KOENIGLICHE
WIEN
HOFBIBLIOTHEK

XVI. Antiquitatum libro, cap. iuxta vulgatas editiones ſeptimo, iuxta Græcorum diſtinctionem quàm ille ſequutus eſt XI, deſiderabatur integra pagina, & in calce eiuſdem libri non multo minus: id cuius culpa acciderit incertum eſt, ſic & in alijs paginis. Itaq; omnia ad exemplum Græci codicis accuratè diſtincta, meliori fide ab eo reddita, ſtilo pleniore, nec rudiore tamen certè, iam ante habuiſti, lector, nũc verò exemplis prius excuſsis feliciter expeditis vt & hãc nouam editionem tibi etiam gratiorem redderemus, compendij ergò, ſumma cũ diligentia CHRONOLOGIAM, ad caput vnuſcuiuſq; folij adiecimus, cùm ex veterum, tum recentiorum ſcriptorum cõmentarijs, nec non ſcholia neceſſaria in communem rei literariæ vtilitatem recens concinnata. Cumq; præterea hæc Ioſephi Antiquitatũ Latina conuerſio, iuxta q̃ Græcum exẽplar eſſet diſſecta, antiquæ tranſlationi capitum diſtinctione non conſonaret, viſum nobis eſt, vetuſtam diuiſionem in ſtudioſorum gratiam, margini annotare, quo loci inde à ſcriptoribus ante hanc noſtram editionem citati, facilius inueniri poſsint: quod quidem more noſtro fecimus; quo quicquid literis deditorum vſui iudicamus conducibile, vſque in medium proferre ſtudemus.

Vale bene, & induſtriam noſtram fauore mutuo amplectere.

TESTI-

probes præter facundiam. Doctiores sunt alij, vt imbuti philosophia, sed magno discrimine. nam qui Epicureorum, aut Peripateticorum non multo saniorum duntaxat quod ad pietatis dogmata attinet sectam secuti sunt, pro suis affectibus multa prodũt tam inutilia, vt ne noxa quidem careant. quid enim bonæ rei potest expectari à tollentibus immortalitem animorum, & diuinam prouidẽtiam? & hi ferè proponunt sibi celebranda quædam vasta verius q̃ magna ingenia, Xerxes, Alexandros, Cæsares. Plus bonæ frugis haurire licet ex accedentibus propius ad Academicos Stoicósve, qui res laudatorum principũ aut populi Romani, præsertim illius prisci, transmiserunt ad posteros. huius generis sunt, Plutarchus, Dionysius, Xenophon, Polybius, & Latini aliquot qui sibi grauitatem ceu peculiarem vindicant. Sed longè vtilissima, nec iniucũda est sacra historia, olim propter excellentiam & claritatem, sed maximè propter certissimam sinceriss imamq; veritatem, etiã profanis expetita regibus, patrum priscorum mores, vitas, resq; tam domi quã foris gestas continens: quiq; eius cõpendium scripsit, & vbi illa defuit reliquam vsq; ad suam ætatem attexuit, Iosephus vir patriarum literarum cognitione nemini suæ gentis secundus, externæ verò literaturæ studijs vel cum Philone conferẽdus, facundia pollens quæ plus virium quam fucorum habeat, nec minus philosophum quam historicum deceat: quem non est opus prædicare prolixius, quãdo ipse satis ostendit qualis fuerit, modestissimè vitam suam scribens; quæ nunc primùm in præsenti operum eius editione legi potest à Latinis hominibus. Huius scriptoris monumenta cum circũferrẽtur, & passim ab omnibus suo merito tererẽtur, Rufino vt titulus pollicetur interprete, olim Græce linguæ cuidam peritissimo ac Hystoriarum studiosissimo, nunquam persuaderi potuit antiquitates Iudaicas ab eo viro versas: vel quod nõ referrent peritum vtriusque linguæ hominem qualis Rufinus fuit habitus suo seculo: vel q̃ stilo belli Iudaici essent dissimiles. Id Antiquitatũ opus dudum ante ex officina meorum piæ memoriæ parentum prodierat, conflatum ex duobus exẽplaribus mutilis, è diuersissimis petitis orbis tractatibus: bono tamen casu euenerat, vt vtrunq; egregiè suppleret lacunas alterius: deinde verò multis requirentibus Latinam versionẽ nouam, patris mei felicis recordationis nec non aliorum amicorũ hortatu, susceptа prouincia tyrocinium vertendi in eo scriptore posuit, supra dictus vir ille industrius, qui cùm deprehẽdisset interpretum & multa in latinis deprauata, & quibusdã locis deesse versus non paucos, ea summa diligentia castigauit atq; suppleuit. Vt in

XVI. Antiquitatum libro, cap. iuxta vulgatas editiones ſeptimo, iuxta Græcorum diſtinctionem quàm ille ſequutus eſt XI, deſiderabatur integra pagina, & in calce eiuſdem libri non multo minus: id cuius culpa acciderit incertum eſt, ſic & in alijs paginis. Itaq; omnia ad exemplum Græci codicis accuratè diſtincta meliori fide ab eo reddita, ſtilo pleniore, nec rudiore tamen certè, iam ante habuiſti, lector, nũc verò exemplis prius excuſsis feliciter expeditis vt & hãc nouam editionem tibi etiam gratiorem redderemus, compendij ergò, ſumma cũ diligentia CHRONOLOGIAM, ad caput vniuſcuiuſq; folij adiecimus, cùm ex veterum, tum recentiorum ſcriptorum cõmentarijs, nec non ſcholia neceſſaria in communem rei literariæ vtilitatem recens concinnata. Cumq; præterea hæc Ioſephi Antiquitatũ Latina conuerſio, iuxta q̃ Græcum exẽplar eſſet diſſecta, antiquæ tranſlationi capitum diſtinctione non conſonaret, viſum nobis eſt, vetuſtam diuiſionem in ſtudioſorum gratiam margini annotare, quo loci inde à ſcriptoribus ante hanc noſtram æditionem citati, facilius inueniri poſsint: quod quidem more noſtro fecimus; quo quicquid literis deditorum vſui iudicamus conducibile, vſque in medium proferre ſtudemus.

Vale bene, & induſtriam noſtram fauore mutuo amplectere.

TESTI-

TESTIMONIVM D. HIERONYMI de Ioſepho.



Oſephus Mathathię filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, à Veſpaſiano captus, cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam veniens, ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis imperatoribus patri filiōq; obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt. Et ob ingenij gloriā ſtatuam quoq; meruit Romæ. Scripſit autē alios viginti Antiquitatū libros, ab exordio mundi, vſq; ad decimumquartum annum Domitiani Cęſaris, & duos ἀρχαιότητος aduerſum Apionem grammaticū Alexandrinum: qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaicæ cōtinentem ſcripſerat. Alius quoq; liber eius, qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in quo & Machabæorū ſunt digeſta martyria. Hic in decimo octauo Antiquitatum libro manifeſtiſsimè confitetur, propter magnitudinem ſignorum Chriſtum à Phariſæis interfectum, & Ioannem Baptiſtam verè prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Iacobi Apoſtoli dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem de domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Ieſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libēter vera ſuſcipiunt: plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus. Cūq; inuidia noſtrorum principum crucī eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum dilexerant perſeuerauerūt. Apparuit enim eis tertia die viuus, multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus: & vſq; hodie Chriſtianorum gens, ab hoc ſortita vocabulum, non defecit.

AVTO-

AVTORES QVORVM POTISSIMVM TESTIMONIO PARTIM COMPROBATO, partim confutato, Ioſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

Acuſilaus Argiuus
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhiſtor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Ariſtæus
Ariſtoteles
Beroſus Chaldæus
Cadmus Mileſius
Caſtor Chronographus
Chæremon
Chœrilus poeta
Conon hiſt.
Demetrius Phalereus
Dius hiſt.
Ephorus
Eſtius
Euhemerus
Eupolemus
Hæcatæus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus
Heſiodus
Hieronymus Aegyptius
Homerus
Iſidorus
T. Liuius.
Lyſimachus
Manethon
Menander Epheſius
Mnaſeas Damaſcenus
Mochus
Nicolaus Damaſcenus
Pherecydes Syrius
Philon ſenior
Philoſtratus
Polybius Megalopolitanus
Policrates
Poſidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophraſtus
Thucydides
Timæus
Zopyrion

FLAVII
IOSEPHI
ANTIQVITATVM
IVDAICARVM
Liber Primus.

Proœmium, quod cauſam Operis & ſummam complectitur. CAP. I.

A  VI ad ſcribendas hiſtorias ſe conferunt, non unã neq; eandem ſui propoſiti cauſam habere mihi uidentur; ſed plures, easq; multum inter ſe differentes. Quidam enim oſtentandæ eloquẽtiæ cauſa, gloriæq; ex ea captandæ, ad hoc ſtudiorũ genus ſe applicant. alij, quò gratiã illis referrent, quorum res geſtas ſcribendas ſibi ſumpſerũt, eum laborem etiam ſupra uires ſuſceperunt. ſunt, quos res ipſa compulit, ut quibus gerendis interfuerãt, ea ſcripto complexi in uulgum proderent. nec defuerunt, qui res inſignes cognituq; dignas in obſcuro latére non ferrent, atq; ideo narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex iam dictis cauſis poſtremæ duæ me quoq; ad idem permouerunt. Bellum enim quod cum Romanis habuimus, & res in eo geſtas, ac demum euẽtum, quæ omnia præſens ipſe didici, narrare coactus ſum propter quoſdam qui ſcriptis ſuis ueritatem deprauârunt. Præſens uerò opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu non iniucundũ fore. Complectetur enim uniuerſam nõſtræ gentis antiquitatem, formamq; Reipublicæ, ex Hebraicis literis tranſlatam. Cogitaueram equidem & antea, iam tum cùm hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, unde primùm oriundi Iudæi, quàm varia fortuna uſi, ſub quali legiſlatore ad pietatem cæterasq; uirtutes inſtituti, quibus bellis per tot ſecula geſtis, inuiti ad poſtremum contra Romanos bellum fuerint pertracti: ſed quoniam prolixius erat hoc argumentum, ſeorſim illud propriè dicato opere exorſus, uſq; ad finem ſuum perduxi. Procedente dein tempore, ſicut uſu

Hiſtoriæ conſcribẽdæ cauſæ uariæ.

Ioſepho quæ huius hiſtoriæ contexendæ cauſa.

Operis huius argumentum.

C uenit his qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quçdam ac ſegnicies mihi inceſſit, tantam materiam in alienam ac peregrinam linguam traducturo: ſed fuerunt, qui cupiditate cognoſcendi ad opus me adhortabantur, & præcunctis Epaphroditus, uir cùm omnis generis diſciplinarum, tũ uerò rerum geſtarum peritiæ cumprimis auidus, ut qui ipſe in maximis negocijs & uarijs fortunæ caſibus uerſatus, in omnibus eximiã naturæ indolem prę ſe tuliſſet, incõcuſſumq; uirtutis ſtudiũ perpetuò retinuiſſet. Huic igitur morẽ gerẽs (ſicuti ſemper eorũ honeſtis ſtudijs aſsẽtiri ſoleo, qui ad aliquid utile aut honeſtũ inuitãt) & ꝙ me mei pudebat, ſi uiderer ignauiã ſpecioſiſſimo labori ãteponere, uires animũq; reſumpſi: ſimul hac quoq; reputatione non leuiter permotus, quòd & maiores olim noſtri exteris ſua benignè communicauerunt, & Grçcorũ nõnulli res noſtras cognoſcendi ſtudium habuerunt. Itaq;

Lingua Græca cõſcriptũ hoc opus à Ioſepho. Epaphroditus.

D i nueniebã literis proditum, quòd Ptolemæus ſecundus eius nominis Rex, diſciplinis colligendisq; libris deditus, magnoperè contẽderit legem noſtram, eiusq; inſtituta, & uiuendi formam pręſcriptam, in Gręcum eloquium transferri. Eleazarus autem, Pontificum noſtrorũ nemini uirtute ſecundus, Regi hanc utilitatem non inuidit, reclamaturus omninò, niſi conſuetudinem haberemus à maioribus acceptam, res bonas & honeſtas non celare. Proinde mihi quoq; conuenire duxi, ut & Pontificis noſtri imitarer magnanimitatem: & hodie quoque Regis illius multos perſimiles putarem, quod ad diſcendi cupiditatem attinet. neque enim totam ſcripturam adeptus eſt ille, ſed Legem ſolam ei tradiderunt Interpretes, qui ob hoc Alexandriam miſſi fuerant. Sunt autem innumera ſacris literis prodita, ut quæ quinq; millium annorum hiſtoriam in ſe complectantur, in qua diuerſi ſunt inopinati caſus, uaria belli fortuna, multa Imperatorum præclara facinora, multæ rerum pu-

Iudæi exteris ſua benignè cõmunicarunt.

Ptolemæum Philadelph. hebraicas leges Græcũ ſermonẽ trãſferendas curauit.

Lex Moſaica à LXX. Interpretib. græco ſermone donata anno Mũdi 3704. & ante Chriſtũ nãtum 267.

Huius hiſtoriæ utilitas.

blicarum mutationes. In uniuerſum autem ex huius potiſsimùm hiſtoriæ lectione cognoſcere licet, quòd his qui Dei uolũtati obſequuntur, & leges benè latas tranſgredi uerentur, omnia proſperè ſuccedũt ſupra quàm credi poſſit, & felicitatis illis præmium à Deo proponitur. quòd ſi ab illarũ diligenti obſeruatione diſcedant, neq; conſilia eorum exitum inueniunt, & boni ipſorum opinione conatus in calamitates immedicabiles deſinũt. Quapropter iam nunc lecturos hæc uolumina adhortor, ut Deo mẽtem adhibeant, & legiſlatorem noſtrum probent, num naturam Deo dignam animaduerterit, & uirtuti eius conueniẽtes ſemper actiones aſſignauerit, puramq; ſuam narrationẽ ab omni, qualis apud alios eſt, fabularum uanitate conſeruauerit: tametſi quãtum ad longitudinem temporis, rerumq; uetuſtatem attinet, impunè poterat quælibet mendacia confingere. Fuit enim ante annos bis mille, cùm ad tot retrò ſecula etiam Poëtæ ne deorũ quidem ſuorum natales, nedum mortalium leges aut res geſtas referre auſi fuerint. Sed hęc omnia procedẽs oratio accuratè ſuo quæq; ordine docebit, ita ut nos facturos ſumus polliciti, neq; ſubtrahendo quicquã, nec addendo. Cæterùm, quoniam fermè omnia pendent à Moſis legiſlatoris ſapientia, neceſſe habeo paucis de illo præfari, ne quem fortè cogitatio ſubeat, quî factum ſit, ut quũ Operis inſcriptio res geſtas polliceatur, tam multa ad naturæ cognitionẽ ſpectantia ſcriptis noſtris inſeruerimus. Scire igitur oportet, quòd uir ille ante omnia neceſſarium exiſtimauit, uel ui tam ſuam rectè diſpoſituro, uel alijs leges poſituro, ut in primis naturæ Dei cognitionẽ haberet, atq; ita conſideratis eius operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in ſuis uiribus eſt, & ſectari conetur. alioquin abſq; hac cõtemplatione neq; legiſlatorẽ ipſum unquam bonam mentem ſibi paraturũ, neq; ſcripta eius ullum momentum ad uirtutem auditorum allatura, niſi ante omnia diſcerent, quòd Deus, cùm ſit parens omnium ac dominus, omniaq; contueatur, eis quidem qui ſe ſectãtur, felicem uitam donat: qui autem à uirtutis tramite digrediũtur, illos magnis calamitatibus inuoluit. Hanc doctrinam ciues ſuos docere uolẽs, non à pactis aut conuẽtis & mutuo circa hæc iure leges eſt auſpicatus, quemadmodum alij ſolent: ſed ad Deum & mundum ab eo conditum erectos mente, & perſuaſos quòd in terris pulcherrimum Dei opus ſimus homines, cùm iam ad pietatem haberet obſequentes, facilè deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alij legiſlatores priſcas fabulas ſequuti, pudenda hominum peccata in deos ſuos uerbis tranſtulerũt, atq; hoc pacto hominibus malis magnum incitamentũ ad maliciam addiderunt. at noſter legiſlator poſteaq̃ puram putam uirtutem habere Deum docuiſſet, cẽſuit pro ſe quẽq; adniti oportere, ut in partem eius aliquam peruenire poſſit: in eosq; qui neq; ſapiũt hæc, neq; credunt, ſcueriſſimè animaduertit. Ad hoc igitur præſcriptum uolo Lectorem hæc noſtra examinare. namq; ſic conſiderantibus nihil uel abſurdum, uel Dei magnificentia & benignitate indignum eſſe uidebitur, omnia enim ſumma concinnitate iuxta Vniuerſi naturam ſunt diſpoſita, partim ita ut dignum erat à legiſlatore obſcurè indicata, partim decentiſſimis allegorijs conueſtita, partim etiam diſertè expreſſa, nimirum quæcunque abſque ambagibus erant proferenda: quorum cauſas ſi quis ſingillatim conſiderare uellet, ſublimis inde & ualde Philoſophica ſpeculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quòd ſi Deus longiorem ætatem conceſſerit, abſolutis, quæ nunc tractamus, ut illa quoque perſcribantur, operam dabimus: nunc ad rerum ſeriem uertemus ſtylum, præmiſſis, quæ Moyſes narrat de mundo condito: ea è ſacris codicibus ita, ut inuenimus, tranſſumpta, in hũc fermè modum ſe habent.

Adhortatio ad Lectorem.

De Moſis ſapientia.

Legiſlatorum norma.

Moſis & aliorũ legiſlatorum diſcrimen.

Homò pulcherrimum Dei in terris opus.

Præfationis epilogus.

Ann. Mũ. 1. Ante Chriſtum natum 3970.

Mundi creatio, & elementorum diſpoſitio. CAP. II.

I. Caput, ſeu ſectio uetuſtæ diuiſionis.

Gen. 1. Primi diei opus.

IN principio creauit Deus cœlum & terram. Hæc cùm in conſpectum non ueniret, alta caligine tecta, ſpiritusq; eam ſupernè permearet, lucem Deus fieri iuſſit: qua facta, conſiderata tota materia, diſcreuit lucem à tenebris: & his nomen impoſuit noctẽ, illã uerò diem appellauit, ueſpere & mane uocabulo exordijs lucis & quietis indito. Atq; hęc quidẽ prima dies extitit: Moſes aũt unam eam dixit. Cuius cauſam poſſem equidẽ & nũc reddere: ſed quoniã promiſi me omniũ cauſas proprio uolumine cõſcriptas editurũ, in illud tempus hãc quoq; rationẽ differam. Poſthæc ſecũda die cœlum uniuerſitati rerũ ſuperimpoſuit, diſcretũ à cęteris, & ſeorſum per ſe collocatũ, glacieq; circumpactũ, & humida ac pluuia natura ob terram irroratione iuuãdam aptè temperatũ. Tertia uerò terrã ſtatuit, mari undequaq; circũfuſam: eãdemq; die continuò plantæ ſimul & ſemina è terra ſunt exorta. Quarta uerò cœlum ſole ac luna, alijsq; ſideribus exornauit, manda-

Secundi diei.

Tertij.

Quarti.

A mandato eis dato, ut ſuo motu & meatu temporũ anni reuolutionem manifeſtè indicarẽt. Quinta uerò die animantia, tum natatilia, tum per ſublime uolantia, per altũ perq; aërem dimiſit, copulata priùs & ad congreſſus genituræ cauſa comparata, quò genus eorũ creſceret ſimul ac multiplicaretur. Sexta autẽ die quadrupedum genus condidit, maſculo & fœmineo ſexu diſtinctum: in hac uerò hominem etiam finxit. atq; ita mundum ſex omninò diebus, & omnia quæ mundo continentur, Moyſes facta eſſe dicit. Septima autem requieuiſſe Deum, & ab operibus ceſſauiſſe, quamobrẽ etiã nos uacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellãtes eam Sabbatum: quę vox requiem Hebręorũ lingua ſignificat. *Quinti.* *Sexti.* *Septimi dici quies.* *Sabbatum.*

QVINetiã naturã interpretari poſt ſeptimã diem Moyſes incepit, de hominis fabricatione in hunc modũ diſſerẽs: Finxit Deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum B ſpiritum & animam: homo autem hic uocatus eſt Adamus. ſignificat aũt hoc Hebręorum lingua rufum: quandoquidem è rufa humo fermentata eſt factus. talis .n. eſt virgo terra & uera. Statuit autem Deus coram Adamo animaliũ genera, tam maſculina quàm fœminina ei oſtendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoq; nominantur. Videns autẽ Adamum carentem ſocietate & conuictu fœminæ, (nondũ enim erat) mirantemq; quòd reliquę animantes ita ſe haberent: ſopito illi coſta una exemta, mulierẽ ex ea formauit: moxq; ut eſt adducta, ex ſe productam Adamus agnouit. Iſſa autem Hebręorũ lingua uocatur mulier. huius aũt nomen erat Eua: id ſignificat matrem omnium uiuentium. Narrat pręterea, Deum hortum ad Orientem plantaſſe omni uirenti ſtirpe: & in his fuiſſe arborem uitæ, & aliã ſcientiæ, per quam dignoſceretur bonum à malo. in hunc hortum cùm introduxiſſet C Deus Adamum cum fœmina, iuſsit eos ſtirpium curam habere. Rigatur autẽ hic hortus ab uno amne, uniuerſam in circuitu terram luſtrãte, qui in quatuor partes finditur. Horũ qui Phiſon nominatur (ea uox multitudinẽ ſignificat) ad terram Indiam delatus, in illud ſe pelagus exonerat: Græcis Ganges appellatus. Euphrates aũt & Tigris in rubrum mare exeũt: quorum Euphrates uocatur Phora, id ſignificat uel diſperſionem, uel florem. Tigris autem Diglath, quod interpretatur auguſtus ſimul & uelox. Geon autẽ AEgyptum mediam ſecat: id nobis ab oriente exortũ ſignat, quem Greci Nilũ appellant. *Gen. 2.* *Hominis creatio.* *Terra uirgo & uera.* *Nominũ origo.* *Fœminæ creatio.* *Iſſa.* *Eua omnium uiuentium mater.* *Paradiſus.* *Vitæ arbor.* *Scientiæ arbor.* *Paradiſi amnis partes quatuor, 1. Phiſon, Ganges. 2. Euphrates, Phora. 3. Tigris, Dilath. 4. Nilus, Geon.*

PORRO Deus Adamum & uxorem de cæteris ſtirpibus guſtare iuſſit, una arbore ſcientiæ ſolùm illis interdixit: prę- III. monitis, ſi attigerint, exitium eis affuturum. Cùm autẽ per id tempus nullum eſſet inter animalia diſſidium, & ſerpens familiariter cũ Adamo ac fœmina degeret, inuidebat eis fe- *Præceptum, ſcientiæ arboris guſtus interdictum.* D licitatem uenturam, ſi iuſſis Dei parérent: & ratus in calamitatem caſuros, ſi mãdata neglexiſſent, maliciosè perſuadet mulieri ut de arbore ſcientię guſtaret, aſſeuerãs ineſſe ei uim dignoſcẽdi boni ac mali: de qua ſi guſtaſſent, beatam nihiloq; deteriorem diuina uitam acturos. atq; hoc pacto mulierem ſubuertit, ut mãdatum Dei cõtemneret: quæ guſtato arboris fructu, ciboq; hoc delectata, etiã Adamo uſum eius perſuaſit. iamq; ſe nudos ſentiebant, & de tegmẽto ſibi diſpiciebãt. arbori enim acuminis & cogitandi uis inerat. Folijs igitur ficulneis ſeſe texerũt: atq; ita cõuelatis pudẽdis, uidebantur ſibi feliciores, qui inueniſſent quo priùs carebãt. Deinde cùm Deus in hortũ ueniſſet, Adamus antea familiariter cũ Deo colloqui ſolitus, cõſcius ſibi iniuſticiæ ſecedebat. Deus aũt miratus cauſam, ſciſcitabatur, quid ita priùs delectatus ſua cõſuetudine, nũc fugitaret ac latitaret? Illo uerò tacẽte præ cõſcien- *Serpens Euam tentat.* *Euæ & Adami lapſus.* *Dei cum Adamo colloquium.* E tia, non ſeruati præcepti, Deus ita infit: Equidem proſpexerã uobis, quomodo uitam felicẽ omnisq; mali expertẽ uiueretis, nulla noua cura in animo ſolicitati, omnibus quæcunq; ad uſum ac uoluptatem conferunt, ſua ſponte uobis proueniẽtibus, mea prouidentia, citra omnem ueſtrũ laborem aut ſolicitudinem: quibus fruentes uos neq; ſenectus celeriter opprimeret, & uita diuturnã longè proferretur. At nũc hanc meam ſententiam uiolaſti, mandato meo contempto. non enim propter uirtutem taces, ſed propter malam conſcientiam. Adamus aũt excuſabat peccatum, & iram Dei deprecabatur, culpam in uxorem referens, & dicens, ab illa deceptũ ſe peccauiſſe: at illa ſerpentem accuſabat. Tum Deus mulctauit eũ, quòd muliebri conſilio ceſſiſſet: terramq; poſthac fructus ſponte non editurã dixit: laborãtibus autẽ & opere attritis alia daturam, alia negaturã. Euam autẽ parturitionibus & hoc F genus doloribus caſtigauit, eo q̃ ipſa à ſerpente decepta, Adamũ eiſdem dolis illectũ in calamitates conieciſſet. Quin & ſerpenti uocem ademit, iratus ob maliciã, qua erga Adamum fuerat uſus: uenenũq; linguæ eius indidit, & hoſtẽ eorũ declarauit: admonuitq; caput eius plagis impetendum eſſe, tum quòd in hoc pernicies hominis ſita ſit, tum q̃ ipſa beſtia hoc pacto facillimè ab ulciſcẽtib. opprimẽdus eſſet: pedibusq; priuatũ, fecit humi in ſpiras ſerpere. His pœnis impoſitis Deus Adamum & Euam ex horto in aliã regionem tranſtulit. *Adamus iræ Dei deprecatur.* *Adami pœna.* *Euæ pœna.* *Serpentis pœna.* *Semen mulieris, hoc eſt Chriſtus, cõteret caput ſerpentis, Gen. 3.* *Adamus cũ Eua paradiſo ejicitur.*

IV.

De poſteritate Adami, & decem ætatibus uſq; ad diluuium. CAP. III.

Gen. 4.

A. M. 15. Ante Chri. natũ 3956. *Cain ætatis putatur.*

A. M. 30. Ante Chri. natũ 3941. *Abeli natiuitati aſſcribitur. Paſtio. Aratio inuẽta.*

A. M. 70. *uel (ut uulg) 100.* Ante Chri. natũ 3901. *uel (ſecũdum alios) 3871. Sacrificium Cãini & Abelis. Abel interficitur. Dei cum Caino colloquium. Caini fratricidiũ punit Deus. Naida. Cain poſt Dei caſtigationẽ peior effectus. Mẽſuræ et põderacogitata. Agrorũ termini. Vrbium extructio. Enoſa urbs prima. Caini ſoboles. Enoſus. Iaredus. Malaleel. Mathuſala. Lamechus. Iobel. Paſtoralis uita. Muſica. Res militaris. Æraria. Caini ſoboles ſceleratæ.*

A. M. 930. Ante Chri. natũ 3041. *Adamus moritur: ætatis ſuæ 930. Sethus, eiuſq; poſteri. Sideralis ſcientia. Cœleſtium rerũ cognitio columnis duab. inſcripta.*

NAti ſunt autem & eis filij mares duo. horum prior appellatus eſt Cain, quod interpretatur Acquiſitio: Abel autẽ ſecũdus, ea vox Luctum ſignificat. Natæ ſunt eis etiam filiæ. Hi fratres ſuis quiſq; ſtudijs intenti erant. Abel iuſticiam colebat, & omnibus actionibus ſuis Deum preſentem ratus, uirtuti operam dabat. paſtoralis autẽ eius erat uita. Cain uerò, quùm alioquin etiã peſſimus eſſet, lucrumq; ſolum ſpectaret, terram quoq; arare primus excogitauit: ac fratrẽ etiam interemit tali de cauſa. Quũ uſum eis eſſet ſacrificare Deo, Cain agri & arborũ fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum. Huius ſacrificiũ Deo fuit acceptius, quòd ſponte naturæ genitis conſtaret, quàm ea quæ homo auarus & induſtrius per uim quandam à natura extorſerat. ideo Cain ægrè ferens prælatum ſibi à Deo Abelem, interfecit fratrem: & cadauere eius abdito, rem clam fore putabat. Quo cognito Deus uenit ad Cain, rogans de fratre, ubínam eſſet? multis .n. diebus ſe non uidiſſe eum, quẽ reliquo omni tempore cum ipſo uerſari animaduertiſſet. Tum Cain anxius, nec habẽs quod reſpõderet Deo; primùm ſe quoq; demirari ait, quî factũ ſit, quòd frater nuſquã compareat. Inſtãte uerò Deo, & accuratiùs inquirẽte, iam commotior, negauit ſe pedagogũ aut cuſtodem eſſe fratris, aut rerum eius. Hîc iam Deus coarguit Cain parricidij, mirari ſe dicens, q̃ negaret ſe quicquam de fratre ſcire, quem ipſe interemiſſet. & ſupplicii quidem quod cẽde cõmerũerat, ei remittit, ſacrificio placatus ne grauiùs in ſupplicẽ ſeuiret: ſed eum execrabilem reddidit, ſeq; poſterorum ſeptimã progeniem puniturũ eſſe cõminatus: & ex illa regione extorrem unà cum uxore fecit. Illo autem timente, ne oberrans in feras incideret, atq; ita periret, ſecurum eſſe iuſſit quod ad hoc periculum attinet, & impauidè terras omnes peragrare: & ſigno ei indito quo noſci poſſet, abire procul iuſſit. Cain autẽ multas regiones unà cum uxore emenſus, tãdem Naidæ cõſedit, (id loci nomen eſt) atq; illic ſedem fixit, ubi etiã liberos procreauit. Cęterùm tantũ abfuit ut hac caſtigatione in melius uitam mutauerit, ut peior etiam ſit factus, omnibus uoluptatibus uel cum aliorum iniuria indulgẽs: & facultates domeſticas per uim ac rapinas accumulans, accitis undecũq; latrociniorum & nequitiæ ſocijs, magiſter illis ad facinoroſam uitã eſt effectus. Adhæc ſimplicem hactenus uiuẽdi rationem, excogitatis ntenſuris & põderibus, immutauit, priſtinamq; ſinceritatem & generoſitatem ignaram talium artium in uerſutiam deprauauit. Primus agrorum terminos fixit, urbemq; extructam & cõmunitam coactis in unum domeſticis inhabitandam tradidit, Enoſæ nomine impoſito, ab Enoſo liberorum natu maximo. Is Iaredũ genuit, ex quo Malaleel, & ex eo Mathuſãla eſt progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos habuit ſeptuaginta ſeptẽ, ex duabus ſuſceptos uxoribus, Sella & Ada. Ex his Iobel ex Ada natus, tabernaculis conſtructis paſtoralẽ uitam amauit. Iubal uerò germanus eius, muſicæ operam dedit, pſalterium q; & citharam inuenit. Thobel autem unus ex altera uxore prognatorum, uiribus excellens, rem militarem egregiè tractauit, cuius artibus quæ ad corporis uoluptates pertinerent, ſibi comparauit. quin & æraria primus eſt commentus: & filiæ factus eſt pater unius, nomine Naamæ. Porrò Lamechus diuinarum rerum peritus, uidẽs pœnas ſe exoluturum parricidij à Caino perpetrati, uxoribus ſuis hoc indicauit. Cæterùm ſuperſtite etiã tũ Adamo, Caini ſoboles ſceleratiſſima euaſit, dũ poſterior quiſq; fit deterior: nec ſolùm imitatur priorũ uitia, ſed & ſuperat, interim nec à bellis, nec à latrocinijs temperando: & qui à cædibus abſtinebant, alioquin auarè & ſuperbè inter ſuos uiuebant. Adamus autem, qui primus è terra factus (ut ad illum oratio noſtra recurrat) poſteaquàm Abel eſſet mactatus, & Cain propter cædẽ ſolum uertiſſet, liberis operã dedit: quòd magno prolis deſiderio teneretur, annos iam natus triginta ſupra ducẽtos: quibus cùm acceſſiſſent ſeptingẽti, tandem uita defunctus eſt. ex huius liberis, quos cõplures habuit, fuit etiã Sethus. ſed quia de alijs lõgum eſſet narrare, de ſolius Sethi poſteris diſſeram. Hic educatus, ubi eò ætatis uenit, ut iam quod rectũ eſt diſcernere ualeret, uirtutis ſtudijs ſe dedidit: & cùm ipſe uir optimus euaſiſſet, etiã nepotes ſui imitatores poſt ſe reliquit. qui quoniam erant omnes bona indole præditi, & patriam abſq; ſeditione incolebant, in perpetua felicitate uitam exegerunt: & ſideralem ſcientiam ac cœleſtium rerũ cognitionẽ excogitauerũt. ne autẽ inuenta ſua ex hominum noticia dilaberentur, & priùs perirent quàm pernoſcerẽtur, ſcientes Adamũ uniuerſalem rerum interitum præciniſſe, unum incendio, diluuio alterum, excitatis duabus columnis, una latericia, altera lapidea, utriq; ſua inuenta inſcripſerunt: ut ſi latericiam diluuio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam

A piam faceret, & quæ inſcripta continebat, ſpectanda exhiberet, * aiunt enim lapideam illã ab ipſis dedicatam, quæ noſtris temporibus extat in terra Syria.

* *Hic locus in Græco mutilus eſt, & ſententiã hanc eſſe puto: uel lapidea igne abolita, maneret lateritia. Manet autẽ lapidea ad hũc diem in Syria.*

De diluuio: & quomodo Noe in arca cum familia ſeruatus, habitârit in campo Senaar. CAP. IIII.

TIN hunc modũ per ſeptem generationes perſeuerauerunt, unũ Deum colẽtes, omniũ rerum dominum; ſemperq; uirtutis reſpectũ habentes. Procedente dein tempore à patrijs inſtitutis degenerârunt, neq; humana iura ſeruantes, neq; Deo cõſuetos honores perſoluẽtes. & qui priùs certatim uirtutẽ exercuerãt, poſtea duplo maiore ſtudio malitiã conſectabãtur: atq; ita Deũ infenſum ſibi reddiderũt. nam multi angeli Dei cum mulieribus congreſſi, progeniẽ procreauerũt inſolentẽ, & fiducia roboris omne ius & fas contemnentẽ: quorum facinora non abſimilia his quæ de Gigantibus Græci memorãt, poſteritati ſunt tradita. Noë aũt facta eorũ moleſtè & indignè ferens, ſuadebãt ut in melius mẽtem ac opera ſua transmutarent: uerùm cùm uideret illos ſibi nõ parére, totóſq; uitiorum dulcedini ſuccumbere, ueritus ne & ſe & familiam ſuã interimerẽt, ſecedẽs cum ſuis in aliã regionẽ migrauit. Et Deus uiri iuſticia delectatus, non illorũ ſolùm maliciam damnauit: ſed cùm decreuiſſet uniuerſum humanum genus extinguere, aliudq; nouũ & à uitijs purum inſtaurare, primùm uitam eorum breuiore ſpacio circumſcripſit: & abrogata longæuitate, intra centũm & uiginti annos coërcuit, dein continentem tetram in pelagi faciem tranſmutauit, atq; ita genus illud aboleuit uniuerſum. Noë autem ſolus eſt ſeruatus, diuino oraculo uiam euadendi & rationem edoctus talem: Arcam quatuor contignationum extruxit, lõgitudine cubitorũ CCC. latitudine L. patentem in altum cubitos XXX. In eam cum matre liberorũ ſuorum, eorũq; coniugibus cõſcendit: impoſitis priùs quæ ad uitã ſuſtẽtandam forẽt uſui, & omne genus animãtibus ad ſeminarium conſeruandũ iugatim pro ſexus ratione introductis, & quibuſdã ex his ad ſeptenarium uſq; numerũ. erat autem arca tam tecto quàm lateribus firmis, contra omnem uim tempeſtatum, & undarum inſultum. In hunc modum ſeruatus eſt Noë cum familia, gentis ſucceſſione ab Adamo decimus. nam Lamecho eſt genitus, cui pater fuit Mathuſala. hic autem Enochi fuit filij Iaredi, Malahelo geniti: qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat, Enoſi filio. Enc ſus uerò Sethi filius erat, Adami nepos. Contigit autẽ hæc uaſtitas anno principatus Noë ſexcenteſimo, menſe ſecundo, qui Dius à Macedonibus uocatur, ab Hebræis Marſonane. ſic enim AEgyptij diſtinxerant annum. Moſes autem Niſan, qui eſt Xanthicus, mẽſem primum in ſuis Faſtis ordinauit, quòd in eo Hebræos ex AEgypto eduxiſſet. eũdem etiam omniũ quæ ad rem diuinam pertinerent, exordiũ fecit: alioqui quod ad nundinationes rerum uenaliũ, reliquamq; diſpenſationẽ anni attinet, nihil de priſtino ritu immutauit. Vim aũt imbriũ cœpiſſe ait uigeſimaſeptima iam dicti menſis, poſt annum ab Adamo primo homine bis milleſimũ ſexcenteſimũ quinquageſimum ſextum. hoc ſpatiũ temporis relatũm eſt in ſacros codices, diligenter annorantibus illius temporis hominibus illuſtriũ uirorum tam natales quàm obitus. Adamus ſiquidem, qui nongentos & triginta uixit annos, cùm eſſet triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus eſt. Sethus autem ducenteſimo & quinto anno genuit Enoſum. qui dum duodecim & nongentos uixiſſet ãnos, Cainano filio ſuo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centeſimo nonageſimo. hic uixit annos quinque & nongentos. Cainan cùm uixiſſet decem & nongentos annos, Malahelem filium reliquit, quem genuit anno ætatis centeſimo ſeptuageſimo. Is Malahel cùm uixiſſet quinq; ac nonaginta & octingẽtos annos, defunctus eſt, Iaredum filium relinquẽs, quem genuit quum ſexaginta duorum & centum eſſet annorum: uixitq; annos nongẽtos ſexaginta duos. Huic Enochus filius natus, cùm ſexaginta duorum & centum annorum pater eius exiſteret: qui exactis trecentis ſexaginta quinque annis, diſceſſit ad Deum: unde finis eius non inuenitur eſſe conſcriptus. Mathuſala autem Enochi filius, centeſimo octogeſimo ſeptimo ei natus anno, Lamechum filium habuit, qui uixit annos ſeptingentos octoginta duos: cui tradidit principatum, quem ipſe tenuerat annis nongentis ſexaginta nouem. Lamechus autem cùm habuiſſet principatum annis ſeptingentis ſeptem, Noë filiũ ſuum rebus præfecit: qui de Lamecho natus eſt, agente annum ætatis ſecũdum & octogeſimum, quiq; nongentis annis rerũ adminiſtrationi præfuit. Hi anni in unam ſummã contracti, ſupraſcriptum tempus conficiunt. Non ſunt autem diſquirendi obitus uirorum illorum: cum liberis enim nepotibũſque ſuis uitam extendebant: ſed natales tantùm eorum

Noe genealogia.

Diluuij tempus.

Niſan uel Xanthicus, (qui nobis eſt Aprilis) Moſi primus mẽſis.

Cõputatio hæc ab Hebræis & LXX. Interpretibus nõnihil recedit.

Enochi finis in ſacris literis non inuenitur cõſcriptus.

V.

Gen. 5. 6. Hominũ ſcelera. Angelorũ (quos Moſes Dei filios nominat Gẽ. 6.) ſtupra et prælia.

A.M. 1536. Ante Chri. natũ 2435.

Noe doctrina.

Noe migratio.

Vita hominum 120. annis circumſcripta.

Diluuium.

Arcæ Noæ fabrica.

A.M. 1656. Ante Chri. natũ 2315.

Diluuij duratio, & descriptio. Gen. 7. 8.

rum in hac ratione sunt spectandi. Cæterùm Deus signo dato imbres emisit: qui cùm qua- A
draginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua super terrã extitit: quæ causa omnem salutem ademit, non habentibus quò se in tutum reciperent: centesima autem & quinquagesima die, postquam pluere desijt, tandem cœperunt aquæ sidere, mense septimo, septimo die mẽsis. Stante deinde arca in uertice montis cuiusdã in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & uidens circa ipsam aliquãtulum terræ, meliore spe cõcepta quie-

Coruus ex arca emissus: item & Columba.

uit. mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit coruũ, cupiens cognoscere si qua alia parte terrarũ aquæ decessissent, ut tutò exscendere posset. at ille comperto totum adhuc stagnare, ad Noë est reuersus. is post septem dies colũbam ad explorandũ terræ statum emisit: quæ cùm lutata & frondem oliuæ ferens rediisset, intellecto terram à diluuio iam esse li-

Noe ex arca egreditur, et Deo uictimas cædit. Apobaterion, locus.

beratam, postquam alios septem dies expectasset, animantes ex arca emisit: & ipse quoque B
cum liberis egressus, mactatis Deo uictimis, epulabatur unà cum familia. Apobaterion, id est egressorium, loco nomen Armenij fecerunt. ibi enim seruatæ arcæ reliquias adhuc ostẽdunt Armenij. Huius autẽ diluuij & arcæ meminerũt omnes barbaricæ historiæ scriptores,

Berosi de diluuio testimonium, & Nicolai Damascæni.

& in his Berosus Chaldæus. narrans enim de hoc diluuio, sic ferme scribit: Fertur aũt & nauigij huius pars in Armenia apud montem Cordyęorum supereſſe, & quosdam bitumẽ inde abrasum secum reportare: quo maximè uice amuleti loci eius homines uti solent. Meminit horum & Hieronymus AEgyptius, qui antiquitates Phœnicum scripsit: & Mnaseas,

Baris mons.

& alij plures. quin & Nicolaus Damascenus lib. XCVI. de his rebus narrat in hęc uerba: Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluuij tempore seruatos ferunt, & quendam arca uectum in huius uertice hęsisse, ac C
reliquias lignorũ eius longo tempore durauisse. qui fortassis is fuit, de quo etiã Moses scribit Iudęorũ legislator.

VI. A.M. 1658. Ante Chri. natũ 2313. *Noe sacrificium & preces. Gen. 8.*

NOE autem ueritus ne Deus damnatis ad interitum hominibus, per singulos annos terrã inundaret, uictimis incẽsis precabatur ut in posterũ pristinus rerũ ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam uniuersum animaliũ genus in salutis periculũ adduceretur: utq; affectis merito supplicio scelestis, parceret innocẽtibus, quos ipse superstites esse uoluerit, & sua sententia absoluerit. alioqui miseriore conditione ipsos fore, & grauiùs damnatos, si non in uniuersum incolumes alteri diluuio reseruarentur, & prioris pauorem ac spectaculum perpessi, & posterioris exitio destinati. orabat igitur; acciperet sacrificium propitius, néue ullam posthac tantam iram cõtra terram conciperet: ut operibus suis eam excolerent, & urbibus extructis feliciter uitam degerent, nullis com- D
modis carentes quibus ante cataclysmum fruebantur, & ad extremã senectutem longæuitatemq; qualis maiorum suorum fuerat peruenientes.

VII. *Deus à Noa exoratur. Homo sibi ipse, non Deus, interitus autor.*

HIS precibus finitis, Deus iustitia uiri delectatus, uotis eius annuit, negans se deletis interitus autorem fuisse: sed ipsos sibi suapte malicia debitas pœnas acciuisse. Si enim deletos cuperet homines, nunquam in hanc uitam eos introducturum fuisse, potius enim esse, ne dare quidem uitam, quàm eos, quibus dederis, perdere. Sed continuis, inquit, contumelijs, quibus pietatem mihi debitam uirtutemq; uiolabant, coëgerunt me uindictam de se sumere. non sum autem posthac

Fœdus Dei cum Noe.

tam iracundè pœnas peccatorũ exacturus, præsertim te deprecatore. Quòd si quando maiores tempestates concitauero, cauete expauescatis ob uim imbrium. nunquam enim in posterum aquæ terram sunt inundaturæ. Iubeo tamen, ut ab humana cæde puras manus F
abstineatis: & qui contrà fecerit, seuerè puniatis. Aliorum animalium usum ad uolũtatem appetitumq; uestrum permitto. dominos enim uos feci omnium tam terrestrium quàm natatilium, & eorum quæ per sublime feruntur, absque sanguine: nam in hoc inest anima.

Humana cædes prohibetur. Animalium usus permittitur.

Arcus cœlestis, seu Iris, signũ fœderis inter Deũ & Noe.

Arcus cœlestis signum uobis erit cessaturæ meæ iaculationis. nam irim, arcum esse Dei, apud illos sancitum est. His mandatis & promissis Deus abijt.

VIII. *Noe ætas 950. annis. Antediluuiani cur tam lõgæui.*

NOE autem cùm post diluuium supersuxisset CCCL. annos, totumq; hoc tempus feliciter exegisset, defunctus est, expletis annis in uniuersum DCCCCL. Nec est, cur aliquis præsentẽ uitam, annorumq; eius paucitatem cum priscorũ rebus conferendo, fidem nobis abroget: aut quia nunc eam non peræquè prorogari uidet, coniecturam hinc de illorũ longæuitate faciat. Illi n. Deo chari quum essent, ipsiusq; recens etiam tum opificium, & commodiore uictu ad diuturnitatem F
uterentur, merito per tam multos annos uiuebant. Præterea tum propter studium uirtutis, tum propter utilitatem inuentarum artium, ut Astronomiæ ac Geometriæ, Deus illis prolixiorem largitus est uitam: quarum certitudinẽ assequi non poterãt, si minus CC. annis uixissent. ex tot enim magnus annus constat.

Annus magnus quæ numero cõstet.

Attestantur autem mihi omnes, qui uel apud Græcos uel apud Barbaros antiquitates literis prodiderũt. Namq; & Manetho AEgyptia-

A ptiarum rerum ſcriptor, & Berosus Chaldaicarum, adhæc Mochus, Hestiæus, Hieronymus AEgyptius, qui Phœnicum res prosequuti sunt, nobiscum consonant. Hesiodus quoq; cũ Hecatæo, Hellanicus & Acusilaus, Ephorus & Nicolaus, narrant priscos illos ad mille annos uitam produxisse. De his igitur quisq; ut sibi uisum fuerit, accipiat. A.M. 1758. Ante Chri. natũ 2213.

De turri Babylonica, deq; linguarum mutatione. CAP. V.

TRes uerò Noë filij, Semas, Iapetus & Chamas, centum annis ante diluuium nati, primi relictis montibus, planiciem habitare cœperunt: & alijs recenti etiam tum cladis memoria pauidis, nec audẽtibus à celsioribus locis descendere idem faciendi autores & exemplum fuére. Campo quem primùm colere sunt aggressi, nomen est Senaar. Cęterùm Deo iubẽte ut propagãdi multiplicandiq; generis gratia colonias deducerẽt, ne inter se discordias exercerẽt, sed multam terrã colẽdo frugũ copia frue rentur; homines rudes non paruerũt. quamobrẽ calamitatibus implicati, offensum illum errore suo sunt experti. Cùm enim florerent iuuẽtutis multitudine, Deus rursum de colonia deducenda admonebat. Illi uerò non putãtes se ipsius benignitate præsentibus cõmodis perfrui, illamq; felicitatem suis uiribus acceptam ferentes, dicto eius non fuerunt obedientes. Et, quod peius erat, cõsilium de colonijs, non fauorẽ numinis, sed insidias interpretabantur, uidelicet quò faciliùs dispersi possent opprimi. AD superbiam aũt Deiq; contẽptum excitabat eos Nabrodes, nepos Chamæ, filij Noë, uir audax & manu promptus: docẽs, non Deo, sed propriæ uirtuti præsentẽ felicitatẽ eos debere. atq; ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat, ratus fore ut homines ad se deficerẽt à Deo, si se illis ducem præberet, opem suam offerẽs contra nouũ aliud diluuiũ intentantem. Turrim enim se exędificaturũ, excelsiorẽ quàm quò aqua ascendere posset: & insuper maiorum suorũ interitum ulturũ. Vulgus autem facilè Nabrodis placitis obtemperabat, ignauum ratus Deo cedere: atq; ita structuram turris occœperunt, nulli labori parcentes, nihilq; sibi ad diligentiam reliquum facientes. Cumq; ingens esset operarum numerus, surgebat opus supra quàm speraſſet aliquis. Crassitudo autem erat tanta, ut proceritatem obscuraret. Struebant autem lateribus coctis, ad firmitatem bitumine ferruminatis. Hanc eorum uæsaniam uidens Deus, delere quidem omnes noluit, quãdo ne priore quidem clade ad meliorem mentem profecerant: sed dissidium in eos immisit, linguis eorum uariatis, ita ut ob diuersitatem sermonis mutuò se nõ intelligerẽt. Locus uerò turris nunc Babylon uocatur, propter cõfusam linguam, quæ priùs omnibus ex æquo clara fuerat. nam Hebræi confusionem nominant Babel. De turri autem hac, déq; linguis hominum mutatis, meminit & Sibylla his uerbis: Cùm uniuersi homines uno eloquio uterentur, turrim ædificauerunt quidam excelsissimam, quasi ad cœlum per eam ascensuri. Dij uerò procellis immissis turrim subuerterũt, & suã cuique linguam dederunt: quæ causa fuit, ut urbs ea Babylonis uocabulum acceperit. De loco aũt qui Senaar in Babylonia nominatur, meminit Hestiæus hoc modo: Aiunt sacerdotes cladis eius superstites, Enyelij Iouis sacra ferentes, in Senaar Babyloniæ peruenisse.

Noe posteris, ut terram colerent, Deus mãdat, cui non obediunt.

IX. *Nabrodes, siue Nemroth, Dei contemptus autor. Gen. 11.*

Turris Babel cõstruitur.

Linguarum confusio.

Babel.

Sibyllæ testimoniũ de turri Babel.

Quomodo Noe posteri per totum terrarum orbem sedes sibi occupauerint. CAP. VI.

ILlinc deinde dispersi sunt passim, propter diuersitatem linguarum colonijs nusquam non deductis: & quò quenque sors & Deus tulit, eam terram cum suis occupauit, ut tam maritima quàm mediterranea cultoribus replerẽtur. Nec defuerunt qui conscensis nauibus ad insulas habitandas traijcerent. Porrò gentiũ quędam adhuc seruant deriuatam à suis conditoribus appellationem: quædam etiam mutauerunt, nonnullæ in familiarem accolis & notiorem uocem sunt uersæ, Gręcis potissimùm talis nomenclaturæ autoribus. Hi enim posterioribus seculis ueterem locorum gloriam sibi usurpauerunt, dum gentes nominibus sibi notis insigniunt, dumq; tanquã ab ipsis originem ducerent, mores quoq; proprios in illas inuehunt.

X. *Gentium nomina unde.*

Quòd gentes singulæ à suis autoribus nomina traxerint. CAP. VII.

ERant aũt Noë filiorum liberi, in quorũ honorem gẽtibus nomina imposuêre, ut quisque terram aliquam occupauerat. Siquidem Iapheto Noë filio, filij fuerunt septem. Horũ sedes à Tauro & Amano montibus incipientes, pertinẽt in Asia ad amnem usq; Tanaim, in Europa usq; Gades, in terris hactenus uacuis occupatæ:

XI. *Gen. 10. Iapheti posteri.*

Galatæ unde oriundi. quo factum eſt, ut ipſorum nomina gentibus imponerẽtur. Quos enim nunc Græci Galatas uocitant, Gomarenſes olim dictos, Gomor cõdidit. Magoges uerò Magogarum à ſe denominatorum fuit autor, qui ab ipſis uocãtur Scythæ. Ex alijs Iapheti filijs Iauane & Mado, ab hoc Madæi deſcẽdunt, Græcis Medi nominati: à Iauane uerò Ionia, totumq; Græcorum genus. Et Thobelus Thobelis ſedem dedit, qui nunc ſunt Iberi: & Meſchini à Meſcho autore appellantur. Cappadoctum .n. appellatio noua eſt, ueteris aũt ueſtigiũ adhuc ſupereſt. Vrbs enim eſt apud eos hodie quoq; Mazaca, ſatis indicans intelligere uolenti, hoc priſcũ fuiſſe genti nomen. Thires aũt Thiras de ſe uocauit, quorũ fuit princeps: eos Græci Thracas dicere maluerunt. Et tot gentes à Iapheti filijs ſunt inſtitutæ. Gomaris autẽ, trium liberorum parentis, unus filius Aſchanaxes originem Aſchanaxis dedit, qui nunc Rhegines à Græcis nominantur: Rhiphates uerò Rhiphatæis, nunc Paphlagonibus: & Thygrammes Thygrammanis, quos Phrygas Græcis libuit uocare. Iauanis item trium filiorum unus Aliſas Aliſæis, ut originem, ita nomẽ dedit, qui hodie ſunt AEoles: pariq; modo Tharſenſibus Tharſus. Sic .n. olim appellabatur Cilicia: cuius rei ſignum eſt Tharſus urbium eius celeberrima, cæterarumq; princeps, prima nominis litera in Tau mutata. Porrò Chetimus inſulam occupauit, tũc Chetimam, nunc Cyprũ. quo factum eſt, ut tum inſulas omnes, tum pleraq; loca maritima Hebræi gentili uoce Chetim ſignificẽt. atteſtatur mihi una è Cyprijs urbibus, quæ adhuc nomen retinet. Citium enim uocatur ab his qui in græcum ſonum uocabulum detorſẽre, ne ſic quidem abludens à Chetimi nomine. Tot gentium fuêre principes Iapheti filij nepotesq;. Cæterùm, quod Græci fortaſſis ignorant, priùs dicam, deinde cœptam narrationem proſequar. Nomina iſta decoris cauſa in græcam formam mutata ſunt ad aurium uoluptatem. noſtrates enim huiuſmodi forma non utuntur: ſed eandem apud nos perpetuò ſpeciem obtinent, nec terminationem uariant. Nochus enim Noë uocatur; eaq; forma nullam uariationem admittit.

Gomaris filiorũ progenies. *Iauanis filiorũ genus.* *Tharſus Pauli Apoſtoli patria fuit: Actor. 9.* *Mutatio nominum unde orta.*

XII. CHAMAE uerò filij eam terram, quæ eſt à Syria & montibus Amano & Libano, obtinuerunt, quicquid eius ad mare uergit occupando, & ad Oceanum uſque ditionis terminos proferendo. uocabula tamen partim omninò euanuerunt, partim ita deprauata ſunt in diuerſum, ut haud facilè agnoſcantur. ex quatuor enim Chamæ liberis Chuſo nihil detrimenti tempus attulit. AEthiopes enim quibus præfuit, nunc quoque tam à ſeipſis, quàm ab Aſianis omnibus Chuſæi nominantur. Meſræis etiam ſua manſit appellatio. AEgyptum .n. Meſren, & Meſræos AEgyptios uocamus, quotquot hãc regionem incolimus. Quin & Lybiæ colonos dedit Phutes, de ſuoq; nomine Phutos dici uoluit. extat & flumẽ in Mauritania hoc nomine: & complures apud Græcos Hiſtorici eius mentionẽ faciunt, ſicut adiacentis etiam regionis, quę Phute dicitur. ſumpſit autẽ præſens nomen ab uno filiorum Meſręi, qui uocabatur Libys. cur autẽ Africa ſit dicta, paulo pòſt docebimus. Quartus Chamæ filius Chananæus Iudæam nunc uocatã habitauit, gentemq; ſuam Chanaan nominauit. Hi quoq; liberos genuerũt, & in his Chuſus filios ſex. quorũ è numero Sabas Sabæorum autor fuit, & Euilas Euilæorum, qui nunc Getuli appellantur. Sabathes uerò Sabathenos, qui Græcis dicuntur Aſtabarri: Sabactas quoq; Sabactenos inſtituit. Romus item Romæos condidit, & duos filios habuit. alter Iudas genti Iudæorum inter occidentales AEthiopes originẽ dedit & nomẽ, Sabæus alter Sabæis. Nabrodes aũt Chuſi filius, manẽs apud Babylonios tyrannidẽ arripuit, ſicut iam antè dixímus. Meſræi uerò filij numero octo, quantum terrarum à Gaza AEgyptum uſq; patet, poſſederunt, ſed ſolius Phyliſtini nomẽ ipſius regio ſeruauit. Palæſtinam enim Græci eius portionem uocant. reliquorum, Lumæi, Enamiæ, Labimi, qui ſolus colonis in Libyam ductis regionẽ à ſe denominauit, tum Nethemi, Phæthroſimi, Cheſlœmi, Chephthomi, præter nomina nihil ſcimus. Bello .n. AEthiopico, de quo ſuo loco dicetur, urbes eorum ſunt euerſæ. Chananæo quoq; filij fuerunt hi: Sidonius, qui & urbem ſibi cognominẽ condidit in Phœnice, Sidonem à Græcis uocatam. Amathus uerò Amathen habitauit, quę adhuc extat, & ab accolis Amathe uocitatur: tametſi hanc Macedones Epiphaniã à quodam ſui generis denominauerunt. Arudæus Arudũ inſulã obtinuit, Arucæus Areen urbem in Libano ſitã. cęterorũ ſeptem, Euæi, Chettæi, Iebuſæi, Eudæi, Sinæi, Samaræi, Gergeſæi, præter nomina nihil in ſacris codicibus ſupereſt. nam Hebręi urbes eorũ exciderũt, quæ clades cauſa habuit hãc:

Gomaris filiorũ progenies. *Iauanis filiorũ genus.* *Tharſus Pauli Apoſtoli patria fuit: Actor. 9.* *Mutatio nominum unde orta.* *Gen. 10. Chamæ filij, ipſorumq; progenies.* *Libya ſiue Africa.* *Chananæorum progenies.* *Nabrodes ſiue Nemrod.* *Paleſtina unde nomnata.* *Chananæi filij.*

XIII. POSTQVAM terra finito diluuio in priſtinã naturã eſt reſtituta. Noë cœpit eã cõkere. quam cùm uitibus cõſeuiſſet, ſuoq; tempore uindemiaſſet, preſſensq; uinũ ad uſum haberet, ſacris priùs operatus epulabatur: ebriusq; factus ac ſopore grauatus, parũ decorè nudatus iacuit. id conſpicatus filiorum natu minimus, per ludibriũ fratribus indicauit: illi

Gen. 9. Noë inebriatur, & à Cham filio deridetur.

paren-

A parentem operuerunt. Senſit hoc Noë: & precatus alijs filijs felicitatem,ne Chamam quidem diris deuouit,reſpectu ſui ſanguinis,ſed tantùm eius poſteros: quas cùm cæteri euaſiſſent,Chananæi liberos ultio diuinà eſt cõſecuta. ſed de his rebus dicemus poſtea. Semæ uerò tertio Noë filio filij fuerunt quinque,qui Aſiam uſque ad Indicum Oceanũ incoluerũt, ab Euphrate propagãdæ ditionis initio facto.nam Elymus poſteros reliquit Elymæos,à quibus Perſæ originẽ traxerunt. Aſſũras Ninũ urbẽ condidit, & ſubditos de ſe Aſſyrios denominauit,quorũ opes præ cæteris floruerunt. Arphaxades eos,qui nũc Chaldæi ſunt,Arphaxadæos nominauit,imperio gentis potitus.Aramæos Aramus tenuit,quos Græci Syros appellant. qui uerò Lydi nunc uocantur,olim Ludi dicti,Ludam autorẽ generis habuerunt. Ex Arami uerò quatuor liberis Vſes habitator Trachonitidis fuit, Damaſciq; conditor. ea

B ſita eſt Palæſtinũ inter & Syriã cognomine Cœlen. Armeniã Otrus tenuit,Getheris Bactrianos: Meſas uerò Meſanæos: nunc Paſini caſtrũ uocatur. Ex Arphaxade prognatus eſt Sales, ex hoc Heberus,à quo Iudæi Hebræi quondã appellabantur. Porrò Heberus Iuctam & Phalegũ genuit,qui natus eſt dum habitationes diſtribuerentur.nam hęc uox Phalec partitionem Hebræis ſonat. Iuctæ uerò Heberi filio liberi fuerunt, Elmodadus, Salephus, Azermothes,Iraës,Edoramus,Vzalis,Daëles,Ebalus,Ebemaëlus,Saphas, Ophires,Euilas, Iobelus. Hi à Cophenę fluuio Indiæ, & pertinentẽ ad eum Syriæ partẽ quandã,habitant. Hactenus de Semæ progenie ſit dictum: nunc de Hebræis erit narratio. Ex Phalego enim Heberi filio prognatus eſt Ragaus: ex hoc Serugus,ex quo Nachores eſt genitus,& ex hoc Tharrus.

C hic Abrami fuit pater, qui fuit decimus à Noë, & natus eſt poſt diluuium anno ſecundo ſupra ducenteſimum & nonageſimum. ſiquidem Tharrus ſeptuageſimo anno genuit Abramum. Nachores cũ eſſet uiginti & octo annorum, genuit Tharrum. de Serugo autem Nachores naſcitur,circa annum centeſimum trigeſimum ſecundum. Ragaus factus eſt Serugi pater, cùm eſſet annorum centum trigintaduorũ. totidem uerò annorum Phalegus, genuit Ragaum. Heberus aũt centeſimotriceſimoquarto ætatis anno genuit Phaleguni, ipſe de Selo prognatus annum nato centeſimum triceſimum: quem Arphaxades genuit quinto & triceſimo ætatis anno ſupra centeſimum. Semæ filius Arphaxades, natus eſt poſt annos duodecim à diluuio. Abrahamus autem fratres habuit Nachoren & Aranen. Ex his Aranes relicto filio Loto, & filiabus Sara & Melcha, in regione Chaldęorum eſt mortuus,in urbe quæ Vra Chaldęorum uocatur: & ſepulchrum eius nunc uſq; oſtenditur. ne-

D ptes uerò ex fratre duxerunt coniuges,Melchã Nachores,Saram Abramus. Cæterùm cùm Tharrus exoſus eſſet Chaldæam, propter luctum Aranis, omnes ſimul migrauerunt Carras Meſopotamiæ: ubi etiam Tharrum defunctum ſepelierunt,anno exactæ uitæ ducenteſimo quinto. Iam enim paulatim ſubtrahebatur de uitæ ſpacijs, uſque ad Moyſis ætatem: poſt quem CXX. annorum terminus Deo finitore eſt ſtatutus,quantum temporis & Moyſes ipſe uixit. Igitur Nachores è Melcha octo filios ſuſcepit, Vxum, Bauxum, Maueelem, Zachamum,Azamum, Pheldam, Iadelpham, Bathuelem. atque hi legitimi Nachoris filij fuêre. nam Thabæum, Gadamum, Tauaum & Macham è Ruma concubina genuit. Porrò Bathueli,uni è legitimis Nachoris filijs,nati ſunt,Rebecca filia, & filius nomine Labanus.

Abramus natus. A. M. 1949. Ante Chri. natũ 2022.

Humanæ uitæ terminus CXX. ãni,ſtatutus poſt Moyſen.

Nachoris progenies.

E *Quomodo Abramus generis noſtri autor,è Chaldæorũ terra profectus, habitauit regionem quondam Chananæam, quæ nunc Iudæa dicitur. CAP. VIII.* XV.

Gen. 11. 12.

ABramus uerò Lotum,Aranis fratris ſui filium,Saræ coniugis ſuæ fratrem,adoptauit, quòd germano filio careret: & cùm iam eſſet annorũ LXXV. monitus oraculo,Chaldęã terrã mutauit Chananęa: quã & ipſe habitauit,& poſteris reliquit: uir rerũ omniũ peritus,& eloquẽs,& in coniectãdo ſagax.Cumq; ſe cæteris ob uir

F tutẽ præferre cœpiſſet,ſtatuit uulgo receptam de Deo perſuaſionẽ conuellere, & in melius uertere. Ergo primus omnium auſus eſt prædicare, unum eſſe Deum rerũ uniuerſitatis cõditorem: de cæteris ſi quid ad felicitatẽ cõferat,non noſtris nobis uiribus, ſed illius uoluntate cõtingere. Hoc uerò ex terræ ac maris obſeruatione colligebat, tum corũ quæ circa ſolem ac lunam & reliqua ſidera uidebat accidere. eſſe nimirum potentiam quandã quæ horũm curam gerat, & omnia decenter adminiſtret: qua ceſſante, nihil noſtris utilitatibus ſeruiturum,cùm nihil ſuapte uirtute polleat, ſed uniuerſa omnipotẽti ipſius uoluntati obſecundent: quapropter huic uni honorem deberi;huic gratias agi oportere. Quamobrem quùm Chaldæi Meſopotamitæq; cæteri cõtra eum inſurgerent, conſilium migrandi cepit, & uoluntate ac fauore Dei fretus terram Chananæam tenuit: ubi ſedibus poſitis,Deo ſtruxit aram, & hoſtias mactauit. Meminit autem patris noſtri Abrami Beroſus quoque,non

Abramus Chananæam petit.

Sapiens.

Primus Dei præco.

Deo ſoli honor debetur.

Deo ara ſtructa.

De Abrahamo teſtimonijs Beroſi,

tamen

tamen eum nominans, his uerbis: Post diluuiũ aũt decima ætate apud Chaldæos erat quidam iusticiæ cultor, uir magnus, & sideralis scientiæ peritus. Hecateus uerò nõ meminit tãtùm obiter, sed librum de eo conscriptũ posteritati tradidit. Nicolaus autẽ Damascenus in quarto historiarum sic scribit: Abrames regnauit apud Damascũ aduena, ut qui cum exercitu uenerat è regione supra Babylonem sita, quæ Chaldæorum dicitur. nec ita multò pòst hinc quoq; migrans cum suo populo, sedem transtulit in terrã tunc Chananæã, nunc uerò Iudeam nominatam: eiusq; posteritas ibi creuit in ingentem numerũ, quorũ res alibi sum narraturus. Abrami uerò nomen etiam nunc est apud Damascenos celebre: & uicus ostenditur, quem uocant Abrami domicilium.

Hecatæi, & Nicolai Damasceni.

Iudæa Chananæa olim dicta.

Abrami domicilium.

A

Quòd fame Chananæam premente Abramus in AEgyptum est profectus: & ibi aliquantisper commoratus, retro unde uenerat est reuersus. CAP. IX.

B

A.M. 2026. Ante Chri. natũ 1945. XVI.

TAme deinde Chananæam terram premente, Abramus audita AEgypti ubertate, proficiscì illuc decreuit, tum ut copijs eorũ frueretur, tum ut sententiam sacerdotum de diuinitate cognosceret: aut secuturus illorũ opinionem, si melior esset: aut ipse rectiora eis commonstraturus, si ipsius sententia melior esset. Cæterùm cùm & Saram secum duceret, ueritus AEgyptiorum libidinem, ne fortè ob excellentem uxoris formam à rege interimeretur, artem commentus est talem: Fratrem eius se finxit, monita priùs, ut ob præsentem necessitatem simulationi suæ subseruiat. Vt autẽ uentum est in AEgyptũ, id quod suspicatus fuerat euenit. iam .n. cõiugis pulchritudinem fama diuulgãuerat. quãobrem Pharaothes gentis rex audita oculis suis cognoscere, ac muliere etiã potiri concupiuit. Huic malæ libidini Deus obstitit, pestilentia & seditione res regis infestans: consultiq; de remedio sacerdotes, quóue modo placandũ esset numen, hanc mali causam responderunt, quòd hospitis matrimonio iniuriã inferre parauisset. Rex territus primùm scitatur, quænam sit, quisue eius comes? cognita deinde rei ueritate, Abramo se purgat: sororem se putasse, non uxorẽ: & affinitatem contrahere, non iniuriam inferre, uoluisse: donatoq; magna pecunia, potestatẽ fecit congrediendi cum AEgyptiorũ doctissimis: quo factum est, ut uirtutis nomine in maximã existimationem ueniret. nam cùm ea gens in diuersos ritus & opiniones secta esset, & per mutuũ contemptum atq; insectationẽ infensis inter se animis agerẽt, collisos inter se eorũ de religione sermones, & à seipsis cõfutatos, uanissimos esse, nihilq; prorsus ueritatis habere declarauit. Ob has dissertationes in precio habitus, ut qui magnã tam intelligendi, quàm eloquendi docendiq; facultatem haberet, & numerorum scientiã & siderũ benignè illis communicauit. nam ante Abrami ad se aduentũ, AEgyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum: quæ à Chaldæis ad AEgyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem peruenerunt. Reuersus inde in Chananæã, agros cũ Loto diuisit. orta uerò inter opiliones contentione de iure ac terminis pascuorum, arbitrium & optionem Loto permisit: ipse contentus relicta sibi portione agri submontani, domiciliũ elegit in oppido Hebrone: id septẽ annis est antiquius quàm urbs AEgypti Tanis. Loto uerò campi cesserunt, & planicies Iordani fluuio contigua, non longè à Sodomorum urbe: quæ tunc bona, nunc diuina ultione ac ira, ut ne uestigiũ quidem supersit, est deleta: cuius rei causa suo loco dicetur.

Gen. 12. 13.

Abramus in Ægyptum migrat.

Ægyptiorum libido.

Ægypti rex Saram rapit.

C

Abramus Ægyptiorum religionem refellit.

Abramus Ægyptios Astronomiam docet.

Disciplinarum progressus.

Abramus cũ Loto fines partitur.

Hebrõ oppidũ.

Tanis urbs.

Sodomorũ urbs.

D

A. M. 2031. Ante Chri. natũ 2940. XVII.

Sodomitarum clades ab Assyrijs accepta. CAP. X.

E

TOdem tempore cùm imperiũ Asiæ penes Assyrios esset, & Sodomitarũ res tam opibus quàm numerosa iuuentute florebant, ut à quinq; regibus administraretur (hi erant Ballas, Bareas, Senabarus, Symoborus, & Balin) suæ quisq; regni parti præpositus: hos Assyrij bello petierũt, diuisisq; quadrifariã copijs sub quatuor imperatoribus, illos oppugnabant: cõmisso tandẽ prælio uictores Assyrij, Sodomitarũ regibus tributũ imperauerunt. cumq; per duodecim annos imperata fecissent, & tributa soluissent, decimotertio defecerũt: quo factũ est, ut noua in eos Assyriorũ expeditio fieret, ductu & auspicijs Marphédis, Ariochi, Chodollogomori, & Thargali. Hi & Syriã uniuersã rapinis uastauerunt, & gigantũ posteros perdomuerunt. cumq; in agrũ Sodomorũ esset uẽtum, castrametati sunt in ualle puteorũ bituminis. tunc .n. putei erant in eo loco: mox uerò Sodomis deletis, lacus ibi, quẽ à scatenti bitumine Asphaltitem dixére, extitit: eo de lacu paulo pòst dicemus. Cæterùm Sodomitæ cum Assyrijs congressi, post acrem pugnam editam, partim in acie ceciderunt, reliqui capti sunt: cum quibus & Lotus captiuus est abductus, qui Sodomitis in auxilium uenerat.

Gen. 14.

Sodomitarũ cũ Assyrijs bellũ I.

II.

Asphaltites lacus.

Loti captiuitas.

F

Quomo-

A *Quomodo Abramus Aſſyrios aggreſſus, tam captiuos quàm reliquam prædam victor reduxit. CAP. XI.*

XVIII. Gen. 14. *Abramus victores Aſſyrios opprimit.*

HIS auditis Abramus, tum Loti cognati, tum Sodomitarũ amicorum ac uicinorum clade commotus, nil cunctatus, in ſuccurſum eorum cum ſuis properauit: & quinta nocte hoſtẽ aſſecutus circa Danum (hoc alteri Iordanis fontium eſt nomen) oppreſſum ex improuiſo, facilè ſuperauit. Securi enim & incauti partim in cubilibus inermes ſunt cæſi, partim præ temulentia pugnæ inutiles in fugã ſe conuerterunt: quos Abramus à tergo ſequenti quoq; luce perurgens, ad Soba Damaſcenorum compulit. Quo facto nemini dubium reliquit, uictoriam non in multitudine militum, ſed in bellatorum alacritate conſiſtere: & uirtutem nulli numero ſuccumbere, ut qui cum trecẽtis decem uernaculis ſuis, & inſuper trium amicorum auxilijs, tantum exercitum profligauerit. quotquot aũt ex hac clade euadere cõtigit, cum ignominia domũ ſe receperũt. Abramus uerò captiuis incolumibus reductis, parta pace, uictor ad ſuos redijt. redeũti rex Sodomitarum, uſq; in locum quem Campum regium uocant, occurrit: ubi à Solymę urbis rege Melchiſedeco eſt exceptus. id nomen interpretatur, rex iuſtus: erat enim reuera talis; ſacerdotio ſummi Dei ob iuſticiam dignus habitus. Sed Solyma, poſterior ætas uocauit Hieroſolyma. Hic Melchiſedecus milites Abrami hoſpitaliter habuit, nihil eis ad uictum deeſſe paſſus: ſimulq; ipſum adhibitũ mẽſę, laudibus extulit, & Deo, cuius fauore uictoria cõtigerat, debitos hymnos cecinit. Abramus cõtrà de manubijs decimas ei dono dedit: idq; ille admiſit. Rex uerò Sodomorũ Abramo prædam omnem cedens, ſolos captiuos ſuæ regionis; quia ſui eſſent, repoſtebat. hanc conditionem ille non accepit, negãs ad ſe quicquam inde rediturum, exceptis alimentis uernarum: amicis tantùm in prædæ partem admiſſis. hi erãt Eſchol, Ennerus, & Mambres. Hac uiri uirtute delectatus Deus: Nõ carebis, inquit, præmio quod pro tot rebus egregiè geſtis tibi debetur. Quo reſpondente, Et quam uoluptatem ita præmia mihi afferre poterunt, cùm hærede caream? (nondum enim pater factus erat) tum Deus & filium illi eſt pollicitus, & poſteritatẽ ex eo tãtam, quæ ſtellas cœli poſſet æquare numero. His auditis, ſacrificium Deo iuſſu ipſius obtulit. Porrò ſacrificij ritus erat hic: Mactata iuuenca trienni, capra trienni, ariete item trienni, cæteras uictimas, ut iuſſus fuerat, diuiſit, ſolis auibus exceptis: deinde priuſquam erigeretur ara, aduolitantibus alitibus ad uictimarum cruorem, oraculum redditur, prænuncians progenitem eius malos uicinos per annos CCC. in AEgypto habituram, quo tempore grauiter afflictos, uictoriam tamen de inimicis reportaturos, deuictisq; Chananæis regionem eorum & urbes occupaturos. Habitabat tum Abramus apud quercum, quæ uocabatur Ogis: id agri nomen erat, non longè ab urbe Hebrone. Cæterùm ægrè ferens coniugis ſterilitatem, ſupplex à Deo petijt, ut prolem ſibi maſculam largiretur. Tum Deus decæterò quoque benè ſperare illum iuſſit; ut qui non temerè Meſopotamiam reliquiſſet: atque inſuper liberos ei non defuturos promiſit. ibi Sara Dei monitu in thalamum eius adducit unam famularum nomine Agaren, AEgyptiam genere, quò liberos ſibi ex ea quæreret. & cùm uterum ſe gerere ſenſiſſet famula, cœpit contemptim habere Saram, ad principatum aſpirans, quaſi ad prolem ſuam dominatio peruentura eſſet. quapropter cùm Abramus uxori eam ad pœnam dedidiſſet, decreuit fugere, non ferens afflictionem: Deumq; rogabat, ut ſui miſereretur. Itaque per deſertum abeunti, occurrit angelus, iubens ut ad dominos reuerteretur: fore enim eam meliore conditione, modò ſe modeſtè gerat. nunc enim ingratitudinis ac arrogantiæ aduerſus heram pœnam luere. Quòd ſi contemptis Dei iuſſis ulteriùs pergeret, exitium eam manere aiebat: ſin retrò rediret, matrem futuram pueri, qui regno eius regionis eſſet potiturus. Paruit illa: & reuerſa ad dominos, ueniam eſt conſecuta: nec ita multo pòſt Iſmaëlem peperit, ut ſi dicas diuinitus exoratum, eo quòd Deus preces matris exaudierit. hunc Abramus ſextum ſupra octogeſimum annum natus, genuit: cùm autẽ nonageſimum nonum attigiſſet, apparuit ei Deus, nuncians quòd è Sara ſuſcepturus eſſet filium. eum iuſſit uocari Iſacum: addens; prodituras ex eo gentes magnas, & reges: easq; iure belli occupaturas uniuerſam Chananęam, à Sydone uſque ad AEgyptum. iuſſit etiã genus ipſius, quod nolebat cum alijs permixtum, pudenda circumcidi, idq; octaua die natiuitatis. cauſam uerò noſtræ circumciſionis dicam alibi. Conſulente uerò Abramo & de Iſmaële, an eſſet uicturus: reſponſum eſt, fore longæuum ſimul, & magnarum gẽtium parentem. Tum Abramus, poſteaquã Deo gratias egiſſet, eueſtigiò circumciſus eſt cum tota familia: ſimiliter & Iſmaël, annũ tũc ãgẽs decimumtertiũ: ipſe uerò pater nonũ iam agebat ſupra nonageſimũ:

Deus fons.

Victoria in quibus conſiſtat.

B

Campus regius. Melchiſedecus rex. Solyma, Hieroſolyma uocata.

C

Gen. 15. Abramo proles Deus pollicetur.

Sacrificij Abramici ritus.

D

Abramo Deus iterũ prolem promittit.

A.M. 2034. Ante Chri. nat. 1937.

Gen. 16. Agar ex Abramo grauida, Saram contemnit. Agaræ perſuadet angelus, ut ad herum reuertatur. Gen. 17. Iſmaeli natiuitas.

E

A.M. 2048. Ante Chri. natũ 1923.

Iſacus Abramo promittitur. Circumciſionis origo.

F

Ego-

Quomodo Deus Sodomitarum gentẽ excidit, flagitijs eorum offenſus. CAP. XII. A

XIX. PER idem tempus Sodomitæ diuitijs & abundãtia pecuniarum elati, tam in homines contumelioſi erant, quàm erga Deum impij, quippe qui neq; beneficiorum eius memineranr, & hoſpites auerſabantur, & mutua inter ſe commercia auerſabantur. His rebus offenſus Deus, decreuit ſuperbię pœnas de illis ſumere, & urbem eorum complanare, & regionem eorũ adeò uaſtam reddere, ut poſthac nec plantas, nec fructum ullum produceret. His ita decretis de Sodomis, Abramus conſpicatus tres angelos (ſedebat aũt ad quercũ Mambræ pro foribus domicilij ſui) ratus eſſe hoſpites, aſſurgens ſalutauit eos, rogauitq; ut ad ſe diuertentes fruerentur hoſpitio. illis uerò annuentibus, iũbet panes è ſimila fieri: & mactatum uitulum, ac aſſatum, ſub quercu diſcumbentibus appoſuit. At illi uiſi ſunt ei comedere: & de uxore quærebant, ubinam eſſet Sara? quo B referente, intus eam eſſe: aiunt, ſe pòſt reuerſuros, eamq; inuenturos iam matrem. Muliere autem ſubridente, & negante fieri poſſe ut liberos gigneret ipſa nonagenaria, è marito centeſimum annum agente: non ſuſtinuerunt ampliùs ſimulare, ſed indicârunt ſe Dei eſſe angelos, & quòd miſſi eſſent, unus nũciatum de filio, duo uerò ad delendos Sodomitas. Quo audito, Abramus indoluit propter Sodomitas; & ſurgens deprecatus eſt Deum, ne promiſcuè iuſtos & bonos cum iniuſtis perderet. Deo uerò negante quẽquam Sodomitarum eſſe bonum: alioqui ſi uel decem inter eos eſſent, omnibus remiſſurum eſſe pœnam: Abramus deſtitit. Angeli uerò peruenerũt Sodoma. & Lotus eos ad hoſpitium inuitauit: quippe homo erga hoſpites humaniſſimus, & benignitatis Abrami diſcipulus. Sodomitæ aũt cùm uidiſſent adoleſcentes forma præſtantes ad Lotum diuertiſſe, ad illudendum per uim C ætati eorum ſunt uerſi. Loto uerò ſuadente, ut continerent ſe, néue in probrum hoſpitum ruerent, ſed hoſpitio ſuo nonnihil honoris haberent: aut ſi temperare ſibi non quirent, filias ſe pro illis eorum libidini exhibiturum: ne ſic quidem parére uoluerunut. Deus autẽ illorum audacia commotus ad iram, ipſos quidem excæcauit, ne in ędes introitum inuenire poſſent: cæterùm Sodomitarum populum uniuerſum ad ſupplicium adiudicauit. Lotus autem ab ipſo præmonitus de futuro excidio, diſceſſit inde, aſſumpta etiam uxore, & duabus filiabus etiam tum uirginibus. ſponſi enim earum monentem de exeundo, contempſerant ut delirum, qui talia diceret. Tum Deus iaculatur telum in urbem, eamq; cum ipſis incolis exurit, & agrum quoque pari deuaſtat incendio: quemadmodum mihi iam dictum eſt in Commentarijs quos de bello Iudaico prodidi. Cæterùm Loti uxor inter abeũ- D dum ſubinde ad urbem reſpiciens, & curioſiùs cladem hanc contra mandatum Dei ſpectans, in ſtatuam ſalis eſt uerſa. Dictum eſt mihi iam & de illa: nam extat hodie quoque. Ipſe uerò cum filiabus in paruum quendam locum euaſit, cui ſoli ignis omnia circàquaq; uaſtans pepercit. is Zoor nunc uſque uocatur, ſic paruum Hebræorum lingua ſignificante. in hac ſolitudine uitam inopem aliquantiſper tolerauit. Puellæ uerò uniuerſum genus humanum extinctum ratæ, æſtu circumuento parente, cum inſcio ſunt congreſſæ, curantes ne totum genus deficeret. Ex hoc congreſſu nati ſunt filij: maiori Moabus, ac ſi dicas è patre: iuniori Ammanus, quod nomen ſignificat filium generis. Horum alter Moabitarum fuit autor, magnæ gentis etiam noſtra ætate: alter uerò Ammonitarum. utrique Syriam Cœlen incolunt. Et in hunc modum Lotus reliquit Sodoma. ABRAMVS autem mi- E

XX. grauit in Gerara Palæſtinæ, Saram quaſi ſororem ſecum ducens, eádem arte qua quõdam, nimirum inſidiarum metu: timebat enim Abimelechum eius loci regem, qui & ipſe amore Saræ captus, ea potiturus erat. eam cupidinem morbus grauis impediuit diuinitùs immiſſus: atque ita medicis deſperantibus, in ſomnis admonetur, abſtineret ſe ab iniuria cõiugis hoſpitis. mox cùm meliuſculè habere cœpiſſet, indicat amicis, quòd Deus ſibi hunc morbum immiſiſſet, uindicans ius hoſpitis, & uxori eius ab iniuria cauens: non enim ſororem eſſe, ſed uxorem legitimam. Hæc locutus, Abramum de conſilio amicorum accerſitũ, ſecurum eſſe de pudicitia coniugis iubet: Deum enim eius curam habere, cuius auxilio nihil turpe paſſam ſe illi reſtituere. idq; ita eſſe, Deum teſtabatur, & mulieris conſcientiam: ac ne expetiturum quidem principio eam fuiſſe, ſi nuptam eſſe ſciuiſſet: ſed cùm ceu ſororem duceret, non peccaſſe. Ad hæc rogabat, ut æquo animo in ſe eſſet, Deumq; propitium redderet. Et ſiue apud ſe manere uellet, nihil ei defore: ſiue abire mallet, deductores eſt pollicitus, & omnia quorum cauſa ad ipſum ueniſſet. Hæc locuto, Abramus nec omninò fictam conſanguinitatem aiebat: eſſe enim fratris filiam: & ſine hac ſimulatione parum tutam peregrinationẽ credidiſſe, ac ne morbi quidẽ cauſam ei ſe fuiſſe fatebatur. quin & ſalu-

tem

Gen. 18. 19. *Sodomitæ flagitioſi.*

Angelos Abramus excipit hoſpitio: qui

Abramo nũciãt filium ſibi naſcẽdum, &

Sodomitas delendos.

Lotus angelos excipit hoſpitio.

Sodomæ exitiũ.

Loti uxor in ſtatuam ſalis uerſa.

Zoor, locus.

Lotiſiliæ à patre grauidatæ.

Moabitæ.

Ammonitæ.

Gen. 20. *Abrami in Gerara migratio.*

Abimelechus Saram rapit.

F

A tem regis ſibi curæ futuram,& manſurũ quoq; cum illo libenter. Tum rex tam agri quàm pecuniarum partem ei ceſſit: & conditiones pacis bona fide utrinq; ſeruandas dixit,fœdere cum eo ſuper puteo quodam icto,qui Berſube uocatur.ea uox iuramenti puteum ſignificat:& id nomen hodie locus ſeruat. Nec ita multo pòſt Abramus filium è Sara ſuſcepit, ſecundum promiſſa Dei,quem Iſacum nominauit. ſic riſus Hebræis ſignificatur: ſiquidem riſus Saræ, dum proles ei iam natu grandi præter expectationem promittitur, in cauſa fuit huius appellationis.ipſa enim erat nonagenaria,Abramus uerò annorum centũ, ipſo anno quo Iſacus eſt natus. Eum octaua mox die circumcidũt:qui mos adhuc Iudæis durat,ut poſt totidem dies circunciſionem celebrent.

Berſube, iuramenti puteus.

A.M.2049. Ante Chr. nat. 1922.

Gen. 21. Iſaci natiuitas.

Iudæorum circuncifio.

De Iſmaele Abramifilio,eiuſq; poſteris Arabibus. CAP. XIII.

B ARABES uerò poſt decimumtertium annum id faciunt. Iſmael enim gentis eorũ autor,Abramo è concubina natus,poſt tantũ temporis eſt circumciſus: de quo iam dicendum. AMABAT Sara Iſmaelem ab initio, è famula Agare natum, non ſecus ac ſi ex ſe eſſet genitus. alebatur enim in ſpem ſucceſſionis principatus.Verùm poſtquam ipſa Iſacum peperit,non amplius æquum cenſebat,Iſmaelem cum hoc educari:quippe qui natu maior, defuncto communi patre, iniuriam ei facilè inferre poſſet.Suaſit igitur Abramo,ut eum unà cum matre aliquò ablegaret. ille uerò primùm non aduertebat mentem ad Saræ conſilium: rem atrociſſimam ratus, puerum nondum adultum & mulierem egenam ablegare.tandem uerò adprobante Deo, Saræ uoluntati paruit: puerumque matri commiſit,nondum per ſe peregrinationi aptum: C & dato eis utre aquæ ac panibus,iuſſit ire quò eos neceſſitas duceret.& cùm abeuntem deficiſſet commeatus,in anxietate erat mater:cumq; nihil aquæ ſupereſſet,depoſito ſub abiete puero animam agente,ne ſpectatrix eſſet expirantis, ulteriùs pergebat.cui occurrens angelus Dei,& fontem in propinquo indicauit,& curam educandi pueri habere iuſsit:ſperandam enim illi eximiam felicitatem è ſalute Iſmaelis. tum uerò mulier meliori ſpe concepta,cùm incidiſſet in paſtores,eorum benignitate miſeriam euaſit. Poſtquam autem ad uirilem ætatem peruenit,uxorem ei coniunxit AEgyptiam genere,unde & ipſa erat oriunda: ex qua Iſmael duodecim in uniuerſum ſuſcepit liberos.hi erant, Nabæothes, Cedarus, Abdeel,Edumas,Maſſamus,Memaſſus,Maſmeſus,Chodamus,Themanus,Ieturus,Naphęſus, Calmaſus. hi, quicquid terrarum eſt Euphratem inter & Rubrum mare, habitant, NabaD tæa nomine regioni indito.Sunt autem hi,à quibus Arabes gentem ſuam, ciúſque tribus denominauerunt,tum propter ipſorum uirtutem,tum propter Abrami dignitatem.

Angelus Dei Agari obuius, Iſmaelis curam ipſi mandat.

Iſmaelis liberi 12.

Nabatæa regio.

Arabum gentis origo.

De Iſaci, legitimi Abramifilij, immolatione. CAP. XIIII.

ISacum autem Abramus ſupra modum amabat,ut unigenitum,& quem in ſenectute Dei dono ſuſcepiſſet.hunc affectum & beneuolentiam parentum puer ipſe magis ac magis accendebat, omni uirtuti deditus, & tam parentes quàm Deum colens: QVO ſucceſſore omnium fortunarũ relicto, Abramus haud grauatim uita exceſſurus uidebatur:id quod ipſi Dei benignitate contigit.Volens tamen pietatis eius periculum facere Deus adparuit ei:enumeratisque omnibus beneficijs in eum collatis, ut uictoriam illi de hoſtibus conceſſerit,utque præſenti felicitate ſuo fauore frueretur, filium E Iſacum popoſcit ut ſacrificium & uictimam ſibi offerret.iubebat autem,ut in montem Morium ſubductum, holocauſtum faceret.ſic enim pietatem eius illuſtriorem fore, ſi uel filij ſalutem uoluntati diuinæ poſthaberet.Abramus uerò nefas ducens,ullà in re Deo morem non gerere:quin potiùs per omnia parendum ei,per quem omnes uiuerent,celans uxorem tam Dei mandatum,quàm ſuam de pueri cæde ſententiam:ac ne famulorum quidem ulli rem indicans,ne fortè aliquis ſibi obſtaculo eſſet,aſſumpto Iſaco cum duobus ſeruis:impoſitisque in aſinum rebus ad ſacrificium neceſſarijs,proficiſcebatur ad montem.ac biduum quidẽ comitati ſunt eum ſerui:tertia uerò die cùm iam in proſpectu eſſet mõs, relictis alijs in campo,cum ſolo puero accedit ad montem, in quo pòſt Dauid templum conſtituit: ferebantque ſecum quicquid ad ſacrificium pertinet,excepta uictima.Iſaco uerò,qui tum uiF geſimumquintum annum agebat,aram apparante,percontanteque quidnam mactaturus eſſet,nullam habens hoſtiam:tum ille Deum daturum aiebat,qui potens eſſet hominibus & quæ non habeant largiri,& quæ habeant adimere,ſi in illis fiduciam collocent. daturum ergo ſibi quoque uictimam,ſiquidem propitius eſſet his ſacris interuenturus. Poſtquã autem ſtructa ara ligna impoſuerat,omnibus apparatis,ſic infit: O fili,mille uotis te à Deo expetitum,poſtquam in hanc uitam ueniſti,ſumma cura ac ſollicitudine educaui: nihil beatius

Gen.22. Iſaci probitas & pietas.

XXII. A.M. 2062. Ante Chr. nat. 1909.

Abramũ tentans Deus,iubet ut filium Iſacum immolet.

Morium mons.

Abrami obedientia.

Iſaci ætas tempore mactationis.

Abrami ad Iſacum mactandum oratio.

thus existimans, quàm si te uirum uidere daretur, & tandem hæredem meæ ditionis relin- A
quere. Sed quoniam Deo & uisum est ut te susciperem, & nunc rursum ut te amittam, fer
genero sè hoc sacrificium. Cedo enim Deo, qui à nobis nunc honorem reposcit, pro perpe-
tuo fauore quo nos belli ac pacis tempore est prosecutus. Nunc lege naturæ natus cùm
sis ut moriaris, non uulgarem habebis uitæ exitum: sed à proprio patre patri uniuersorum
Deo sacrificò ritu oblatus, ipso, ut credere par est, indignum te censente qui aut morbo, aut
bello, aut alia quapiam humana calamitate de uita decedas, sed inter precamina & sacra
animam tuam exceptam apud se collocabit: ubi memor cur te potissimùm educauerim, se-
nectutem meam sustentabis, non quidem per teipsum, sed Deum mihi curatorem tuo lo-
Isaci ad patrem responsio & obedientia. co relinquēs. Tum Isacus haudquaquam à tanto parente degener, libenter hæc uerba ac-
cepit, negans se dignum qui unquam natus esset, si tam Dei quàm patris decreto reluctans, B
non alacriter se præberet utriusque placitis: quandoquidem etiamsi pater solus ita uellet, ne-
fas esset non obsequi. Hæc fatus, ad aram necemque uadit. Ac perpetratum fuisset facinus,
Isaci mactatio inhibetur à deo. ni Deus obstitisset: Inclamat enim nomine Abramum, neci pueri intercedens. non enim cu-
pidine sanguinis humani, pueri cædem imperasse: neque ut quem patrem ipse fecerat, libe-
ris per tantam impietatem orbaret: sed ut probaret eius animum, an etiam talibus iussis pa-
riturus esset. nunc cognita eius promptitudine ac præcellenti pietate, ratum se habere quic-
Dei promissio Abramo eiusq; posteris facta. quid illi hactenus concesserat: non defuturam autem nec in posterum suam prouidentiam,
tam ipsi quàm eius generi. hunc quoque filium longissimo tempore uicturum: uitaque fe-
liciter exacta, filijs germanis & probis magnum principatum relicturum. Prædixit etiam
fore, ut genus eorum in multas gentes cresceret. nec minus opibus quàm numero augere- C
tur: ipsorum etiam autorum eius generis memoriam fore sempiternam. Regione quoque
Chananæa bello quæsita, usque ad inuidiam omnium exterarum gentium fortunatos fore.
Aries ad uictimam ex improuiso pro Isaco oblatus. Hoc oraculo reddito, Deus illis arietem ad uictimam ex improuiso præstò esse uoluit. At illi
ex insperato sibi redditi, auditaque tantæ felicitatis promissione, mutuò se complectebantur. Mactata deinde uictima, ad Saram se receperunt: uixeruntque beati, omnes eorum co-
natus Deo prosperante.

XXIII. *Saræ Abrami coniugis obitus.* CAP. XV.

Gen. 23. A.M. 2086. Ante Chr. nat. 1885. SArа autem non multo pòst moritur, cùm uixisset annos uigintiseptem supra cen-
tum. Sepulta est in Hebrone, Chananæis publicè iùs sepulchri concedentibus. A-
bramus tamen maluit sepulturę locum quadrin gentis siclis emere de Ephremo D
quodam Hebronensi ciue, ubi monumenta eius & posterorum sunt exædificata.

Quomodo è Chætura Abramo nupta, Troglodytarum gens prouenit. CAP. XVI.

Saræ mors, eiusq; alus.

Gen. 24. 25. Abrami ex Chætura progenies. POst hæc duxit Chæturam, ex qua nati sunt ei filij sex, uiri laborioſi & industrij,
Zenbranes, Iazares, Madanes, Madianes, Lusubarus, Suus: qui & ipsi filios habue-
runt. Suo Sabacanes natus est, & Dadanes. huic Latussimus, Asurus, Luures. Ma-
dianis uerò fuerunt, Epha, Ophres, Anochus, Ebidas, Eldas. His omnibus filijs ac
nepotibus Abramus deducendi colonias fuit autor, occupaueruntque Troglodyticam re-
gionem, & Arabiæ Felicis quicquid ad rubrum mare pertinet. Fertur etiam, quòd hic O-
phres cum exercitu profectus occupauit Libyam, quam postea nepotes eius tenuerunt, A- E
Aphrica unde nomen sortita. phricam ab ipso denominatam. Atteſtatur huic opinioni & Alexander Polyhistor, sic scri-
Alexander Polyhistor. bens: Cleodemus, inquit, propheta cognomine Malchus, qui ad imitationem Mosis legisla-
toris Iudæorum historiam contexuit, narrat Abramum è Chætura aliquot filios susceptsse,
Assyria. tres nominatim recensens, Aphram, Surim, Iaphram. à Suri appellatam Assyriam: ab Aphra
Aphres urbs. uerò & Iaphra, urbem Aphrem & regionem Aphricam nominatas. hos enim ductu Hercu-
Aphrica. lis in Libyam militasse contra Antæum. Herculem etiam ex Aphræ filia genuisse filium De-
Hercules. dorum, ex hoc Sophonem prognatum, à quo Sophaces barbari habeant nomen. Isaco
XXIIII. autem iam fermè quadragenario, Abramus pater coniungere uolens uxorem Rebeccam,
A.M. 2089. Ante Chr. nat. 1882. Nachoris fratris sui neptem, mittit maximum natu famulorum ad sponsalia priùs accepta fi F
de grauiter obligatum. Modus uerò deuinciendi fuit talis. Subditis alter alteri manibus sub
femora, Deum ita testem inuocabant eorum quæ destinauerant. Misit etiam dona ad illos,
Abramus Isaco uxorē Rebeccā curat de Mesopotamia petēdā. uel rara illic, uel nunquam antè uisa. Profectus autem famulus diuturnū iter faciēs, eò quòd
difficilis esset transitus per Mesopotamiam, hyeme propter cœni altitudinem, æstate ob a-
quarum inopiam: ad hæc propter latrocinia quæ uitari non poterant, nisi à cautis, tandem
Iurandi apud ueteres mos. peruenit ad urbem Carras. & cùm ueniſſet in suburbium, incidit in complures puellas,

euntes

A euntes aquatũ:moxq; intra ſe precatur, Si Deo gratæ forent hæ nuptiæ, ut inter illas inueniretur Rebecca,ad quam filio deſponſandam Abramus eum miſerat: & hoc ſigno dignoſceretur,quòd cæteris negantibus ipſa potum roganti præberet.hæc ſecum uolutans, accedit ad puteum,poſcens ab eis potum. illis uerò cauſantibus, aquam ſe non ſine labore acquirere,quam domum deferant,non alijs præbeant: una omnium obiurgatis reliquis, negando eas dignas eſſe hominum conſortio,quæ ne aquam quidem impartirent, benignè hoſpiti potum offert. at ille certa iam ſpe de euentu concepta, uolens tamen uerum cognoſcere, collaudata priùs uirginis indole & benignitate,quæ uel cum ſua fatigatione roganti ſubminiſtrare non grauata fuiſſet,ſciſcitatur ex quibuſnam eſſet parentibus? gratulatus eis talem filiam, & precatus ut eam ex animi ſententia uiro probo elocarent, ex quo germanos ac le-

B gitimos liberos páreret. puella in hoc quoque ei gratificans; genus ſuum indicat: Rebecca, inquit,mihi nomen eſt: pater uerò fuit Bathuel.quo defuncto, Labanus frater meus & domum curat,& matrem:meæ quoque uirginitatis tutor. His cognitis, homo gaudebat ob ea quæ ſibi accidiſſent,quæque audiuiſſet:manifeſtò cernens,Deum hoc iter proſperare. prolato deinde monili & alijs quibuſdam ornamentis quibus ætas ea delectatur, obtulit puellæ: dicens,hanc eſſe gratiam & honorem pro communicato potu, ipſamque dignam quæ tale munus accipiat,cùm inter tot uirgines bonitas eius emineat. rogabat etiam, ut ad ipſos diuertere liceat, quandoquidem nocte iam appetente ulteriùs progredi non detur. ferre ſe mundum muliebrem magni precij,qui nuſquam tutior eſſe poſsit, quàm apud tales qualem ipſam ſit expertus.coniecturam enim ſe facere ex ipſius uirtute, matrem quoque &

C fratrem pari humanitate eſſe præditos,neque grauatim hoſpitem admiſſuros, præſertim ipſis nec oneri nec ſumptui futurũ.Ad hæc illa, bene eum de parentũ humanitate cõiectare: ſed non rectè facere,quòd tam illiberales ſuſpicetur.omnia enim ſine precio habiturum: indicaturam tamen priùs Labano fratri, cuius permiſſu ipſum adducturam.quo facto,poſtquã adduxit hoſpitem,ſerui Labani camelos curandos acceperunt, ipſe uerò ad cœnam eum ſecum duxit.qua peracta,ſic eum & matrem puellæ eſt allocutus:Abramus filius eſt Tharri,uester autem cognatus.Nachores enim tuorum (matrona) liberorum auus, Abrami erat frater,eodem patre,eademque matre prognatus. is nunc mittit me ad uos, poſtulans hanc uirginem filio ſuo coniugem dari,quem legitimum habet,& unicum, ad omnium ſuarum facultatum hæreditatem educatum. cui cùm poſſet opulentiſsimam quamuis ex eius regio-

D nis fœminis deligere,non eſt ita uiſum:ſed malens hunc honorem cognationi ſuæ habere, procurat has nuptias.Cuius ſtudium & uoluntatem nolite contemnere. diuino enim fauore,præter alia quæ mihi feliciter in hoc itinere ſucceſſerunt, & puellam hanc & ueſtras ædes inueni.propinquus enim iam oppido,conſpicatus multas uirgines puteum petentes,optaui ut in hanc inciderem: quòd & factum eſt.has igitur nuptias auſpice Deo conciliatas,uos quoq; ratas habetote: & Abramũ qui me tam accuratè huc miſit,ueſtro matrimonij annutu honorate.illi uerò,tum quòd rem tam optabilem approbarent,tum quòd Dei ſententiã accedere cognoſcerent, mittunt eam quibus poſtulabatur conditionibus:duxitq; illã Iſacus, facultatum paternarum iam dominus.nam Chæturæ nati in colonias diſceſſerant.

Abrami famuli preces.

Rebeccæ benignitas.

Abrami famuli, & Rebeccæ colloquium.

A. M. 2124. Ante Chr. nat. 1847. XXV.

De obitu Abrami. CAP. XVII.

E DEfunctus eſt autem Abramus non ita multo pòſt,uir in omni uirtute eximius,& pro ſua inſigni pietate Deo egregiè charus. Vixit annos CLXXV. ſepultus eſt in Hebrone,iuxta uxorem Saram,communi curà filiorum ſuorum,Iſaci & Iſmaelis.

Gen. 25. Abrami mors, ætasq;.

De Iſaci filijs Eſao & Iacobo, & natiuitate ac educatione eorum. CAP. XVIII.

A. M. 2109. Ante Chr. nat. 1862. XXVI.

DEfuncto autem Abramo, uxor Iſaci gerebat uterum: cuius mole creſcente ſupra modum, anxius conſuluit oraculum. Reſponſum eſt, gemellos ei pariturum Rebeccam, & ab utroque deſcenſuram gentem autori ſuo cognominem: & quę minor uidebitur, eam fore maiore ſuperiorem. Nec multo pòſt,ſicut prędictum

F erat,naſcuntur ei gemini,quorum grandior à capite ad pedes erat admodum hiſpidus: minor uerò exeuntis ante ſe calcaneum tenebat. Pater autem amabat ſeniorem Eſaum,ex re cognomen habentem:nam Hebræi pilos uocant Seir. Iacobus uerò iunior à matre amabatur.Fame autem in ea terra graſſante,Iſacus uolens ire in AEgyptũ propter ubertatem regionis,peruenit Gerara,Deo ſic iubente.Rex autem Abimelechus excepit eum, quia hoſpitij & amicitiæ ius inter eum & Abramum interceſſerat. cumque hominem initiò magna benelolentia proſequeretur, motus inuidia, non potuit in eo affectu permanere. uidens enim

Gen. 25. Eſai & Iacobi natiuitas.

A. M. 2127. Ante Chr. nat. 1844.

In Iſacũ Gerara ſe recipientẽ Abimelechi humanitas, et ſubſecuta ex inuidia feritas.

Deum Iſaco propitium, tantúmque fauorem declarantem, expulit illum. At ille expertus A
mutatum præ inuidia, ſeceſſit tunc non longè à Geraris, in locum qui uocabatur Vallis. ibi
dum foderet puteum, paſtores irruentes aggreſſi ſunt armis opus impedire: ſed illo ultrò
Iſaci putei. cedente, uiſi ſunt uiciſſe. mox cùm alio loco fodere cœpiſſet, rurſum ui prohibentib. alijs A-
bimelechi paſtoribus, hunc quoque puteum imperfectum reliquit, prudenti conſilio pe-
riculum declinans. Deinde rege ſponte fodiendi poteſtatem faciente, puteo Rooboth no-
men impoſuit, quod ſignificat amplum: è prioribus uerò alterum uocauit Eſcon, hoc eſt
pugnam: alterum Syennam, hoc eſt inimicitias. Igitur Iſaci potentia cum opibus indies
magis ac magis creſcebat. Abimelechus autem ratus contra ſe fortunas Iſaci augeri, cum
quo parum ſyncerè conſuetudinem habuerat, & qui ob ſimultatis ſuſpicionem ceſſerat, ue-
ritus ne quando apud eum plus recens offenſa quàm priſtinæ amicitiæ memoria ualeret, né- B
Abimelechi fœdus cum Iſaco. ue iniuriam acceptam ulciſceretur, profectus ad illum amicitiam cum eo renouat, uno è
ſuis amicis adhibito: cumque Iſacus pro naturæ bonitate iniurias ſuas paternæ amicitiæ li-
A. M. 2149. benter donaret, uoti compos domum eſt reuerſus. Alter autem filiorum Iſaci, in quem pa-
Ante Chr. ter erat propenſior, quadraginta annos natus, duxit Adam Helonis, & Alibamam Eſebeonis,
nat. 1822. dynaſtarum inter Chananæos filias: idque authoritate propria, ne patre quidem conſulto.
Eſaum Chana- neque enim ille permiſſurus erat, ſi filius ſententiam ipſius expectaſſet: quippe qui non de-
næus uxores lectabatur affinitate eius regionis hominum. nolens tamen moleſtus eſſe filio, iubendo
ducit. eum ut mulieres miſſas faceret, decreuit rem totam ſilentio tranſmittere. Sed cùm eſſet ſe-
A. M. 2186. nex, & uiſu prorſus orbatus, accito filio, præfatusque ætatem, per quam etiamſi cæcitatis ca-
Ante Chr. lamitas non acceſſiſſet, non licere ſibi amplius Deum ſolito cultu uenerari, iuſſit cum uena- C
natũ 1785. tum ire. Cura, inquit, ut quod poteris capias, & para mihi cœnam: qua ſumpta precabor
Gen. 27. Deum, ut tibi dignetur eſſe auxiliator & adiutor per omnem uitam tuam. nam meæ finis
Iſacus Eſaũ ue- quàm longè abſit incertus ſum: qui priuſquàm me opprimat, æquum eſt ut meis precibus
natum mittit. Deum tibi faciam propitium. Vadit Eſaus uenatum: interim Rebecca malens Iacobo Deũ
Iacobus Eſai fe- propitiũ, etiã præter Iſaci mentem, iubet eum hœdis iugulatis cœnã inſtruere. ille obſequi-
licitatem ante- tur matri, iuſſu ipſius omnia faciens: cœna uerò parata, circumuolutis hœdino exuuio bra-
uertit, hortatu chijs, ut contactis pilis Eſaus crederetur (nam cætera omnino ſimilis, ut gemellus, hoc ſolo
matris. differebat) ſolicitus ne antè in malo dolo deprehenſus pro fauſtis precaminibus diras im-
precationes reportaret, apponebat cœnam patri. at Iſacus ſentiẽs in uoce nonnihil peculia-
re, aduocat filium: eo uerò protendente brachium hœdina pelle amictum, eam attrectans D
ille: Voce, inquit, ſimilis es Iacobo, attamen ob piloſitatem Eſaus mihi uideris. nec quidquã
doli ſuſpicans, iam cœnatus ad Deum precibus inuocandum ſe uertit. Domine, inquit, om-
Iſaci filio Iacobo nium ſeculorum, & conditor omnium rerum, tu patri meo maxima bona pollicitus, etiam
benedicentis pre- mihi præſentem felicitatem es largitus: meis quoque poſteris propitium te fore, & maiorib.
ces. beneficijs eos cumulaturum promiſiſti. hic tuus fauor ratus ſit precor, néue me propter hãc
debilitatem deſpicias, quæ facit ut magis etiam ope tua egeam. Seruã puerum hunc propi-
tius, & ab omni calamitate illæſum cuſtodi. da ei uitam felicem, & poſſeſſionem bonorum
quæ in tua ſunt poteſtate: fac eum formidabilem inimicis, apud amicos uenerandum & gra
tioſum. Sic ille Deum inuocabat, putans ſe Eſao bene precari. uix abſoluerat preces, cùm E-
Eſaum ſibi bene- ſaus à uenatu reuertit, & Iſacus intellecto errore quietem agit. Eſaus uerò poſtulabat, ut ſibi E
dictionem quoq; poſtulat. quoque ſicut fratri faceret. denegante id patre, eo quòd omnes preces in Iacobum abſum-
pſiſſet, lugebat, quòd uoti compos non eſſet. & pater mœrore eius motus, ſtudijs quidem
uenandi, & robore corporis armorumque præſtantia celebrem fore prædicit: eamque glo-
XXVII. riam tum ipſi tum eius poſteris manſuram ſempiternam, ſeruiturum tamen fratri. CAE-
TERVM cùm Iacobus timeret fratrem, ne pœnas à ſe exigeret ob circumuentum in uotis
faciendis patrem, mater eum huic periculo eximit. perſuadet enim marito, ut Iacobo Meſo-
potamenam uxorem daret, propinquam genere. iam enim etiam Eſaus duxerat Baſemma-
tham Iſmaelis filiam. Malè enim Chananæis uolebat Iſacus, priori affinitate offenſus: cuius
gratia filius Baſemmatham duxit, quam maximè dilexit.

De Iacobo metu fratris in Meſopotamiam profugo. CAP. XIX. F

IAcobus autem in Meſopotamiam miſſus à matre, ducturus auunculi ſui Labá-
ni filiam, conſentiente etiam patre, ut uxoris uoluntati obſequeretur, iter facie-
Gen. 28. bat per Chananæam: cumque ſimultatem haberet cum ea gente, nolebat ad
Iacobi ſomnium quenq; diuertere: ſed ſub dio quieſcebat, lapide uice puluini capiti ſubiecto. cui
de ſcala. dormiẽti uiſio talis eſt oblata. Videre uidebatur ſcalã à terra ad cœlũ pertingẽtẽ,

& per

A & per eam ſpecies deſcendentes, ſupra humanam naturam auguſtas: & in ſumma ſcala Deum manifeſtè apparentem, & nominatim ſe his uerbis compellantem: Iacobe, cùm ſis patre bono, & auo ob ſuam uirtutem celebri prognatus, non debes præſenti neceſſitati ſuccumbere, ſed meliora potiùs ſperare. Meo præſidio magna te manet felicitas. nam & Abramum ego è Meſopotamia huc adduxi, pulſum à cognatis: & patrem tuum beatum reddidi, nec tua conditio deterior eſt futura: quare bono animo hanc uiam perge, fretus me ductore. Eueniet ex tua ſententia coniugium, ad quod properas. accedent inde & boni liberi: eorum numerus erit innumerabilis, & ipſi rurſus maiorem prolem poſt ſe relinquent. His ego terræ huius imperium dabo, & eorum poſteris: qui repleturi ſunt terram omnem, & mare quàm latè ſol aſpicit. Tu ne cede ulli uel labori uel periculo, tui curam mihi committens & nunc, & magis etiam in poſterum. hoc oraculum Deus Iacobo reddidit: quo lætus, ungit lapidem, in quo dormienti tanta ſpes affulſiſſet: & uotum Deo facit, ſacrificaturum ſe illic, ſi incolumi & facultatibus auctо reditus contingeret: quod poſt reuertens ſoluit, omnium bonorum ſuorum decimis oblatis. Honorem etiam loco addidit, Bethel nominato: quod domicilium Dei ſignificat. Pergens deinde cœptum iter in Meſopotamiam, tandem peruenit Carras: & cùm paſtores offendiſſet in ſuburbio, & adoleſcentes ac puellas ad puteum quendam ſedentes, cum eis moratur, quòd potionis egêret. hinc orto ſermone percontatus eſt, an noſſent quendam Labanum, ſuum popularem, ſi fortè adhuc ſit ſuperſtes. aiunt; omnibus ſibi notum: neque enim talem eſſe ut ignotus eſſe poſſit. quin & filiam eius unà paſcere, demirariq; ſe quòd nondum adſit. ex ea facilè quæ cuperet cognituru. Vix hęc uerba finierant, cùm puella accedit, comitantibus paſtoribus. ei Iacobum oſtendunt, dicentes hoſpitem de ipſius patre ſciſcitari. quæ puellariter gauiſa Iacobi aduentu, rogabat, quiſnam & unde ad eos ueniret, & cuius rei cauſa? addens, optare ſe ut poſſent illi gratificari, quacunque re opus haberet. Iacobus uerò non cognatione, aut huius affectu, ſed inſigni puellæ forma captus, obſtupuit, ut qui perpaucas uiderat pulchritudine huic conferendas. Mihi, inquit, tecum & cum tuo patre, ſiquidem Labani es filia, antiquior intercedit neceſſitudo, quàm ſit uel tua ætas, uel mea. Tharro enim Abramus, Aranes, & Nachores, fuêre filij: ex his Batuelus, tuus auus, Nachoris fuit filius: Abrami uerò & Saræ Aranis filiæ Iſacus, meus pater. Eſt & propinquior ac recentior neceſſitudo, qua ſumus mutuò deuincti. Rebecca enim mater mea, Labani patris tui ſoror eſt, eodem patre ac matre genita. itaque conſobrini ſumus ego & tu: & nunc uenio ſalutaturus uos, cognationisq; officia, ita ut par eſt, renouaturus. At illa memor eorum quæ de Rebecca ex patre, ut fit, audierat, ſciensq; parentes deſiderare aliquid de ea cognoſcere, præ amore patris lachrymabunda, ruit in collum eius, complexoq; iuuene: Optatiſſimam, inquit, & maximam uoluptatem affers patri cum tota familia, qui nunquam matris tuæ obliuiſcitur, crebram illius mentionẽ faciẽs: eumq; nuncium cum quantauis felicitate non permutaret. tum iubet, ut è ueſtigio ſe ad patrem ſequatur, néue diutius eum hac uoluptate fraudet. His dictis, adduxit eum ad Labanum: & agnitus ab auũculo, tum ipſe fuit ſecurus iam apud ſuos, tum illis inexpectato aduentu magnam uoluptatem attulit. Poſt aliquot autem dies Labanus gaudere ſe quidem eius præſentia magis quàm uerbis exprimere poſſet, aiebat: rogabat tamẽ, quamobrem ueniſſet relictis parentibus ætate confectis, & qui ipſius obſequijs ægrè carerent: pollicebatur etiam benignitatem & operam ſuam in quacunque re opus haberet. Iacobus uerò totam ei cauſam recenſuit. Iſaco eſſe filios geminos, ſe & Eſaum eum, quia fraudatus ſit patris fauſta precatione, per matris artem in ſe translata, cupere ſe interimere, quaſi raptorem principatus à Deo deſtinati, & reliquorum uotorum paternorum. hanc eſſe cauſam ſui aduentus, & mãdata matris. Habet enim parens noſter fratres ille quidem, inquit: ſed plus ſibi uendicat mater, quàm patris conſanguinitas! Spero me in rebus anguſtis poſt Deum præſidium maximum in te reperturum. Labanus contrà omnem illi humanitatem pollicetur, tum propter communes auos, tum etiam ut benеuolentiam ſorori abſenti debitam erga ipſum præſentem declararet, uelle ſe eum gregibus ſuis præficere: & quando ad ſuos reuerti libuerit, nec indonatum, nec inhonoratum abiturum, quemadmodum tam propinquè cognatum deceat. Ad hæc Iacobus, ſe uerò libenter accipere conditionẽ, quantumuis laborioſam: ſed æquum eſſe, merce dis loco ſibi dari Rachelis coniugium, quam & ipſius uirtutis cauſa diligeret, & quia eius opera in tale hoſpitium ſit introductus: amor enim puellæ cogebat eum hanc mentionẽ inijcere. Ibi Labanus his delectatus, eius petitioni annuit: negans ſibi optatiorem generum potuiſſe contingere, ſed opus eſſe ut prius aliquandiu ſecum maneat. In Chananæam enim ſcitur

Iacobum Deus conſolatur.

Iacobus lapide inuncto uotum Deo facit.

Gen. 29.

Iacobus Carras Meſopotamiæ peruenit.

Rachelis cum Iacobo colloquiũ, & pulchritudo.

Labani & Iacobi colloquium.

Iacobus cum Labane, de Rachele ducenda pacitur

non miſſurum filiam, quin & ſororis in tam longinquam regionem nuptum datæ poeniteret. His aſſentiente Iacobo, de ſeptem annis eſt conuentum. tot enim uoluit ſeruire mercede A
A. M. 2193. Ante Chr. nat. 1778. apud ſocerum, ut dato uirtutis ſpecimine, magis cognoſceretur quinam uir eſſet. Cæterùm elapſo præſtituto tempore Labanus epulas nuptiales apparat. noctu uerò non ſentiente Iacobo, inducit in thalamum alteram filiam Rachele maiorem natu, facieque non admodum liberali. At ille uino & tenebris fallentibus, congreſſus eſt cum ea: luce deinde cognito errore expoſtulauit cum Labano. Ille ueniã petebat neceſſitati, qua compulſus hoc fecerit. Non maliciosè, inquit, Liam ſuppoſui, ſed alia maiore cauſa cogente: nihil tamen hoc oberit Rachelis coniugio, ſed dabo eam tibi uidenti ac ſcienti poſt alterum ſeptenniũ. Paſſus eſt hoc ſibi perſuaderi Iacobus: nec enim aliter facere poterat, amore puellæ deuinctus: & exacto altero ſeptennio, Rachelem duxit. Erant autem ambabus famulæ additæ à patre, Zelpha Liæ, B
Labani erga Iacobum dolus in Lia pro Rachele ſupponenda.
Racheli Bala, nequaquam ſeruæ, ſubditæ tamen. ſed Liam malè habebat amor mariti, quo ſororem proſequebatur, expectabatque poſt partum ſe fore in precio: idque aſſiduis precibus à Deo contendebat. Cumque puer maſculus natus eſſet, & maritus ob hoc propenſior in eam factus, Rubelum nominauit, qui ſibi miſeratione diuina contigiſſet. Sic enim interpretatur hæc uox. Aliquanto pòſt naſcuntur ei tres alij: Simeon, quod ſignificat exorabilem ei fuiſſe Deum: Leui, quod eſt confirmatio ſocietatis: Iudas, quod eſt gratiarum actio. Rachel autem uerita ne propter fœcunditatem ſororis deteriore apud maritum cõditione eſſet, iubet famulam ſuam Balam cum Iacobo cubare. ex ea naſcitur puer nomine Dan, quaſi dicas, Dei iudicium: & aliquanto pòſt alter nomine Nephthalim, ac ſi dicas artificioſum: C
Iacobi filiorum natiuitas & nomina, eorúmq; etymon.
Rubeli.
Simeonis.
Leui.
Iudæ.
Gen. 30.
Dani.
Nephthalim.
quòd mater arte certauiſſet cum ſororis fœcunditate. Idem mox & Lia facit, ſororis arte contra eam ipſam uſa. deducit enim ſuam famulam in ſui mariti accubitum. ex ea quoque naſcitur filius Gadas, fortuitum ſignificante nomine: & poſt eum Aſer, quod ſonat beatificum, quòd is Liæ gloriam augeret. Porrò cùm Rubelus filiorum Liæ maximus mandragoræ mala matri afferret, Rachel hoc uiſo concupiuit hunc cibum, partemque à ſorore precario petijt. Illa uerò denegante, iubenteque contentam eſſe, quòd honoris prærogatiuam apud communem maritum haberet: Rachel mitigans indignationem ſororis, ait, ſe illi uirum ceſſuram in ſequentem noctem. quam gratiam altera libenter accipiente, Iacobus cum Lia cubauit in Rachelis gratiam. Rurſum igitur ei filij naſcuntur: Iſſacharis, quod nomen ſignificat ex mercede natum: & Zabulon, quod ſignificat pignus beneuolentiæ, uidelicet mariti erga eam. prętereaq; filia Dina. Tandem etiam Rachel peperit Ioſephum filium: ea uox ſignificat D
Gãdæ.
Aſeris.
Iſſacharis.
Zabulonis.
Dinæ.
Ioſephi.
additamentũ alicuius naſciturj. Hoc toto tempore, quod fuit annorum uiginti, ſoceri gregibus præfuit. quo exacto, æquum eſſe aiebat, ut cum uxoribus ad ſuos reuerteretur. Socero uerò non permittente, clàm hoc facere cogitabat pertentabatq; animum uxorũ, quomodo laturæ eſſent peregrinationem. quibus cùm gratum hoc eſſet, Rachel ſigillis etiã deorum patriæ religionis ſublatis, unà cum ſorore fugiebat: ſimulque utriuſque liberi & famulæ cum ſuis filijs, aſportatis etiam totis quantæ erant facultatibus. Abducebat etiã Iacobo dimidium pecorum, priuſquã Laban reſciuiſſet. Sigilla uerò deorum ſecum ferebat Rachel: non quòd deos coleret, quorum contemptum à marito didicerat: ſed ut ſi fortè pater fugientes aſſequeretur, haberet quò confugeret ueniam impetratura. Labanus autem poſt unã diem cognito Iacobi & filiarum diſceſſu, indignatus perſequebatur eum cum ualida manu, & ſeptima demum die deprehendit eos in quodam colle ſedentes: quumq; eſſet diei ſerum, quieuit. Per noctem uerò Deus in ſomnis illi uiſus, uetuit ne quid in deprehẽſum generum cum filiabus durius præ ira conſuleret, ſed potius fœdus cum eo feriret: néue paucitatem fugientium contemneret, alioqui ſe illis propugnatorem futurum. Sequenti uerò luce Labanus Iacobum ad colloquium euocat, non diſſimulans oracula: quumq; ille fidei eius ſe commiſiſſet, cœpit hominem accuſare, exprobrans quòd pauperem omniumq; egenum ſuſcepiſſet, & de ſuis facultatibus abundè ipſi ſuppeditaſſet. Propterea filias, inquit, tibi coniunxi, putans hoc pacto benenolentiam erga nos tuam fore maiorem. tu uerò neque matrem tuã & communẽ ſanguinem, neque uxores apud nos ductas, neq; liberos, quorũ ego auus ſum, reuereris, non aliter quàm hoſtem me tractaſti: rapuiſti mea bona, filiabus ut parentem fugerent, autor fuiſti: ſacra patria domum tecum portas, & apud maiores meos, & apud me in ueneratione habita. & quæ uix hoſtis hoſti faceret, tu cognatus, è ſorore nepos, gener, hoſpes ac domeſticus conuictor mihi feciſti. Iacobus contrà pro ſe afferebat, non ſibi ſoli, ſed omnibus eſſe innatum diuinitùs patriæ deſiderium, æquumque ut poſt tanti temporis moras tandem ad eam reuertatur. Quòd uerò prædæ, inquit, abactæ crimen obijcis, E
Iacobum Labanus perſequitur, & à propoſito ſuo eum Deus auocat.
Labani contra Iacobum accuſatio.
F
Iacobi defenſio, &c.
ipſe

A ipſe iniuſticiæ ſub alio iudice damnareris. Cùm enim gratiam mihi pro facultatibus tuis conſeruatis & auctis debeas, an non iniquum eſt ęgrè ferre, quòd partem earum modicam uſurpauimus? quod ad filias attinet, ſcito, non hoc lędendi animo à me factum, ſed charitatis coniugalis hoc eſſe officiũ. Sequuntur igitur non tam me quàm ſuos liberos. Hæc pro ſe: retorquebat deinde accuſationem in ipſum, quòd auunculus ac ſocer duris mandatis eum per annos xx. uexauerit: & illa quidem quæ nuptiarũ ſpe tulerit, quamuis per ſe grauia, ſibi tamen leuiora fuiſſe: quæ uerò poſtea ſecuta ſunt, multò grauiora, quæ uel hoſtis fugiſſet. Etenim Labanus ualdè iniquè Iacobum tractauerat. uidens enim eum in omnibus rebus à Deo adiuuari, pollicebatur ei daturum ſe futuros fœtus, modò quicquid albũ naſceretur, modò quicquid nigrum. Cùm uerò magno numero naſcerentur, quæ Iacobo

B deſtinata eſſent, non ſeruabat fidem in præſens: ſed in proximè ſequentem annum promittebat, quòd eſſet ad rem attentior, promittens quidem eò quòd non ſperaret tantum prouentum, ac mox ubi prouenerat, fallens. ſacras tamen effigies permiſſum eſt inquirere. Rachel autem cognito patrem permiſſa poteſtate uti uelle, deponit ſigilla in ſarcinam cameli, qua ipſa uectabatur: ſedebátque deſuper, dicens ſe menſtruis laborare: & Laban deſtitit amplius inquirere, credens filiam ſic affectam non fuiſſe ſacris propiùs acceſſuram. Poſthæc offenſæ ueniam pollicetur, uiciſſim alter amorem filiarum, idq; iureiurando ſanciunt. Hoc fœdus ictum eſt ſuper monte quodam, ubi columnam erexerunt aræ ſpecie: unde Galades colli nomen factum, à quo Galadena terra nunc quoque uocatur. Poſt fœdus conuiuio celebrato, Laban ad ſua redijt. Iacobo autem in Chananæam iter cœptum

C proſequenti uiſiones obueniebant, bonam ſpem in poſterum facientes: cui loco Dei caſtra nomen indidit. Volens autem ſcire animum fratris erga ſe, præmiſit diligenter cuncta exploraturos, timens eum propter ueterem ſuſpicionem: quos ita fratrem iuſſit alloqui: Vltrò ſe patriam reliquiſſe, ne cum offenſo fratre degeret. nunc credere tantum temporis ſpacium ſatis ualere ad reconciliationem, ideóque redire cum uxoribus ac liberis & facultatibus induſtria quæſitis, ut ſe & quicquid chariſſimum haberet, illi dedat, quandoquidem nihil felicius exiſtimet, quàm ea quæ Deus largitus eſt, cum fratre habere communia. His nunciatis Eſaus uehementer exhilaratus, occurrit fratri cum cccc. armatis. At Iacobus audiens eum obuiam properare cum tot armatis, extimuit ualde: Deo tamen ſeruatore fretus, prouidebat pro tempore, ne quid detrimenti acciperet, utq; ſuos ab iniuria

D defenderet. Diſtributo igitur agmine alios procedere iuſſit, alios propiùs ſubſequi: ut ſi frater primos aggrederetur, ad ſequens agmen haberent refugium: & hoc modo inſtructis qui circa ſe erant, præmittit quoſdam ad fratrem cum muneribus. ea conſtabant iumentis multisq; ac uarijs quadrupedibus, accipienti placituris propter raritatem. Veniebant autẽ alij poſt alios, interiectis ſpacijs, ut crebriùs occurrentes plures quàm pro numero uiderentur: & credibile erat donis placatum remiſſurum iram, ſi qua adhuc eſſet reliqua. quin & illud mandatum eſt præmiſſis, ut blandè hominem alloquerentur. His ita per totam diem diſpoſitis, noctu mouit agmen. Cumq; Iobacchum torrentem tranſiſſent, Iacobus relictus incidit in luctam cum ſpectro, ipſe prior laceſſitus, eratq; ſuperior. idq; ſpectrum uoce uſum uerbis eum affatum eſt, monens ut ea re gauderet, qui non quemuis aduerſarium,

E ſed angelum Dei uicerit: idq; illi eſſe magnæ felicitatis præſagium: genusq; eius nunquam defore, nec ullis unquam humanis uiribus poſſe opprimi. iuſſitq; illũ poſthac uocari Iſraël, quod Hebræis angelo diuino reluctantem ſignificat. Hæc ſunt prædicta Iacobo, id ipſum roganti. Cùm enim ſenſiſſet angelum eſſe Dei, precatus eſt, ut ex eo fatum ſuum cognoſcere liceret. His dictis ſpectrum euanuit. Iacobus uerò lętus auditis, impoſuit loco nomen Phanuel. id ſignificat Dei faciem. ſed quia latum neruum inter luctandum læſit, & ipſe pòſt eo cibo abſtinuit, & nobis illo propter eum ueſci non licet. Cognito uerò fratrem iam non longè abeſſe, iubet uxores procedere per ſe quanque cum ancillis, ut è longinquo ſpectarent pugnam uirorum, ſi eam fratet mallet. ipſe propior factus adorauit fratrem, nihil aduerſum ſe fraudis cogitantem. At Eſaus eo ſalutato, interrogabat de turba mulierum

F ac puerorum: & cùm didiciſſet omnia, uolebat ipſe quoq; eos comitari ad patrem. Iacobo uerò excuſante laſſitudinem iumentorum, reuerſus eſt in Seiram. illic enim habitabat, uernacula lingua loco ab hirſutie ſua denominato. Iacobus autem peruenit ad Tabernacula, quæ uocant, uetus nomen adhuc retinentia. inde profectus eſt Sicima, quæ eſt urbs Chananęorum. Et cùm eſſet celebritas apud Sicimitas, Dina unica Iacobi filia uenit in urbem ad uiſendũ cultũ mulierũ eius regionis. qua uiſa Sichemis Emmoris regis filius, raptæ ſtuprũ

in Labanem accuſatio.

Rachel furtiua ſigilla deos patris abdit.

Iacobi & Labani fœdus.

Galades collis.

Gen. 32.

Iacobi uiſio.

A.M. 2207. Ante Chr. nat. 1764.

Iacobus Eſaum per nuncios donis ſibi placare conatur.

Gen. 33.

Iacobus cum angelo luctatur, eiq;

Iſrael uocatur.

Lati nerui eius quare abſtinent Iudæi.

Iacobus Eſaum accedit.

Gen. 34.

Tabernacula, loc.

Sicima, urbs.

A.M. 2215. Ante Chr. nat. 1756.

Dina ſtupratur à Sichemo regis filio.

obtulit: & correptus amore patrem suum rogauit, ut puellam uxorem habere liceret. Ille morem ei gerens, uenit ad Iacobum, rogãs ut filio suo Dinam in matrimonium collocaret. Iacobus uerò qui neq; negare poterat propter maiestatem rogantis, neq; fas putabat alienigenæ filiã nuptum trãdere, deliberandi spacium popoſcit. Rex sperans Iacobũ assensurum, abijt. Ille uerò indicata filijs iniuria ſororis, & Emoris petitione, iussit eos cõsultare quid facto opus esset. Maior pars hærebat, incerti quid esset agendum. Simeon uerò & Leuis uterini puellæ fratres tale consilium inter se capiunt: Obseruato festo die quo Sicimitæ uoluptati & conuiuijs operam dabant, inuasis noctu custodibus, topitos contrucidant: atq; ita facilè urbe potiti, mares uniuersos interimunt unà cum rege ac filio, solis parcentes fœminis. quo facinore citra consensum patris perpetrato, ſororem reducunt. Iacobum aũt obstupefactum audacia tanta filiorum, indignéq; ferentem, Deus per uisum bono animo esse iussum, lustrare tentoria, sacrificiumq; quod olim post somnium illud in profectione Mesopotamena uouerat, persoluere imperat. Igitur dũ comites lustrat, incidit in Labani deos: nesciuerat .n. Rachelem eos furatam. his apud Sicima defossis in terram sub quadam quercu, profectus inde sacrificauit apud Bethela, ubi somnium illud diuinum uiderat, iter faciẽs in Mesopotamiam. Progressus deinde in agrum Ephratanum, Rachelem ibi ex partu mortuam sepelit, solam monumento cognatorum in Hebrone non illatam. Quam quum mirum in modum lugeret, infantulũ nominauit Beniamin, eo quòd doloris causa matri fuisset. Atque hic est filiorum Iacobi numerus, mares duodecim, fœmina una. Ex his octo legitimi, è Lia sex, duo è Rachele: quatuor uerò ex ancillis, è singulis duo: quorũ nomina iam dixi. INDE uenit Hebronem in Chananæa sitam, ubi Isacus habitabat. Nec diuturnus fuit eorum conuictus.

Simeon & Leuis in Sicimitas ſæuiunt.

Gen. 35.

A.M. & ant. Chr. nat. ut ſuprà.

Rachelis mors ex Beniaminis partu.

XXVIII.

Mors Isaci, & ſepultura in Hebrone. CAP XX.

A.M. 2229. Ante Chr. nat. 1742.

REbecca enim iam antè defuncta, Isacus quoq; eam sequitur, non multo post filij reditum: & sepultus est à filijs iuxta uxorem in Hebrone, in monumento parentum suorum. Fuit autem Isacus uir Deo charus, & magna prouidentia dignus ab eo habitus, post Abrahamum patrem: ualde lõgo etiam tempore uixit. Mortuus est enim, exactis cum uirtute annis octuaginta quinque supra centum.

Gen. 35. Isaci mors, & laus, atque ætas, 185. anni.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER SECVNDVS.

Quomodo Esaus & Iacobus Isaci filij diuiserunt habitationem: & quòd Esaõ Idumæa, Iacobo Chananæa contigit. CAP. I.

A.M. 2231. Ante Chr. nat. 1740.

DEFVNCTO autem Isaco, filij partiti sunt inter se habitationem, nec ambo paternam retinuerunt: sed Esaus Hebrone fratri concessa habitauit in Seira, & Idumeæ dominatus est à seipso denominatæ. Adomus enim cognominabatur ob causam talem: Olim puer adhuc reuersus à uenatu famelicus offendit fratrem, qui coxerat sibijpsi in prandium lenticulã rubentem colore; quo magis etiam excitatus, rogauit ut eam sibi ad cibum traderet. at ille adiuuate fratris fame ius primogeniti pro cibo sibi uendere eum compulit: coactus enim fame, cessit ei suum ius, interposito iureiurando. Ob eius cibi colorem ab æqualibus Adomus est per ludibrium cognominatus. Adoma enim Hebræis significat rubens. id nomen pòst in regionem ipsius ditionis est deriuatum, quod Græci in mollius deflexerunt, Idumæam dicendo. Genuit autem filios numero quinq;. ex his Iaus, Iolamus & Coreus eadem matre Alibama nati: ex reliquis duobus Aliphazem Asa, Raguelem Mosametha ei peperit. Hos filios habuit Esaus. Aliphazæ item quinque legitimi filij fuêre, Themanus, Omerus, Ophus, Iothamus, Ocanasus. Nam Amalecus erat nothus, è Thamna concubina genitus. Hi habitauerunt Idumeæ regionem, quæ Gobolitis dicitur: & eam quæ de Amaleci nomine, Amalecitis est appellata. Quondam .n. latè patentem terram Idumeæ nomen complectebatur, cuius partes à primis colonorum inductoribus denominatæ, appellationes eas postea retinuerunt.

Esaus Adomus cur dictus. Gen. 35.

Esaus Iacobo im primogeniti uẽdit.

Adomæ ſignificatio.

Idumææ nomen unde.

Esai progenies. Gen. 36.

Gobolitis. Amalecitis.

Quomodo

A *Quomodo Ioſephus Iacobi filiorum natu minimus propter ſomnia futuræ ſuæ felicitatis prænuncia in fratrum inuidiam incurrit. CAP. II.*

IAcobus autem ad tantam felicitatem peruenit, ad quantam uix alius quiſquam. nam & opibus excellebat inter eius regionis homines,& propter filiorum uirtutes beatus erat ac conſpicuus. Nihil enim eis decrat,ſed induſtrij fuêre omnes,& generoſa quadam fortitudine ſimul ac prudentia prædíti. Tantam autem ipſius felicitatis curam gerebat cœleſte numen,ut etiam ex rebus, ſicut tum uidebantur,aduerſis maximorum bonorum occaſionẽ præberet, & per ipſum eiusq; liberos parentibus noſtris uiam ad exitum ex AEgypto præſtrueret ac præmuniret. IOSEPHVM è Rachele ſibi natum pater tum ob corporis præſtantiam,tum ob animi uirtutem (erat.n. prudentiſſimus) *Gen. 37. Iacobi oper.* II.

B præ cæteris liberis amabat. Is parentis affectus odium & inuidiam fratrum in eum prouocauit: acceſſerunt eò ſomnia, quæ ſibi uiſa patri ac illis indicauit,magnæ felicitatis prænũcia: quæ res etiam coniunctiſſimos ad æmulationem facilè concitat. Viſiones aũt Ioſephi fuêre tales: Miſſus cum fratribus à patre ad colligendas fruges meſſis tempore,uiſionẽ uidit,quæ nõ poterat exiſtimari una ex iſtis uulgaribus,quales in ſomnis obuerſari ſolent: eam experrectus fratribus interpretãdam narrauit, dicens uiſum ſibi præterita nocte ſuum tritici manipulum ſtare quo eum depoſuiſſet loco,illorũ uerò manipulos accurrentes adorare eum: quod uidebatur & amplam fortunam ipſi præſignificare, & fratres quoque in eius poteſtate futuros. At illi nihil tale Ioſepho ſunt interpretati,diſſimulãtes ſe intelligere: ſed taciti precabantur irritum fieri præſagium, ipſumq; maiore etiam odio proſequebantur. Deus aũt *Ioſephus quarè odio & inuidiæ fratribus ſuis fuerit. Ioſephi ſomnia duo, quorũ erat I. de uiſis manipulis tritici,*

C aduerſus eorum inuidiam contendens,alteram uiſionem Ioſepho immittit, priore magis mirabilem. Vidit enim ſolem aſſumpta luna & undecim ſtellis deſcendere in terram,& adorare ipſum.Hoc ſomnium in præſentia fratrum,nihil mali de illis ſuſpicatus, patri indicauit,rogans ut interpretari dignaretur, quod ei fuit uoluptati. Præſagium enim ſomnij colligens, & ſapienter euentum conijciens, gaudebat eo quod ingens filio felicitas portendi uideretur: euenturum olim tempus quando tam à parentibus quàm à fratribus honore & adoratione dignus haberetur. Intelligebat per ſolem ac lunam patrem & matrem,quòd altera augeret omnia & aleret, alter formam rebus & uim inderet. Porrò ſtellarum nomine fratres accipiebat, tum quòd numerus quadraret, tum quia uim à ſole & luna habeant. Et Iacobus quidem talem interpretationem non imprudenter attulit. Fratres autem Ioſe- *II. de ſole,luna, & ſtellis ipſum adorantibus; eorũq; interpretatio.*

D phi ualde contriſtauit id præſagium,haud aliter,quàm ſi alieno cuipiam hęc felicitas portẽderetur, ac non fratri, cum quo pariter omnibus fortunis frui poſſent,tam felicitatis quàm generis ſocij: decreueruntq; adoleſcentem tollere: & hoc conſilio comprobato, frumentis iam collectis,contulerunt ſe cum pecoribus in Sicima agrum, paſcuis percommodum, non præmonito patre: atque ibi paſtoricias curas obibant. At ille nemine à gregibus ueniente,nec certi quicquam nunciante, de filijs ſolicitus ac mœrens, mittit Ioſephum ad greges cogniturum res fratrum, & quid agant renunciaturum. *Conſilium de Ioſepho tollendo.*

Quomodo Ioſephus in AEgyptum uenditus à fratribus illuſtris ibi factus eſt, & fratres tandem in ſua poteſtate habuit. CAP. III. A. M. 2217. Ante Chr. nat. 1754.

E ILli autem uiſo fratre aduentante gauiſi ſunt, non ob aduentum germani à patre miſſi,ſed tanquã inimico in manus ſuas à Deo tradito, uolebantq; cõfeſtim eum interimere,neq; præſentẽ occaſionẽ elabi ſinere. Rubelus aũt inter hos natu maximus uidens eos cõſpiraſſe,conabatur impetũ eorum remorari: docens,quantũ facinus molirẽtur,& quãtam inuidiam pariturũ. Nefariam rem habere tam Dei quàm hominũ iudicio cædem hominis uel nõ cognati,ſed lõgè ſceleratius eſſe necis fraternæ patratores deprehendi, quo ſublato etiã in patrẽ eam iniuriã redundaturã, & matrẽ quoq; in luctum ac nõ humano more factã orbitatẽ cõiecturos: hos reſpicerent,reputantesq; quãtam eis calamitatẽ allatura ſit mors filij tũ probi,tum natu minimi, abſtinerẽt à tam nefario ſcelere. Deum quinetiã uererentur ſpectatorẽ ac teſtẽ conſilij contra fratrẽ initi: hunc, ſi à cœpto deſiſtant, accepturũ eorum pœnitentiam atq; reſipiſcentiam: ſin pergãt, fieri non poſ- *Gen. 37. Ioſephum à fratribus uenditur, ætatis ſuæ anno 17. Rubeli interitũ fratris ſui Ioſephi impedientis rationes.*

F ſe quin exigat ab eis parricidij quaſuis pœnas,cùm nihil ipſius prouidẽtiam latêre poſſit,ſiue in ſolitudine admittatur,ſiue in ciuitate. Vbicũq; n. ſint homines,exiſtimandũ ibi Deũ quoq; adeſſe. Sed & propriam conſcientiam poſt tantum ſcelus illis aduerſariam fore; quã effugere non liceat, ſiue bona ſit, ſiue talis, qualis ipſorum foret, ſi fratrem interfecerint. Addebat, ne læſo quidem fas eſſe germanum occidere. Decere dare ueniam talibus amicis, ſicubi non feciſſe officium uideantur. Ioſephum uerò ne peccaſſe quidem in illos,

cuius

cuius ætas miſerationem potius mereatur, & illos ipſos tutores ac protectores. Cauſam etiam cędis facinus eorum grauaturam, ſi uideantur ob inuidiam futuræ felicitatis ei uitā ademiſſe, qua felicitate propter cognationem ipſis quoque frui liceat. Debere enim ita exiſtimare, ipſorum eſſe quicquid Deus Ioſepho largitus fuerit. Proinde cogitandum cò grauiorem fore indignationem Dei, ſi eum quem ipſe omni bona fortuna dignum iudicaſſet, interimendo, materiam diuinæ beneficentiæ ſubtraxerint. Hæc Rubelus & his plura commemorans, conabatur eos abſterrere à parricidio. Poſtquam autem nihil ſe proficere uidit, ſed omninò ad cædem accenſos, conſulebat ut ſaltem modum necis mitiorem eligerent. Diſſuaſiſſe quidem ſe primùm pro uirili, ſed quandoquidem ſemel decretum ſit fratrem tollere, minus mali futurum, ſi ſuo conſilio pareant. Sic enim uoluntatem eorum habituram effectum, leuiorem tamen ac minus malum, ſi ad cædem conferatur. Satius eſſe, temperare à manibus, & proiectum in proximum puteum, illic extingui ſinere, ut ſaltem manus puras ſeruarent. In hanc ſententiam itum eſt, abductumq; adoleſcentem Rubelus funе religatum demiſit ſenſim in puteum: erat enim ſatis ſiccus. Quo facto, abijt paſcua quęſiturus.

Ioſephus in puteum demiſſus.

III. Gen. 37. IVDAS autem unus è Iacobi filijs, conſpicatus negociatores Arabas Iſmaëlitici generis, aromata & Syriacas merces deferentes in AEgyptum è Galadena, profecto iam Rubelo conſilium dedit fratribus, ut extractum Ioſephum uenderent Arabibus: illū enim hoc pacto longiſſimè ablegatum & apud exteros moriturum, & ſe impollutos permanſuros. Quo approbato, eximunt eum, & negociatoribus uendunt uiginti minis, annos ſeptemdecim natum. Rubelus autem noctu ad puteum ueniens, inſcijs fratribus ſeruare Ioſephum uoluit. Quo fruſtra inclamato, ſuſpicatus poſt ſuum diſceſſum interemptum, fratres incuſabat: ſed poſtquam ex illis cognouit quid accidiſſet, lugere deſijt. His perpetratis fratres conſultare cœperunt, quomodo patris ſuſpicionem à ſe alienarent. Placuit tandem tunicam, qua indutus Ioſephus ad eos uenerat, quamq; demiſſuri in puteum detraxerant, laceratam priùs ſanguine hircino inficere, atq; ita patri allatam oſtēdere, ut à feris deuoratum putaret. Quo facto, uenerunt ad ſenem, non ignarum de infortunio filij. Aiebant aūt, Ioſephum quidem neq; uidiſſe ſe, neq; ſcire quid illi acciderit: tunicam tamen hanc inueniſſe laceram & cruentatam. quamobrem ſuſpicari beluarū incurſu periſſe, ſi tamē eam indutus domo exiuerit. Iacobus aūt qui hactenus leuius malum ſperauerat, captiuum aliquò abductū puerū, opinionē hāc iam abiecit, euidēs argumentū necis tunicā ratus: agnoſcebat.n. eam eſſe, qua indutū miſerat: iamq; haud aliter quàm extincto ſe afflictās, lugebat tanq̄ unicū, aliorum conſolationē nō admittēs, q̄ nihil dubitaret in itinere à feris deuoratū, anteq̄ ad fratres peruenīſſet. Sedebat ergo ſacco amictus, & neq; filij cōſolando quicquā proficiebant, nec ipſe luctū ſatietate remittebat. Ioſephū aūt de negociatorib. emptū Petephres uir AEgyptius, qui Pharaothis coquis præerat, habuit liberaliter, quem & diſciplinis ingenuorū erudiendū curauit, & uictu cōmodiore quàm pro ſeruili cōditione uti præcepit: deniq; domus curæ præpoſuit. ille uerò fruebatur cōceſſis, nec tamē innatā uirtutē propter hāc ſui ſtatus mutationē amiſit: docuitq; prudētiā aduerſanti fortunę nō ſuccūbere, ſi quis ea legitimè, & nō ſecūdis tātùm in reb. utatur. Herilis.n. uxor tū dexteritate eius tū forma in amorē illecta: rataq;, ſi rem aperiret, ſe facilè eo potiturā, & in parte felicitatis habiturū, ſi cōtingeret ab hera ſe rogari: eſtimās eū magis ex præſenti conditione, quàm ex immutabili morū generoſitate, concupiſcētia detecta, mētionē de cōcubitu facit. At ille preces eius repulit, nefas ducens talem ei gratiā referre, quæ cū tam benigni domini cōtumelia & iniuria coniuncta eſſet. quin & ipſam hortabatur, ut morbo ſuo repugnaret, negans unquam ſe in hac re illi obſequuturum. Deſineret ſperare, quo potiri nō liceat: ſic enim fore, ut mala cupiditas ſpe ſublata ſedetur. ſe quiduis potiùs perpeſſurum, quàm ut huic eius uoluntati pareat. quamuis enim aduerſari heræ ſeruum non deceat, ipſam tamen rei fœditatem reclamare, ne quid tale admittatur. Illam uerò repulſa magis etiam accendebat, quòd non putārat Ioſephum pernegaturum: & non ceſſante morbo, ſecundas illi machinas admouerē cogitat. Ergo publico feſto inſtante, cuius celebritatem fœminas quoque frequētare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans ſolitudinem, & ad Ioſephum ſollicitādum opportunitatem. quam nacta etiam improbioribus quàm antè uerbis eum adoritur. Sātius quidem erat, primis precibus non repugnantem cedere, idq; uel dignitati precantis deferre, uel amoris uehementię, qua cogente oblita me dominam ad tam abiecta uerba deſcendi: ſapiēs tamē ſi uel nūc cedes, & priùs erratū corriges. ſiue.n. iterū rogari expectābas, iam facio accuratiùs etiā quàm antè. nam & ęgritudinē ad hoc finxi, & feſti lęticiā tuę cōſuetudini

Iacobus Ioſephū luget.

Gen. 39.

Ioſephus uenditur Ægyptio, & domus curæ præficitur, atq; ab hera ſolicitatur, cuius

A.M. 2227. Ante Chr. nat. 1744.

preces repulit, et quare; idq;

ſecundò interpellatus,

poſtha-

A B C D E F

A pòsthabui. ſiue priùs diffidebas, non tentari te malicioſe certo argumento colligere potes, quia in eadem uoluntate perſto. quare aut preſentem uoluptatē elige, & amāti obſequere, maiora etiā cōmoda expectās: aut odiū meū & uindictam, ſi meæ gratiæ caſtitatis opinionē preferes. Nihil ea te iuuabit, mihi crede, ſi ad maritū te deferā, & de ſtupro me appellatā dicam. quātumlibet tua ueriora fuerint, meis uerbis maiorē fidē habiturus eſt Petephres, quàm tuis. Ad hæc uerba lachrymasq; uerborū teſtes, nec miſeratione induci, nec terrore cogi potuit, quò minus perſtaret in ſuo pudicitiæ propoſito: cōſtanterq; reſtitit intentanti iniuſtā afflictionē, malens acerbiſſima quæq; ſufferre, quàm oblatis perfrui: ea gratificādo propter quæ poſtea ſe meritò perire ſibi conſcius eſſet. Ipſam quoque officij ſui monuit, iurisq; coniugalis ac cōſuetudinis, iubens huius maiorē habere rationē, quàm momentaneæ
B libidinis. huic .n. preſtò eſſe pœnitētiam, quæ factum quidē doleat, infectū tamen reddere non poſſit: adeſſe & timorē continuum, qui pro magno habeat, non prodi ſuū dedecus. at coniugalē cōſuetudinē & uoluptatē habere ſecurā, & conſciētiæ fiduciam tam apud Deum quàm apud homines. quin & conducibilius eſſe, ſi impolluta manens habeat ſe herili iure ſubditū, potius quàm flagitij cōmunis cōſcium. longè ſatius eſſe cōſcientia recta factorum quàm peccati latebris fidere. His & alijs ſimilibus uerbis mulieris impetū retūdere conabatur, eamq; à praua affectione ad rationis arbitriū reuocare. At illa uehementiùs inſtabat, & cùm uerbis nihil proficeret, iniectis manibus hominē ad obſequiū, poſtquā de perſuadendo deſperabat, cogere nitebatur. Ibi ucrò Ioſephus, relicto etiam pallio ex quo retinebatur, proſilit è cubiculo. Illa partim repulſæ dolore, partim metu ne ſuā petulātiam maritus co-
C gnoſceret, decreuit prior Ioſephū falſò deferre, & hoc pacto uindictā de eius tanta ſuperbia ſumere, dignū mulicbri aſtutia rata, ſi accuſationē præoccuparet. Itaq; ſedebat mœrens & perturbata, qui erat dolor ob fruſtratam libidinē, eſſe indignationē tentatæ pudicitiæ ſimulans. Marito aūt reuerſo, & ad hūc aſpectū turbato, cauſamq; ſcitāte, Ioſephū accuſare ſic aggreditur: Ne uiuas, inquit, marite, ni ſceleſtū ſeruū, cubile tuum uiolare conatū, digna pœna mulctaueris, oblitū & qualis in ædes noſtras ueherit, & quāta beneuolentia ſit à te complexus: qui ingratus habēdus, ni omnib. modis bonū ſe nobis preberet, ne à coniugio quidem tuo iniuriam abſtinuit: idq; die feſto obſeruata abſentia tua: ut facilè appareat, mode ſtiam quam priùs pre ſe ferebat, ab herili metu, nō ab indole recta profectam. Quod ut auderet, à te pręter ſpem ac meritū indulgēte corruptus eſt. uidens.n. omnia tua bona fidei ac
D diſpenſationi ſuę credita, grādioribusq; cōſeruis ſe prępoſitū, ęquū putauit, uxorem quoq; tuā attrectare: & ut uerbis fidem aſtrueret, protulit palliū, quaſi in colluctatione relictum. Petephres aūt cùm & lachrymāti uxori, & ijs quæ illa & dicebat & mōſtrabat, nō credere nō poſſet, & eius amori pluſculū tribueret, omiſſa ampliore ueritatis inquiſitione, collaudata uxoris fide, audacis facinoris Ioſephum damnatū in maleficorū carcerem cōiecit: ob uxorisq; pudicitiā magis ſibi placebat, modeſtiæ ei & caſtitatis teſtimoniū dans. IOSEPHVS IIII.
aūt omnē cauſam ſuam Deo cōmittēs, neq; ſe defendere curauit, neq; rem ita ut geſta erat indicare: ſed uinculorū neceſſitatē tacitus ferens, una ſpe cōſolabatur, nimirum potentiorem eſſe Deum his qui ſe uinxerāt, cuius prouidētiam cōfeſtim eſt expertus. Cuſtos .n. carceris tum fidem eius ac diligentiam in abſoluendis operū penſis conſiderans, tum formæ
E dignitatem, ſoluit eum à uinculis, eamq; miſeriam aliquantò leuiorem reddidit: uictu etiā cōmodiore quàm reliquos uinctos uti permiſit. Cæterùm his qui in eodē erant ergaſtulo, quoties labor intermitteretur, confabulantibus (ita ut ſolent miſeriarum ſocij) & inter ſe cauſam damnationis percōtantibus, pincerna quidam regi charus, per iram ab illo ad compedes damnatus, familiaritatē cū Ioſepho cōtraxit: & quia prudentē exiſtimauit, uiſum ſomniū ei expoſuit: orās, indicaret, ſi quod ſubeſſet prēſagium, deplorans ſuū infortuniū, cui nō ſatis erat regis indignatio, niſi per quietē etiā ſomnijs diuinitùs turbaretur. Aiebat autē
F ſe in ſomnis uidiſſe triū palmitū uitis uuas è ſingulis enatas pendére grandes iam, & uindemię tempeſtiuas: easq; ſe exprimere, ſubdente rege phialam. Colatū deinde muſtū ſe obtuliſſe regi, illumq; libenter accepiſſe. Narrato hoc ſomnio, rogabat, ut ſi quid ſcientiæ datum à Deo haberet, interpres uiſionis eſſe dignaretur. Illo autem ucrò bono animo hominem eſſe iubet, & expectare intra triduum ſolutionem à uinculis, rege ipſius miniſterium requirente, ad quod denuò ſit rediturus. Interpretabatur enim uitem fructum mortalibus in bonum uſum afferre, quandoquidem eo conciliante fides ac amicitia inter ipſos ſanciatur, & inimicitiæ diſſoluantur: ad hæc moleſtiæ mœrorésque uſu eius diſcutiantur, pro quibus lætitia ſuccedat. Hunc ais, inquit, manibus tuis expreſſum accepiſſe regem. Scito igitur, bonū tibi

ſumma cum con ſtantia.

Ioſephus pallio relicto mulieri, aufugit: &

apud herū adulterij accuſatur

Gen. 40. inq; uincula cōiicitur, quæ pati enter fert.

A. M. 2228. Ante Chr. nat. 1743.

Pincernæ ſomnium

Ioſephus interpretatur: item &

tibi uiſum oblatum, & ſignificare miſeriæ huius remiſſionem intra tot dies, ex quot palmitibus fructum uindemiaſti in ſomnijs. Tu uerò memento mei, poſtquam euentus hanc fauſtam prædictionem non falſam approbauerit: & iam liber ne deſpexeris nos in hac miſeria, in qua relinquimur te ad prænunciatam hanc felicitatem diſcedente. neque enim ſontes in hæc uincula ſumus compulſi, ſed ob uirtutem ac modeſtiam quaſi malefici punimur, cùm ne propriæ quidem uoluptatis mercede huius noſtri mali autorem contumelia afficere uoluiſſemus. Igitur pincerna, ut par erat, lætus hoc interpretamento euentum expectabat. Alius uerò quidam ſeruus piſtoribus regijs præpoſitus, in eiſdem uinculis degens cum pincerna, ex tam fauſta Ioſephi interpretatione ſpe concepta, quia & ipſe ſomnium uiderat, rogat eum quidnam ſibi quoque præteritæ noctis uiſio portenderet: erat autem huiuſmodi. Tria caniſtra, inquit, ſupra caput baiulare mihi uidebar. ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus & uarijs edulijs, qualia regibus apparari ſolent. Deuolantes autem alites abſumpſiſſe omnia, ipſo licet arcente, nihil deterritas. His dictis ſimile priori præſagium expectabat. Tum Ioſephus coniectura ſomnij facta, præfatusque quòd mallet ei lætiora prænunciare, quàm quæ ſomnium portenderet, dicit duos omnino dies uitæ ipſi ſupereſſe. Hoc enim ſignificare caniſtra. tertia uerò cruci ſuffixum ab alitibus deuorandum, quas à ſe arcere non poſſet. Nec aliter euenit utriſque, quàm ut Ioſephus prædixerat. Ad præſcriptam enim in ſomnijs diem rex natalitiũ epulum celebrans, præpoſitum piſtorum in crucem egit: pincernam uinculis exemptum miniſterio priſtino reſtituit. Ioſephum autem poſt biennij tempus in miſeria carceris exactum, nihil interim ab ingrato pincerna adiutum, Deus eripuit tali uia ad libertatem præſtructa. Pharaothes rex cùm eadem nocte in ſomnis duas uiſiones uidiſſet, pariterque interpretationem earum, hanc oblitus, ſola ſomnia retinuit, nihil lætum, ut conijcere poterat, ſignificantia: conuocatisque prima luce doctiſsimis AEgyptiorum, interpretationem requirebat. Illis uerò nihil explicantibus, tanto magis rex turbabatur. Quo uiſo, pincernã ſubit recordatio Ioſephi, eiusque in hoc genus coniecturis prudentiæ: & adito rege, indicauit ei de Ioſepho, & de uiſione in carcere agenti ſibi oblata, eiusque euentu iuxta illius interpretationem: quodq; eadem die piſtorũ præpoſitus cruci ſuffixus tanto magis fidem prædictionibus eius aſtruxerit. uinctum autem à Petephre coquorum præfecto, ut ſeruum. ipſum autem dicere, apud Hebræos ſe genere ac parentibus cumprimis claris natum. Hunc, inquit, euocari iubeto, néue cõtempſeris hominem propter præſentem miſeriam: etenim ſignificata ſomniorum ex eo diſcere poteris. Cõfeſtim igitur accerſitum rex, manu q; apprehenſum comiter his uerbis alloquitur: Iuuenis, quandoquidem te prudentem indicio famuli mei cognoui, enarra ſomniorum meorũ præſagia, quemadmodum & illi enarraſti, rem gratiſſimam mihi facturus. Caue autem uel metu quicquam ſupprimas, uel ad gratiam ac uoluptatẽ loquaris, ſed uera omnia, etiamſi fortaſſe non admodum læta. Viſus ſum mihi ſecundum flumen inambulare, uidereq; boues bene paſtas & bene magnas, numero ſeptẽ, à fluentis ad paludes pgredi: & alias totidẽ à paludib. obuiàm eis factas, uehementer extenuatas macie, ac uiſu fœdas: quæ cùm deuoraſſent ſeptẽ illas ſaginatas & magnas, nihil tamen profecerunt, miſerè à fame uexatæ. Poſt hanc uiſionẽ experrectus è ſomno, turbatusq;, dum mecum agito quidnam ſibi uelint ſpecies per ſomnũ obuerſatæ, obrepente ſenſim ſopore grauatus iterum obdormiui: iterumq; ſomnium uidi priore prodigioſius, quod me magis etiam turbat ac terret. Spicas ſeptem uidebã ab una radice enatas, fruge iam grauatas & uertice pronas, meſſiq; iam maturas: iuxta quas totidem alias ſpicas languidas & præroris inopia deficientib. ſimiles: quæ cùm alteras illas ingentes ac pulchras abſumpſiſſent, attonitũ miraculo me reddiderũt. Ad hæc Ioſephus: Somniũ hoc, Rex, duplici licet ſpecie uiſum, unum tamen & eundem euẽtum ſignificat. Namq; & boues animal aratro & labori natũ, uiſæ ab exilioribus deuorari, & ſpicæ à deterioribus abſumptæ, famem AEgypto & ſterilitatem ad totidem prænunciant annos, ad quot prius ubertatis felicitatem: horumq; fertilitatem à totidem ſequentium ſterilitate abſumendam. huic inopiæ non facilè uidetur proſpicere & occurrere: id quod inde conijcio, quia macræ boues, deuoratis pinguibus, ſatiari non potuerunt. Sed futura Deus, non ut contriſtet, prænunciat hominibus, ſed ut præmoniti ſibi prouideant, quo leuius imminenti malo premantur. Tu ergo ſi uberioris temporis prouentus repoſueris ac diſpenſaueris, inſequentem penuriã AEgyptus non ſentiet. Cumq; rex admiratus Ioſephi prudentiã & ſapientiã percontaretur, quónã modo eſſet in futurũ proſpiciendũ ubertatis tẽpori, quo tolerabilior fieret uẽtura ſterilitas, monuit & cõſuluit AEgyptijs utendũ parſimonia: & quod præſenti uſui ſupereſſet, ad futuram neceſſi-

Piſtoris ſomnium

quid ſibi uelit, Ioſephus planũ reddit.

A. M. 2230. Ante Chr. nat. 1741.

Somnia Pharaonis: quæ, Pincerna Ioſephi in carcerem conijcẽti recordante,

ipſe è carcere accerſitus,

I. ſcilicet de bobus,

II. deſpicit

explicat.

Futura quare Deus hominibus prænunciet.

Ioſephi conſilio

A neceſſitatem reſeruandum. Suaſit etiam, ut indicta profeſſione frumẽti, aratores iuberet id in horrea condere, & quantũ ſat eſſet, & non amplius, populo diſtribueret. ibi rex tam conſilio quàm interpretatione Ioſephi collaudatis, ipſum huic diſpenſationi præficit, iubetq; prouidere quæcunq; putaret in rem eſſe uel ipſius regis uel populi: prefatus neminem ſibi uideri magis idoneum ad hoc conſilium exequendum, quàm ipſum eius autorem. Qua poteſtate à rege auctus, accepto etiam annulo regis ſignatorio, & iure purpuræ geſtandę, in ſella curuli ſublimis per AEgyptum circumuectabatur, frumentumq; comportabat, tantũ inde cuiq; demetiens, quãtum in alimenta & ſementem ſufficeret, nemine ſciente cauſam cur hoc faceret. TRIGESIMVM iam ætatis annum exegerat, in ſummo apud regẽ honore habitus, & ob incredibilem prudentiã Pſontompanechus ab eo cognominatus, quod occultorũ inuentorem ſignificat: ſed & coniugiũ nactus eſt honoratiſſimũ. Duxit .n. rege connubiũ hoc procurãte uirginem, Petephræ Heliopolitani ſacerdotis filiã, cui nomẽ erat Aſanethe: ex qua & liberos genuit ante ægrorum ſterilitatem. ex his maior dictus eſt Manaſſes, quo nomine ſignificatur obliuio, quia meliorem fortunam nactus, uenit in prioris obliuionem: iunior uerò Ephręmes, quod reddentem ſignificat, eo quòd maiorum ſuorũ libertati redditus eſſet. AEgyptum autem ſecundum Ioſephi interpretamentum ſeptennio per diuitem affluentiam exacto, octauus annus fame infeſtabat: & quia malum improuiſum erat, promiſcua multitudo grauiter laborans ad fores regiæ confluebat. Rex Ioſephum accerſit, qui mox frumenta diuidendo ſeruator populi citra controuerſiam extitit. nec ſolùm eius regionis hominibus forum aperuit, ſed etiam exteris, exiſtimãs uniuerſum genus hominum inter ſe cognatum, & in rebus anguſtis fortunatiorum ope ſubleuari dignum. Et quoniam eadem calamitas & Chananæam & reliquas orbis regiones premebat, Iacobus quoque omnes filios in AEgyptum frumentatum mittit, cùm cognouiſſet, quòd & exteris eo foro uti liceret, ſolo Beniamini retento, quem è Rachele ſuſceperat, uterinum Ioſephi fratrem. Qui poſtquam in AEgyptum peruenêre, Ioſephum accedunt, mercatum ſibi permitti rogantes. nihil enim niſi ex ipſius ſententia gerebatur. Nam tum demum regem coluiſſe proderat, ſi ne Ioſephi quidem honos negligeretur. Ille agnitis fratribus, nihil tum minus quàm de ſe cogitantibus, quòd adoleſcens ab eis diſtractus iam per ætatem faciei lineamenta mutauerat, ac de tanta dignitate ne ſuſpicari quidem poterant, tentare eos decreuit, quali mente eſſent præditi. Nam & frumenti emendi poteſtatem eis negauit, & pro ſpeculatoribus regiarum rerum haberi uoluit: dicens, conueniſſe è diuerſis regionibus, & cognationem ſimulare. qui enim fieri poſſe, ut uir priuatus tot tam inſignes filios educauerit, quæ felicitas uel regibus rarò contingeret. Id faciebat, ut de patre cognoſceret, quóue in ſtatu per ſuam abſentiã res eius interim fuerint, quídue de Beniamine ſit factum. Sollicitus enim erat, ne & eum, quemadmodum ſe de medio ſuſtuliſſent. At illos magnus pauor occupat, imminens periculum reputantes, & à fratre nihil ex animi ſententia impetrantes: cumq; crimen amoliendum uiderent, Rubelus natu maximus ſic communẽ cauſam agere cœpit: Nos neq; ſpeculatum huc uenimus, neq; regi damnum aliquod allaturi: ſed dira fames, cuius effugium quærimus, uenire huc compulit, fretos ueſtra humanitate: quos non ciuibus ſolis, ſed exteris quoque ſalutem uobis debituris frumentum uenale propoſuiſſe audiuimus. Quòd autem fratres ſimus, & ex eodem ſanguine, uel facies noſtræ argumento ſunt, non admodum inter ſe uariantes. Pater nobis eſt Iacobus uir Hebræus, qui nos duodecim è quatuor mulieribus ſuſcepit, qui donec omnes eſſent incolumes, res noſtræ proſperæ fuerunt. Cæterùm uno, cui Ioſepho fuit nomen, abſumpto, domeſticæ fortunæ in peius labi cœperunt. Pater enim longo eum luctu proſequutus eſt: & nos ob illius obitus calamitatem, ſenisque miſeriam afflictamur. Nunc frumentatum uenimus, patris cura reique domeſticæ adminiſtratione Beniamini natu minimo commiſſa. Hæc ita eſſe, potes aliquo ad noſtram domum miſſo cognoſcere. Hæc Rubelus pro ſe ac fratribus, quò falſam Ioſepho ſuſpicionem eximeret, qui cognito patrem ac fratrem eſſe incolumes, iubet eos includi in carcerem, quaſi per ocium quæſtioni admoturus. Triduo pòſt deinde productis: Quoniam, inquit, aſſeueratis uos in detrimentum regis ac regni non ueniſſe, fratresq; eſſe ex patre, quem nominaſtis, facietis mihi fidem hæc ita ſe habere: ſi relicto interim uno ex uobis apud me nihil durius paſſuro, cum frumẽto ad patrem profecti, rurſum ad me reuertamini, adducentes uobiſcum fratrem, quem aiebatis illic relictũ eſſe: hoc enim erit argumẽtum uos nihil fingere. His uerbis perculſi, ratiq; iam extremam calamitatẽ inſtare, lamentabantur fortunam ſuam; crebrò iactãtes, adeſſe diras ultrices fratris

prouidetur uenturæ ſterilitati; ob quod Ægypto præficitur: &

V.

uxorem ducit, ex qua ſuſcepit filios,

Manaſſem & Ephræmem.

A.M. 2238. Ante Chr. nat. 1733.

Gen. 42. Iacobus filios in Ægyptum mittit frumẽtatum.

Ioſephus quo cõ filio fratres ſpeculatores eſſe dicat.

Rubelus apud Ioſephum cauſam dicit.

Ioſephus ſuos fratres carcere detineri iubet, &

Beniaminem ad ſe duci: qui iniuriam fratri illatam agnoſcunt.

tris per ſummam immanitatem oppreſſi. Rubelus inſuper increpabat ferам & inutilẽ eorum pœnitentiam, fortiter ferenda mala dictitans, quæ Deus innocentiæ uindex in impios fratres immitteret. Talibus ſe inuicem alloquebantur, non putantes à Ioſepho intelligi linguam ſuam: mœrebantq; omnes tacti uerbis Rubeli, & ſcelus perpetratum damnabant, qui tum commiſiſſent, propter quæ iuſtas Deo pœnas darent. In hac anxietate conſtitutos uidens Ioſephus, diſſimulare fratrem ulteriùs non ualens, quòd lachrymæ iam prorumperent, quas etiam tum celari uolebat, ſubduxit ſe de medio. Nec multo pòſt reuerſus, retento Simeone, qui interim obſes eſſet, dum fratres ad ſe redirent, frumentum emere permiſſos abire iuſſit, quum priùs miniſtro mandaſſet, ut pecunia quam pro frumento attulerãt, clam in ſarcinas indita, poteſtatem abeundi eis faceret. Peregit mandata famulus. Iacobi uerò filij reuerſi in Chananæam, renunciauerunt patri, quicquid eis in AEgypto acciderat, & quòd pro ſpeculatoribus regni fuerint comprehenſi: quumq; dicerent fratres ſe eſſe, & undecimum domi relictum apud patrem, noluiſſe illos credere. Relictum etiam Simeonẽ apud Præſidem, donec Beniamin illuc profectus, uerbis eorum fidem aſtrueret: poſtulabantq;, ut pater nihil ſolicitus iuuenem cum eis mitteret. Iacobo uerò nihil eorum placebat quæ fecerant filij, & cùm ne Simeonem quidem illic relictum probaret, morte durius putabat, etiam Beniamine priuari. ac ne Rubelo quidem rogante, filiosq; ſuos dedente, ut ſi quid Beniamini accidiſſet in itinere, illos auus interimeret, Iacobo ut aſſentiret perſuaderi potuit. at illos quid agendũ incertos magis etiam terruit pecunia reperta in ſaccis frumẽtarijs. Cæterùm deficiente iam tritico, urgente fame compulſus Iacobus, decreuit Beniaminem unà cum reliquis mittere. non .n. licebat eis in AEgyptum reuerti, niſi ſeruato pacto. Cúmq; indies maior neceſſitas incumberet, & filij rogare non deſinerent, adhuc tamẽ hęſitabat. Tandem Iudas uir natura uehemẽs cœpit liberiùs agere cum patre, quòd nimis de fratre ſolicitus eſſet, cui nihil præter uoluntatem Dei poſſet accidere, ſiue foris ſiue domi: ſe uerò in certã perniciem tradi, dum ob inanem de puero curã unicũ à Pharaothe pręſidium adimitur. Habẽdam etiã rationem Simeonis incolumitatis, ne dũ Beniaminem peregrinationi cõmittere cunctãtur, interim ille ab AEgyptijs occidatur: crederet Deo ſalutem filij, necnon ſibi qui aut eũ ſaluũ reducturus eſſet, aut illic unà periturus. ac tum demũ Iacobus cedens tradit eis puerũ, & duplex frumẽti preciũ: addit & dona ferenda Ioſephò ex prouentu Chananęæ, balaninum unguentũ, ſtacten, terebinthũ & mel: atq; ita multis utrinq; fuſis lachrymis à patre digrediũtur, ſene miſerè timente ſaluti filiorũ, illis cõtrà ſolicitis, ne per ſuam abſentiam mœrori pater ſuccumberet. in hoc dolore integrũ diem exegerunt. Et pater quidẽ afflictãs ſe domi ſubſiſtit, illi in AEgyptũ tendẽtes, pręſentẽ triſticiã ſpe melioris fortunæ leniebãt: quò poſtquã eſt peruentum, apud Ioſephũ diuertunt, non parũ ſolicit, ne calumnia ſibi intẽderetur, quaſi dolo malo prioris frumẽti preciũ ſecum abſtuliſſent: quod mox apud Ioſephi diſpenſatorem diligenter excuſauerunt, dicentes pecuniam domi repertam in frumento dum ſaccos exinaniunt, quam nunc bona fide reportarent. illo uerò negante ſe unquam eam pecuniam deſideraſſe, liberati hoc metu, ſecuriores eſſe cœperũt, moxq; Simeon iam liber inter fratres uerſari eſt permiſſus. Interea Ioſepho ab officio reuerſo, dona offerunt, & ſcitanti de patre, bene ualere aiunt. Tum ille cognito Beniaminem ſupereſſe, quem inter eos uidebat, percõtatur, an is eſſet frater natu minimus: & audito quòd is eſſet, hec tantùm effatus, Deum uniuerſis rebus prouidere, ſeceſſit nolens ab eis aduerti lachrymas, quas ulteriùs continere non poterat. Acceptos deinde conuiuio iuſſit ordine, quo apud patrem ſolebant, diſcumbere: cúmq; omnes comiter haberet, duplicibus partibus ſibi appoſiti cibi Beniaminem honorabat.

Ioſephus, Simeone retento, cæteros fratres in Chananæam remittit.

Iacobi ſolicitudo ob abſentem Simeonem & ablegãdum Beniaminem.

Gen. 43.

Iudas patri perſuadet, ut Beniaminem in AEgyptũ demittat.

Simeon liberatur, Beniamine adducto.

VI. P O S T cœnam autem illis iam cubantibus iubet diſpenſatorem frumentum admetiri quod aſportaturi erant, & precium rurſus in ſaccis abſcondere: in Beniaminis uerò ſarcinam ſcyphum argenteum, quo ipſe pręcipuè delectabatur, immittere. Id faciebat, uolens experiri fratrum animum, eſſéntne adfuturi Beniamini reo furti, an illo relicto tãquam maleficium hoc nihil ad ſe attineret, ad patrem reuerterentur. Quæ ubi facta ſunt, ut imperatum erat, prima luce omnium ignari filij Iacobi proficiſcuntur, aſſumpto Simeone, læti tam huius reſtitutione, quàm Beniaminis reditu, quem patri ſe reducturos fidem dederant: & ecce agmen equitum repentè illos circumuenit, inter quos erat famulus qui ſcyphum in ſarcinam indiderat. Illis uerò turbatis inopinato equitum incurſu, & rogantibus cur irruerent in uiros quos paulo antè honore hoſpitij dignatus fuerit ipſorũ dominus: illi cõtrà ſceleratos inclamabãt, qui huius ipſius beneficij, Ioſephiq; comitatis immemores, auſi ſint pro talibus meritis iniuriam reponere:

Gen. 44. Ioſephus fratres per ſpeciem furti de uia reuocandos curat.

qui

A qui eum ipſum ſcyphum, in quo ille eis tam amicè prębibiſſet, ſurreptum auferrẽt, iniquo lucro & Ioſephi amicitiam, & ſuum ipſorum, ſi deprehenſi fuerint, periculum poſthabentes: daturosq; furti pœnas, minitabantur. non fefelliſſe enim eos Deum, neq; cum furto effugituros, licet miniſtrum mẽſæ fefellerint. & nũc rogitare, ſatiſne ſani eſſent, quaſi uerò neſciãt: enimuerò mox ſcituros, dum ad pœnam rapiẽtur. His & ſimilibus uerbis famulus inſultabat. At illi, ut qui nihil de dolo compoſito ſciebant, deridebant eum: demirari ſe hominis leuitatem, temèrè obijcientis furti crimen eis uiris, qui ne frumẽti quidem precium in ſaccis inuentum retinuerint, ſed ſecum reportauerint, cùm nullus de ea pecunia præter ipſos ſciret: tantum abeſſe ut data opera damnum inferre uellẽt: certiorem tamen rati inquiſitionem quàm negationem, iubent eos ſcrutari ſarcinas: nec recuſabant uniuerſi pœ-
B nas dare, ſi unus aliquis ex ipſis in furto deprehenderetur. tanta erat ſecuritas & innocentię fiducia. Acceperunt illi conditionẽ inquiſitionis, ſuppliciũ tamen ſolius fore, penes quem furtum inuentum fuerit. Inquiſitionem deinde aggreſſi, omniũq; ordine ſarcinas ſcrutati, poſtremò ad Beniaminem ueniunt, non quòd neſcirent ſe in eius ſacco abſcõdiſſe ſcyphũ, ſed ut accuratè inquirere uiderentur. Itaq; cęteri iam ſecuri de ſe, de uno Beniamine adhuc erant ſoliciti: ſperabant tamen ne ipſum quidem in maleficio deprehendendum, adeò ut iam liberiùs indignarentur perſecutoribus, per quorum importunitatem ſtaret ne bonam partem itineris iam confectam haberent: ut uerò Beniaminis ſarcinam ſcrutati ſcyphum protulerũt, ad lamenta & ploratus continuò uerſi, laceratisq; ueſtibus tum fratrem deflebant furti ſupplicium daturum, tum ſuam ipſorum uicem, qui fidem de Beniaminis ſalute
C parenti datam preſenti caſu fallere cogerentur: augebat etiam dolorem eorum, quòd cùm iam euaſiſſe omnia pericula uidebantur, fortunæ inuidia peruenerint in tantam calamitatem. atq; huius tam fratris quàm parentis infortunij ſe autores fatebantur, qui inuitum ad puerum ſimul mittendum compuliſſent. Et equites quidem comprehenſum Beniaminẽ ducebant ſecum ad Ioſephum, ſequentibus & fratribus. Tum ille uidens fratre in cuſtodiam dato, cæteros lugubri habitu adſtare: Itáne, inquit, ſceleſtiſſimi omnium, uel meam humanitatem uel Dei prouidẽtiam contempſiſtis, ut tam nefarium facinus contra hoſpitẽ ac bene de uobis meritum auderetis? At illi uicarios ſe pro Beniamine ad ſupplicium offerebant: rurſũmq; Ioſephi crebra mentio, felicem eum qui morte à uitæ calamitatibus ſit exemptus, ſi tamen eſſet mortuus: quòd ſi uiuat, qui dignus ſit habitus, ob cuius iniuriam
D Deus tam ſeuerè in ipſos uindicaret. patris quoq; ſe peſtem eſſe & infortunium maximũ, cui ad ueterem luctum recentem hunc afferrent. nec deſinebat Rubelus denuò illis ſcelus eorum exprobrare. Ioſephus uerò negabat ſe alios morari, quorum innocentiam compertam haberet, contentus unius pueri ſupplicio. nam neq; hunc dimitti in gratiam inſontiũ æquum eſſe, neq; illos alieni peccati pœnas perſoluere: abirent quò uellent, ſe curaturum ut tutum iter facere liceat. His uerbis grauiter ictos, cæteros præ dolore uox defecit: Iudas uerò, qui patri adoleſcentem mittere perſuaſerat, uir alioquin etiam ſtrenuus, decreuit ſe pro fratris ſalute periculo obijcere. Fatemur, inquit, Præſes, grauiter à nobis in te peccatum, ſuppliciumq; commeritos, quod parati ſumus omnes luere; licet non omnium ſit culpa, ſed unius natu minimi. Sed quamuis ſalutem per eum pro deplorata habeamus, unica tà-
E men effugij ſpes in clementia tua bonitateq; ſupereſt: quamobrem oramus ut nõ tam noſtri commiſſi rationem habeas, quàm tuæ naturæ, & in hac cauſa non iram, ſed uirtutem in conſiliũ adhibeas: iramq; magno animo cõprimas, cui uulgares homines in magnis iuxta ac paruis reb. ſuccũbere ſolẽt: diſpice, quæſo, nũ ex tua dignitate ſit eos occidere, qui ipſi ſe dedũt ad pœnã, & ſalutem nõ niſi precario tibi debere cupiũt, quam non nũc primùm tuæ benignitati ſunt acceptam laturi: ne cõmittas, ut illud beneficiũ tibi pereat, dum fami ereptis, & frumẽtò liberaliter adiutis, etiam ad familiã eodem periculo laborantem domũ alimẽta perferendi poteſtatẽ feciſti. Eiuſdem. n. bonitatis eſt, ſeruare fame de uita periclitãtes, & mortẽ meritis culpam condonare, quibus fortuna tuam beneficẽtiam inuidiſſe uiſa eſt: eadem planè gratia eſt, diuerſo modo collata. Seruabis enim, quos ad hoc etiam pauiſti: &
F uitam quàm præ fame deficere non es paſſus, denuò donabis, quò commendabilior ſit tua clementia, dum & uitam donas, & per quæ uita retinetur. Quin etiã Deum ipſum exiſtimo tibi hac calamitate noſtrę uirtutis exerendæ materiam ſuppeditare: ut appareat te proprias quoque offenſas benefaciendi uoluntati poſthabere, & non in ſolos innoxios egenos liberalem eſſe. Quantumuis enim magna laus eſt opem ferre in rebus anguſtis: magis tamen Principem ornat clementia, præſertim in cauſa, quæ ad ipſius iniuriam priuatim attinet.

Beniamin capti uus ducitur.

Iudæ ad Ioſephũ ſuper Beniaminis furto, oratio.

Clemẽtia ornat principem.

Si enim parua peccata remittentes laus sequitur, quid in capitali crimine iram cohibuisse, an non diuinæ clementiæ proximũ uideri debet? Quod nisi Iosephi interitu compertum haberem, quàm molestè ferat pater orbari filijs, non adeò pro salute nostra laborarem, nisi quatenus tibi clementię laudẽ conciliatura uidetur: & si non haberemus quibus mors nostra luctũ ac mœrorẽ sit allatura, æquo animo supplicium perferremus. Nunc uerò quando non tam nostri nos miseret, tametsi iuuenes adhuc non multum fructum aut uoluptatem uitæ percepimus; quàm parentis miseri, ætate curisq; confecti, has tibi preces illius quoq; nomine offerimus, & uitam nobis donari oramus, supplicio per hodiernum malefactum obnoxiam. ille certè nec malus ipse est, nec malos futuros genuit, sed & bonus & dignus qui nunquam talem calamitatem experiatur, qui nũc ob nostram absentiam curis ac mœrore discruciatur. quòd si talem nostri interitus nũcium, simulq; eius causam acceperit, nõ sustinebit amplius uiuere, nostræ mortis infamia illius mortẽ approperabit; hoc ipso infeliciorem, quia ne nostri dedecoris rumorem sentiret, è uiuis excessisse uidebitur. His igitur perpensis, tametsi ad iustam indignationem hoc scelere permotus, patri tamẽ uindictæ gratiam facito: & plus illius miseratio apud te ualeat, quàm nostra iniquitas. Defer hoc honoris senectuti eius, quæ si nobis orbetur, superstes durare nec uolet nec poterit: defer tui parentis memoriæ: defer ipsi patris uocabulo, quod tibi iam contigit, ita tibi Deus omnium pater hoc felix faxit ac perpetuum, quem & ipsum honorabis hac pietate propter commune nomen, si te calamitatis senis patris misereat, quam orbatum manere est credibile. Nũc tuũ est quæ nobis Deus dedit, cùm iure possis, non auferendo iterum dare, & hoc pacto Dei benignitatem imitari, & hac parte similem ei fieri. Cùm enim tantũdem ad utrumlibet ualeas, præstat bene facere quàm malè: & potestate contentum sui iuris non meminisse, sed tantùm ad seruãdos homines potentiam tibi datam existimare: & quò pluribus salutẽ dederis, hoc teipsum illustriorem fore. potes aũt fratri erroris uenia data nos omnes seruare. neq; n. nos incolumes esse possumus, nisi hoc incolumi, neq; domũ absq; hoc ad patrem redire licet, sed hîc ferendum est quicquid frater tulerit. neq; n. aliam gratiam à te, Præses, petimus, si hãc non impetramus, quàm ut nos eodem afficias supplicio, non secus ac sceleris socios. hoc n. satius fuerit, quàm si præ mœrore nobis ipsi manus inferamus. Non addã iuuenem esse, & per ætatem nondum satis sapere, & talibus non grauatim ueniam dari solere, sed hîc finem dicendi faciam, ut siue damnemur, mihi imputetur non satis diligenter huic causæ patrocinato: siue absoluamur, in solidum hanc gratiam tuæ clementiæ ac bonitati debeamus, cuius laudi hoc quoque accedet, quòd non solùm nos seruaueris, sed plura etiam quàm nos ipsi in causa nostra quæ pro nobis faciant, uideris. Siue igitur plectere uis hunc, me uicario ad supplicium accepto, patri eum remittito: siue ad seruitium addicere mauis, ego tuis ministerijs magis sum idoneus, & ad utrumuis (ut uides) magis accommodatus. His dictis, Iudas promptus ad quiduis pro fratris salute libenter subeundum, accidens Iosepho ad pedes, mollire ac placare iram conatur: pariq; modo & cęteri prosternuntur, pro Beniamine sese ad interitum offerentes. Iosephus autem pietate uictus, & iam ægrè personam irati sustinens, ablegat alios qui tum aderant, ut sine arbitris à fratribus agnosceretur. Cumq; soli essent, aperit fratribus seipsum, & infit: Pietatem uestram & amorem quo fratrem prosequimini, laudo, & meliores, quàm expectâram, coniecturam faciens ex his quæ mihi olim acciderunt, comperio: in hoc n. hæc omnia feci, ut fraternæ beneuolentiæ caperem experimentum. cuius quoniam egregium specimen edidistis, ne illud quidem in me commissum uestræ naturæ imputare libet, sed Dei potiùs uolũtati totum ascribo, qui uobis in præsentia commoda procurauit, & maiora est largiturus, si nobis propitius fauorem suum non subtraxerit. Quando igitur & patris incolumitatem insperatam cognoui, & uos tales erga fratrem comperi, libenter iniuriæ olim mihi factæ obliuiscor, malens uobis, ut ministris diuinæ prouidentiæ, in hoc tempus communi nostræ utilitati prospicientis gratiam habere, quàm uestræ, ut tum uideri poterat, maliciæ meminisse. Vos quoque temporis illius immemores iubeo bono animo esse, & mali consilij bonum euentum libenter ferre, neque pudore præteriti erroris contristari. Quid est enim, cur uos malè habeat iniquæ quondam uestræ aduersum me sententiæ pœnitentia, quam frustratam esse iam uidetis? Læti igitur hac diuina dispensatione ite patri hæc renunciaturi, ne fortè illo consumpto immodica de uobis solicitudine, præcipuus felicitatis meæ fructus intercidat, priusquam ille in conspectum meum ueniat, & horum bonorum fiat particeps. Quamobrem & ipsum & uxores ac liberos uestros totamq; cognationem assumẽtes, migrare uos huc

Deo similes fiũt homines benignitatem exercendo.

Iudas supplex fratrem Iosepho, unà cum cæteris.

Gen. 45. Iosephus fratribus se indicat.

A huc uolo. Non enim decet mihi chariſſimos ab hac mea felicitate abeſſe, præſertim fame quinque adhuc annis duratura. Hæc locutus Ioſephus complectitur fratres: illi uerò in lachrymis erant ac mœrore, ſuiq; in fratrem facti pœnas dare hoc ipſo uidebantur, quòd ipſe tanta in eos æquitate uteretur. mox conuiuium eſt ſecutum. Rex autem cognito fratrum Ioſephi aduentu, quaſi ſibijpſi aliquid boni accidiſſet, lætatus eſt, donauitq; eis currus onuſtos frumento, & aurum ac argentum, munera ad patrem deferenda. qui pluribus etiam à fratre acceptis, partim patri, partim in ſingulos donatis, ſed præcipuis Beniamini, reuerſi ſunt ad ſuos. IACOBVS autem poſtquam ex filijs ſtatum Ioſephi cognouit, quòd non ſolùm mortem effugiſſet, quam tam diu luxerat, ſed etiam in ſplendida fortuna uiueret B cum rege adminiſtrans AEgyptum, & penè totam illius regionis gubernationem commiſſam habens, facilè iſta credidit, cogitans tum magnificentiam Dei, tum erga ſe fauorem, tametſi aliquantiſper, ut uidebatur, intermiſſum: nec diu moratus iter aggreſſus eſt, ad Ioſephum properans.

Ioſephus fratres lachrymãtes cõplectitur: quorum aduentum Pharaothes reſciſcit.

VII. *Iacobum Ioſephũ ſuperſtitem eſſe cognoſcit.*

Quomodo Iacobus cum tota progenie ad filium ob exortam famem migrauit. CAP. IIII.

A.M. 2239. Ante Chr. nat. 1732. Gen. 45.

VT uerò uentum eſt ad puteum iuramenti, oblato Deo ſacrificio, cùm timeret ne filijs propter ubertatem AEgypti cupiditate habitandæ regionis captis poſteritas ſua non rediret in Chananęam, occupatura eam iuxta promiſſa Dei: néue inconſulto Deo migratione præſenti facta genus ipſius clade aliqua feriretur: ad hęc ne fortè ipſe antequã Ioſephũ aſpicere contingat, ex hac uita eximatur: talia uolutãti in animo & ſomno grauato Deus per uiſionẽ aſtitit, eumq; bis nominatim inclamauit. Quo C rogante, quiſnám eſſet? Annón agnoſcis, inquit, Iacobe, Deum perpetuũ tam tuum quàm tuorum maiorum protectorem ſimul & auxiliatorem? qui contra patris tui propoſitum principem familiæ te conſtitui, & cùm ſolus in Meſopotamiam profectus eſſes, effeci ut cõiugium nactus fortunatum redires, & liberis multis & facultatibus auctus: incolumem etiam progeniem tuam ſeruaui, & quem amiſiſſe uidebaris Ioſephum, ad tam ſublime dignitatis faſtigium euexi, ut non multum à rege AEgypti differat. Nunc quoque in hoc ueni, ut me ducem huius itineris habeas, utq; tibi prænunciem inter manus Ioſephi te è uita exiturum, & poſteritatem tuam per multa ſecula potentẽ fore, ſimul & illuſtrẽ, occupaturamq; terram, cuius ditionẽ ei ſum pollicitus. Hoc ſomnio fretus, eo libentiùs in AEgyptum cum filijs ac nepotibus pergebat, qui erãt in uniuerſum LXX. Eorum nomina cùm ſint duriora, non eram adſcripturus, niſi propter quoſdam qui nos AEgyptios contendunt eſſe, non D Meſopotamenos. Ergo Iacobi filij fuêre duodecim, ex quibus Ioſephus iam antea uenerat. recẽſendi ſunt nunc reliqui, cũ ſua quiſq; progenie. Rubeli fuerunt quatuor filij, Anoches, Phalles, Eſſaron, Charmiſus. Simeonis ſex, Iulimus, Iaminus, Prothodus, Iachenus, Zoar, Saar. Leuis quoq; tres fuerunt, Gelſemis, Caathus, Mararis. Iudæ item tres, Sala, Phares, Zara, & duo filij Pharæ, Eſron & Amyrus. Iſſacharæ quatuor, Thulas, Phruras, Iobus, Samaron. Zabulonis tres, Saradus, Elon, Ianel. & hoc quidem genus è Lia, quæ ſecum ducebat filiam Dinam, quorum numerus trigintatres. Rachelis autem filij fuerunt duo, quorum alter Ioſephus filios habuit Manaſſem & Ephræmen. alteri uerò Beniamini fuerũt decem, Boloſſus, Baccharis, Aſabel, Gela, Næmanes, Iſes, Aros, Nomphthis, Optais, Sarodus. iſti quaE tuordecim ſuperioribus additi, fiunt numero quadraginta ſeptem, & legitimum quidem Iacobi genus hoc fuit. è Bala uerò famula Rachelis fuerunt, Danus & Nephthalim, quem quatuor ſequebantur filij, Eleinus, Gunes, Sares, Hellimus. Dano uerò unicus erat filius, nomine Vſis. His ad iam dictos additis, quinquaginta quatuor numerus expletur. Gades aũt & Aſſerus nati fuerũt è Zelpha Liæ famula. ex his Gadem ſequebantur filij ſeptem, Zophonias, Vgis, Sunis, Zabros, Acrines, Eroedes, Ariel. Aſſerum uerò una filia, & mares humero ſex, quorũ nomina Iomnes, Eſſus, Iubes, Baris, Abarus, Melmiel. his quindecim adiectis ad prædictos quinquaginta quatuor, ſupradictus numerus cõpletur, † annumerato etiam Iacobo. Ioſephus autem cognito patrem aduentare (etenim Iudas præcedens id ſignificauerat) profectus obuiam ad Heroum oppidũ illi occurrit: qui præ inexpectata magnaq; F lętitia minimũ abfuit quin expiraret. ſed Ioſephus eum refouit, quamuis & ipſe præ uoluptate periclitaretur, non tamen æquè ac pater. deinde iuſſo eo paulatim progredi; ipſe aſſumptis quinque fratribus properauit ad regem, nũciaturus adeſſe cum familia Iacobum. Quo audito, lætus ille percontatus eſt Ioſephum, quibuſnam ſtudijs delectarentur; ait, paſtoralem artem callere, & nihil aliud exercere: idque eo conſilio reſpondit, ne fortè diſtraherentur, ſed ut unà degentes curam patris haberent: tum ne qua æmulatio cum AEgy-

Iacobo Deus apparet, & in AEgyptũ ipſum migrare iubet.

Iacobi familia, quæ in Ægyptũ migrauit.

† *In græco eſt: non annumerato.*

Ioſephus obuiã patri proficiſcitur.

Ioſephi & patris congreſſus.

Ioſephus regem de fratrum ſtudijs edocet.

ptijs interueniret, si circa eadem cum illis studia uersarentur. Nam ei genti non erat licitum A
Gen. 49. greges aut pascua curare. Iacobo aũt salutatum ad regem perducto, post faustas ominatio-
Iacobus Pharaonẽ salutat, anno ætatis suæ 130. nes acceptas, rogauit eum Pharao, quantum iam temporis uixisset. & cùm audisset trigin-
ta supra centum annos natum, admiratus est hominem tam longæuum. Cumq; ille adic-
cisset maiores suos longioris ætatis fuisse, permisit eum cum filijs degere in Heliopoli, ubi
etiam regij pastores habebant pascua. Fames autẽ crescebat in AEgypto, nec aderat reme-
dium, neque flumine agros rigante: non enim ascendebat, neque ullis de cœlo pluuijs: ad
Iosephus Pharaoni facultates Ægyptiorum ac quirit. hæc grauius erat malum, quia uulgo improuisum, qui nihil parati habebat, neq; Iosephus
frumentum dabat, nisi numerata pecunia: quæ postquã defecit, pecudes ac mancipia pro
frumento permutabant. quibus uerò agri fuêre, partem aliquam in preciũ alimentorum B
regi decidebant. Cumq; ad hunc modum omnes eorum possessiones in ius regis deuenis-
sent, alius aliò migrabant, quo certius esset regium dominium. soli sacerdotes immunita-
tem & agros retinuerunt. Postremò hæc necessitas adeò non corpora solùm, sed & animos
gentis in seruitutem redegit, ut nihil turpe putarent quo uictus utcunque parari posset.
A. M. 2345. Ante Chr. nat. 1626. Postquam autem cessauit fames, & rigante flumine terra ad pristinam fertilitatem redijt,
Iosephus regionis urbes obeundo, conuocata per singulas multitudine, agrorum quos re-
gi cesserant usum fructum illis restituit, & adhortatus ut non secus quàm proprios colerẽt,
iussit quintam partem fructuũ regi pẽndere pro agro, quem rex eius dominus illis dat, qui
læti insperata restitutione agrorum, culturã strenuè aggrediebantur. atque hoc pacto tum
VIII. Iosephi autoritas, tum gentis erga regem beneuolentia nõ mediocriter creuit: & ius quin-
Gen. 48. 49. 50. tæ partis frugum etiam penes regum posteros ac successores permansit. IACOBVS aũt C
A. M. 2256. Ante Chr. nat. 1715. cùm decimum septimum annum in AEgypto exegisset, in morbum lapsus inter manus fi-
liorum uitam finiuit, precatus eis priùs prosperitatem & abundãtiam, & uaticinatus, quo-
Iacobus moritur modo singulorum posteri in partem possessionis Chananææ terræ essent peruenturi: id
quod factum est longo pòst tempore. Præterea collaudato Iosepho, quòd oblitus iniuria-
rum plura fratribus bona contulerit, quàm uel benefactoribus deberentur, mandauit suis
natus ãnos 147. & filijs ut Iosephi filios Ephræmen & Manassen in suum numerum admitterent diuisuri sorte
Chananæam, quemadmodum postea dicetur. Postremò rogauit, ut in Hebrone sepeliretur. Mortuus est autem cùm uixisset annos in uniuersum centum quinquaginta minus tri-
in Hebrone sepelitur. bus, ex maioribus suis nulli pietate secundus, cuius digna præmia Dei benignitate est con-
A. M. 2340. Ante Chr. nat. 1661. secutus. Iosephus uerò, permittente rege, deportatum patris corpus in Hebronem magnifi- D
Iosephus moritur: ins. cè sepeliuit. Cæterùm fratribus recusantibus cum eo reuerti, quòd timerent ne defuncto
patre in se uindicaret, cùm non amplius esset, in cuius gratiam daturum ueniam sperarẽt,
iussit eos posito metu nihil mali suspicari: & reductis secum magnas possessiones largitus
est, nec unquam eos summa beneuolentia prosequi destitit. Moritur autem & ipse centesi-
mo & decimo uitæ anno exacto, uir admirabili uirtute præditus, in omnibus negotijs pru-
dens, & potestate temperanter usus: quibus artibus factum est, ut neque externum genus,
neque calamitas, de qua diximus, quicquam offecerit, quò minus ad summam dignitatem
Chananæam ossa eius trãslata. tueheretur. Reliqui etiam fratres uita feliciter exacta, in AEgypto sunt mortui, quorũ cor-
pora filij & nepotes in Hebronem relata sepeliuerunt. Iosephi autem ossa postea translata
sunt in Chananæam per Hebræos, dum ex AEgypto populariter migrarent: hoc enim ipse E
A. M. 2363. Ante Chr. nat. 1608. adiuratis priùs mandauerat. Sed & hoc & alia huius populi gesta narraturi, dicemus priùs
causam propter quam ex AEgypto exiuerunt.

De afflictionibus Hebræorum in AEgypto per annos CCCC. *CAP. V.*

IX. Egyptij gens delicata & ad laborem segnis, uoluptatibus & captandis lucris dedi-
Exod. 1. Ægyptiorũ studia; atque in Hebræos iniuria unde. ta, malè uolebat Hebræis, quòd per inuidiam ferre æquo animo illorum felicita-
tẽ nõ poterat. Videtes. n. genus Israëlitarũ florere, & opibus labore atq; industria
quæsitis iã abũdare, non satis tuta sibi eorũ incremẽta existimabãt: & cùm iam Io
sephi beneficiorũ memoriã tempus obliterasset, regnũq; AEgypti in aliam familiam demi
grasset, inhumanè tractabant Israëlitas, & uarijs laboribus atterebant. Nam & flumẽ in mul
Hebræorum afflictiones in Ægypto. tas fossas diducere sunt iussi, & mœnia urbibus ædificare, & aggeres extruere, quibus in- F
undationes fluminis ab urbibus arcerentur. Pyramidum etiam substructionibus uexabant
Hebræorum traditio hic à Iosepho multum discrepat in annorũ numero. gẽtem nostram, cogendo uarias artes discere, & laborib. ferẽdis assuescere. atq; in hunc mo-
dum per CCCC. annos fuit laboratũ, AEgyptijs id agentibus, ut Israëlitas nimio labore per-
derent, nostris contrà omnes difficultates eluctari conantibus. Exortum est deinde aliud
De Mose uenturo præsagium. quiddam, cur genus nostrum magis etiam cuperent extinctum. Quidam de sacrarum li-

A terarum peritis (erant enim ibi huius generis ueritatis professores) prænunciat regi nasciturum per id tempus apud Israelitas quendam res AEgyptiorum grauiter afflicturum, Israelitas contrà euecturum, si modò ad ætatem adultam peruenerit. nam & uirtute fore præcellentissimum, & gloria per omne æuum celebrem. Quo terrore percitus rex, edicit ex ipsius monitoris sententia, quicquid masculini sexus inter Israelitas nasceretur, in flumen proiectum necari: obstetrices etiam AEgyptias diligenter obseruare partus Hebræarum ac parturitiones. Sic enim cautum putabat, ne obstetrices ob cognationem edictum regium contemnerẽt. Proposuit etiam pœnam, si quis clàm seruare fœtus auderet, ut cum tota familia tolleretur. Grauis fuit hæc calamitas, non eo solùm quia liberis orbabantur, & quia parentes ipsi ministri eorum interitus esse cogebantur: sed futurum quoque tempus pro- A. M. 2366. Ante Chr. nat. 1605. *Ægypti rex pueros mares Hebræorum necari iubet.*

B spicientes inconsolabiliter tristabantur, certum generis exitium expectantes, quandoquidem & proles necabantur, & ipsis parentibus non multo pòst erat moriendum: atque ita in extremo infortunio constituti sibi uidebantur. Sed nemo potest Dei uoluntati resistere, etiamsi infinitas artes in hoc cõminiscatur. nam & puer de quo sacrorum peritus prædixerat, elusis regijs obseruatoribus clàm fuit educatus, & uatem non fuisse uanum euentus rei comprobauit. Amarames Hebræus, uir inter suos nobilis, solicitus tum publico periculo, ne gens defectu iuuentutis ad nihilum redigeretur: tum priuatim, quòd domi prægnantem uxorem haberet, inopia consilij laborabat: & ad implorandum diuinum præsidium conuersus, orabat ut tandem miseraretur homines, qui in religione erga ipsum nihil deliquissent: daretque finem præsentis afflictionis, quæ toti generi perniciem minaretur. Exod. 2. *Amramis Moysis parentis pro Hebræorum cõseruatione ad Deum preces, & Dei ad eos responsum.*

C Deus autem precibus supplicis ad misericordiam flexus, astitit ei per somnum, iussitque in futurum bene sperare. Memorem se esse pietatis eorum, nec ipsis defutura præmia, sicut nec progenitoribus defuisse. Se enim illorum progeniem ad tam numerosam multitudinem auxisse: suo fauore Abramum solum è Mesopotamia in Chananæam profectum, præter reliquas felicitates ex uxore antea sterili liberos suscepisse, & successoribus amplas regiones reliquisse: Ismaeli, eiusque posteris Arabiam, Cheturæ filijs Troglodytidem, Isaco Chananæam. Res etiam bello meis auspicijs feliciter ab eo gestas nunquam sine impietatis & ingratitudinis nota non meminisse potestis. Iacobi uerò nomen etiam apud exteras gentes celebre est, tum ob eam felicitatem, in qua ipse uixit: tum ob eam quæ posteris eius

D quasi hæreditario iure obtigit, qui à septuaginta uiris patrem in AEgyptum comitatis, oriundi iam suprà sexcentorum milium numerum creuerunt. nunc quoque scito mihi cordi esse, & publicam uestram incolumitatem, & priuatim tuam gloriam. puer enim iste, cuius natiuitatis metu AEgyptij fœtus uestros ad necem damnauerunt, tibi nascetur. Hic neque deprehendetur ab obseruatoribus, & postquam euaserit, præter opinionem educatores nactus, Hebræos ex AEgyptia seruitute liberabit: memoriamque sempiternam hoc præclaro facinore consequetur, non apud suos tantùm, sed & apud exteros, me istud beneficium in te tuosque posteros conferente. Fratrem quoque talem habebit, qui fungatur meo sacerdotio ipse, & posteri eius in omne æuum. His per uisionem cognitis, Amarames experrectus narrauit hoc lochabeli uxori, quæ res utriq; solicitudinem auxit. Iam. n. non puero tantùm A. M. 2373.

E timebãt, sed ne quo pacto, prmissa tãta felicitas intercideret. sed mox oraculo fidẽ fecit mulieris partus, quæ tam facilè, tamq; sine uiolẽto dolore est enixa, ut obseruatores fefellerit. Hũc infantulũ per tres menses clam nutrierũt. deinde Amarames ueritus ne re deprehensa iram regis incurreret, ac mox & ipse una cum puero sublatus è medio, promissionẽ Dei faceret irritam, maluit salutẽ filij totã ipsius prouidentiæ cõmittere: ratus etiamsi puer lateret, quod tamen perdifficile erat, molestũ tamen in continuo periculo uiuere, non eius tantùm, sed & suo. De Deo uerò spem habebat, prouisurum ut oraculi ueritatem euentu indicaret. Hoc consilium postquam placuit, excogitauerunt tale quiddam: lectulo è papyro contexto, quã tus infantulum commodè capere poterat, bitumineq; illito, ne aqua penetrare posset, indiderunt puerum: atque ita in flumen proiecti, salutem diuinæ prouidentiæ commiserunt. Ante Chr. nat. 1598. *Moyses in lucem editur.* *Moyses in flumẽ exponitur, quem*

In hunc modum cùm à flumine deferretur, Mariame infantuli soror iussu matris ex aduerso *Mariame soror obseruat, &*

F per ripam descendebat, obseruaturà quò tandem papyraceum illud uas deportaretur à flumine. Hic uerò manifestissimè Deus declarauit, nihil humana sapientia, sed omnia bonitate illius omnipotenti confici: eosque qui propter utilitatem suam aut securitatem alijs perniciem moliuntur, quantalibet utantur diligentia: sæpe tamen uoti compotes non fieri: rursum, qui in periculo uersantur, præter opinionem è medijs ferè malis emergere: quod & in hoc puero uidere licet. Erat filia Regi, nomine Thermuthis: hæc *Thermuthis regis F. extrahi ubdum bet,*

dum ludit ad ripas fluminis, conſpicata uas fluitans, miſsis natatoribus, iubet lectulum ad ſe A
in ripam extrahi. Quo, ut iuſſum erat, allato mirè placuit puer, quòd eſſet magnus ac pul-
cher. Tanto enim fauore Deus Moyſen proſecutus eſt, ut eum fecerit ab illis ipſis nutriri &
educari, qui propter eius natiuitatem reliquos quoque Hebræos perdendos decreuerant. I-
educarių curat. taque iubet Thermuthis mulierem alicunde adduci, quæ puero mammam præbeat. Quo
non admittente mammam, ſed auerſante, idque cum alia poſt aliam adduceretur: Mariame
quaſi non data opera, ſed fortuitò ad ſpectandum interueniſſet: Nihil agis, inquit, regina,
dum nutrices infanti adhibes alieni generis mulieres. quòd ſi Hebræam aliquam accerſe-
res, tum fortè popularis mammam admitteret. Cumque rectè monere uideretur puella,
iuſſa eſt ipſa hoc negocium exequi, & lactantem quampiam adducere: ac mox uſa permiſſa
poteſtate, redijt adducens matrem, ignotam omnibus qui tum aderant. tum infans per- B
quàm libenter inhæſit mamillæ: & rogante regina, mulier commiſsi infantis curam ſuſce-
Moyſis etymon, & pit. & quia prolectus fuerat in profluentem, ab hoc caſu nomen ſortitus. aquam enim AE-
gyptij uocant mo, yſes uerò ſeruatos. Quare compoſita uoce ex utriſque nomen infanti fuit
inditum, qui deinde citra controuerſiam prudentiſsimus Hebræorum euaſit, ita ut Deus
genus, atq; iam antè prædixerat: erat enim ab Abramo ſeptimus. nam ipſe Amaramæ filius fuit, ſicut pa
ter eius Cathi, hic uerò Leuis, & Leuis Iacobi, qui ex Iſaco erat prognatus: hic autem Abra-
mi erat filius. Puer autem non pro ætate proficiebat intellectu, ſed inter ludendum longè
præ cæteris æqualibus ſapere uidebatur: & ea tum agebat quæ maiora futuri uiri opera pol-
ſtatura, pulchri- licerentur. Poſt tertium uerò annum ætatis, admirandam ſtaturam ei Deus addidit. ac nemo
tudoq;. erat adeò tetricus, ut uiſa Moyſis pulchritudine non obſtupeſceret: & perſæpe accidebat, ut C
dum geſtatur ac circumfertur, obuios quoſque in ſe conuerteret, ita ut relictis ſerijs nego-
cijs, mallent præcellenti eius forma oculos paſcere. Tanta erat puerilis gratia, ut inuiti ho-
Moyſes à Ther- mines ab hoc ſpectaculo diſcederent. quo factum eſt, ut Thermuthis hunc ſibi filium ado-
muthi adopta- ptauerit, cùm alioquin germanis liberis careret: allatumque aliquando parri oſtentabat: di-
tur, et ad Phara- cens de ſucceſſore ſe cogitare, etiamſi Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerũ,
onem adducitur. inquit, ego educaui non minus indole quàm pulchritudine diuina excellentem, quem Ni-
lus ipſe in ſinum meum tradidiſſe uideri poteſt, quem decreui adoptare mihi filium, tibi ue-
rò in principatu ac imperio ſucceſſorem: & cum dicto patri infantem in manus impoſuit.
At ille, poſtquã acceptũ ad pectus appreſsiſſet, filiæ gratificaturus, comiter diadema ſuũ eius
capiti impoſuit. Moyſes uerò capiti pueriliter utiq; detractũ prolabi in humũ paſſus, pedib. D
etiam calcauit: id quod mox ominoſum eſt uiſum, & regno nihil boni portendere. Moxque
ille ſacrorum peritus, qui natiuitatem eius AEgypto cladẽ allaturã prædixerat, occidere pue-
rũ uolebat, terribiliter uociferans: Rex, puer iſte per cuius necem nobis ſecuritatem Deus
Moyſes periculo pollicetur, uaticiniũ iam confirmauit inſultando tuo regno, & diadema calcãdo. Hoc inter-
mortis eripitur. empto, tam AEgyptijs metũ quàm Hebræis ſpem & fiduciã adime. Thermuthis uerò eum
præripuit, rege quoq; ad cædem tardiore, cui Deus talem animũ indiderat, Moyſis ſaluti pu-
uidens. Igitur educabatur quamaccuratiſſimè. Quamobrem ob eum Hebręi quidem felici-
tatem ſuo generi ſperabant, AEgyptijs uerò ſuſpecta erat hæc educatio: ſed cùm nemo extа-
ret uel adoptione propinquus, uel alius qui etiamſi Moyſes ſublatus eſſet, magnopere uide-
X. retur procuraturus AEgyptiorũ commoda, abſtinuerunt ab eius cędę. ITAQVE ſic natus, E
& ſic educatus, poſtquã adoleuit, ſuę uirtutis ſpecimẽ edidit, ſeq; & ad illorũ depreſsionẽ, &
Æthiopes Ægy- ad Hebræorũ incrementũ natũ eſſe oſtendit, occaſionẽ nactus talẽ. Aethiopes qui ſupra AE-
ptum inuadunt, aduerſus quos gyptũ incolũt, in eorũ fines irruperãt, & agebant & ferebãt facultates AEgyptiorũ. Illi moti
indignatione, ducũt in eos exercitũ, contumeliã ulturi: mox prędio commiſſo, partim in acie
ceciderũt, partim in fugam turpiter compulſi, retrò ad ſuos ſe receperũt. Quo ſucceſſu elati
Aethiopes, fugientibus inſtabant, & ignauum rati, ſi fortuna non uterentur, concepta ſpe
ſubigandæ AEgypti, latè eam populabantur, deguſtataque prædæ dulcedine, non tempe-
rantes ſibi ad maiora audenda accendebantur. Cumque uicinas regiones peruagantibus ne-
mo cum armis obuiã ire auderet, pergebãt ad Memphim uſq; & mare, nulla ciuitate reſiſtere F
ualente. Quibus calamitatibus AEgyptij preſsi, mittunt qui remedium ab oraculis petant.
Cumque reſponſum eſſet, Hebræum in auxilium aduocandum, rex à filia poſtulat Moyſen
qui uniuerſis copijs cum imperio præſit. Paruit illa, ſed priùs rege iureiurando obſtricto, ni-
hil in perniciem iuuenis machinaturum, pro magno hoc auxilium imputans, & ſacerdoti-
bus probro dans, quòd non puderet nunc eius opem implorare, quem priùs ut hoſtem oc-
Moyſes mittitur cidendum eſſe monuerint ac iuſſerint. Moyſes uerò Thermuthidis ſimul ac regis rogatu

libenter

A libenter hoc negocium ſuſcipit, quod factum gẽtis utriuſq; uatibus lætitiã attulit. AEgyptij poſt partã eius uirtute de AEthiopibus uictoriã, occaſionẽ ſibi per dolũ tollendi non defore ſperabãt: contrà Hebræi, Moyſe copijs præpoſito, adfore ſibi facultatẽ euadendi ex AEgyptia ſeruitute. Ille uerò uolens hoſtem opprimere, priuſquam de aduentu ſuo cognoſceret, non per fluminis ripam, ſed per interiora terræ expeditionẽ fecit. Qua in re ſatis declarauit, quantũ ingenio polleret ac prudẽtia. Cùm enim hoc iter difficile eſſet prę multitudine ſerpentũ (nam hic tractus plurimos gignit, aliquot etiã genera quæ nuſquam alibi reperiuntur, noxios omnes, & ipſo aſpectu horrendos, & in his quoſdã uolucres, ut non ſolùm humi latentes inſidientur, ſed & ſublimes ex improuiſo noceant) commentus eſt ad ſecurum iter exercitus ſtra tegema dignum admiratione. uaſa enim plexilia non pauca è papyro in arcę formã

Ægypti ſerpẽtes.

Strategema aduerſus ſerpentes.

B fieri curauit, quæ completa ibibus ſecum deferebat. eſt autem hoc animal infeſtiſſimum ſerpentum generi: quapropter fugitant earum inſectationem, & inter fugiẽdum ſicut à ceruis retracti deuorantur. ſunt autem manſuetæ alites, & contra ſolos ſerpentes feroces. de quibus nunc deſino plura, utpote apud Græcos non incognitis. Poſtquam igitur uentum eſt in terram uenenoſis beſtijs ſcatentem, ibes illis immiſit, quarum bona opera uſus, itinere impunè peracto, nec opinos AEthiopes inuaſit: commiſſoq; prælio fuſos ac fugatos, & ſpe occupandæ AEgypti fruſtratos retrò in ſuam regionem compulit. nec hoc contentus, oppida illorum euertebat, & ubique magna cædes hoſtium patrabatur. Quo factum eſt, ut poſt hæc auſpicijs Moyſis feliciter geſta, tatam alacritatem exercitus præ ſe ferret, ut nihil non laboris toleraturus uideretur, iamq; aut excidiũ, aut captiuitas AEthiopibus immineret. Ad ultimũ

Ibium & ſerpentum mutuum odium.

Moyſis victoriæ.

C compulſi in Saba regiam eius gentis, quam poſtea Cambyſes Perſarum rex de ſororis ſuę nomine Meroën appellauit, obſidione ſunt cincti. Erat autem penè inexpugnabilis, utpote Nilo circunquaque cincta, accedentibus ad eius munitionem & alijs fluuijs Aſtapo & Aſtaborra, qui obiectu ſuo difficiliorem traiectum facerent. Itaque ſita in inſula, & muro ualido incluſa, non fluminibus tantùm arcebat hoſtem, ſed & aggeribus, qui mœnia inter & flumina ad eorum inundationes prohibendas inſtructi, ad hoc quoq; tum proderãt, quòd hoſti etiã poſt ſuperata flumina aditum ad urbem oppugnandã negabant. Hic cùm Moyſes deſidere exercitum ocioſum ægre ferret, hoſte non audente manus conſerere, interim tale quiddam accidit. Erat AEthiopũ regi filia nomine Tharbis. hæc Moyſen mœnibus exercitũ admouen-

Saba (quæ poſt Meroe regia obſidio & deſcriptio. Aſtapus. Aſtaborra.

A.M. 2400. Ante Chr. nat. 1571.

D labantem in integrũ reſtituiſſet, & AEthiopas modò uictores in extremum periculum adduxiſſet, uehementi eius amore eſt correpta: quo indies creſcente, mittit ad eum è ſeruis fidiſſimos coniugiũ ſuum offerens. Aſſenſit ille hac conditione iureiurãdo firmata, poſt urbẽ ſibi traditam ducturum ſe eam uxorẽ: ac mox dicta factum ſequitur. Sęuitum eſt nihilominus in hoſtem, & actis Deo gratijs, nuptijsq; celebratis, AEgyptiorum exercitus uictor domum eſt reductus. Illi uerò accepta ſalute, odium pro gratia Moyſi repoſuerunt, & maioribus ſtudijs inſidias contra eum machinabantur, ſuſpicatiq; ne rebus feliciter geſtis elatus res nouas in AEgypto moliretur, regem de eo necando docebant. iam enim & ipſe ſuſpectum hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellum fortiter ac prudenter adminiſtratum, partim etiam metu alicuius cladis, ſolicitantibus huc & irritantibus indeſinenter ſcribis ac ſa-

Moyſes Tharbim Æthiopiſſã ducit in matrimoniũ: cuius opera Saba urbe potitur.

Ægyptiorum in Moyſem ingrati tudo & inſidiæ.

E crificis: Vt iam Moyſes minimo minus abeſſet à pernicie, opprimendus dubio procul, niſi rem olfaciens in ipſo temporis articulo ſe clàm ſubduxiſſet. & cùm uias obſeruari intelligeret, per ſolitudines fugam arripuit, quà euaſurum inimici minimè ſuſpicabantur: & quamuis alimenta nuſquam inueniret, inediam patientia ſuperabat. Cumq; ad urbem Madienã perueniſſet, in rubri maris litore ſitam, denominatã ab uno ex Abrami & Chæturæ filijs, ſedens ad quendã puteum laſſitudinẽ ex laborioſo itinere contractam recreabat. Erat. n. tempus meridianum, & urbs in propinquo erat. Hoc loco ei negocium incidit natum ex incolarum uidendi ratione, per quod & uirtutem ſuã declarauit, & melioris fortunæ occaſionem inuenit. Cùm enim ea regio laboraret aquarum inopia, paſtores operã dabant ut primi

A.M. 2413. Ante Chr. nat. 1557.

XI.

Moyſes in Madienam fugit. Madiena unde ſit dicta.

A.M. 2414. Ante Chr. nat. 1557.

F puteos occuparent, ne fortè exhauſta aqua ab alijs, ipſorũ pecora potu carere cogerentur. Venerunt igitur ad puteũ ſeptem uirgines ſorores, Raguelis ſacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebatur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hauſta aqua quantum ſatis uidebatur, gregibus eam potandam in alueos ad hunc uſum factos diffundunt. Cumq; paſtores ſuperueniſſent, & repellendo puellas aquam ſibi uſurparent, Moyſes iniquum ratus, non ferre opem iniuriam patientibus uirginibus, & ſe inſpectãte uim uirorum plus pollere quàm ius puellarum, abactis

Troglodytæ. Moyſes Raguelis filias à paſtorum iniuria defendit, ipſiq;

abactis usurpatoribus auxilium eis, ita ut decebat, præbuit. at illæ accepto beneficio, post- A
quam ad patrem uenerunt, & pastorum iniuriam, & quomodo ab hospite adiutæ fuerint,
ei retulerunt: rogabantque, ne illi hoc beneficium periret: tum ille collaudata puellarum
erga benemeritum gratitudine, iussit ut Moysen adducerent meritam gratiam recepturum.
Qui ubi uenit, indicauit ei quomodo ex filiab. cognouisset de auxilio quod eis tulerat, & uir-
tutem eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium collocatum aiebat, sed relaturos etiã
una earum in uxorem traditur. gratiam non modò parem, sed etiam maiorem. deinde adoptato in filium unam ex filiabus
nuptum tradit: ad hæc pecorum, ex quibus olim uniuersa barbarorum possessio constabat,
Barbarorum possessiones. curatorem eum ac dominum constituit. Hanc fortunam Moyses nactus apud Ietheglæum,
XII. quod Raguelis cognomen erat, degebat ibi pascens pecora: ALIQVANTO uerò post e-
Exod. 3. gît pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimũ, & pascuis B
Sinæ montis ubertas unde. ualde commodum. abundabat enim herba, eo quòd uulgato rumore numen illic habitare,
pastoribus hactenus inaccessus ob religionem loci fuerat. In eo monte mirabile uidit prodi-
A. M. 2453. gium. ignis enim rubi fruticem depascere uisus, nec frõdes, nec flores, nec fructiferos ramos
Ante Chr. quicquam læsit, cùm tamen inde magna & rapidissima flamma emicuisset. ille tam inopina-
nat. 1518. to spectaculo attonitus, magis etiam obstupuit, postquam uocem ab igne emissam, & nomi
Prodigium. natim sibi uocato uerba facientẽ audiuit: quib. & audaciã eius taxabat, qui non fuisset ueri-
Dei cum Moyse colloquium. tus locum hactenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consulebat insuper ut
quamlongissimè à flamma abscederet: & contentus quidem sit hac uisione, non indignus
ea propter suã ac maiorum suorum uirtutem habitus, cæterùm ulterius nihil curiosè inqui-
rat. prædixit etiam quantum honorem ac gloriam consecuturus esset apud homines diuino C
fauore assistente: iussitque confidenter in AEgyptum proficisci, futurum illic ducem ac du-
ctorem Hebræorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua eius gen-
tis dominatione. Etenim habitaturi sunt, inquit, terram illam quã Abramus generis uestri
princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos per-
ducente. Sed fac memineris, ut eductis Hebræis ex AEgypto, in hoc loco, sacrificium gratiarũ
actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodijt. Moyses uerò
cùm uisis tum auditis territus, infit: Potentiæ quidem tuæ Domine, quam & ego ueneror, &
maioribus nostris patefactam fuisse scio, non sum tam insanus ut credere dubitem: attamẽ
non intelligo quomodo uir priuatus & nullis ui ibus præditus, uel meis persuadere potero,
ut relicta terra quam nunc habitant, me ducem in aliam sequantur: uel etiamsi persuasero, D
quomodo Pharaothes sit cogendus ut illos exire permittat, quorũ opera & labore augetur
AEgyptiorum fœlicitas. Deus autem iussit illum securũ esse de toto negocio, se illi adfuturũ
pollicitus, & siue uerbis opus fuerit, uim persuadẽdi largiturũ: siue operibus, uires additurũ.
Prodigium uirgæ in draconem conuersæ. Manus & aquæ in sanguinem uersæ. Mox iussit ut uirga in terrã proiecta, fidem promissorum acciperet. Quo facto, draco humi
repebat, & in spiras se conuoluẽs caput erigebat, quasi repugnaturus insequentib. deinde de-
nuò in uirgã est mutatus. post hoc manum in sinum mittere iussus cũ paruisset, albam & co-
lore calci similem exemit, quæ mox in pristinũ colorẽ redijt. Iussus deinde aquã è propinquo
hausta humi effundere, uidit in colorem sanguineum uersam. Ad hæc stupentem ut confi-
dat hortatur, sciatque maximum sibi adiutorem adfore. utq; apud omnes his prodigijs uten-
do, fidem illis faciat à Deo se missum, eiusq; iussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festi- E
nus in AEgyptũ properaret, neque die neque nocte iter intermittendo, néue diu tempus te-
rendo longiorem Hebræis seruitutẽ & afflictionem redderet. Moyses autem nihil amplius
dubitans de promissionibus, quarum certitudinem tot argumentis auditis & uisis satis colli
gebat, precatus ut cãdem potentiã in AEgypto, cùm exerta opus fuerit, experiretur: supplex
illud etiã rogabat, ut quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoq; suũ
uolẽs ac libẽs indicaret, ut rem diuinam illi aliquãdo facturus nominatim eum ad sacrificiũ
Dei nomen Moysi indicatur. inuocare posset. Tum Deus aperit ei suum nomen, nunquã antea hominum ulli auditũ aut
cognitum, quod mihi eloqui nefas est. Moysi uerò non tunc tantùm, sed quotiensçunque
XIII. opus esset, talium prodigiorũ facultas aderat, atq; ita nihil dubitans de oraculi ex igne reddi-
Moyses à Raguele commeatu impetrat, & in Ægyptum redit. ti ueritate, decq; Dei adiutoris fauore, spem concepit fore, ut & sui liberarentur, & AEgypti F
clade afficerentur. CVMQVE cognouisset Pharaothem AEgyptiorum regem, sub quo
Seffora Moysis uxor. ipse fugerat, esse defunctum, à Raguele commeatum rogat, ut liceat sibi in AEgyptũ ob pu-
Moysis filij duo. blicam cognatorum suorum utilitatem proficisci. quo impetrato, & assumpta quam ibi du-
xerat Seffora Raguelis filia, liberisq; communibus, Gerso & Eleazaró, iter in AEgyptum ar-
ripuit: quorum nominum prius peregrinum significat Hebræorum lingua: posterius, Dei

auxilium;

A auxilium, quòd diuina ope insidias AEgyptiorum euasisset. Cumque iam non longè à limitibus abessent, Aaron frater uenit obuiàm, Deo sic iubente: cui mox indicauit, quæ in monte uiderat, & mãdata quæ diuinitùs illic acceperat. Progressi autem, obuios inuenerunt præstantissimos quosque Hebræorum, qui aduentum eius cognouerant: & mox, quia uerbis fides non habebatur, prodigia diuinæ uoluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus præter omnem opinionem uisis attoniti, sperare iam cœperunt, prouidentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defuturam. Atque ita obsequentiores iam nactus Hebræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensosque libertatis amore, ad nouum regem se confert. Ibi, posteaquam commemorasset operam suam pro AEgyptijs contemptim agros eorum uastantes nauatam, laboresque exhaustos dum non aliter quàm pro suis

B popularibus bellum administraret, adijcit malam gratiam pro tot beneficijs sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum regi aperit: nec non prodigia quibus de uoluntate Dei confirmatus omnem hæsitationem posuerit, singulatim enumerat. addit deinde monita ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse uelit. Cæterùm cùm à rege contemptim audire se animaduerteret, exhibet illi specimen prodigiorum quæ in Sina contigerant. Rex uerò iratus, sceleratùm eum appellat, qui AEgyptiorum olim fugitiuus, nunc magicis præstigijs instructus ad reliquos decipiendos uenerit. Habere se quoque sacerdotes qui eadem ostenta repræsentare nossent, non minus peritos huiusmodi artium: nec esse cur se Moyses iactare debeat, quasi solus diuina præ cæteris uirtute polleat, atque ita apud rudem multitudinem quasi supra mortalem conditionem positus se uenditet: confestimque cùm

C & ipsi suas uirgas proiecissent, in dracones sunt uersæ. Tum Moyses nihil his motus, ne ipse quidem, inquit, sapientiam atque artem contemno AEgyptiorum, attamen quæ ego operor, tanto præstantiora esse aio, quàm istorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas post se relinquunt. iamque manifestè declarabo non esse hæc præstigias ueritatis specie parum cautis imponentes, sed ipsissimam Dei uirtutem, argumentum omnipotentis illius uoluntatis apud incredulos futuram: & cum dicto uirgam in terram mittit, iubens ut fiat draco: quæ mox dicto parens, AEgyptiorum uirgas, quæ dracones uidebantur, circumiens omnes ad unam deuorauit. ac mox in pristinam speciem reuersam Moyses rursum sustulit. Rex autem ad indignationem magis quàm admirationem hoc facto commotus, &

D illum nihil sua aduersum AEgyptios sapientia & calliditate profecturum fatus, mandat operarum exactori, qui Hebræis erat præpositus, ut de labore nihil eis remittat, sed grauioribus etiam quàm antè operum difficultatibus premat. Et ille priùs paleas eis ad lateres fingendos præbere solitus, posthac id facere desijt: sed interdiu detentos in opere, noctu ad comportandas paleas dimittebat, pristini laboris onus conduplicans. Moyses autem neque minis regis à proposito deterrebatur, neque suorum querelis ut à cœpto desisteret, flectebatur: sed obfirmato contra utrunq; animo, in hoc totus erat, ut suos in libertatẽ restitueret. Itaque denuò regem accedit, suadens ut dimittat Hebræos in Sinam montem, illic Deo sa-

E crificaturos (hoc enim ipsum iussisse) nec quicquam eius uoluntati resistat, sed eius fauorem plurimi faciens, discessum eis concedat, ne fortè si prohibuerit, ea ipse sibi insciens mala conflet, quibus dignus sit qui Dei iussis contraueniat. Nam omnibus ex rebus calamitates eos comprehendere, qui diuinam iram in se prouocauerint: & tum terram tum aërem illis infestum existere, tum procreationem filiorum parum secundum naturã procedere, elemẽtis etiã ad uindicandũ in eos concitatis. atq; hęc mala nõ posse euitare AEgyptios, prẽter Hebræi populi ex eorũ finib. discessum ipsis inuitis. Rege uerò nihili faciẽte uerba Moysis, neq;

F uel tãtillũ curãte grauissima mala in AEgyptios incubuerũt: quæ singulatim recensebo tum propter eorum nouitatem, tum quia uult ostendere Moyses nihil se mẽtitum fuisse eorum quæ illis prędixit. postremò quia hominum interest talia cognoscere, quo magis ea caueant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas cõmoueri solet. Primùm amnis sanguineis fluẽtis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cum præterea nullum fontem haberent. nec coloris tantum id erat uitium, sed si quis gustaret, acri dolore corripiebatur: eratq; talis AEgyptijs, Hebræis uerò dulcis ac potabilis, & omnino pristinam naturam retinens. quo miraculo rex inops consilij, timens incolumitati gentis, permisit Hebręos abire. Cumq; malũ cessasset, rursum ad pristinam mentem redijt, sententiã suam reuocans. Deus autem motus hominis iniquitate, qui nec à periculo liberatus uellet sapere, aliã plagã AEgypto infligit. Ranarũ uis immensa terrã eorũ populabatur, refertus erat & fluuius, ut aqua inde non nisi sanie harum uitiata hauriri posset, immorientibus illis & imputrescentibus. plena erat & terra limo,

ex quo

Aaron Moysi obuius.

Moyses ab Hebræis exceptus, miraculis edítis fidem suis uerbis astruit.

Moyses Ægypti regem adit.

Exod. 5. 7.

Pharao Hebræos dimittere recusat.

Moysis & Ægyptiorum magorũ ostenta apud Pharaonem.

Pharao Hebræis onus cõduplicat.

Exod. 6.

Moyses Pharaonem denuò adit, hortaturus, ut Hebræos dimittat.

Pharaonem uerbis Moysaicis nequaquam motũ, & Ægyptios grauissima excipiunt mala.

Exod. 7.

I. *Aqua in sanguinẽ conuersa.*

Exod. 8. 9.

II. *Ranæ.*

ex quo enascebantur, rursusque in eundem resoluebãtur: quin & domesticum uictum fœ- A
dabant in esculentis atque poculentis repertæ: & in cubilibus quoque passim oberrantes:
ita ut omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cum exagitarẽtur
AEgyptij, rex iubet Moysen cum Hebræis abire: & cùm primùm hoc dixit, euanuerũt ranæ,
terraque simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. Vix dum hoc malum cessauerat, cum Pharaothes denuò mutatus, causæ oblitus retinere populum cœpit: & quasi pluriũ
etiã afflictionũ naturas experiri uellet, negabat exitum prius quẽ concesserat timore magis
III. Pediculi. compulsus, quàm prudentia. Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulẽtum uindicat. pedunculorum enim magna uis è corporibus AEgyptiorum scatebat, à quibus mali
malè perdebantur, neque lauacris neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos
ualentes. Qua noua peste turbatus rex, & non magis ipso periculo quàm eius fœditate ac tur B
pitudine territus, nequam cum esset, ægrè dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire
permissis, ac mox malo cessante, liberos & uxores reditus obsides ab eis exigebat. quo facto
magis etiam Deum exasperat, putãs se prouidentiam eius circumuenire posse, quasi Moyses
IV. Insectæ. & non potiùs Deus pœnas de AEgyptijs Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergò &
multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem unquã uiderat, tanta copia ut tota regio malo hoc repleretur: præ quarum frequentia & homines plurimi ex-
V. Pestis. tinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium euadebãt, in-
Exod. 9. fecti tamen earum ueneno à morbis corripiebantur. Rege uerò ne tum quidem resipiscente ut uoluntati diuinæ cederet, sed mulieres quidem cum uiris dimittente, pueros uerò retinere uolente, non defuerunt Deo uariæ prioribus etiã grauiores pœnæ, quibus ob regis ma- C
VI. Vlcera. liciam in uniuersam gentem seuerè animaduerteret: sed exulceratis intus in cute corporibus miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cum ne sic quidem
VII. Grando. rex resipisceret, grando nunquam antè in AEgyptio cœlo uisa, tunc uerò maior quàm apud
alios hyberno tempore, aut in septentrionali regione, uere iam adulto supernè ruens eorum
VIII. Locustæ. fructus contriuit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum superueuientes ita
absumpserunt, ut fructuum colligendorũ spes AEgyptijs omnino sit adempta. Quòd si rex
stultus tantùm, & non etiã malus fuisset, poterat uel iam dictis cladibus admonitus resipiscere, ut tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. At Pharaothes tametsi
non ita insaniebat ut causam non intelligeret, tamen tanta malicia pectus eius obsederat, ut
adduci nullo modo posset, quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica com D
moda sciens uolensque peccare pergeret: itaque tandem Hebræis pueros etiã unà cum mulieribus concedit, sed iussis ut pecora sua AEgyptijs tanquam prædam relinquerẽt, eo quòd
ex ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesset. Moyse uerò negante æquum postulari, alioqui non habituros unde sacrificarent, atque hac controuersia diutiùs durante tã den-
IX. Tenebræ. sæ tenebræ omnisque luminis expertes AEgyptijs sunt circumfusæ, ut prospectu in uniuersum priuati miserabiliter absumerentur: illo quoque metu imminente, ne fortè penitùs ab
ea caligine absorberentur. deinde his discussis post tres dies ac totidem noctes, cùm nõdum
Exod. 10. 11. 12. flecteretur Pharaothes ut liberum exitum permitteret, his uerbis eum Moyses aggreditur:
Quousque repugnabis Dei uoluntati, qui omnino uult ac iubet Hebræos dimitti, nec est a-
Moysi minatur rex capitis supplicium. liud præter hoc remedium aduersus mala quibus affligimini. Rex uerò iratè ferens illam uo E
cem, minatus est eum capite plectendũ, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa uerba facturum, sed ipsum cum optimatibus AEgyptijs ultrò Hebræos rogaturũ, ut inde proficiscantur: atque his dictis abijt. Deus autem cùm
Paschæ institutio. decreuisset adhuc una plaga ictos AEgyptios cogere ad dimittendos Hebræos, iussit Moysen
Xanthicus mensis, Ægyptijs Pharmuthi, Hebræis Nisan, dictus, teste Suida, Aprili respõdet. edicere populo, ut paratum habeant sacrificium: præparatum tertia decima Xanthici mensis in quartamdecimã, qui apud AEgyptios Pharmuthi uocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: utq; ipse Hebræos educat omnia sua secum portãtes. Ille uerò instructos priùs ad profectionem, & in cognationes distributos in uno loco continebat. Vbi uerò
uenit quartadecima, omnes ad exitum animati sacrificabant, & sanguine domos lustrabant, F
Paschæ uocis significatio. asperſas hyssopi thyrsis, & peracta cœna, reliquias carnium exusserunt, tanquam exituri. unde nunc quoque solenne manet nobis idem sacrificium, quam festiuitatem uocamus Pascha, id transitum significat, eo quòd Deus illa die præteritis illæsis Hebræis AEgyptios mor-
X(. Primogenitorũ Ægyptiacorũ interitus) plaga. bo percussit. nam pestis illa nocte absumpsit primogenita AEgyptiorum, ut agminatim ad
regiã concurreretur à proximis uociferantibus non amplius detinendos Hebræos. Tum rex
accito Moyse, mandat ut abeant, ratus post eorum exitum regionem cessantibus calamitatibus

A bus ſubleuandam. donis etiam Hebræos honorabant: alij quo celeriùs diſcederent, alij propter uicinitatis conſuetudinem: atque hoc pacto exitum eſt, flentibus AEgyptijs, & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter aũt faciebant per Latopolim tunc deſertam: Babylon enim pòſt eo loco eſt condita, Cambyſe AEgyptum uaſtante. Cumq; abeuntes iter ſtrenuè continuarẽt, tertia die peruenerunt Beelſephontem ad rubrum mare ſitam. cumque nihil per uiam inuenirent propter ſolitudinem, macerata farina, & modico calore in panis ſpeciem ſolidata ſe ſuſtentabãt: quo uictu per triginta dies ſunt uſi. neq; enim plus commeatus AEgypto extulerant, atque eum ipſum parcè diſpenſabant ad neceſſitatem magis quàm ad ſatietatem. quapropter in memoriam eius inopiæ feſta per octo dies celebramus, quos uocamus azymorum. cæterùm multitudo migrantium unà cum liberis & uxori-

B bus uix erat numerabilis, qui uerò militarem ætatem habebant, ſexcentorum milium numerum explebant.

Babylonis locus. A.M. 2454. Ante Chr. nat. 1517. *Iſraelitarum ex Ægypto migratio.* *Cõmeatus Iſraelitarũ, eorumq; inopia.* *Azymorum dies ſolennis.* *Iſraelitarum migrantium numerus.*

Quomodo Moyſe duce Aegyptum reliquerunt. CAP. VI.

RElinquerunt autem AEgyptum menſe Xanthico, luna quintadecima, anno quadringenteſimo trigeſimo, poſtquam Abramus pater noſter in Chananæam uenit: & poſt Iacobi migrationem in AEgyptum anno ducenteſimo decimoquinto. Moyſes uerò annum tunc agebat octuageſimum, & frater eius Aaron triennio erat maior. deferebãt etiam ſecũ oſſa Ioſephi, ita ut filijs ſuis mandauerat. AEGYPTIOS autem pœnituit, quòd Hebræos dimiſiſſent: cumque rex hanc rem ægrè ferret, totum præſtigijs Moyſis imputans, decretum eſt, ut in eos irruerent: & correptis armis reliquoque ap-

C paratu perſequebantur, retracturi ſi poſſent aſſequi. non enim timendum, ne Deus offendatur, cùm iam ſemel exitus illis ſit conceſſus. ſperabant etiam facilè ſe in poteſtatem redacturos inermes, & de uia laſſos. itaque obuium quemque rogantes quà tenderent, raptim inſequebantur, tametſi per uiam difficilem non ſolùm exercitibus, ſed ſingulis quoque uiatoribus. Moyſes autem hàc Hebræos ideo duxit, ut ſi AEgyptij mutata ſentẽtia perſequi eos uellent, pœnas maliciæ uiolatiq; pacti perſoluerent: néue Palæſtini, quos ob ueterem ſimultatem infenſos habebat, de hac profectione certiores fieri poſſent. eſt enim illorũ regio AEgypto contermina. quapropter omiſſa uia, quæ in Palæſtinam ducit, per deſertum uia diſpendioſa ac difficili uoluit Chanànæam inuadere: obiterq; iuxta Dei mandata in montem Sina populum ſacrificaturum adducere. ſed eos aſſecuta AEgyptiorum multitudo circumfu-

D ſa in arctum eos compellit. aderant enim ſexcenti currus cum equitum quinquaginta milibus, & ducenta milia ſcutatorum peditum. hi uias omnes obſederant, quibus effugium Hebræis patére poterat, inter rupes & mare concluſis, quo loco mons præaſpretis inuius ad littus uſque procurrit. atque ita ne fugæ quidem ſpe relicta Hebræos mare inter & montẽ obſidione premebant, oppoſitis armatis quà exitus in campos aperiebatur. in hac locorum iniquitate concluſi, cùm nec obſidionem præ commeatus inopia tolerare, nec exitum ad fugã inuenire poſſent, necarma adeſſent, etiamſi maximè pugnare cuperent, nihil ſupereſſe uidebant, niſi ut ultrò facta deditione ſaluti conſulerent: quo factum eſt, ut Moyſen incuſarent, obliti omnium prodigiorum quibus libertatem eis Deus conciliauerat: minimumq; aberat, quin propheta lapidato, contemptisque per incredulitatem ſalutis pollicitationibus de-

E ditione in priſtinam ſeruitutem rediret. nam & lamentis mulierum ac puerorum exaſperabantur, nihil niſi perniciem expectantium, cùm eſſent rupibus & mari & armatis circumcircà cincti, nec ulla ſpes effugij relinqueretur. Moyſes autem efferata licet contra ſe turba nulli ſuccumbens difficultati non ceſſabat eis proſpicere, Deo fretus, quem poſt tot libertatis præſagia probabile non erat permiſſurum ut aut delerentur, aut in poteſtatem inimicorum relaberentur: cumque medius in concione conſtitiſſet, ſic ad eos uerba fecit: Si homo aliquis res ueſtras bene ac prudenter hactenus adminiſtraſſet, oportebat & in poſterum ſimilẽ eius curam & diligentiam expectare: nunc poſtquam Deus ipſe gubernandos uos ſuſcepit, quãtæ inſaniæ fuerit eius opem non ſperare, qui per me ultrò uobis ne quidem expectantibus præſtitit, quicquid ad ueſtram ſalutem ac libertatem conferre uidebatur: imò hæc ipſa difficultas & anguſtia magis uos ad ſperãdum accendere debuerat. ipſe enim uos in arctum hũc locum concludi uoluit, ut ex tanta neceſsitate præter ueſtram æquè ac hoſtium opinionẽ ſeruaret, atque in hunc modum declararet, non ſolùm potentiam ſuam, ſed fauorem etiam

F quo uos perpetuò proſequitur. non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre ſolet, ſed tum potiſsimùm, quando ſpei ſupereſt minimum. ergo huius ope freti, qui poteſt & ex paruis magna facere, & tantorum potẽtiam debilem reddere, ne terreamini AEgyptio-

Iſraelitæ contra Moyſen inſurgunt. *Moyſes Iſraelitas animat.* *Deus quando põtiſſimum afferre auxilium ſoleat.*

rum apparatu, neque propter fugam mari à tergo & montibus impeditam animum deſpon A
dete. poteſt enim Deus, ſi uult, & hos in planiciem, & mare in terram uertere.

Quomodo mare ſciſſum Hebræis AEgyptios fugientibus uiam aperuit. CAP. VII.

Moyſes Dei opem implorantis

Oratio.

AEC effatus ad mare eos AEgyptijs ſpectantibus ducebat. Habentes enim eos ſub oculis, quòd eſſent perſequendo defatigati, pugnam in ſequentem diē differre conſultius putabant. ut uerò ad extremū littus uentum eſt, tum Moyſes ſumpta uirga Deum in auxilium ſupplex inuocat, dicens: Tu Domine ſcis ipſe, quòd nec uiribus nec artibus humanis ullum hinc nobis patet effugium: ſupereſt, ut ipſe ſalutem huic populo expedias, qui AEgypto relicta huc eſt delatus, tuam uoluntatem tuamque fidem ſecutus. ad te ſolum omni alia ſpe, omni conſilio, deſtituti confugimus: ad tuam tantùm prouidentiam reſpicimus, quæ ſola nos iratis AEgyptijs eripere po B teſt. ſuccurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam conclamatæ ſalutis ad fiduciam & ſpem excita. Iam non aliena, ſed tua ſunt, quæ nobis imperuia ſunt: tuum eſt Domine mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic poteſt te iubente aperiri, & illud in terrā

Mare rubrum ſciſſum. Hebræi tranſeunt incolumes: quo

uerti. poſſumus & per aërem ſublimes effugere, ſi ita nos ſeruari tibi placeat. Hæc precatus, mare uirga percutit: quo ictu repentè ſciſſum, & retrorſum ſe recipiens, nudum ſolum Hebræis ad uiam & fugam relinquit. Moyſes autem uidens adeſſe Deum, & mare de ſuo ſolo ceſſiſſe, primus eò intrat, & hortatur Hebræos ut ſequantur per uiam diuinitùs datam, & læti præſentium hoſtium periculo, gratias agant ob tam incredibilem ſalutis rationem tam ſubitò exortam. illis uerò impigrè ſubſequentibus, nimirum diuina ope fretis, AEgyptij primùm inſanire eos putabant, in manifeſtam perniciem ruentes. poſtquam uerò uiderūt eos C longè proceſſiſſe, & impunè abſque omni impedimento iter facere, impetu facto perſequi eos cœperunt, quaſi & ipſi tutum per mare iter habituri: & præmiſſis equitibus à litto re deſcendebant: iamque in aduerſum littus euaſerant Hebræi, hoſtibus à tergo relictis, & in ſe armandis tempus terentibus: ſed cùm incolumes illos terram tenere uiderent, audaciores reddiri ſibi quoque eundem euentum pollicebantur. Verùm fefellit eos hæc opinio, neſcientes non quoruuis talem uiam eſſe, ſed Hebræorum tantùm, & fugientibus tantùm ad ſalutē

AEgyptij perſequentes Iſraelitæ obruuntur.

patére, non hoſtibus qui eos perdendi animo inſectarentur. Ergo cùm iam uniuerſus AEgyptiorum exercitus introgreſſus eſſet, refunditur iterum mare, & AEgyptios fluctibus inuoluit, uentis etiam eódem impellentibus: acceſſerunt & imbres de cœlo, & aſpera tonitrua fulguribus antè micantibus: fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum D quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti ſolent: nam & nox eos caliginoſa ac tenebroſa comprehendit. atque ita totus ille exercitus eſt deletus, ut ne nuncius quidem cladis domum reuerteretur. Hebræi uerò uix ſui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto, accedente huc etiam hoſtium interitu, quò maior eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite qui eos in ſeruitutem uindicare cuperet, & Deo tam præſens illis auxi-

Hebræi Deum carmine collaudant. Exod. 15.

lium ſubmittente. quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio læti magis quàm ulli antehac homines in hymnis & hilaritate totā noctem exegerunt: & Moyſes carmen laudes Dei, & ob præſentem fauorem gratiarum actiones continens, hexametro uerſu compoſuit. Hæc ego ut in ſacris codicibus inueni, ita ſigillatim conſcripſi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, ſi priſcis hominibus, & ad maliciam etiam tum rudibus, de ſalute E periclitantibus uia per mare patuit, ſiue Dei uoluntate, ſiue naturæ ſponte, cùm & Alexandro Macedoniæ regi, qui non ita pridem fuit, ceſſerit Pamphylium pelagus: & aliam uiam

Pamphyliū mare ceſſit Alexandro deſtructuro Perſarum imperium.

non habenti illac iter aperuerit, cùm Deus eius opera ad deſtruendum Perſarum imperium uti decreuiſſet: id quod omnes confitentur, qui res geſtas illius regis ſcripto prodiderunt. Sed de his, ut cuique libet, ita ſentiat. Poſtera uerò die, cùm æſtus & uentus arma AEgyptiorum in littus expuliſſet, in quo tum Hebræi caſtra poſuerant, Moyſes id quoque diuina prouidentia factum interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta Hebræis diſtribuit: atque ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi Deo, & munera pro ſalute populi oblaturus, quemadmodum ei etiam prædictum fuerat.

AEgyptiorum arma uenta in Hebræorum littus expulſa, & ipſis diſtributa.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER TERTIVS.

Quomodo Moyses populum ex AEgypto in Sinâ montem eduxit. CAP. I.

A  EBRAEOS ſalutem ſic ex inſperato conſecutos grauiter rurſum uexabat, cùm in Sinam montem ducerentur, regio prorſum deſerta, & difficilis propter ciborum & aquarum extremã inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus, idonea. erat enim tota ſqualida, & nihil omninò humoris habens, unde fructus prouenire ſolent. talem autem uiam neceſſariò ſunt ingreſſi, cùm aliam non poſſent: deferebãtq; ſecum aquam, priuſquam deſertum intrarent hauſtam, duce ita præmonente: quâ abſumpta, puteos magno labore propter duriciem terræ fodientes aquabantur: ac quam inueniebant, ea amara, & quæ potari non poſſet, erat, & inſuper parua copia. In hunc modum iter facientes perueniunt prima ueſpera in locum quen- *Hebræorum in deſerto aquæ penuria.* *Sina mons ſqualidus & aridus.*

B dam, cui propter aquas uitioſas nomen fecerunt Mar, amarorem uocabulo ſignificãte: ibiq; laſſis de uia, & commeatu quoque iam abſumpto, inopiam ſentire incipientibus, diuertere placuit. Inuitabat ad manendum puteus fortè repertus: qui tametſi tantis cõpijs non poſſet ſufficere, nonnihil tamen ſolatij propter naturam regionis præbebat. audiebant enim nihil aquę in progreſſu ſe inuenturos. Hæc ipſa quoque àmara fuit, & nulli potabilis, non homini ſolùm, ſed ne iumento quidem. Moyſes autẽ uidens eis animum cecidiſſe, nec habens quod diceret, (non enim erat res cum hoſte quem uirtute repellere poſſet, ſed & uiri & mulierum ac puerorum imbecillior multitudo, quàm ut difficultatem illam ferre poſſet, peribat) ægrè expediebat conſilium, populi miſeriam ad proprium infortunium referens. ad hunc unum enim concurrebant, mulierculæ infantibus opem implorantes, uiri uerò mulierib. ne *Mar locus quid ſignificet. Exod. 15.*

C ſe deſpiceret, utq; ſalutis remedium aliquod quæreret. Ad preces igitur uerſus, orat, ut Deus mutata aqua ex uitioſa potabilem reddat: quo annuente hanc gratiam, arripit fruſtum ligni fortè ibi iacens, & medium per longitudinem ſciſſum in puteum mittens, docet Hebræos Deum exauditis precibus pollicitum daturum ſe aquam deſiderantibus, ſi gnauiter iuſſa perageren. Quibus rogantibus quid facto opus ſit ut aqua mutetur, iubet robuſtiſſimum quẽque certatim puteum exhaurire, dicens, Maiore parte euacuata, reliquum potabile fore. quo facto, aqua agitatione continua purior reddita, potum iam non aſpernandum multitudini exhibuit. Hinc caſtris motis, peruenerunt in ſyluam, ut primo aſpectu è longinquo uidebatur, non malam, ferebat enim palmas, ut uerò propius eſt uentum, fefellit eorum expectatio nem. palmæ. n. non plures erant quàm ſeptuaginta, eæque non admodum procerę, propter *Moſis precibus aqua uitioſa dulcescit.*

D loci ariditatem. nam ne à fontibus quidem rigabantur, qui duodecim eo loco erant, ſed non ita largi, ut emiſſis riuulis humiditatem terræ ſubminiſtrarent. quare ad egerendam harenã uerſi in nullas uenas incidere poterant: & ſi quid modicum diſtillaret, foſſione turbatũ inutile ad potum reddebatur. Arbores quoque non multum fructum ferebant, propter eãdem aquarum inopiam. quamobrem exortum eſt murmur multitudinis contra ductorem, omnem miſeriæ ſuæ cauſam in unum illum conferentis. triginta enim dierum itinere cõfecto, commeatum omnem quem ſecum extulerant iam abſumptum deſiderabant, & cum nihil alimentorum in terra deſerta inuenirent, minimum à deſperatione aberant: atque ita præſente egeſtate præteritorum tam Dei quàm Moyſis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati uidebantur, iamiam correptis ſaxis in imperatorem ſuum inuaſuri, autorem *Hebræi in ſylua perueniunt.* *Septuaginta palmæ.* *Exod. 16.* *Hebræorum aduerſus ſe iram*

E interitus ſibi clamitantes. at ille irritatam multitudinem, & tam acriter in ſe concitatam animaduertens, fretus Deo & conſcientia rei bona fide adminiſtratæ, prodit in medios uociferantes & ſaxa intentantes. cumque ſingularem quandam gratiam in uultu præferret, popularique facundia cumprimis polleret, exorſus eſt iram eorum mitigare, obſecrans ne in præſentem neceſſitatem intenti præteritorum beneficiorum memoriam abijcerent: néue ob difficultatem tunc prementem animo Dei gratiam ac dona deponerent, quibus toties præ- *Moyſes mitigat eos*

F ter opinionem cumulati fuiſſent. nunc quoque expectarent eum bonum exitum procura-

turum, quem ueriſimile ſit ad probandam eorum fortitudinem, patientiam & gratitudi- A
nem, utque appareat præteritáne an præſentia plus apud eos poſſint, hanc rerum angu-
Populum ut Dei beneficiorũ memor ſit, hortatur. ſtiam immiſiſſe. Gauendum igitur, ne ob intolerantiam atque ingratitudinem diuino fa-
uore indigni deprehendantur, qui & uoluntatem Dei, quam ſecuti AEgyptum reliquiſſent,
contemnant, & ſe miniſtrum eius odijs perſequantur, præſertim cùm hactenus in nullo eo-
rum quæ Dei iuſſu uel dixiſſet, uel fieri iuſſiſſet, deceptos ſe queri poſſint. Enumerat deinde
ſingillatim, quomodo perierint AEgyptij dum eos contra Dei uoluntatem detinere cona-
rentur: quomodo idem flumen illis quidem cruentum & ad potum inutile, ipſis uerò dul-
ce fuerit ac potabile. quomodo item longiſſimè refluo mari locum eis & uiam ad effugium
cedente, ipſi quidem per eam euadentes ſalutem ſint conſecuti, inimicos uerò deletos in-
ſpectauerint: & quomodo in eam uſque diem inermes, Deo præbente armorum quoq; co B
piam ſibi comparauerint: tum quoties ex ipſis interitus faucibus eos præter omnium opi-
nionem incolumes Deus eripuerit, qui cùm ſemper ſit omnipotens, ne tum quidem de i-
pſius prouidentia deſperandum. Quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandumq;,
non eſſe ſerum auxilium, quantumuis differatur, quod rebus adhuc integris accipitur: & ſic
exiſtimandum, non neglecta cunctari Deum, ſed fortitudinem explorari ac libertatis amorẽ,
ut uideat utrùm eius cupidine, & ciborum & aquarum inopiam ſuſtinere ualeant, an potiùs
more pecudum dominis in ſuum uſum paſcentibus ſeruire malint. Se quidem non tam ſi-
bi priuatim timere, cui cæſo iniuſtè nihil mali accidere poſſit, quàm ipſorum incolumitati,
ſi per iſtam lapidationem Deum damnare uideantur. His uerbis furentes ad ſaniorem men-
tem reduxit, & iam ad facinus armatis ſaxa de manibus excuſſit. ſed quoniam intelligebat C
Moſes ad preces ſe conuertit, & non de nihilo concitatos, ad preces & ſupplicationes confugit: & conſcenſa quadam ſpecu
la, opem Dei rebus per inopiam afflictis depoſcebat, in cuius ſolius manibus ſalus populi re-
poſita eſſet: utq; propitius ueniam daret populo duris rebus exaſperato, & propter hoc mo-
re humano ab officio decedenti. Deus uerò curæ ſibi populum fore pollicetur, & opem
quam peterent affuturam. His auditis, Moyſes deſcendit ad multitudinem: illi uerò animad
uertentes promiſſionibus diuinis lætum, & ipſi poſito mœrore uultus hilares ſumpſerunt.
tum ille ſtans in medio concionis, ait ſe præſenti neceſſitati à Deo remedium afferre, nec ita
coturnices Hebræis à Deo impetrat, ac multo pòſt magna uis coturnicum, quod genus auium præ cæteris Arabicus ſinus alit, ſupe-
rato interiacente mari longo uolatu feſſarum, qui alioquin etiam non eſt ſublimis in He-
bræos defertur. Illi uerò cibos diuinitùs oblatos certatim comprehendentes, remedium in- D
opiæ quærebant: & Moyſes rurſum ad ſupplicationes uertitur, ob auxilium à Deo promiſ-
Mannam. ſum ſimul atque exhibitum: qui ad hunc modum paſtis, alia mox alimenta demiſit. nam
interim dum Moyſes precabundus palmas attollit, ros de cœlo delabitur: qui cùm manibus
eius hærens concreuiſſet, ſuſpicatus ille hanc quoque alimoniam à Deo demitti, deguſtat: lę-
tusq; re comperta, turbam ignaram & putantẽ hyberna tempeſtate ningere, monet opinio-
ne falli, ne uulgarem rorem de cœlo deſcendere, ſed alimoniam, quæ ope alia deſtitutos peri-
culo famis eximeret: ac mox præguſtatum offert, ut experti crederent. Illi uerò ad eius exem-
plũ nouo cibo læti fruebantur, qui ſuauitate ad mellis dulcedinẽ accedebat, aſpectu uerò ad
Bdellium. Mannæ aſſaronis menſura cuilibet præſcribitur. aromatis ſimilitudinẽ qđ bdelliũ dicitur, magnitudine coriandri ſemini ſimilis: eumq;, p ſe
quiſq; certatim colligebant. ſed mox edicto admonentur, ut ex æquo aſſaronis mẽſurã quo- E
tidie colligerent: non enim defore hoc cibi genus. quod eò factum eſt, ne infirmioribus
deeſſet, dum robuſtiores per auariciam plus ſatis colligerent. Quòd ſi quis contempto e-
dicto, ultra præſcriptum modum collegiſſet, plus defatigatus nihilo plus habebat quàm
cæteri. nam nihilo plus aſſarone inueniebant. Si quid uerò ſequenti die ſupererat, inuti-
le reddebatur, amaritudine ac uermibus corruptum: adeò diuinus & incredibilis erat hic
cibus: ſupplet autem incolis cæterorum penuriam. Quin & noſtris temporibus tota ea
regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moyſis gratiam Deus id alimentum
Mãnæ ſignificatio. demiſit. hoc Hebræi Manna uocant. nam hæc uox Man in noſtra uernacula eſt percontatiua, quid hoc eſt, interrogans. atque ita perpetuum gaudium ac ſecuritatem per hunc ci-
Mãnnà quamdiu Hebræi ſuſtentati: eorumq; in deſerto mora. Exod. 17. bum ſunt adepti, quo per annos XL. deinceps ſunt ſuſtentati: tantum enim temporis in F
deſerto hæſerunt. Sed ex loco in quo hæc primùm contigerunt caſtris motis, poſtquam in
Hebræi in Raphidi ſiti laborant. Raphidim peruenerunt, extrema iam ſiti laborabatur: eo quòd & præcedentibus dieb. raros
fontes inuenire datum eſt, & tunc in regionem omnino aquis carentẽ inciderunt. Rurſum i-
gitur Moyſi iraſcebantur. ille uerò declinato aliquantiſper turbæ furore, ad deprecandũ uer-
titur, rogans ut qui cibum in egeſtate dederat, nunc potum quoque in extrema neceſſitate

largiretur

A largiretur tantum non ſiti deficientibus, quandoquidem ſolus cibus in hoc rerum ſtatu nihil proderat. Deus uerò nihil cunctatus, promittit Moyſi daturum ſe fontem & aquarum abundantiam unde minimè ſperarent: iubetque ut uirga feriens petram in conſpectu ſiam, inde poſſet ea quæ deſiderabant. uelle ſe ut per otium & abſque labore potum adipiſcantur. His acceptis à Deo, Moyſes reuertitur ad populum præſtolantem, & intentis oculis ſe ſpectantem. iam enim uidebant à ſpecula deſcendentem. qui poſtquam reuerſus eſt, ait Deum eos ex hac etiã neceſſitate liberaturum, & inſperato modo ſalutem largiturum, fluuio de petra illa prorũpente. Quo audito territis, ſi laſſitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidẽda, Moyſes ferit eam uirga, quæ eueſtigiò dehiſcens aquam euomuit copioſiſſimam ſimul ac limpidiſſimam. illi uerò inopinato ſpectaculò attoniti, uel aſpectu ipſo ſiti leuabantur: moxque magna uoluptate bibebant, quòd eſſet dulcis, & qualem diuinitùs datam eſſe conueniebat. Quapropter & Moyſen plurimi faciebant, quem Deo tam charum uiderent, & Deo pro accepto beneficio quas poterant per ſacrificia gratias referebant. Teſtantur autem ſacræ literæ in templo dedicatæ, quòd Deus Moyſi prædixerit, ſic petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram.

Moyſes aquam elicit ex petra.

B

De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda quæ Iſraelitis inde obtigit. CAP. II.

HEbræorum autem fama iam longè lateque diuulgata; rumoribusque de his per omnes gentes circumquaque ſparſis, non mediocris metus accolas eius regionis occupauit: & miſſis ultrò citroque legationibus adhortabãtur ſe inuicem, ut aut arcerent, aut delerent etiam, ſi poſſent, homines. Præcipui uerò huius expeditionis inſtigatores erant qui Gobolitidem regionem & urbem Petram incolunt, uocanturque Amalecitæ, inter eas gentes pugnaciſſimi. horum reges & ſe inuicem & finitimos ad Hebraicum bellum concitabant, externum exercitum, AEgyptiorum fugitiuos, pernicie ſibi ſtruere dictitantes: quos non oportere contemni, ſed priuſquam uires eorum augeantur, uberẽ aliquam regionem adeptæ, & fiducia ex ipſorum ceſſatione concepta, priores bellum aggrediantur, tutò poſſe opprimi: conſultiusque eſſe in deſerto eorum conatus ulciſci, quàm expectare dum urbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentius, initijs aduerſariorum potentiæ quàm primùm obſtare, quàm iam prouectã creſcere prohibere. hoc enim qui faciant, eos uideri nimiæ aduerſariorum potentiæ inuidere: illos nullam aduerſarijs cõtra ſe occaſionem permittere. Poſt huiuſmodi legationes decretum eſt communi conſilio, ut Hebræos adorti prælio repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moyſes, q̃ motũ aliquem incolarum: ergò cùm uideret trepidare ac tumultuari populum, cui de improuiſo & imparato cum inſtructiſſimo hoſte confligendum erat: hortatur, ut Dei ſententia freti, cuius auſpicijs libertatem ſeruituti prætuliſſent, nihil aliud quàm uictoriam cogitarent: néue reputarent quòd armis, pecunijs, commeatu & alijs huiuſmodi præſidijs, quibus freti bellare ſoleant homines, ſint inferiores: ſed cùm Deum pro ſe contra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperẽt, ac ſi humanis etiam opibus eſſent ſuperiores. Aduerſariorum autem uires cogitarent eſſe exiguas, inermes, infirmas, quippe qui non talibus ad uictoriam eſſent inſtructi, qualibus ipſi Hebræi, uolente Deo. Scire autem eos; quantus ſit hic adiutor; expertos & in multis, & in grauioribus bellis. Hoc enim geri aduerſus homines: ſed quæ illis inexplicabiles fuerint difficultates aduerſus famem & ſitim, aduerſus montes & mare, nulla patente ad fugam uia, has eis propitio Deo fuiſſe ſuperatas. nunc tanto magis ad uictoriam aſpirandũ, quòd poſt hãc nihil ſint deſideraturi eorum quæ ad humaniorem uictum pertinere uidentur. Talibus dictis animato populo, conuocatisque tribunis & optimatibus, uniuerſos & ſingulos hortatur: iuniores quidem, ut grandiorum dicto audiant, hos uerò, ut imperatori pareant. At illi periculum contemnentes, & conflictus cupidi, ſperabant hanc pugnã miſeriæ finem allaturam, & ultrò Moyſen rogabant, ut ſe confeſtim in hoſtem duceret, néue intempeſtiua cunctatione alacritatem militum hebetaret. Tum ille ſelectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis, Ieſum præficit Naueci filium, è tribu Ephræmitide, uirum manu ac conſilio iuxtà promptum, & dicendi peritiſſimum, & pietate inſignem, & à Moyſe præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita diſponit, ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad præſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde totam ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſſico per Moyſen dari expectant: qui & ipſe pernox Ieſum de inſtruendis ordinibus docebat: appetente uerò iam die, protinus hortatur ducem, ut ſpeide ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re feliciter geſta exiſtimationem ſibi apud milites comparare. ſimiliter

Amalecitæ ad bellum ſe præparant aduerſus Hebræos.

Moyſes Hebræos confirmat.

Moyſes Ieſum præficit exercitui.

Iſraelitarum ad prælium præparatio.

Hebræorum optimum quenque priuatim, ac mox omnes armatos uerbis ad fortitudinem accendit: atque ita instructos & animatos Iesu & Deo committit, ipse montem ascendit. Iamque ad manus uentum erat, pugnabaturque strenuè, nec adhortationes mutuæ deerant: & quandiu Moses erectas manus tendebat, Amalecitæ Hebræis inferiores erant. Moyses uerò extensione manuum lassatus, cùm obseruasset quotiescunque manus demitteret, toties suos non ferentes hostis impressionem cedere, iubet fratrem Aaronem, & sororis Mariames maritum Vronem, utrinque astantes manus sibi indesinenter sustinere, neque permittere ut per lassitudinem deferrentur. quo facto egregiè uicerunt Hebræi, fuissentque internecione deleti Amalecitæ, nisi interueniente nocte fuisset interpellata cędes. quę uictoria & magnificentissima & opportunissima maioribus nostris contigit. nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugauerunt, & finitimis terrorem incusserunt, & laboris præmiũ prędam opimam reportauerũt: nanque castris etiam hostilibus expugnatis, publicè & priuatim sunt ditati, qui ad eam diem uix quotidianum uictum sibi parare poterant: nec in præsens tantùm ea uictoria profuit, sed in futurum etiam. Non solùm enim corpora aduersariorum, sed animi quoque eo prælio sunt fracti: & omnibus finitimis ex illo tempore facti sunt formidolosi: ipsis uerò opulentiæ non mediocris accessio est facta. multum enim auri & argenti in castris fuit repertum, multa æramenta uel escaria uel coquinaria, magnus etiam pecuniæ signatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliaque supellex castrensis, & uaria præda iumentorum & impedimentorum, quæ exercitum sequi solent. Quin & audaciores multò successus hic Hebræos reddidit, & fortitudinis ac industriæ magis studiosos, nihil non sibi pollicentes; si uirtutem strenuè colerent. & hoc quidem prælium talem exitum est sortitum. Sequenti uerò die Moyses cæsorum cadauera spoliauit, arma quæ fugientes abierant, collegit: & illis, quorum opera insignior fuerat, præmia distribuit, Iesum que ducem proconcione collaudauit, milite per acclamationes laudem uiri comprobante: adeoque incruenta fuit hæc uictoria, ut ne unus quidem ex Hebræis desideraretur, cùm hostilium cadauerum numerus præ multitudine incompertus manserit. Mactatis deinde pro gratiarum actione uictimis, aram DEO VICTORI posuit, prædixitque internecione delendos Amalecitas, ut ne unus quidem eius generis relinquatur, quòd Hebræos armis aggressi essent, idq; in deserto & inopia laborantes: postremò ducem exercitus uictoriali conuiuio excepit. Hoc fuit primum prælium post exitum de AEgypto, quo hostem lacessentem fortiter reiectum magna clade affecerunt: post quod festis epinicijs celebratis, & dierum aliquot quiete uiribus reparatis, instructo agmine iter continuabant. Erat autem iam ingẽs armatorum numerus, & ad hunc modum paulatim procedentes, tertio mense postquam ex AEgypto mouerant, ad montem Sinam peruenerunt, in quo Moyses uisionem ardentis rubi & cætera uiderat, ut iam antè commemorauimus.

Amalecitæ fundunt Hebræi, &

prædam opimã reportant.

Moyses spolia aſſequuta, & præmia merita distribuit.

Moyses aram Deo uictori extruit.

Hebræi ad Sinã montem perueniunt.

Raguelis consilium, quod genero suo Moysi dedit. CAP. III.

III. *Exod. 18. Raguel Moysi in deserto occurrit.*

VT autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem quoq; peruenisset, gratulabundus occurrit Moysen & Sefforam & eorum liberos salutaturus. Is lætus socerí aduentu sacrificium instaurat, & populo conuiuiũ præbet prope rubum qui flagrationem illæsus euaserat. Dum uerò multitudo per suas quisq; cognationes epulatur, Aaron cum suis assumpto & Raguele laudes diuinas cõcinebãt, autorẽ salutis ac libertatis celebrantes: ducem quoq; suum faustis carminibus prosequebãtur, cuius uirtute omnia sibi ex sentẽtia successissent. Raguel quoq; priuatim multa in populi laudem, multa in Moysis eius seruatoris cecinit, cuius fortitudine amici seruarentur. SEQVENTI aũt die Raguel uidens Moysen multitudine negociorum obrui (finiebat enim lites, quorũ opus erat, omnibus ad ipsum deferentibus, & alio arbitro ius suum tenere se posse non existimãtib. & his etiam qui causam sub tali iudice perdebant æquo animo sententiam ferentibus, quòd se æquitate, non auaricia damnatos existimarent) tunc quidem siluit, neminem uolens impedire quo minus iusticia uiri fruceretur: ubi uerò tandem à negociorũ tumultu absolutum uidit, seductũ seorsim quid facto opus esset, docuit: consuluitq; ut minores causas alijs cognoscendas cederet, ipse uerò tantùm maiora & reip. negocia tractaret. Non deesse enim Hebræis & alios dijudicandis litibus idoneos: curam uerò tot milium salutis sustinere posse neminem, nisi Moysi similem. Itaq; cùm non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt usui, tibi ipse parcens, permitte alijs ut ipsi inter se lites ex iure dirimant: tu uerò diuino tãtùm cultui deditus esto, quò faciliùs populum è præsenti necessitate eximas. Quin & illud consuluerim, ut lustratis ac recensitis copijs, eas in dena milia distribuas, singulis

III I. *Raguel Moysi cõsilium dat de administranda republ. in litibus dirimendis, &*

Copijs distribuendis.

A lis huiuſmodi legionibus ſuos duces præficiendo: easque rurſum in cohortes millenarias, quinquagenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris: itemq; in manipulos triginta & uiginti & decem commilitonum: tum deinde ita diſtinctis præfectos imponas, ſingulis appellatione à numero ſubditorum militum indita. Iudices autem uiros uirtute ac iuſticia *Iudices quales eſſe deceat.* præſtantes populi ſuffragijs creabis, qui de controuerſijs eorum decernant: & ſi fortè quid grauius inciderit, eius cognitionem ad te relegent. atque hoc pacto neque Hebræorum quiſquam ſuo iure fraudabitur, & tu ſine interpellatione Deum colens, fauorem eius propenſiorem exercitui conciliabis. HOC Raguelis conſilium Moyſes libenter admiſit, fe- V.
citq; quod ille monuerat, non ſibi hoc cõmentum uſurpans, neq; autorem eius celans, ſed *Raguelis conſilium Moyſes recipit.*
pro cõcione populo indicans, cuius hoc inuentũ fuerit. Quin & in libris ſuis Ragueli aſcri-
B bit inuentionem ordinis ſuprà dicti, malens dignos ſua laude non fraudare, quàm ſibi alienum decus uſurpare, ut hinc quoq; uirtutem ipſius conijcere liceat: de qua ſuis locis dicemus. Interea dum his locis populus hæret, Moyſes pro concione ait ſe ire in mõtem Sinam collocuturum cum Deo, & aliquid utile eis inde reportaturum: iubetq;, ut ipſi interim in propinquo caſtra metentur, uiciniores Deo futuri.

Moyſes conſcenſo Sina monte, acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat. CAP. IIII.

HIS dictis aſcendit Sinam, montem omniũ regionis eius excellentiſſimũ, & ob VI.
nimiã altitudinem cautesq; præruptas non aſcenſus tãtùm hominũ, ſed aſpe- *Moſes montem Sinam conſcendit cum Deo collocuturus.*
ctus quoq; ipſos defatigantem, & alioquin quia in eo uerſari numẽ fama erat,
C terribilẽ & inacceſſum. Hebræi uerò ſecundũ mandatum Moyſis motis caſtris radices montis occupant, ſuſpenſi animis quídnam boni, ita ut promiſerat, eſſet a Deo reportaturus: atq; interim dum ductorẽ ſuum expectãt, feſtos dies agebant, caſti- *Hebræorum exactitas.*
tatẽ ſeruantes tum in cæteris, tum abſtinendo à congreſſu mulierũ per triduũ, ſicut iuſſi fuerant, & precibus Deum ſolicitantes, ut propitius Moyſem excipiens, donũ ſibi per eum aliquod mitteret, quod ad uitam bene degendã conducibile foret. Interim & uictu ſumptuoſiore utebãtur, & ornatu ſplendidiore unà cum uxorib. ac liberis excolebãtur: atq; in hunc *Cibus & veſtitus.*
modũ duabus diebus inter epulas exactis, die tertia ante ſolis exortũ nubes primùm prẽter *Nubes inſolitæ.*
ſolitũ ſupra tota caſtra Hebrẽorũ ſublimis pependit, tentoria quàm latè patebãt cõtegens;
reliquũ cœlũ circumquaq; clara ſerenitate obtinẽte: procellæ deinde cum imbre uehemẽ- *Tempeſtas legiſlationem antegreſſa.*
D ti ruebãt, & fulgura ſimul micãtia terrebãt, fulminaq; eliſa ſignificabãt Moyſen ex ſentẽtia cum Deo propitio cõueniſſe. Hæc lecturi, ut cuiq; placuerit, accipiãt, mihi certè neceſſe eſt ea narrare quæ in ſacra hiſtoria conſcripta habẽtur. Cẽterùm Hebræi, uiſa inſolita tempeſtate, eiusq; horrendo ſtrepitu aures feriente, ſupra modum turbabantur. nam & rei nouitas terrebat, & rumor uulgatus de monte, quòd crebrò Deus eum inuiſeret, quamobrem continebãt ſe intra tabernacula mœſti, putãtes actum de ſalute Moyſi, & illo per iram Dei ſublato, ſe quoq; ſimile exitium manere. In tali rerum ſtatu ecce tibi Moyſes exultans lætitiã, uultuq; ipſo animum gaudio geſtientem præferens, quo conſpecto metus omnis abijt, inq; locum eius ſpes magni alicuius boni ſucceſſit, & aër ad eius aduentum priſtinã ſerenitatem recepit. Mox igitur concionem aduocat, auditurã quæ mandata à Deo referat, quam ubi cõ-
E ueniſſe animaduertit, è ſuperiore loco, ut ab uniuerſis audiretur, in hunc modum eſt affatus: Viri Hebrẽi, Deus, quemadmodum antea, ita hoc quoq; tempore me benigniſſimè ex- *Moyſis legem laturi oratio ad populum.*
cepit, & iam in caſtra ueſtra præſens ac propitius adeſt, præſcripturus uobis beatè uiuẽdi rationem & reipublicæ inſtitutionẽ. Quare per ipſum, perq; opera per illum uobis iam peracta uos obſecro, ne contemnatis quæ uobis dicturus ſum, meam mediocritatem intuentes, quodq; humanam linguam audituri eſtis: ſed expendentes mandatorum uirtutem, agnoſcite eius maieſtatem, qui ut ueſtra commoda prouehat, me internuncio ad uos uti nõ eſt dedignatus. Non enim Moyſes Amaramæ & Iochabelis filius, ſed is qui pro ueſtra ſalute Nilum ſanguineis fluentis labi fecit, & AEgyptiorũ ferociam tam uarijs calamitatib. fregit, qui per mare uiam uobis muniuit, qui egenis cibos cœlitùs excogitauit, qui potum deſide-
F rantib. è petra ſcatere iuſſit, à quo Adamus terræ ac maris uſum fructum accepit, per quem Noë diluuium effugit, per quem Abrahamus noſtri generis autor, ex errone poſſeſſor Chananeæ terræ eſt factus, per quem Iſacus confectis ſenio parentibus eſt natus, per quem Iacobus XII. honeſtiſſimis filijs eſt ornatus, per quem Ioſephus in AEgyptiorum præſidem euaſit: is, inquam, uobis hæc præcepta largitur me interprete. ea uobis ſacroſancta erunt, & coniugibus ac liberis antiquiora. Illis enim parendo beatam uitam agetis, fruentes terra

fertili, mari tranquillo, progenie secundum naturam nascente, eritisq; hostibus formidolosi. Ego enim cum Deo coram collocutus, immortalem eius uocem audiui: adeò illi cordi estis uos & generis uestri incolumitas. His dictis adducit populum cum liberis & coniugibus ut Deum loquentem eis audiant, & quid agendum docentem, ne dicta minus auctoritatis haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberentur. Itaq; omnes audiebant uocem è sublimi descendentem, ut nemo non intelligeret. Præcepta autem quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, non est nobis fas totidem uerbis euulgare, sententias tantùm eorum indicabimus. Docet enim nos

Israelitico populo Deus è Sinæ monte loquitur.

Exod. 20. Decem præcepta Dei.

Primum præceptum, Deum esse unum, & hunc solum colendum.
Secundum, Nullius animalis simulacrum faciendum & adorandum.
Tertium, Non temerè Deum iurandum.
Quartum, Septimi diei ferias nullo opere profanandas.
Quintum, Parentes honorandos.
Sextum, A cæde abstinendum.
Septimum, Non adulterandum.
Octauum, Non committendum furtum.
Nonum, Non dicendum falsum testimonium.
Decimum, Nihil alienum concupiscendum.

Exod. 21. Hæc ubi multitudo læta ex ipso Deo, sicut Moyses prædixerat, audiuit, dimissa est concio. Sequentibus autẽ diebus sæpius ad ducis tentorium uentitantes postulabant ut etiam leges eis à Deo deportaret. Illc & in hoc eis gratificatus leges tulit, & quid quóue modo agendũ esset, per idem tempus præscripsit, sicut suo loco dicetur. sed maiorem legum partem in aliud tempus differo, priuatim de his commentaturus. His ita constitutis, Moyses rursum in Sinam montem ascendit, prɛmonito antè populo: nam & spectare eos ascensionẽ suam uoluit. Cumq; diutius moraretur (per XL. enim dies abfuit) cœperũt soliciti esse ne quid grauius illi accidisset: neq; in tot ærumnis aliud quicquam eos sic contristauit, ut interitus Moysis opinio. Variabant enim rumores, dum alij deuoratum à bestijs iactant, maximè qui minus eum amabant: alij raptum à Deo uideri malunt. Qui uerò frugi erant, & neutri sententiæ sua causa astipulabantur, quòd alterum ab humanis casibus non alienum, alterum uiri illius uirtuti conuenientius uidebant, ipsius sortem satis æquo animo ferebant: suam autem uicem uehementer dolebant, quòd tali præside ac patrono essent orbati, qualem alium inueniri credebant impossibile: & neque solicitudo sperare eos sinebat, neque spe adempta non dolere poterant. ac ne castra mouere quidem audebant, reditum expectare iussi. tandem XL. diebus totidemq; noctibus elapsis, reuertitur, nullo interim humano alimento degustato, aduentuq; suo castra ingenti gaudio repleuit, diuinam prouidentiam illis adesse significans, & rationem benè ac beatè uiuendi se per eos dies didicisse: postulareq; Deum, ut tabernaculum ei faciant, quò descenderet quoties placeret, quod etiam migrantes secum circumferre possent, ut non sit opus amplius in Sinam ascendere, sed interuisitans crebrò, & tantùm non cohabitans præstò sit uotis eorum ac deprecationibus. mẽsuram quoq; & formam tabernaculi sibi præmonstratã, nihilq; superesse nisi ut ad eius fabricam quam primùm se accingerent. His dictis, profert duas tabulas continentes decem præcepta inscripta, in singulis quina. Erat autem Dei manus ea scriptura. Illi uerò præsentia sermoneq; ducis læti pro se quisque certatim ad structuram tabernaculi conferebant aurũ, argentum, æs, materiem ligneam elegantem, & contra cariem firmam, pilos caprarum, & ouium pelles partim hyacinthina, partim punicea tinctura: quasdam etiam cãdidas colore, & alias purpuræ flore infectas. ad hæc lanas eisdem coloribus tinctas, & linum byssinum. lapillos quoq; pretiosos, qui ad ornatum auro includi solent, atq; insuper uim magnã odoramentorũ. Nam huiusmodi erat materia tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. Ergo postea quàm istæ species ambitiosè sunt collatæ, uiritim contribuentibus, nonnullis etiam plura quàm pro domesticis facultatibus, architectos operi præficit ex mandato Dei, sed tales ut non alij deligendi fuerint, etiamsi populi suffragijs res cõmissa fuisset. Eorũ nomina etiam nũc in sacris codicibus extant: Beselel ex tribu Iudæ, Vronis filius & Mariammes, quæ erat ducis soror: & Eliabus Isamachi, tribus Danidis. Plebs aũt tanta alacritate operam & impẽsam offerebat, ut edicto coërcendi fuerint, & præconis uoce admonendi, non esse opus pluribus. ita enim fabricatoribus est uisum. atque ita structuram tabernaculi aggrediuntur, Moyse & mensuram & magnitudinem designante, sicut in mon-

XL. diebus & noctibus elapsis reuertitur.

Exod. 26.

Legis tabulæ.

Exod. 35.

Dona ad faciendum tabernaculum.

Exod. 36.

Tabernaculi fabricatores.

Plebis alacritas in conferẽdo operam & impẽsam ad tabernaculi extructionem.

A monte ex Dei colloquio didicerat, tum quantum inſtrumentum capere deberet ad uſum ſacrificorum & ſacrorum miniſterium, ritè ac ordinatè præſcribente. nec minor fuit largitio mulierum circa ueſtes ſacerdotales, & cætera quæ uel ad tabernaculi ornamentum, uel ad diuinum cultum attinere uidebantur.

De tabernaculo per Moyſen in terra deſerta facto, quod ſimilitudinem templi portatilis referebat. CAP. V.

OMnibus autem paratis, & uaſis aureis & æramentis ac textilibus, Moyſes indicto feſto & ſacrificio pro cuiuſq; opibus, tabernaculū erigit hoc modo: ATRIVM primò dimenſus latitudine L. cubitorum, longitudine C. uallos æreos ſtatuit altos quinq; cubita per lōgiora latera uicenos, & in poſtico latitudinis látere X. In Exod. 36. VII. Tabernaculi atrium.

B uno quoque inerant anuli, & capitella argentea, baſes uerò auratæ haſtarū acetabulis ſimiles, ex ære factæ, & in terram defixæ. anulis innectebantur funes, qui ab altero capite clauis æreis cubitalibus humi cōfixi ſingulos uallos firmarent, & contra uentorum uim tabernaculum munirent. Linteū deinde byſſinū molliſſimū circumtendebatur à capitellis ad baſes depēdens, totumq; eum locū ſepiens, ut nihil à pariete differre uideretur. atq; hoc modo ſe habebant ſepti tria latera. quartū uerò latus L. item cubitorū totius operis erat frons, cuius ianua uiginti cubita patebat, utrinq; habens duos uallos inſtar poſtium. ex argento hi quoq; cōſtabant præter baſes, quæ erāt æneæ. Ab utroq; aūt látere ſtabant tres ualli bene firmati: erant aūt & illi linteo è byſſo contexto circumducti. Ad ianuā uerò pendebat uelum uiginti cubita longū, & quinq; altū, ex purpura byſſoq; & hyacintho contextū, uariè pictu-

C ratum, exceptis animātium formis. Intra ianuas autem erat aſperſorium æneum, baſi ex eadem materia ſuperpoſitum, unde ſacerdotes manus abluerent, & pedes perfunderent. Hūc in modum ſeptum atrij ſe habuit. Tabernaculum aūt ſtatuit in eius medio uerſum ad orientem, ut ſol primùm ſurgens radios in illud mitteret: eratq; longum cubita triginta, & latum duodecim. Alter parietū erat auſtralis, alter ad ſeptemtriones obuerſus. tergum ad occidentem ſpectabat, attollebaturq; tantū, quantū in latitudinem patebat. Erantq; tabulæ lignеæ uicenæ ex utroque latere, quadrangulæ, craſſitudine quatuor digitorum, latitudine unius & dimidij cubiti, intus & extra laminis aureis contectæ: & ſingulis tabulis inerant cardines bini immiſſi per duas baſes, quæ erant argenteæ, & in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant. Parietis uerò occidentalis tabulæ ſex erāt, intus & extra deauratæ, in- Tabernaculum.

D ter ſe omnes ita compaginatæ, ut unus paries eſſe uideretur. Ex lateribus aūt tabulæ erāt uicenæ, quarū latitudo habebat mēſuram unius & dimidij cubiti, craſſitudo tertiam partem palmæ, & ita triginta cubita adimplebāt. poſterioris uerò parietis nouem cubitos ſex tabulæ faciebāt: quibus coniunctæ ſunt aliæ duæ tabulæ, ex cubito ſectæ, quas angulares poſuerunt ex æquo cum maioribus tabulis. Singulæ uerò tabulæ anulos habebant aureos, per exteriores frōtes eminentes, uelut quibuſdam radicibus cōfixos per ordinem, ad inuicem per circuitum reſpicientes: & per eos deaurati uectes immiſſi, ſinguli cubitorum quinq;, tabulas coniungebant: intrabatq; caput uectis uniuſcuiuſq; in aliud caput, in modum cochleæ: & poſt tergum parietū in longitudine poſitorum, unus erat ordo, per tabulas omnes uadens, quo per uncinos utriuſque parietis latera cōtinebantur, incaſtrationibus factis & im-

E miſſis ad inuicem. Atq; ita cautum eſt tabernaculo contra uentorum uim alióſue impetus, ut firmum & immobile conſiſteret. Intus aūt diuiſa in tres partes longitudine, poſt decem cubita intima, ſtatutæ ſunt columnæ quatuor eodem opere, & ex eadem materia factæ, ſimilibus baſibus impoſitæ, paribus interuallis per tranſuerſum diſſitæ: ultra has fuit adytum, reliquum uerò tabernaculi ſacerdotibus patebat. atque hæc tabernaculi triſariam diuiſio, uniuerſitatis naturam referebat. Nam tertia pars quæ intra quatuor columnas continebatur, ſacerdotibus inacceſſa, cœlum Dei quodammodo repræſentabat: uiginti uerè cubitorum ſpacium, tanquam mare & terra hominibus acceſſa, ſolis ſacerdotibus concedebatur. à fronte uerò qua adytus patebat, columnas ſtatuerunt quinque, æreis baſibus innixas. Poſt hæc uela ſunt per tabernaculum expanſa, è byſſo contexta, & purpureo, hyacinthino, Sanctuarij diſpoſitio. Tabernaculi diſtributi ſignificatio.

F punicео, coloribus diſtincta. Horum primum cubita decem quaquà uerſum patebat: quod per columnas eſt diſtētum, quæ adytum à reliquo ſpacio diſparabant, & à conſpectu hominum excludebant, totumq; hoc fanum uocabatur Sanctum, adytum uerò ultra IIII. columnas ſitum dicebatur Sanctum ſanctorum. fuitq; hoc linteum omnis generis floribus quę terra fert, aliisque ornamentis picturatum, exceptis tantùm animantium figuris. alterum autem uelum magnitudine, colore, textura, priori ſimile, circa ingreſſum ſitas quinque co-

Sanctum. Sanctum ſanctorum.

lumnas

lumnas tegebat: quod à ſummo ad dimidium columnarum pendens, ibi anulis ſuſtinebatur, & acceſſum ſacerdotibus ſubintrantibus prębebat. Super hoc erat aliud uelum magnitudine par, ſed è lino contextum anulis, à fune per trāſuerſum pendens: qui anuli tum uelo tum funi inſeruirēt, quod aliquādo adducebatur, aliquādo, feſtis præcipuè dieb. ad angulum reductū, populi proſpectū admittebat. reliquis dieb. & maximè parum ſerenis, obiectu ſuo picturatum illud uelū à tempeſtatib. protegebat. Vnde mos manſit etiam poſt templū à nobis ędificatū, ut uelum huic ſimile in aditu prętenderetur. Erant præterea decem aulea quaternorum cubitorū latitudinis, longitudinis uicenumoctonū, cum uncinis aureis qui contiguorū anulis ita inſerebantur, ut coaptata unum uiderentur: quæ extenſa fanum ſupernè obtegebant, & parietes à lateribus & à tergo, minus uno cubito ad terram pertingentia. erant & alia peripetaſmata undecim ęquè lata, ſed longiora, uidelicet triginta cubitorū ſingula, è pilis eadem ſubtilitate qua illa è lana cōtexta, quæ tegmine ſuo uſq; terrā fuſa inſtar thalami exhibebāt, uno à frōte prominēte, quod in hūc uſum ſupra denariū numerum erat annexū. Hæc rurſus ab alijs è pellibus conſutis cōtra ęſtus ac pluuiarū iniuriā protegebantur: quapropter è longinquo ſpectantibus res erat miraculo digniſſima: colores .n. tabernaculi non aliter micabant, quàm ſi cœlum quis cōtueretur. Cęterùm cilicia & pellicea uela ita pendebāt, ſicut illud circa fani introitū, ad arcēdos ardores & tempeſtates obiecta.

Veli prætenſio.

De arca in qua tabulas legis Moyſes collocauit. CAP. VI.

Exod. 37.

VIII. Tabernaculo autem hunc in modum cōſtituto, etiam arcam Deo ſacram faciūt, è materie natura ualida, & ab omni carie inuiolabili: hæc uernacula noſtra lingua dicitur Heoron, figura tali: Longitudo eius erat quinq; palmorum: altitudo uerò & latitudo trium palmorum: eratque intus & extra tota laminis aureis incruſtata, latente ligno: & habebat tegmen aureis cardinibus mirificè coaptatū, nulla ex parte prominens: ex utroq; autem longiore latere inerant anuli aurei duo, totum lignum penetrātes, & per eos uectes aurati utrinq; traiecti, ut quoties opus eſſet quocūq; tranſportari poſſet. neq; enim à iumentis uehebatur, ſed ſacerdotum humeris transferebatur. operculo autem eius impoſitæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubes appellant, ea ſunt animātia uolucria, noua ſpecie, nec unquam cuiquam hominum uiſa: quæ Moyſes in Dei ſolio uidiſſe ſe memorat figurata. In hanc arcam repoſuit duas tabulas decem pręcepta continentes, in utraque quina, & in ſingulis paginis duo cum dimidio: ipſamq; arcam intra adytum recondidit.

Arcæ Dei deſcriptio.

Cherubes.

Tabulæ X. præceptorum in arca Dei repoſitæ.

De menſa & candelabro aureis, deq; altaribus tabernaculi. CAP. VII.

IX. IN fano autē menſam collocauit Delphicis non abſimilem: longitudine duūm cubitorum, latitudine unius, altitudine palmorū trium. eam ſuſtinebant pedes, dimidia ſui parte inferiore per omnia pedibus ſimiles, quales lectis Dorienſes adhibere ſolent: ſed ſupernè quadrangulares erant. Erat autem lateribus ſinnatis, & tabula in palmū ferè cōcaua, limbo tum ſuperiorē tum inferiorē eius corporis partē circūdante. Singulis pedib. adhęrebat anulus ab operculo nō ſeparatus, per quos anulos traiecti erant ligněi uectes aurati, infernè exemptiles. Nam qua parte cum mēſa cohęrebant anuli, caua erat. Neq;. n. perpetui erant, ſed priuſquam in orbem coirent, deſinebāt in cuſpides: quarum una in prominentem menſæ partem inſerebatur, altera in pedem. Atq; his in uia portabatur. hæc ſolebat deponi in fano uerſus ſeptentriones, non longè ab adyto, & in ea diſponebātur duodecim panes non fermētati, ſeni, è regione ſibi duobus ordinibus oppoſiti, mundiſſimi, confecti è farina duorum aſſaronum, quæ mēſura Hebræorum ſeptem cotylas Atticas cōtinet. Super panes autem ponebantur duæ phialæ aureæ, thure plenæ: poſt ſeptem uerò dies alij panes inferebantur, die quem nos uocamus Sabbatū: cuius ritus cauſa aliàs eſt à nobis indicanda. Ex aduerſo menſæ propius meridianū parietem ſitum erat candelabrum ex auro fuſile, ſed nō ſolido, pondo minarū centū. hoc pōdus Hebręi cinchares, Gręci talētum ſua lingua nomināt: eratq; diſtinctū globulis, lilijs, malis punicis, craterculis. quorum omnium ſumma erat ſeptuaginta: ex quibus ab una baſi compoſitum ſurgebat in altum, ex totidem cōſtans partibus, quot planetas cum ſole perhibent. exibat aūt in ſeptem capita ordine inter ſeſe reſpōdentia: quibus imponebantur ſeptem lucernæ ſecundum totidem planetarum numerum: reſpiciuntq; ad orientem & meridiem, candelabro obliquè poſito. Inter hoc & menſam (ut dixi) ſita erat arula ſuffumigatoria, & ipſa è ligno imputribili, ſed ſolida lamina circumquaq; contecta, cubitali in quadrum latitudine, altitudine uerò dupla, ſuper qua ſtabat foculus corona aurea circumquaq; cinctus: cui anuli inerant

Panes appoſititij.

Candelabrum.

Arula ſuffumigatoria.

Ara inaurata; item &

A erant cum ſuis uectibus, quo per uiam à ſacerdotibus deportari poſſet. Sed & pro foribus tabernaculi erat ara alia hæc quoq; lignea, laminis æreis intecta, in quadrum quinq; cubita patens, altitudine trium cubitorum, inaurata, cratem pro foculo ſuperpoſitam habens. excipiebat enim terra quicquid ignitum ſupernè decidebat, quòd baſis nulla ſubeſſet: ad aram uerò præſtò erant infundibula & phialæ, thuribulaq; & crateres cum inſtrumento alio rei diuinæ peragendæ accommodo, nihil non ex auro. *Lignea.* *Exod. 38.*

De pontificali ac ſacerdotali ornatu. CAP. VIII.



T tabernaculum quidem cum paratu ſuo ſic ſe habebat: nunc reſtat dicendum de ueſtitu tam reliquorum ſacerdotum, quos illi chanæas uocant, quàm pontificis, quem anarabachen nominant, ſic ſummum ſacerdotem ſignificantes: ac B primùm de uulgo ſacerdotum. Sacerdos ſacris operaturus purus ſecundùm legem & caſtus accedēs ante omnia Manachaſen, quē uocāt, induitur: quaſi dicas conſtrictorium, eſt aūt ſubligar circa uerenda, conſutū è byſſo retorta: in quod pedib. inſertis ſubducunt uelut dimidiatas bracas, atq; ita circū ilia cōſtringunt. ſuper hoc induit linteam interulam byſſinam è duplicata tela confectā, chetomene uocatur, ſignificatq; ea uox lineam. linum .n. uocamus chethon, id indumentum eſt tunica talaris corpori aſtricta, habens manicas circa brachia & ipſas ſtrictas, quę accingitur circa pectus paulo axillis inferius zona latā digitos quatuor, intus inani, ita contexta, ut ſerpētis exuuiū uideri poſſit: floribus etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthinis & byſſinis: ſtamen uerò è ſola byſſo conſtat: quæ ſemel atq; iterum circa pectus reuoluta uinctaque, ad talos uſq; defluit, tantiſper dum C ſacerdos à ſacris feriatur: idq; ad ornatū conferre uidetur, cùm uerò ſacris eſt miniſtrandū, ne uentilata ſit impedimēto, ſuper humerum lęuum reijcitur. hanc zonam Moyſes nominauit abaneth, nos uocabulo à Babyloniis mutuato emiam dicimus. ſic .n. illi nomināt, ſed tunica nuſquam ſinuatur, habetq; circa collum amplam aperturam, cuius orę uncinis à pectore & à tergo ſuper utramq; ſcapulam cōmittuntur: maſſabazanem uocant. Super caput aūt geſtat pileum non faſtigiatum, neq; totū caput comprehendentē, ſed paulo plus quàm medium. hic uocatur maſnaemphthes. eſt aūt tali paratu, ut uideatur craſſa uitta linea ſæpe in orbem replicata & cōſuta, quam ſupernè alia tela integit, uſq; ad frontem deſcēdens, & per ſuperficiem uerticis ſuturarū deformitatē occultās. adaptatur autē accuratè, ne inter ſacrificandum delabatur. Et ſacerdotū quidem ornatus in genere eſt talis. Pontifex uerò D utitur quidem etiam hoc, nihil eorū quæ enumerauimus omittens, ſed ſuperinduitur hyacinthinam tunicā talarem, quam noſtrates methir nominant: aſtringitq; eam zona coloribus ſupradictæ ſimili, niſi quòd auro intertexta. Ima autem eleganter ornabatur limbo effigie malorum punicorum diſtincto, à quo tintinabula aurea ſic dependebant, ut medium eſſet quodq; malum punicum inter duo tintinabula ſitum, & tintinabulum inter duo mala punica. Hæc tunica non conſtat è duobus ſegmentis, ut ſuturas habeat in humeris ac lateribus: ſed unica tela in longum contexta aperturam in ſummo habet, non tranſuerſam, ſed in longū deſcendentem à tergo, & antè uſq; ad medium pectus: cui decoris cauſa aſſūtus eſt limbus, ne ſciſſura appareat. eodem modo quà manus exeruntur, eſt ſciſſa. Super hāc tertiam etiamnū induit uocatam ephoden, græcanicæ epomidi ſimilem, ea fit hoc modo: E ex uarijs coloribus auro intermixto longitudine cubitali ita contexitur, ut circa mediū pectus lacuna quędam relinquatur, maniculis quoq; ita extantibus, ut planè tunica appareat. Lacunæ uerò inſeritur fruſtum amplitudine palmi auro eiſdemq; coloribus quibus ephodes uariegatum, id uocatur eſſen, ut ſi dicas Rationale: quod ità quādrat, ut ad amuſſim ſpacium illud circa pectus à texente relictum expleat, id cōmittitur cum tunica annulis aureis per ſingulos angulos ex oris tunicæ ac eſſenis extantibus, intercurrente tænia hyacinthina, adhibita ad annulos inter ſeſe connectendos. Ac ne laxum ſit quod inter annulos relinquitur, eius ſutura filo hyacinthino firmata eſt. Epomidem cōnectūt in humeris ſardonyches duo, utrumq; extremū in humeros excurrens anceum habentes, ut ſit aptum fibulis. his inſculpta ſunt Iacobi filiorum nomina literis uernaculis linguæ noſtratis, in utroq; lapide ſe- F na, ita ut ſeniores dextrū humerum obtineant: quin & eſſenem ipſum duodecim gemmæ diſtinguūt, eximia uel magnitudine uel pulchritudine, ornatus hominib. propter enorme precium incomparabilis: cui ternæ per ordines quatuor inerāt, cōſertæ coronulis aureis, ita ut excidere nō poſſent: in primo ordine ſardonyx, topazus, ſmaragdus: in ſecūdo carbūculus, iaſpis, ſapphirus: in tertio lyncurius, amethyſtus, achates, omniū nonus: in quarto chryſolithus, onyx, beryllus, omniū ultimus: his omnibus erāt inſculpta filiorū Iacobi nomina, quos

XI. *Exod. 39.* *Sacerdotum ueſtitus.* *Manachaſen.* *Chethon.* *Abaneth.* *Maſſabazanes.* *Maſnaemphthes.* *Pontificis ueſtitus.* *Methir.* *Tunicæ pontificalis forma.* *Ephodes.* *Eſſen.* *Duodecim gemmæ.*

quos tribuum autores habemus, ordine quo olim ſinguli nati fuerant. Cùm autem per ſe illi, quos diximus, annuli ſint infirmi, nec poſſit pondus gemmarum ſuſtinere: alios duos maiores in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum, eminentes è textura fecerũt: qui ſuſcipiant catenas aureas, opere plexili, ueniẽtes per fiſtulas quaſdã ad extremitates humerorum: quarum catenarum ſummitas aſcendens reducitur poſt tergum, & circulo qui eſt à tergo in epomidis ora cõnectitur: id quod præcipuè ſuſtinet eſſenem, ne quo pacto defluere poſſit. eſſeni aũt aſſuta erat zona iam dictis coloribus, & auro diſtincta, quæ totum complexa, rurſumq; ſupra futuram nodata, deorſum propendere ſinebatur. omnes aũt fimbriæ aureis fiſtulis ab utroq; capite includebantur. Porrò pileo quali cæteri ſacerdotes utebantur: ſuper quem extabat alius conſutilis ex hyacintho uariatus, hunc aurea corona triplici ordine circundabat, in qua ſpectabatur calyx aureus, qualem uidemus in herba quæ apud nos uocatur daccharus, apud Græcorũ herbarios hyoſcyamus. Quòd ſi quis aut uiſam aliquando nõ ſatis animaduertit, aut nomine tenus auditã de facie non nouit, huic etiam deſcribere eam non grauabor. herba eſt tres palmos ſæpe in altitudinẽ excedẽs, napo ſimilem radicem habens: uix enim hac parte eſt alia ſimilior: folia uerò apio. hęc è ramis emittit calyculum ipſis inhęrentẽ. ueſtiturq; tunica quadã, quam exuit fructu ad maturitatẽ tendente. Calyculus aũt eſt quãtus articulus minimi digiti, circũferentiã habens crateri ſimilem, quod ipſum clarius faciã propter ignorantes. ima ſui parte circa fundũ dimidiato globo eſt rotũditate ſimilis, mox in proceſſu paulatim coarctatur, donec in extremitate rurſum dilatatus in labrũ exeat mali Punici umbilico inciſuris ſimile, cui operculũ orbiculare inhęret, quaſi de induſtria tornatũ, eminentes habẽs inciſuras quas dixi ut in malo Punico, aculeatas, & in acutos mucrones deſinẽtes: cõtinet aũt ſub operculo fructũ per totũ calyculũ, herbæ ſideritidis ſemini ſimilẽ, florẽ uerò fert qui papaueris uideri poſſit, eiuſmodi corona ab occipitio circũ tẽpora utraq; procedebat. nã frontẽ limbus nõ ambiebat: ſic .n. uocetur calyx: ſed lorũ quoddã latũ aureũ, quod ſacris characterib. Dei nomẽ inciſum habebat. atq; hic erat põtificis ornatus. Proinde mirari ſuccurrit, quomodo homines odio nos proſequãtur propter perpetuã opinionẽ de nobis conceptam, quaſi per impietatẽ numẽ cõtemnamus, quod ipſi aſſiduo cultu uenerẽtur. Nam ſi quis tabernaculi fabricã contẽpletur, & ſacerdotis ornatũ, & uaſa quibus inter ſacrificãdum utimur, comperiet legiſlatorẽ noſtrũ diuinum quendã uirum fuiſſe, & falſò nobis impietatis calumniã impingi. in his .n. omnibus repræſentatam quodãmodo uniuerſitatis rerũ naturã inuenire licet, ſi quis non ocioſe, ſed prudẽter ſingula cõſideret. Nam & tabernaculũ longitudine xxx. cubitorũ trifariã partitus, & duabus partib. ſacerdotib. permiſſis, quaſi profano loco, terrã & mare ſignificat. hæc .n. ab omnibus promiſcuè calcãtur, tertiã uerò partem ſoli Deo adſignauit, eo quòd cœlũ hominibus ſit inacceſſibile: itidem per duodecim panes in mẽſa diſpoſitos, annũ ſignificauit, in duodecim menſes diuiſum: & cùm candelabrũ è ſeptuaginta partibus compoſuit, duodecim ſigna per quæ Planetæ ferũtur ſubindicauit: & per ſeptẽ lucernas impoſitas totidẽ Planetarũ curſum, uela quoq; è quatuor coloribus cõtexta elemẽtorum naturã deſignãt. nam byſſus terram referre uidetur, ex qua lini hoc genus prouenit: purpura uerò mare, eo quòd conchylij cruore ſit fucata, aërẽ uerò hyacinthus repręſentare uidetur: ſicut Puniceus color ignẽ. Quin & põtificis tunica cùm ſit linea, terrã ſimiliter ſignificat: hyacinthus uerò polũ per mala Punica fulgetra referens, ſicut tonitrua per tintinabulorũ ſtrepitũ: epomis etiam uniuerſi huius naturã indicat, è quatuor coloribus cõtexta, quibus aurũ acceſſit, ſicut ego interpretor, propter adiunctam rebus omnibus lucem: eſſen quoq; in eius medio eſt inſertus. nõ aliter quàm terra medium mũdi locũ obtinet. Zona item qua cingitur, Oceani ſimilitudinẽ habet, qui uniuerſa circũplectitur: duo præterea ſardonyches in ueſtitu pontificis pro fibulis additi, ſolis & lunæ ſignificationẽ habent, gemmarum etiam duodenarium ſiue ad mẽſes retuleris, ſiue ad parem partiũ numerũ eius circuli quẽ Græci zodiacũ uocant, nequaquam à uera cõiectura aberraueris: pileus item cœli ſignificatio uidetur eſſe, cùm ſit ex hyacintho cõfectus: alioqui non ſuſtineret Dei nomẽ: & corona illuſtratur aurea propter ſplendorẽ quo maximè Deus delectatur, atq; hæc in hũc modum interpretati ſumus, deinceps & multas & in multis habituri occaſiones de legiſlatoris uirtute diſſerendi.

Pontificis infula.

Calyculus.

Tabernaculi allegoria.

Tunicæ pontificia ſignificatio.

Hyacinthus.

Zona.

Sardonychum duorum, & Pileus.

XII.

De Aaronis ſacerdotio, & leges quæ ad feſta ac ſacrificia ſpectãt. CAP. IX.

Exod. 28. 29. 30. 40.

Is ita peractis, priuſquam dedicarentur, apparuit Deus Moyſi, iuſſitq; ut ſacerdotium Aaroni fratri ſuo cõferret, ea uirtute prædito ut meritò præ cæteris eius ratio habenda uideretur. qui aduocata concione, recenſuit uirtutes illius, & quàm ſtudio-

A ſtudioſus eſſet publicorum cõmodorum, pro quibus toties in ſalutis etiam diſcrimen uenire non dubitaſſet. Cumq; omnes dicta eius comprobarent, & fauorem Aaronis uultibus ipſis præ ſe ferrent: Viri, inquit, Iſraëlitę, opera iam ſunt abſoluta, qualia uel Deus poposcit, uel noſtræ facultates præſtare ualuerunt: & quoniam ſcitis cuiũ in hoc tabernaculo excipiendum, ante omnia proſpiciẽdum eſt quis ſit idoneus ſacerdotio, qui ſacra curet & pro uobis uota faciat: quòd ſi res arbitrij mei fuiſſet, mihi ipſi honorem hunc adiudicaſſem, tum quòd ita natura comparatũ ſit, ut quiſq; ſibi optimè uelit, tũ quòd mihi conſcius ſim laborum pro ſalute ueſtra ſuſceptorũ. Nunc Deus ipſe Aaroni hũc honorẽ deferendũ decreuit, eiq; ſui calculi prærogatiuã contulit, ut qui iuſticia in toto populo præmineat: cui iam antè ueſtẽ ſacratã & curã ſacrorũ altarisq; ſui deſtinauit, is pro uobis uota faciet apud Deum, eo

Moyſis in Aaronem ſacerdotiũ conferentis oratio.

B libentius exauditurũ, quòd & iam antè in uos eſt propenſus, & propitiatorẽ habituri eſtis, quẽ ipſe in hoc elegit. Grata fuit hæc oratio populo, & ſuo quoq; ſuffragio Dei cõprobauit electionẽ. Erat. n. Aaron propter genus & prophetiã & uirtutẽ fratris honore hoc longè dignißimus, cui fuerũt eo tẽpore filij quatuor, Nabadus, Abius, Eleazarus, Ithamarus. Quicquid aũt ex collatis ad fabricã tabernaculi ſuperfuit, totũ iuſſi ſunt in uela tectoria tabernaculi & candelabri, & aræ in qua ſuffitus fieret, aliorumq; uaſorum impendere, ut hæc dum in itinere tranſportantur, neq; puluere neq; pluuia aut alia quacunq; iniuria lædi poſſent. Poſt hæc conuocato populo, imperauit, ut rurſum contribuerent uiritim dimidium ſiclũ. ſiclus aũt nummi genus eſt apud Hebręos, quod ualet quatuor drachmas Atticas. At illi ſine mora paruerunt. quorum numerus fuit ſexies centena milia, & inſuper quinque milia

Aaronis filij quatuor. *Exod. 37.* *Sicli ualor.*

C quingenti quinquaginta: conferebantq; id argentum ſoli ingenui ętatis annorum uiginti & ſuprà uſque ad annum quinquageſimum: quòd mox in uſus tabernaculi eſt inſumptũ. deinde & tabernaculum & ſacerdotes luſtrauit in hũc modum, myrrhæ electæ ſiclos quingentos, ireos tantũdem, cinamomi & calami (eſt & hæc odoramenti ſpecies) dimidiũ dicti ponderis conciſa ac contuſa iuſſit macerari in olei oliuarum hin: menſuræ nomen eſt, quæ capit duos choas Atticos: quibus permixtis, & arte unguentariorum decoctis, factum eſt unguentum ſuauiſſimum: quo & ſacerdotes, & totum tabernaculum ungens purificauit. Offerebantur deinde multa & uaria ſuper altare aureum adolenda precioſa ualde, quorum naturam, ne ſim prolixitate lectori moleſtus, recenſere ſuperſedeo. oportebat autem bis in

Dimidij ſicli à populo uiritim pendantur. *Hin.* *Vnguẽtum ſanctum.*

D die ſuffitum facere, ante ortum & circa occaſum ſolis: & oleum purificatũ ad lucernas ſeruare, quarum tres in ſacro candelabro per totam diem Deo lucebant, reliquæ ſub ueſperam accendebantur. Porrò omnib. iam abſolutis, palmã artis fabrilis tulerũt Beſelel & Eliabus. nam & aliorũ inuẽta excoluerũt, & ipſi multa de nouo inuenerũt. Ex his tamẽ duob. præcellebat Beſelel. inſumptumq; eſt huic fabricæ tempus menſiũ ſeptem: quo trãſacto, primus annus ab exitu ex AEgypto eſt expletus. Initio uerò ſequentis anni menſe Xanthico Macedonum, Hebræorum Niſan, nouilunio tabernaculum dedicatum eſt, & quicquid eius uaſorum à me commemoratum eſt. Statimq; Deus indicauit gratum ſibi eſſe, & non ſuperuacaneum laborem Hebræorum, præſentem ſe fano ſuo hunc in modum declarans. Cùm cœlum eſſet aliâs ſerenum, ſuper ſolum tabernaculum caligo deſcendit, non quidem tanta, quantæ ſolẽt eſſe hybernę nebulæ: nec tamen tam tenuis, ut aſpectum humanum tranſ-

Beſelel & Eliabus tabernaculi opifices. *A.M. 2455. Ante Chr. nat. 1516.* *Exod. 45.* *Tabernaculi dedicatio.* *Caligo tabernaculum ambiens.*

E mitteret: iucundusq; ros diſtillabat ab ea, præſentiæ Dei fidem uolentibus aſtruens. Moyſes autem diſtributis priùs in fabricatores tanti operis pro cuiuſq; merito præmijs, uictimas mactabat in atrio tabernaculi ſecundum Dei præſcriptum, taurum & arietem, hœdumq; pro peccatis. Sed quo ritu hæc fieri ſoleant, dicam dum de ſacrificijs tractabo, & quæ uictimæ ſolidæ tradantur conflagrationi, & quæ ex lege in epulas cedant. Deinde ſanguine uictimarum ornatum Aaronis & ipſum cum filijs eius aſperſit, purificans eos fontanis aquis ac unguento, ut Dei fierent ſacerdotes. Atque hoc modo per ſeptem dies ipſos & ueſtes eorũ curabat: tabernaculum item & eius uaſa unguento (ſicut iam dixi) confecto, & ſanguine taurorum & arietum alternis diebus ſecundum genus ſuum mactatorum. Octaua autem

Leuit. 8. *Leuit. 9.*

die feſtum indixit, & ſacrificare unumquenque pro facultatibus imperauit. Et illi dicto pa-

Sacrificium ſpõte acceptum.

F rentes certatim & ambitioſè uictimas offerebant: quibus ſuper aram impoſitis, ſubitò ſpõtè ſuâ ex illis ignis fulguris in morem emicuit, & inſpectante populo, omnia flamma abſumpſit. Ex eo accidit Aaroni quædam calamitas, paterno animo grauis, quam tamen generoſè pertulit. erat enim uir ad caſus fortis, & intelligebat hoc non ſine Dei uoluntate factum. Ex quatuor filijs quos dixi, ſeniores duo Nabadus & Abiùs, cùm in aram intuliſſent uictimas non ex præſcripto Moyſis, ſed quales antea ſolebant, combuſti ſunt, flamma in eos

Leuit. 10. *Nabadus & Abius igne ſacrificio comburuntur.*

conuerſa, & uultus ac pectora eorum depaſcente: nec ſuccurri potuit quin ita occumberent. Moyſes autem iuſſit patrem eorum ac fratres ſublata cadauera extra caſtra deferre, atq; ibi honorificè ſepelire: totusq; populus inopinatam hanc eorum mortem luxit: ſolos fratres ac patrem Moyſes uoluit à mœrore abſtinere, & potiorem Dei honorem quàm ſuam triſticiam habere. iam enim ſacrum amictum Aaron geſtabat. Cæterùm Moyſes recuſatis omnibus honoribus à populo ſibi oblatis, totus cultui diuino erat deditus: & in Sinam quidem non amplius aſcendebat, ſed in tabernaculum uentitans oracula, quoties opus erat, à Deo referebat, & cultu priuati hominis uti perſeuerans, neque quicquam præter reipublicæ curam præ alijs ſibi uindicans. Leges præterea ſcribebat, & uiuendi rationem, quam ſeruantes & Deo placere poſſent, & ipſi inter ſe ſociaſiter pacateq; uiuere: atque hæc omnia Dei monitu faciebat. Dicam autem & de illis legibus ſuo loco: nunc illud ſuccurrit, quod in mentione ſacerdotalis ornatus omiſſum non oportuit. Nam ea ueſtis omnem ſub prophetiæ prætextu impoſturarum occaſionem ademit his qui illa utebantur: liberumq; Deo uel adeſſe ſacerdotibus, uel non, omnibus & popularibus demonſtrauit: & exteris, ſi qui fortè huic ſpectaculo interuenirent. Ex lapillis enim, quos pontifex in humeris geſtabat (ſardonyches erant, quorum naturam nulli non notam narrare ſuperuacuum puto) micabat alter, quoties litatum eſſet, is qui dextrum humerum occupabat: tantumque fulgorem emittebat, ut procul etiam intuentibus conſpiceretur, idq; præter naturam ſuam & conſuetudinem: quod certè admirationem meretur apud omnes, niſi ſi qui ex contemptu religionis ſapientiæ opinionem aucupantur. Sed mirabilius eſt quod nunc dicturus ſum: per duodecim gemmas, quas in pectore pontifex inſitas eſſeni geſtat, in bello uictoriam prænunciare Deus ſolebat. nam prius quàm exercitus ſe moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo facilè innoteſceret, adeſſe Deum, opemq; & auxilium ſuum inuocantibus eſſe allaturum. Quapropter Græci, quotquot à noſtra religione non abhorrent, cùm hoc miraculum pro compertiſſimo habeant, ita ut negari non poſſit, eſſena uocant λόγιον, hoc eſt oraculum. Deſijt autem tam eſſen quàm ſardonyx fulgorem emittere annis ducentis antequàm hæc commentaremur, irato Deo propter legum ſuarū uiolationē: de quo aliâs opportuniùs dicetur. nunc cœptam narrationem deinceps proſequar. Tabernaculo dedicato, & omnibus quæcunq; ad ſacerdotalem ordinem pertinebant, ritè peractis, populus, Deo in caſtrorum contubernium recepto, lętus ad hymnos & ſacrificia ſe conuertit, non aliter quàm omnibus iam malis auerruncatis, & omnia proſpera in poſterū ſperantes: donaq; Deo tam priuatim quàm publicè per ſingulas tribus offerebāt. Principes enim tribuum bini de ſuo conferentes plauſtrum cum duobus bubus contribuebāt, ut ſex plauſtra tabernaculo per uiam deuehendo inſeruirent: & præter hoc unuſquiſq; eorum obtulit phialam & trulleum & acerram, hæc decem daricos ualebat, eratq; odoramentis referta: trulleum uerò & phiala, quæ argentea erant, utraque ſimul ducentos ſiclos pendebant, ſed phiala ſeorſim tantùm ſeptuaginta. hæc farina erant plena, oleo ſubacta, quali ad altare in ſacrificijs utebantur. Præterea uitulum & arietem cum agno anniculo in holocauſtum, & hircum pro peccatis: adhæc obtulit unuſquiſque principum alias uictimas quæ ſalutares uocabantur, per ſingulos dies boues duos & quinque arietes cum agnis anniculis & hœdis: atque ita per duodecim continuos dies ſacrificauerunt, quaq; die unus. Moyſes aũt non amplius in Sina monte, ſed tabernaculum introgreſſus, conſulebat Deum de rebus agendis, & de ferendis legibus: quas meliores quàm ut ad hominem autorem referri debeant, poſteritas perpetuis ſeculis ſeruauit, diuinitùs datas credens: adeò ut eas nec in pace ob uoluptatem, nec in bello ob neceſſitatem Hebræi uiolauerint. Sed de his nunc deſino, proprium uolumen aliquando huic tractationi dicaturus.

Moyſes honorē oblatū recuſat.

Sardonyx litationis index.

Duodecim gemmæ, uictoriæ prænuncia.

Eſſen, id eſt oraculum.

Num. 7. Principum libationes.

Moyſes Deum cōſulit in tabernaculum ingreſſus.

Leges de ſacrificijs & purificationibus. CAP. X.

XIII. NVnc paucas tantùm commemorabo, quæ ad purificationes & ſacrificia pertinēt: quandoquidem in ſacrificiorum mētionem incidimus. Duo ſunt ſacrificiorum genera, priuatum & publicum: horum utrunq; duobus fit modis. Aut enim tota uictima igni abſumitur, quod ideo uocatur holocautoma: aut pro gratiarum actione perſoluitur, & in epulum ſacrum facientiū uertitur. De priore priùs ſum dicturus. Vir priuatus holocautoma facturus, mactat bouem, agnum & hœdum: & hos quidē anniculos, bouem uerò licet mactare etiam grandiorē. Sed opus eſt ut ſint omnia maſcula, quæ ſolida concremantur. his iugulatis, ſacerdotes aram circumquaq; ſanguine horum tingũt: deinde mundata membratim diſſecant, & ſale conſperſa in aram imponunt, ſtrue ligno-

Sacrificiorum diuiſio.

Leuit. 1. Hominis priuati ſacrificia.

rum

A num ſuper ea iam ardente. deinde pedes & inteſtina omnia diligenter primùm repurgata ad reliquum aceruum purificãda adijciunt: tergora uerò ſacerdotibus cedunt. & holocautomata quidem ad hunc modum fiunt. Quùm uerò pro gratiarum actione ſacrificant, eorundem generum animalia mactant, ſed quæ uitio careant, & anniculis ſint maiora, & maſcula fœminis copulata. His iugulatis, primùm ſanguine aram imbuunt, deinde renes & omentum & omnem pinguedinem cum fibra iecoris, & inſuper caudam agni aræ inferunt. Pectore uerò ac dextro crure ſacerdotibus conceſſo, reliquis carnibus per biduum epulantur, & quæ ſuperfuerint igni comburũt. Idem ritus ſeruatur & in ſacrificio pro peccatis. Sed qui uictimas maiores non habent, par columbarum aut turturum offerunt, quarum altera ſit holocautoma, altera ſacerdotibus in cibum datur. Accuratiùs autẽ de his in libro de Sa-
B crificijs diſſeremus. Nam qui per ignorantiam peccauit, agnum & hœdum fœminam eiuſdẽ ætatis offert: ſacerdosq; ſanguine nõ ut antè aram, ſed cornua eius ſola imbuit: renesq; & reliquam pinguedinem cum fibra iecoris in aram inferunt. Sacerdotes uerò tollunt ſibi & pelles & carnes eadem die abſumẽdas in fano. Nam lex uetat, quicquam in poſterũ diem reliquum facere. Qui autem ita peccauit ut ipſe ſibi ſit conſcius, neque quenquam habeat à quo coarguatur, arietem offert, lege ita iubente: cuius carnes in fano ſimiliter ſacerdotes eadem die conſumunt. Principes quoque cùm pro peccato ſacrificant, eadem quæ plebeij offerunt, hac tãtùm differentia, quòd uictimas adducunt taurum & hœdum maſculum. Iubet autem lex, ut tam in priuatis quàm in publicis ſacrificijs farina afferatur puriſſima, cum agno aſſaronis menſura, cum ariete duorum, cum tauro trium. hanc conſecrant in al-
C tari oleo ſubactam. nam & oleum ſacrificantes afferunt, cum boue hinis dimidium, cum ariete tertiam partem, cum agno quartam. ea eſt menſura priſca Hebræorum, duos choas Atticos continens, qua oleum ac uinum metiuntur. nam uinum circa altare libant. Si quis autem non ſacrificans ex uoto ſimilam offert, eius primitias pugillum unum in aram cõijcit. reliquum eius ſacerdotes in cibum ſumunt, aut coctum: nam oleo ſubigitur, aut panibus inde confectis. Quantumcunque autem ſacerdos offert, totum comburi oportet. Vetat etiam lex, offerri eadem die animal unà cum genitrice, & aliâs quoque non niſi octauo à partu die admittit. Fiunt & alia ſacrificia pro recuperanda ualetudine, aut alia de cauſa, in quibus liba cum uictimis inſumuntur, ex quibus nihil in poſteram diem relinqui fas eſt, ſacerdotibus quoq; partem ſuam inde ſumentibus. Publicis uerò impenſis lex iubet quo-
D tidie agnum anniculum mactari mane ac ueſpere. ſeptima autem quaque die duos iugulant: eodem modo ſacrificantes: & nouiluniio præter quotidianas uictimas duos boues cũ agnis anniculis ſeptem, & arietem: hœdum uerò pro peccato, ſi quid fortè per obliuionem omiſſum fuerit. Septimo item menſe, quem Macedones hyperberetæum uocant, præter
I am dicta taurum & arietem & ſeptem agnos mactant, & hœdum pro peccatis. decima deinde luna eiuſdem menſis iciunant uſque ad ueſperam: ſacrificantq; eadem die taurum & arietes duos & agnos ſeptem: & pro peccato hœdum. Adducunt autem duos præter hunc hœdos: quorum alter uiuus extra fines in deſertum emittitur, in quem, ſi quid mali propter peccata toti populo immineat, auertatur. alterum uerò in ſuburbanum in locum puriſſimum eductum cum ipſa pelle exurunt, nihil omninò purgantes; & cum eo ſimul exu-
E ritur taurus, non à populo adductus, ſed ſumptu pontificis: quo mactato, & ſanguine eius ſimul & hœdi in fanum illato, aſpergit digito tectum ſepties, totiesq; pauimẽtum, rurſusq; toties interiora fani circum altare: reliquum deinde circum altare maius, quod eſt ſub diuo in atrio, deinde extremitates & renes & adipem cum fibra iecoris inferunt altari: pontifexq; adijcit arietem de ſuo, ſolidum Deo conflagraturum. Eiuſdem menſis decimaquinta, tempore iam in hybernum uergente tabernacula compingere iubentur per ſingulas familias contra uentura frigora, quæ annus ſeneſcens afferre ſolet. quin & in patria tandem cõſtituti, accedere in eam urbem, quam propter templum caput regionis ſint habituri, & octo dies feſtos ducere, uictimasq; Deo ſolidas incendere, & ſimul pro gratiarum actione ſacrificare, manibus interim geſtantes ramos myrti, ſalicis & palmæ, ex quibus mala perſeæ
F dependeant. Prima die ſacrificium debet eſſe holocautoma ex tredecim bubus, & agnis uno pluribus, & arietibus duobus, addito hœdo pro peccato. Sequentibus diebus idem numerus agnorum & arietum unà cum hœdo mactatur, ſed per ſingulos dies unum de numero boum detrahunt, donec ad ſeptenarium perueniatur. Octauo die feriantur ab omni opere, mactantq́ue, ſicut diximus, uitulum & arietem & agnos ſeptem, & pro peccatis hœdum. Atque hæ ſunt Hebræis ceremoniæ tabernaculorum, à maioribus acceptæ.

Leuit. 3. Sacrificium gratiarum actionis.

Leuit. 4. 5.

Sacrificiũ ignõrãter delinquẽtis.

Scienter peccantis ſacrificium.

Principis ſacrificia.

Leuit. 4. 9. Conſuetudo in ſacrificijs obſeruata.

Leuit. 2.

Publica ſacrificia.

Num. 28. 29.

Sacrificium mẽſis Octobris.

Feſta tabernaculorum.

Exod. 23. Leuit. 23. Deut. 31.

Exod. 12.13.23. Leuit. 23. Num. 9. Deut. 16. Paſchæ ſacrificium 14. Aprilis.

Menſe autem Xanthico, qui noſtris Niſan uocatur, & annum exorditur, luna quartadecima, ſole arietem obtinente, quandoquidem hoc menſe ab AEgyptiaca ſeruitute liberati ſumus, ſacrificium quod tunc exeuntes feciſſe nos dixi paſcha nominatum, quotannis inſtaurare lege iubemur: celebramusq; id per cognationes, nihil è uictimis in ſequentē diem relinquentes, quæ eſt quintadecima, & azymorum feſtiuitatis prima. nam hoc feſtum priori continēter ſuccedit, duratq; dies ſeptem, per quos panibus non fermentatis ueſcuntur: & per ſingulos dies tauri iugulantur duo, aries unus, agni ſeptem. hæc holocautoma fiunt, additurq; hœdus pro peccatis in quotidianas epulas ſacerdotibus. Secunda azymorū die, quæ eſt menſis huius decimaſexta, frugibus demeſſis & hactenus intactis incipiunt frui: æquumq; rati Deum huius ubertatis autorem per gratitudinem honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum: Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde pinſunt: atque ita in alicæ modum fracti aſſaronem ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam iecto, reliquum ſacerdotum uſui cedit: & ex eo licitum fit publicas ac priuatas meſſes metere, primitiarum tempore agnus in holocauſtum Deo mactatur. Poſt paſchale ſacrum elapſis ſeptem ſeptimanis, hoc eſt, quadraginta nouem diebus, quinquageſima quam à numero aſartha Hebræi uocant, offerunt Deo panem è farinæ triticeæ duobus aſſaronibus cum fermento confectum, mactantq; agnos duos: hæc de tantum oblata in cœnam ſacerdotibus apponuntur, & eadem die ſic ut nihil ſuperſit, abſumuntur. Cæterùm holocautoma faciunt è tribus uitulis, arietibus duobus, agnis quatuordecim, hœdisq; pro peccato duobus. Nullum autem feſtum ducitur abſque holocautomate & laborum uacatione, ſed in omnibus omninò hæc duo lex obſeruari iubet: & poſt ſacrificium in epulis degunt, ex publico præbetur panis non fermentatus ex farinæ aſſaronibus uigintiquatuor. coquuntur autem bini pridie Sabbati: & Sabbato mane proponuntur in ſacra menſa duobus ordinibus ſeni ex aduerſo ſeſe reſpicientes: atque ita duabus lancibus thure plenis ſuperimpoſitis permanent uſque in proximè ſequens Sabbatum, tunc alij pro illis recentes ſupponuntur, & hi priores ſacerdotibus in cibum dantur: thus item igne ſacro adoletur, quo ad holocautomata uti ſolent, & pro eo quoque aliud thus panibus imponitur. Sacerdos autem de ſuo quotidie bis offert Deo farinam oleo maceratam, & modica coctura duratam: eſtq; demenſum eius farinę aſſaron unus, huius dimidium mane, tantundem ueſpere, in ignem infert. Sed de his hactenus, quorum rationem aliâs diligentiùs explicabimus. Cæterùm Moyſes tribum Leuiticam à cætero populo exemptam, ut Deo ſacrandam, fontanis aquis perennibus & ſolenni ſacrificio purgauit: eiq; tabernaculum cum ſacris uaſis ſartum tectū curandum commiſit, iubens ut ad præſcripta ſacerdotum ſacrum miniſterium capeſſerēt: iam enim Deo ſacrati erant. Poſt hæc animalia diſcreuit, quæ ad cibum eſſent pura, & quibus ueſci non liceret: de quibus aliquando per occaſionem diſſeremus, quam ob cauſam aliorum eſum permiſerit, aliorum interdixerit. Sanguinis quidem omnis uſum ideo uetuit, quòd hunc animam & ſpiritum putaret: neque animalis morticini carnem ad cibum conceſſit, ad hæc reticuli & adipis caprini, ouilli & bubuli abſtinentiam indixit. Eiecit etiam è cœtu & conſuetudine hominum leproſos, & ſeminis profluuio laborantes: mulieres etiam quæ naturaliter purgantur, uerſari inter homines uetuit, nec niſi poſt ſeptimam diem puras haberi uoluit. eum quoque, qui mortuum curaſſet, per totidem dies à cœtu arcuit. Si quis autem ultra hunc dierum numerum diuturniore pollutione teneatur, ſacrificare iubetur agnas duas: quarum alteram ſanctificare oportet, alteram ſacerdotes accipiunt: eodem modo & pro genituræ fluxu laborante ſacrificari mos eſt. Qui uerò per ſomnum genituram emiſit, ſi ſe mergat in aquam frigidam, ut ſolet fieri poſt legitimæ uxoris congreſſum, pro puro habetur. Leproſos autem in perpetuum relegauit, tanquam nihil à cadauere differentes. Quòd ſi quis priſtinam ualetudinem à Deo precibus impetrauerit, & in cutem ſanitatis color redierit, hic uarijs ſacrificijs Deo gratitudinem ſuam atteſtatur, de quibus poſtea dicemus. Quo magis ridenda eſt illorum fabula, qui dicunt, Moyſen propter lepram ex AEgypto profugum, turbam eodem morbo laborantium in Chananęam duxiſſe. Niſi enim uanum illud eſſet, nunquam Moyſes in ſuam ignominiam talem legem tuliſſet, qualem etiam alio ferente, probabile erat ipſum reclamaturū: præſertim quùm inter multas gentes leproſi uerſentur, & in precio ſint: & adeò nec relegentur, nec contemptim habeantur, ut & in expeditionibus militares dignitates, & in adminiſtratione reipublicæ ciuiles illis committantur, ac ne à templis quidem & fanis arceantur. Quid igitur uetabat, ſi tali uitio fuit infectus, quo minùs apud multitudinem ſibi parentem eas leges ſtatueret, quæ

Quinquageſimæ ſeu Pentecoſtes ſacrificium.

In feſtis & ſacrificijs ſingulis quid obſeruetur.

Panes appoſitiji.

Leuit. 8. Num. 3. Moyſes Leuitas tabernaculo præficit.

Immunda quæ ſtatuerit Moyſes. Leuit. 7. 17. Leuit. 12. 13. 14. 15.

Immundi homines qui crederit leproſos.

Refelluntur, qui Moyſen & Iſraelitas leproſos fuiſſe dicunt.

ipſi

A ipſi honorem potius quàm detrimentum afferrent? Qua re manifeſtum ſit, quòd hæc per inuidiam de nobis fingantur. Moyſes enim purus ipſe, & inter puros degens, ad honorem Dei taliũ legum autor eſſe uoluit. Sed hęc quiſq;, ita ut libitum fuerit, accipiat. CAETERVM puerperas ſanum introgredi uetuit, aut ſacris intereſſe uſque in quadrageſimum diem, ſi fœtus ſit maſculus: quòd ſi fœmina ſit, duplum eius temporis præſcribitur. Ac ne poſt præſtitutum quidem terminum intrant abſque uictimis, quæ partim Deo, partim ſacerdotibus cedunt. Quòd ſi quis adulterij ſuſpicionem de uxore habuerit, offert hordeaceæ farinæ aſſaronem: & immiſſo ex ea pugillo ſuper altare, quod reliquum eſt, ſacerdotibus ueſcendum datur. Deinde aliquis ſacerdotum ſtatuit mulierem ad portam, quę eſt obuerſa ad ſanum: & inſcripto primùm Dei nomine in membrana, defert ei iuſiurandũ cum

B imprecatione, ut ſi pudicitiam læſit, luxato crure dextro & uętre diſrupto ſic moriatur: ſint autem præ amore nimio, & præ zelotypia maritus ad iniquam ſuſpicionem ſit commotus, decimo menſe infantem maſculum pariat. Peracto iuramento de membrana deletum nomen in phialam exprimit, & ſumpto è fano puluere humi collecto, atq; in poculum aſperſo, ebibendum porrigit: mulier uerò ſi iniuſtè eſt delata, prægnans facta maturè & feliciter enititur. quòd ſi & coniugalem fidem, & Dei iuſiurandum fefellit, turpiter moritur, crure luxato, & uentrem aqua intercute inuadente. Hæc ſunt quæ Moyſes genti ſuæ de ſacrificijs ac purificationibus præſcripſit. Leges autem tulit tales: Adulterium in uniuerſum prohi-

C buit, ratus coniugum ſummam felicitatem, ſi fides ac pudicitia ſeruetur, & reipub. quoque intereſſe, ut liberi legitimi proueniant. Item inceſtum cum matre, aut nouerca, cum amita aut matertera, cum ſorore nurúue, omnesq; tales coitus ut nefarios damnauit: uetuit & cũ muliere menſtruum fluxum patiente congredi & cum brutis: damnauit etiam eos qui ex formoſis maribus turpem uoluptatem captarent: & qui contrà feciſſet, capitalem pœnam inflixit. Sacerdotes autem duplo caſtiores eſſe uoluit. hos enim non ſolùm prædictis legi-

D bus, ſicut reliquos teneri iuſſit: ſed etiam non quamuis fœminam in coniugalem torum admittere, non quæ corpore quæſtum feciſſet, non ſeruam aut captiuam, neque cauponariam aut ſtabulariam, neque à priore marito quacunque de cauſa repudiatam. Pontifici uerò ne uiduam quidem permiſit, quod tamen cæteris ſacerdotibus liberum reliquit: ſed ſolùm uirginem ducere conceſſit, eamq; ſeruare. Idem nec ad mortuũ ſinitur accedere, quod taman cæteris eſt licitum, ad fratres & parentes ac liberos mortuos accedere. Iidem iuben-

E tur ſimplices eſſe, omniq; fuco carere. Quicunque è ſacerdotibus integer corpore non eſſet, partem quidem ſuam cum cæteris accipere ſinitur: ſed ad altare aſcendere, & fanũ intrare prohibetur. Nec ſolùm in ſacris obeundis puros eſſe oportet, ſed uitam etiam irreprehenſibilem pręſtare. quapropter qui ſacrum amictum geſtant, tantiſper dum eo utuntur, præter aliam caſtitatem, puritatem & ſobrietatem à uino quoque interim arcentur. Victimæ etiam integri corporis mactantur, omniq; uitio carentes. Hæc ſunt quæ Moyſes iam tunc uitæ ſuæ tempore obſeruanda tradidit: quædã etiam in futurum, ipſe licet in deſerto degens, Chananæam terram tandem adeptis proſpexit. Septimo quoque anno remiſſio-

F nem agris dedit, intactosq; aratro & plãtatione eſſe iuſſit, quemadmodum iam antè populo ſeptima quaque die remiſſionem à laboribus dederat. quæ uerò per hunc annum ſponte ſua terra protulerit, publica eſſe, & promiſcui uſus iuſſit, & neque indigenam neque aduenam ab eis fructibus colligendis arceri: idemq; obſeruari poſt ſeptimã annorũ ſeptimanã, qui numerus quinquaginta conficit: uocaturq; Hebræis quinquageſimus quiſque annus Iobelus: in quo & debitoribus fœnus remittitur, & ſerui manu mittũtur, qui tribules cùm eſſent, legem aliquam uiolauerint: & quia crimen capitale non eſſet, in ſeruitutem uindicati fuerint. Agri quoque ad priſtinos dominos ex hac lege redeunt hunc in modum: Inſtant Iobelo, quæ uox libertatem ſignificat, conueniunt uenditor agri & emptor, computatisq; fructibus, ac expenſis in agrum factis, ſi fructus maiores fuiſſe comperiantur, recipit agrum uenditor. quòd ſi expenſæ maiores fuerint, hoc quod deeſt recipiens emptor, poſſeſſionem alteri cedit: ſin utraque paria fuerint, poſſeſſio ad ueteres dominos reuertitur.

F idem ius eſt in domos, quæ in uicis non munitis uenduntur: diuerſum uerò de illis quę intra oppidorum mœnia uenduntur. Licet enim ante annum elapſum reddita pecunia domum recipere: quòd ſi integer annus interim abiuerit, emptori poſſeſſionis ius confirmatur. Has leges Moyſes in caſtris in Sina populo tradendas accepit à Deo, literisq; mandatas ad poſteros etiam obſeruandas tranſmiſit.

XIIII. *Puerperarum lex.*

Num. 5. Zelotypiæ & adulterij ſuſpecti lex.

Rerum uenereārum lex. Exod. 22. Deut. 17. Leuit. 18, 20. 21. 26.

Leuit. 21.

Pontifici uxor qualis ducenda.

Leuit. 25. Agrorum Sabbatum.

Annus Iobelus.

Leges belli, & mores. CAP. XI.

XV. LEgibus ritè digeſtis, ad rei militaris curam animum aduertit, de bellis iam tum cogitans. Indicit igitur cenſum tribuum, excepta Leuitica: eiusq; cura principibus demandata, numerum eorum qui militari ętate eſſent, diligenter ad ſe referri iubet. Leuitæ enim ſacri erant & immunes à militia. Cenſa ſunt capita ſexcenta millia eorũ qui arma ferre ualerent, ætatis ab anno uigeſimo uſq; ad quinquageſimũ, & ſuper hunc numerũ MMMDCL. Pro Leui aũt allegit inter autores tribuũ Manaſſem Ioſephi filium, & Ephræmen pro Ioſepho. Hos.n. Iacobus in adoptionem à Ioſepho impetrauerat, ſicut ſuprà diximus. Compacto igitur tabernaculo in medium caſtrorum illud receperunt, tribus tribubus per latera ſingula tendentibus, inter quas uiæ intercedebant. Forum quoq; rerum uenalium eſt propoſitum, & merces ſuo quæq; loco diſpoſitæ: aderantq; opifices omnium artium in ſuis officinis, ut planè ciuitas uideretur, huc atq; illuc commeans. Lòca aũt tabernaculo proxima ſacerdotes occupabant, ac deinceps Leuitæ. Eorum (nam & hi ſeorſum ſunt recenſiti) numerus erat uiginti tria millia, octingenti octuaginta, maribus tantùm, & qui trigeſimum à natiuitate diem excederent, in hunc cenſum uenientibus. Et quamdiu nubes ſuper tabernaculum perſeuerabat, tantiſper uelut præſente Deo caſtra eodem loco manebant: quoties uerò ſe aliò mouebat, tum etiam ipſi migrabant. Inuenit aũt & buccinæ ſpeciem ex argento factæ talem. Canna erat tibia paulo craſſior, lõgitudine paulo minus cubitali, cuius os tantum patebat, quantum ad inflandum ſufficeret, deſinebatq; in extremitatem campanulæ ſimilem, quemadmodum tuba. Aſoſra uocatur hoc genus apud Hebræos. Duas tales fecit, quarum una plebs ad concionem uocabatur, altera principes ad conſultandum de repulica exciebantur: utriſq; uerò clangentibus, uniuerſus populus conuocabatur. Quoties uerò tabernaculum moueretur, hic modus ſeruabatur. Primo ſigno canente qui in orientali parte caſtrorum tendebant, excitabantur: ſecundo uerò, qui à tergo tabernaculi tentoria ſua fixerant: deinde tabernaculum diſſolutum medium portabatur inter ſex tribus præcedentes, & alias ſex ponè ſequentes. Leuitæ uerò tabernaculum omnes circumdabant. Ad tertium autẽ ſignum pars caſtrorum meridionalis mouebatur, & ad quartum ſeptentrionalis. His buccinis utebantur etiam in ſacrificijs, in quibus uictimas cædi mos eſt, tam ſabbatis, quàm cæteris diebus. Tunc etiam primum paſcha ſolennibus uictimis eſt celebratum ex eo tempore quo in libertatem uindicati, AEgyptiorum dominationem effugerant.

Num. 1. *Cenſus.* *Populi militaris numeratio.* Num. 2. 3. 4. *Forum.* *Sacerdotum Leuitarũq; ſedes.* Num. 9. *Proficiſcendi lex.* Num. 10. *Buccina.* *De tabernaculo mouendo obſeruatus ordo.*

Seditio contra Moyſem propter ægeſtatem, & ſeditioſorum pœna. CAP. XII.

XVI. NOn multo pòſt à Sina monte caſtra mouentur: & poſt aliquot mãſiones, de quibus dicemus, uentum eſt ad locum qui dicitur Iſeremoth: ubi denuò populus ſeditionibus agitari cœpit, & laborioſæ peregrinationis culpam in Moyſem conferre. Illius ſuaſu ſe reliquiſſe regionem fertilem, & nunc non ſolùm eius ubertate carere, uerumetiam pro ſperata felicitate in extremis miſerijs huc & illuc oberrare, aquarum inopia laborantes: & ſi manna quoque aliquo caſu deficiat, proculdubiò fame interiturus. His addebant multa conuicia, quæ in uirum paſſim iactabantur. Exortus eſt interim unus è populo, qui admonitos præteritorum Moyſi beneficiorum, bonam ſpem habere hortabatur, ne tum quidem opem diuinã fruſtra requiſituros. Vulgus aũt his uerbis uehemẽtiùs concitatum, magis ac magis contra Moyſem tumultuabatur. Qui uidens ita deſperatos, iubet æquo animo eſſe, pollicendo ſe quamuis grauibus contumelijs immeritò petitum, copias tamen carnium eis exhibiturum, non in unum tantùm diem, ſed in plures etiam. Illis uerò credere nolentibus, quodam etiam rogante, unde tot hominum millibus prouidere poſſit? Deus, inquit, & ego, quantumuis malè apud uos audientes, nunquam tamen deſinemus ueſtri curam gerere: idq; breui eſtis uiſuri. Vix hæc dixerat, cùm tota caſtra coturnicibus complentur, quas aceruatim uenabãtur. Deus tamen non multo pòſt in Hebræorum inſolentiam ac maledicta animaduertit, non paucis è populo deſideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo caſu inditum retinet, uocaturq; Cabrothaba, quaſi dicas cupiditatis monumenta.

Num. 11. *Seditio aduerſus Moyſem.* *Iſraelitæ coturnicibus ſaturantur.* *Cabrothaba.*

De ſpeculatoribus, qui explorata Chananæorum regione reuerſi Iſraëlitis terrorem incuſſerunt. CAP. XIII.

XVII. MOyſes autem, poſteaquam abductos inde adduxiſſet in locum humanæ habitationi parum aptum, non longè à finibus Chananæorum ſitum, qui dicitur Vallis, in concionem populum aduocat. Cumque in medijs conſtitiſſet: Duo bona,

Num. 13. 14.

A bona,inquit, Deus nobis dare decreuit,libertatem,& felicis terræ poſſeſſionem:quorum alterum ex ipſius munificentia iam habetis, alterum quoque mox habituri. Sumus enim in Chananæorum finibus,à quibus adeò nulla ciuitas,nullúſue rex nos arcebit, ut ne uniuerſa quidem gens collatis in unum uiribus efficere hoc ualeat. Ergo parati ſimus ad rem gerendam. Neque enim ſine prælio regione ſua nobis ſunt ceſſuri, ſed poſt magna certamina uictoriæ præmium erit.Sed mittendi ſunt ſpeculatores,qui & terræ ubertatem,& habitatorum potentiam explorent.Nos uerò in primis concordiæ ſtudere oportet,& Deum adiutorem ac auxiliatorem noſtrum debito cultu proſequi. Hæc ubi locutus eſt,populus collaudato Moyſis conſilio,exploratores eligit duodecim nobiliſſimos, ex unaquaque tribu unum: qui exorſi à partibus ad AEgyptum uergentibus, totam Chananæorum regionem perluſtrauerunt, donec ad Amathen urbem & Libanum montem peruenirent: exploratáque terræ ſimul & incolarum natura, uerſi ſunt ad ſuos, quadraginta diebus in hoc negocium inſumptis. Et fructuum quidem pulchritudo, quorum ſpecimen erat allatum, ubertasque regionis quam audiebant, animos multitudinis ad bellum ſuſcipiendum erigebat: contrà deterrebantur narrantibus difficilem fore eius acquiſitionem, quòd flumina ſuperanda eſſent magna ac profunda, & montes ardui tranſcendendi, & urbes mœnibus firmiſſimis cingantur. Apud Hebronem uerò etiam gigantum progeniem ſe reperiſſe aiebant, atque ita exploratores cùm omnia maiora apud Chananæos inueniſſent, quàm quæ hactenus poſt exitum ex AEgypto uiderant, ſuo timore reliquam etiam multitudinem data opera impleuerunt. Qui ex eorum narratione impoſſibile rati talem terram acquirere, ſoluta concione domum reuerſi cum uxoribus & liberis lamentabantur, dicentes Deum uerbis tantùm multa polliceri, re autem omnino nihil præſtare. rurſumque Moyſem incuſantes, in eum ſimul & fratrem eius Aaronem pontificem uociferabantur: atque ita totam noctem inquieti exegerunt, in utrunque conuicia iactando. Manè uerò ad concionem concurrunt hoc animo, ut lapidatis Moyſe ac fratre, in AEgyptum retrò unde uenerant reuerterentur. Quem euentum metuentes duo è ſpeculatoribus, Ieſus Nauechi filius ex tribu Ephræmitide, & Chaleb ex tribu Iudæ, procedunt in medium, & populum compeſcunt, orantes ut bona ſpe ſint, néue Deum inſimulent mendacij, temerè fidem habentes quibuſdam, qui uanis ſermonibus de rebus Chananæorum uulgatis multitudinem territárent: quin potiùs eos ſequerentur, qui illis regionem tam felicem acquirendi autores ac duces ſe præberent. Neque enim montium magnitudinem, neque amnium profunditatem obſtaturam uiris fortiter rem gerere paratis, præſertim auſpice Deo, & pro illis in acie præliaturo. Ite, inquiunt, poſito omni timore alacres, Deoque freti, quà uos ducemus ſequimini. Talibus uerbis conabantur ſedare tumultuantem populum. Moyſes interim & Aaron procidentes in faciem ſupplicabant Deo, non pro ſua ſalute, ſed ut inſanientem multitudinem ad ſanam mentem reduceret, tot præſentibus & inſtantibus neceſſitatibus turbatam: cùm ſubitò nubes ſuper tabernaculum exorta, adeſſe præſentem Deum ſignificat. Quo uiſo Moyſes animatus,infert ſe in turbam, & ultrò pœnam eis à Deo tanta inſolentia prouocato minatur, non tamen quantam peccati enormitas merebatur, ſed qualis eſſe ſolet paterna caſtigatio. Sibi enim tabernaculum ingreſſo,& internecionem populi cum lachrymis deprecanti,commemoraſſe Deum,quot & quantis beneficijs affecti ingrati fuiſſent:& quòd nunc ſpeculatorum ignauia ſeducti,eorum uerbis plus ueritatis ineſſe putaſſent, quàm ſuis promiſſionibus.quamobrem non deleturum quidem totum ipſorum genus, quod cæteris mortalibus omnibus prætuliſſet: attamen terram Chananæam, eiusque ubertatem illis non conceſſurum,ſed ſine lare & ſine urbe in deſerto quadraginta annis erraturos, quo peccati pœnas exoluant. Liberis tamen eorum terram illam daturum, eosque commodorum quibus patres ſe per intemperantiam indignos reddidiſſent, dominos eſſe conſtituturum. His denunciationibus uulgus attonitum,totum ſe mœſticiæ dedidit: Moyſemque obſecrabant,ut deprecaretur Deum, quo reconciliatus,peccatisque condonatis, urbes hoſtiles eis traderet. Illè uerò negabat Deum laturum talibus ſe tentari precibus. Non enim temerè aut humano more ad hanc indignationem eſſe commotum, ſed iuſtam hanc ſententiam protuliſſe.Non eſt autem incredibile,Moyſem unicum uirum tot hominum milia concitata ſedauiſſe, quandoquidem Deus illi præſens placabiliorem faciebat multitudinem, ſæpe iam ſuo malo expertam,conducibiliùs eſſe non repugnare diuinæ uoluntati: & alioquin etiam uir ille digniſſimus eſt admiratione,tum ob ſingularem uirtutẽ,tum ob fidem non tãtùm à ſæculi ſui hominib.ſed à poſteris etiam impetratam: quãdoquidẽ hodie quoq; nemo

Moyſis ad populum de mittendis exploratoribus uerba facientis oratio.

Mittuntur exploratores.

Hebræi de expugnanda Chananæa deſperant.

Vociferatio populi aduerſus Moyſem et Aaronem.

Ieſus quem nonnulli Ioſuam appellant, & Chalebus populum conſolantur.

Moyſes et Aarõ Deum inuocant.

XVIII.

Moyſes populo pœnam minatur à Deo.

Iſraelitarum in deſerto oberratio.

Vulgi pœnitentia.

eſt Hebræorum, quin etiamſi latêre poſſit, quaſi præſentem reuereatur, & quaſi pœnas exacturum, ſi quid præter decorum ab ipſo præſcriptum geſſerit. Et autoritatis eius pluſquam humanę argumenta ſunt alia quoque multa, & in his illud non minimum, quòd quidam ex regionibus ultra Euphratem ſitis ad honorem noſtri templi quatuor menſium iter magno ſumptu, nec ſine periculo emenſi, ſacrificioque peracto, non potuerunt tamen partem aliquam de uictima conſequi, quod erat aliqua cauſa, cur per leges noſtras id minus liceret. Et quidam ne ſacro quidem facto, alij ſemiperfecto ſacrificio relicto: nonnulli ne templũ quidem adire permiſſi, re infecta abierunt, malẽtes Moyſis legibus quàm ſuo propoſito obſequi: idq; nemine redarguente, niſi propria conſcientia. Tantum ualet ſemel concepta de hoc uiro opinio, ut maior homine habeatur qui leges à Deo acceptas hominibus tradidiſſe creditur. Nuper etiam non longè ante Iudaicum bellum principatu Claudij, pontificatum apud nos Iſmaele obtinente, cùm tam ualida fames regionem noſtram premeret, ut aſſaron quatuor drachmis ueniret, & in feſtiuitate azymorum allati eſſent farinæ cori ſeptuaginta, hoc eſt medimni Siculi triginta & unus, Attici uerò quadraginta & unus: nemo tamen ſacerdotum auſus eſt micam unam inde comedere, tanta egeſtate premente, legem tantùm & iram diuinam ueritus, quæ in occulta etiam peccata ſemper animaduertere ſolet. Quare non eſt cur aliquis miretur quæ illo tempore ſunt geſta, quãdoquidem hactenus etiam ſcripta poſteris ab illo relicta tantam uim & autoritatem obtinent, ut uel inimici noſtri fateantur talem uiuendi rationem nobis à Deo per Moyſem eſſe traditam. Sed de his quiſque, ut uidebitur, ſentiat.

Hebræorum de Moyſe opinio.

Iſmael pontifex. Fames Claudio imperante.

A B C

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER QVARTVS.

Hebræorum iniuſſu Moyſis cum Chananæis pugna & clades. CAP. I.

Num. 14. Hebræorum fremitus aduerſus Moyſem.

EBRAEIS autem duram uitã in deſerto agẽtibus, & multis miſerijs afflictis, ſubit uoluntas etiam inuito Deo armis cum Chananæis experiri: nec iam Moyſem audire uolebant quieſcere iubentem, rati etiam ſine illius auſpicijs uictoriam de hoſte ſe poſſe obtinere: accuſabantque eum, quaſi hoc tantùm agentem, ut in magna inopia conſtituti, ſemper ab illius auxilio pendérent: & omnino pugnare decreuerunt, auxilium Dei ſibi pollicentes, non tam Moyſis reſpectu, quàm quòd in eius tutela iam inde à maioribus eſſent: & quos priùs ob ipſorum uirtutem dignos libertate duxiſſet, eis nunc quoque, ſi rem ſtrenuè gerant, uictoriam non negaturum. Satis ſibi uirium aduerſus eas gentes, etiamſi Moyſes Deum ab ipſis alienare conetur: omni noq; expedire ſibi ut arbitratu ſuo potiùs rem gerant, quàm pro excuſſa AEgyptiorum ſerui tute Moyſis tyrannidem boni conſulant, eiusq; libidini ſeducti pareant, iactantis diuina colloquia, quibus ut Deo præ cæteris charus de rebus gerendis præmoneatur: quaſi uerò non omnes exæquo Abrami eſſent poſteri, ut unus ſingulari gratia præſcientiam futurorũ diuinitùs habere debeat. Prudentium eſſe, ut contempta unius hominis arrogantia, Deo potiùs promiſſori credentes, ad acquirendã eam regionem ſe expediant, neq; ſub Dei prętextu prohiberi ſe ſinãt. Cogitandũ de pręſenti inopia, q̃ loca deſerta grauiorẽ indies reddãt, & ductore Deo manus cũ Chananęis quãprimùm cõſerendas, nec ampliùs aſſenſum legislatoris expectandũ. Cõprobata deinde omniũ calculis hac ſentẽtia, in hoſtes uadũt: qui neq; feroci eorũ impetu, neq; immẽſa multitudine perterriti, irruẽtes in ſe excipiũt fortiter: & bona parte Hebręorũ cęſa, reliquos, eorũ acie perrupta, turpiter uertere terga coactos inſequẽdo, caſtra cõpellũt. Ea clades præter omniũ opinionẽ oblata, uehemẽter animos multitudinis deiecit, peiora metuẽtis, cogitantisq; ab irato numine immiſſam eſſe, eo q̃ nõ expectato oraculo ad pugnam prorupiſſent. Moyſes autem uidens tum ſuos accepta clade conſternatos, tum hoſtẽ uictoria recenti elatũ, ueritus ne pręſenti ſucceſſu nõ contẽtus maiora moliretur, ipſosq; inuaderet, decreuit copias longiùs à Chananæis in deſertũ reducere. Cumq; populus poſthac in

Hebræi à Chananæis uincuntur.

Populus in deſertum reducitur.

D E F

A hac in ducis potestate se fore polliceretur, malo admonitus, nihil absque ipsius consilio prosperè cessurum, motis castris itum est in desertum, hoc animo, ut non prius contra Chananæos pugnam capesserent, quàm signo diuinitùs accepto. Sed quemadmodum in exercitu ingenti usuuenit, maximè rebus aduersis, ut difficiles se moderatoribus præbeant, ita Iudæis etiam idem accidit. Quùm enim essent numero sexcenta milia, & uel in secunda fortuna parum tractabiles præfectis uiderentur, tanto magis in egestate ac infortunio tam in se inuicem quàm in imperatorem suum exasperabantur. Quapropter tanta seditione est laboratū, quantam nec apud Græcos nec apud Barbaros unquam fuisse accepimus. quæ res dubio pro cul in extremum iam periculum delatos perdidisset, ni Moyses oblitus acceptæ iniuriæ, quòd minimum abfuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem attulisset. Ac ne Deus qui- *Seditio quanta fuerit contra Moysem excitata.*

B dem curam eorum prorsus abiecit, sed tametsi contumelioſos non solùm erga legislatorē, uerùm etiam in mandata diuina per Moysem accepta, liberauit tamen è pernicioſissima seditione, cuius absque sua prouidentia non nisi tristissimus exitus expectari poterat. Hanc seditionem, & quemadmodum ea sedata Moyses rem administrauerit, nunc dicemus, causa eius primùm exposita.

Seditio per Corem & plebem aduersus Moysem & fratrem propter sacerdotium excitata. CAP. II.

C ORes uir genere & opibus inter Hebræos clarus, & populari quadam facundia præditus, uidens Moysem in celso dignitatis constitutum, molestè ac inuidenter id ferebat. Cum enim esset ex eadem tribu & cognatione, iniquum censebat se illi posthaberi, & diuitijs pollentiorem & genere nihilo inferiorem: multaque in illum apud tribules Leuitas & inter cognatos cōcionabundus uociferabatur, rem indignam dictitans, nec diutiùs ferendam, Moysem ambitioſis artibus sub prætextu cuiusdam diuinitatis cum aliorum iniuria suæ tantùm gloriæ studere, & præter ius & fas sacerdotium absque populi suffragio fratri Aaroni dedisse, & alias dignitates quasi tyrannide arrepta pro libidine distribuere. Grauem hanc esse iniuriam, quòd ita latenter se in dominationem insinuet, ut priusquam sentiri possit, populi libertas opprimatur. Qui enim principatu se dignum sibi sit conscius, eum uolente ac persuaso populo sine ui ad tale fastigium aspirare: qui uerò bonis artibus eò peruenire desperent, à ui quidem abstinere ne bonitatis ac honestatis opinionem amittant, sed technis malicioſis ad id consequendum niti. Talium conatus in medium pro- *Num. 16.* *Cores Moysem criminatur.*

D tractos puniri è republica esse, priusquam è clancularijs insidiatoribus aperti hostes euadāt. Quam enim rationē Moysem afferre posse, cur Aaroni potissimùm & filijs sacerdotium dederit? Si.n. ex Leuitica tribu alicui honor is ex diuina uoluntate deberetur, se meritò fuisse præferendum, genere Moysi parem, ætate atque opibus potiorem. Quòd si antiquissimæ tribus ratio haberetur, optimo iure uiris Rubelitidis tribus dignitatem eam deferendam Dathamo, Abironi & Phalao, diuitijs iuxtà ac ætate inter tribules præeminentibus. Hæc Cores, uideri uolens reipublicæ curam habere, retecta hoc agens, ut concitato populo honorem inuaderet. Nec diu se intra unam tribum hæ criminationes continuerunt, uerùm sparsus paulatim rumor, dum quisque auditis de suo aliquid addit, totis iam castris peruagabatur: breuique eò res deuenit, ut ducenti quinquaginta è primatibus factionem Co-

E ræ sequerentur, qui omnes operam dabant, ut sacerdotium fratri Moysis ademptum in illum transferretur. Populus præterea tam concitatus erat, ut ad lapides aduersus Moysem conclamaretur: concurrebatque incondita multitudo in concionē, ubi stans ante Dei tabernaculum uociferabatur, tollendum tyrannum, & populum è seruitute eximendum, cui sub religionis prætextu dura imperata imponerentur. Deum enim, si ipse esset sacerdotis electior, aliquem dignum fuisse ad hunc honorem prouecturum, non eos qui multis essent meritò posthabēdi: uel si Aaroni eum dare decreuisset, populi suffragio potius quàm fratris beneficio fuisse daturum. Moyses autem qui Coræ calumnias iampridem præuiderat, uidens populum irritatum, nequaquam expauit: sed fretus conscientia rei bene administratæ, & sciens fratrem electione Dei peruenisse ad sacerdotium, non sua gratia, prodijt in concionē: & quoniam non erat imperitus artium, quibus uulgus tractandum est, ad uulgus nullū uerbum fecit: sed ad Corē uersus, elata uoce: Mihi, inquit, Cores, uel tu, uel unus quiuis ex istis (intenta in ducentos & quinquaginta uiros manu) honore digni uidemini: imò ne reliquā quidem concionem pari honore indignam iudico, etiamsi uobis diuitijs & cæteris dotibus non sint conferendi. Nam nec Aaron ideò sacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim ampliores quàm uterque nostrūm, facultates possides: neq; quia nobilior. Cōmune enim uniuersis *Coræ factionis patroni.* *Moyses lapidibus obruendus expectatur.* *Moyses Corē alloquitur.*

genus

genus nobis Deus uoluit,cuius eundem cunctis autorem dedit.neque fraterno affectu motus quod alijs debebatur, fratri contuli. Niſi enim ius & fas præ oculis habuiſſem, nequaquam oblitus mei,dediſſem alteri: cùm nemo ſit mihi meipſo propinquior,& mihi non minùs quàm illi bene uelim.& alioqui qualis erat prudẽtiæ,me uiolati iuris reum facere,& huius facinoris præmium alteri cedere? Verùm & à mea probitate abſit tale ſcelus, neque Deus ſuſtinuiſſet aut ſe contemni,aut uos ignorare quid illi gratiſſimum facturi eſſetis. Ipſe ſacerdotem ſibi elegit,ipſe ab hoc crimine immunes nos reddidit.Attamen licet non meo beneficio, ſed diuina electione hunc honorem adeptus, non dubitat in medium depoſitum ueſtris ſuffragijs committere,nullam prærogatiuam poſtulans ex eo quòd hactenus eo ſit legitimè functus,ut qui omni ambitione poſita,malit uos ſine ſeditione uidere, tametſi ueſtris etiam calculis antè iam comprobatus. Quod enim dedit Deus,id ſi nos uolentibus uobis accipere rati ſumus,non errauimus.Et erat alioquin honorem illo præbẽte non admittere imperium: rurſumque eodem nobis eum in perpetuum confirmante atque ſanciente,retinere eſt æquiſſimum.Indicabit igitur ipſe denuò quóſnam uelit pro uobis ſacra facere,& pietatis ueſtræ antiſtites eſſe.Iniquiſſimum enim fuerit,Corem per ambitionem obſtare,quo minus liberam electionem ſui ſacerdotis habeat.Nihil eſt igitur quod ſeditionibus turbemini. Cras manè, quicunque ſacerdotium ambitis, cum ſua quiſque acerra & igne ac odoramentis adeſto.Tu uerò Cores cede Deo, & calculum eius expecta, neque maiorem quàm Deus habeat, autoritatem tibi arroga: ſed tu quoque inter cæteros huius honoris competitores iudicandus adeſto.nec uideo cur & Aaron à petitione debeat excludi, eodem genere natus, & qui iam in hac functione irreprehenſibile ſui ſpecimen dedit. Vbi uerò conueneritis, coram toto populo ſuffitum facitote,& cuius ſacrificium acceptiùs Deo fuerit,eum mea quoque autoritate confirmabo,meque ab hac calumnia collocatæ, per priuatam gratiam in fratrem,ſummæ dignitatis exoluam.His auditis,turba & tumultuari ſimul,& malè ſuſpicari de Moyſe deſtitit,& inſuper conſilium eius collaudauit, tanquam è republica futurum: atque ita concio dimittitur.

Deus Aaronem ſacerdotem elegit.

Populus Moyſis ſententiæ ſponte ſubſcribit.

Quomodo ſeditionis concitatoribus diuina ultione extinctis, ſacerdotium Aaroni & eius poſteris eſt confirmatum. CAP. III.

Num.10. POſtera uerò die reditur in concionem, ut ſacro facto intereſſent diuino iudicio, per quod competitorum certamen erat dirimendum: eratque nonnihil tumultus,multitudine ſuſpenſa ad euentus expectationem,quibuſdam Moyſem in ordinem redigi cupientibus: qui uerò prudentiores erant, ſeditionum finem exoptantibus. Timebant enim ne actum eſſet de repub.ſi ulterius ſeditio procederet.Multitudo quoq; naturà nouarum rerum cupida, & ad obloquendum magiſtratibus prona, omnibus rumoribus circumferebatur. Moyſes autem miſſis ad Dathamum & Abironem uiatoribus, iuſſit ut ad condictum uenirent ſacris interfuturi. Poſtquam autem negauerunt ſe obtempe raturos,neque paſſuros Moyſi potentiam artibus malis quæſitam in populo augeri: his renunciatis,aſſumptiſq; aliquot præſtantioribus,non eſt dedignatus ad contumacem Dathami factionẽ uenire,ſequẽtibus ſe libẽter quos iuſſerat. Tum Dathamus cũ ſuis audito Moyſen cum primatibus ad ſe aduentare, progreſſi cum liberis & uxoribus ante tabernacula, expectabant quídnam acturus eſſet.aderant etiam ſatellites qui arcerent eum, ſi quid ui agere uellet.Ille uerò iam propior,ſublatis in cœlum manibus,& elata uoce ut à tota multitudine exaudiri poſſet,Domine,inquit,cœli & terræ ac maris, tu qui mihi teſtis es fide digniſſimus, quòd quicquid hactenus feci,ex tua ſententia feci, qui miſeratus res Hebræorum perpetuus adiutor mihi fuiſti, exaudi hanc orationem. te enim nec quæ fiunt,nec quæ cogitantur,latent:quapropter non dedignaberis rei ueritatem atque iſtorum ingratitudinem in medium proferre.Noſti ſanè exactè & illa quæ natiuitatem meam præceſſerunt,uiſa nimirum non audita: nunc in illis rebus teſtimonio tuo me ſubleua,quas iſti cùm non ignorent, malè ſuſpicari tamen non uerentur.Ego cùm uitam agerem quietam,id quod mea uirtute & tua uolũtate,Raguelisque ſoceri beneficio conſecutus eram: tamen relictis eius uoluptatibus & cõmodis meipſum totum dedidi ærumnis pro iſto populo perferendis: & primùm pro libertate eorum,nũc uerò pro ſalute promptiſſimè magnos labores ſuſcepi.Nunc ergo quoniam in fraudis ſuſpicionem ueni hominib.qui mea cura ac prouidentia tot mala incolumes euaſerũt,tu qui in igne illo ad montem Sina mihi apparuiſti,& tua uoce ſpectaculoq; illorũ pro digiorum me dignatus es,qui in AEgypto legatione tuo nomine fungi uoluiſti, qui AEgyptiorum opibus afflictis ſeruitutem eorum effugere nobis conceſſiſti, & Pharaothis potentiam

Dathamus & Abiron cõtumacees.

Moyſis preces ad Deum.

A tiam ſuccumbere mihi feciſti, qui nobis ignaris uiæ per mare medium iter aperuiſti, cuius poſtea fluctibus AEgyptios inuoluiſti, qui inermes armis muniuiſti, qui exuitioſis fontibus potabiles reddidiſti, & potum nobis inopia laborantibus è petra produxiſti, cibumque in terra non inuenientibus à mari attuliſti, è cœlo denique nunquam antè auditum es largitus, qui legibus ac inſtitutis rem noſtram ornaſti, adeſto mihi Domine iudex omnium ac teſtis incorruptiſſimus, quòd neque munera à quoquam Hebræorum fauorem meum contra iuſticiam captante admiſi, neq; pauperem bonam cauſam habentem propter aduerſarium diuitem condemnaui, neque ad reipublicæ detrimentum res adminiſtraui, & nunc in ſuſpicionem culpæ, à qua ſum alieniſſimus, uenio, quaſi Aaroni ob priuatum affectum, & non *Moyſes perſonarum reſpectum non admiſit.*

B tua uoluntate, ſacerdotium tuum contulerim. oſtende nunc quoque, omnia tua prouidentia diſpenſari, & nihil fortuitis caſibus, ſed tua uoluntate ad effectum peruenire: & res Hebræorum cordi tibi eſſe, iuſta in Dathamum & Abironem animaduerſione declara, qui te ſtupidum faciunt, meis impoſturis circumueniri iactantes. Facies autem manifeſtam aduerſus inſanos gloriæ tuæ detractores uindictam, ſi non communi more intereant, ne quis nihil niſi humanum paſſos exiſtimet, ſed terra quam indigni calcant dehiſcens cum familijs & facultatibus eos abſorbeat. hoc modo & tua potentia omnibus apparebit, & exemplum poſteris ſtatuetur, ne quis ſecus quàm pium eſt, de tua maieſtate ſentire audeat: & meum miniſterium ex tua ſententia eſſe comprobabitur. Quòd ſi uera ſunt crimina quæ in me congerunt, tum in meum caput diræ uertant, illis quos execratus ſum incolumibus. Atque ita exacta pœna à populi tui turbatoribus, reliquam multitudinem in pace, concordia, & mandato

C rum tuorum cuſtodia ſeruata intactam & expertem ſupplicij ſceleratis hominibus debiti: quādoquidem alienum eſt à tua iuſticia, illorum pœnas omnem Iſraelitarum turbam dependere. Hæc cum lachrymis effato, terra repentè contremuit, & undante ſuperficie, non ſecus quàm pelagus uento fluctuans, uniuerſum populum terruit: immani mox ſonitu eliſo, quà ſeditioſi tetenderant, ſolum ſubſidit, & eodem momento omnia illis chara abſorbet: ſublatisque in hunc modum illis, hiatus ille ita rurſum clauditur, ut ne ueſtigium quidem eius ſupereſſet. Hic finis ſeditioſæ factionis argumentum diuinæ potentiæ: fuitque hic caſus eo miſerabilior, quòd adeò nemo ne propinquorum quidem aut cognatorum eos eſt miſeratus, *Dathamus & Abiron terra abſorbentur.*

D ut totus quantus erat populus, anteactorum oblitus lætis acclamationibus Dei ſententiam comprobaret, ac ne luctu quidem dignos, ut peſtem ac perniciem popularium exiſtimaret. Poſt Dathamum cum ſuis extinctum Moyſes pontificatus æmulos conuocat, Deo denuò commiſſurus electionem, ut ei ſit ratum ſacerdotium, cuius ſacrificium Deo gratiſſimum apparuerit. Itaque conueniunt ducenti quinquaginta uiri ſummo in precio ſemper apud populares habiti, tum quòd à maioribus omni uirtute præclaris oriundi eſſent, tum quòd ipſi nequaquam degenerarent: cumque his procedunt & Aaron & Cores: deinde ſtātes ante Dei tabernaculum adolebant acerris odoramenta quæ ſecum attulerant: cùm ſubitò tantus ignis effulſit, quantum nec homines ipſi unquam excitauerunt. nec in terris ſponte ardentibus, nec in ſyluis per æſtum auſtri flatu colliſis & attritis excitatum uiderunt, ſed *Moyſes pontificatus æmulos conuocat.*

Cores cum ſuis igni conflagrantur.

E qualis diuinitùs accendi poterat, fulgentiſſimus ſimul ac flagrantiſſimus: cuius ui ac impetu ducenti illi & quinquaginta unà cum Core ita ſunt abſumpti, ut ne cadauerum quidem reliquiæ comparerent: ſolus Aaron ſuperfuit illæſus, ut manifeſtum eſſet, diuinitùs coortū hoc incendium. His ita abſumptis, Moyſes uolens perpetuam eius ſupplicij memoriam ad poſteros tradi, ut & illis non ignoraretur, iuſſit Eleazarum Aaronis filium acerras eorū apud altare æreum deponere, ut poſteris eſſent illorum caſus monimentum, & quòd Dei potentiam decipi poſſe putauiſſent. *Iudicij iuſti diuini contra Dathā mum, Abironem, & Corem executi monimentum memoriale. Num. 17.*

Quæ Hebræis in deſerto per annos 38. obuenerunt. CAP. IIII.

POſt tam euidens argumentum cùm iam ſatis conſtaret, non ambitu, aut fratris gratia, ſed diuino iudicio ſacerdotium ad Aaronē peruenisſe, ſine ulla cōtroueſia poſthac illud tenuit: nec tamen ob hoc ceſſatum eſt à ſeditione, imò penè grauior priore eſt inſecuta. nam ex talibus cauſis ortum habuit, ut facilè appareret longo

F tempore duraturā. Cùm. n. ſemel animos hominum occupaſſet hæc perſuaſio, nihil ſine Dei uoluntate geri, arbitrabantur Deum in gratiam Moyſis iſta facere. huic igitur imputabāt tanquam non tam peccatorum odio Deus ſæuiret, quàm à Moyſe ſolicitatus: & illos quidē perijſſe, cùm nihil peccaſſent, niſi quòd religionis cupidos ſe præſtitiſſent: ipſum uerò non ſolùm impunè tot optimatum morte populum mulctaſſe, ſed præmium etiam auferre confirmatum iam fratris pontificatum: quandoquidem nemo poſthac eum affectaturus erat, *Seditio alia in Moyſen auſpicata.*

cùm

cùm alijs id malè ceſſiſſe uideret. Adhæc cognati extinctorum agebant apud populum, ro- A
gantes ut ſuperbæ & nimiæ Moyſis poteſtati modum aliquem ſtatueret. tutum enim hoc illi eſſe. Tum ille maturè ſentiens excitari turbas, ueritus ne rurſum res nouas molirentur, unde magnum aliquod malum accidere poſſet, concionem aduocari iubet. & auditis poſtulatis nihil reſpondens, ne magis irritarentur, hoc tantùm principibus tribuum mandauit, ut uirgas afferrent tribuum nominibus inſcriptas. eius enim fore ſacerdotium, in cuius uirga Deus ſignum oſtenderit. quod ubi placuit, inſcriptas attulerunt, cùm alij, tum Aaron, inſcriptam habens in ſua Leuiticam. eas Moyſes acceptas in Dei tabernaculum depoſuit. Sequenti uerò die omnes protulit, quæ facilè agnoſcebantur, quòd eſſent & à principibus qui attulerant, & à cętero populo notatæ: uidebantque alias eadem ſpecie manere, qua erant cùm eas Moyſes acciperet, ex Aaronis uerò ramos & germina eſſe exorta, & amygdala matura, ꝙ B
uirga ex hoc genus ligno conſtaret. Hac nouitate ſpectaculi uulgus attonitum, omiſſis odijs
Aaronis uirga floret. quibus tam Moyſem quàm Aaronem proſequebatur, totum in admirationem diuini iudicij uerſum, amplius Deo repugnare deſijt, ratumque Aaroni ſacerdotium eſſe uoluit: atque ita tertio Dei calculo confirmatus, nemine poſthac contradicente, fuit pontifex, & Hebræo-

III. rum populus longis ſeditionibus agitatus hoc modo ad quietem tādem peruenit. MOYSES autem poſteaquam Leuiticam tribum diuino cultui dicatam, immunem à militia feciſſet, ne fortè in parandis ad uitam neceſſarijs occupati, negligentiùs ſacra tractarent, mandauit ut poſt armis ac Dei fauore quæſitā Chananæam ex oppidis eius quadragintaocto bo-
Num. 18. 35. Leuit. 14. 18. & 26. Moyſes Leuitis decimas & oppida aſſignat. na & pulchra Leuitis diſtribuerentur, cum agro mœnibus eorum contiguo duûm milium cubitorū, & inſuper à toto populo decimas annui fructus exegit Leuitis ſimul ac ſacerdotib. C
Sacerdotum reditus propry. conferendas: atque hi poſthac eius tribus ſolennes reditus fuêre. Nunc dicendum quæ ſint ſacerdotum propria ex quadragintaocto oppidis, iuſſit ut Leuitæ concederent eis tredecim, & decimarum à populo quotannis acceptarum decimas penderent: præterea ut populus Deo primitias omnium fructuum è terra prouenientium offerret, & ex quadrupedibus quę mactare fas eſt, primogenitum, ſi maſculum fuerit, ſacrificandum ſacerdotibus adducat, ut eo cum familia ueſcantur in urbe ſacra. pro eis uerò quibus patria lex ueſci uetat, dominus
Num. 6. Nazaræorum propria. fœtus ſiclum dimidio dependat, pro homine uerò primogenito quinque ſiclos. deberi eis etiam primitias tonſuræ ouium: & qui panes coquant, liba aliquot eis præbere. Qui uerò ex uoto ſe conſecrant, Nazaræi dicti, capillum alentes, & uinum non guſtantes, cum capillum conſecrant, uictimas eorum ſacerdotibus cedere. Item qui Corban ſe ipſos nominat, hoc eſt D
Corban quid ſignificet. Dei donum, ſi uelint à miniſterio ad quod ſe ultrò obligauerunt dimitti, ſacerdotibus pecuniam numerare. mulierem triginta ſiclos, uirum quinquaginta: qui uerò tantum pecuniæ non habuerint, hos ſacerdotum arbitrio relinquendos. quin & ſi quis domi mactet ad priuatas epulas, non ob cultum diuinum, offerendum tamē ſacerdotibus pecoris pectus, & labiū, & brachium dextrum. Tantum eſt quod ſacerdotibus Moyſes attribuit, præterque quicquid pro peccatis populus offert, ut in proximè præcedente uolumine diximus. Quicquid autē à populo ſacerdotum ordini contribuitur, ex eo tam uxores quàm filias & famulos etiam participes eſſe uoluit, exceptis quæ pro peccatis offerūtur. hæc enim in fano ſoli ſacerdotio fun-
Num. 20. Idumæi Hebræis tranſitum denegant. gentes mares eodem die abſumunt. His ita poſt ſeditionem diſpoſitis, caſtra mouit, & cum omnibus copijs ad Idumęæ fines peruenit legatis primùm ad regem præmiſſis, petebat ab E
eo tantùm liberum tranſitum, paratus ipſius arbitrio fidem dare, ſine cuiuſquam iniuria iter ſe facturum: præterea forum rerum uenalium ſuis exhiberi poſcebat, perſoluturus etiam aquæ precium, ſi rex ita iuberet. ille uerò legatis re infecta dimiſſis, negatoque tranſitu, armatus cum exercitu eſt obuiam profectus, prohibiturus Moyſem ſi uiam aperire conaretur:
A.M. 2493. Ante Chr. nat. 1478. Moyſes uerò conſulto priùs oracuło, & Deo non permittente ut ipſe pugnæ principium faceret, retrorſum abduxit exercitum, per deſertum iter facturus. Eodem tempore ſorori eius
Mariamnæ mors. Mariamnæ ultimus uitæ dies aduenit quadrageſimo anno ex quo AEgyptum reliquerat, menſis Xanthici luna prima: ſepultaque eſt publico ſumptu magnificè, ſuper quodā monte qui appellatur Sein: & poſt triginta dierum luctum luſtrauit Moyſes populum hunc in F
Num. 19. Moyſes populū à luctu luſtrat. modum: Iuuencam laboris & aratri expertem, colore toto corpore rufam, paulùm ante caſtra productam pontifex in loco puriſſimo mactauit, & ſanguinem ſepties digito aſperſit uerſus Dei tabernaculum. deinde ſolidā iuuencā ita ut procubuit cum pelle ac inteſtinis ardēte, lignum cedrinum in medium ignem iniiciunt, ſimulque hyſſopum & lanam rubro tinctā. huius cinerem uniuerſum uir purus ac caſtus collectum reponit in locum puriſſimum: & quotquot poſthac funeſti purificatione opus habebant, paulum huius cineris in fontanam

immit-

A immittentes, & hyſſopi ramulum intingentes, aſpergebant die tertia & ſeptima: quo facto puri poſt hac erant. & hunc luſtrandi morem etiam in terra belli ſorte quæſita ſeruari præcepit. Cæterùm funeſto exercitu ita, ut dixi, luſtrato, per deſertum cum eo pergens, Arabiam petijt. Cumque ueniſſet in agrum urbis Arabum primariæ, quæ olim Arce, nunc Petra nominatur, hoc loco montem excelſum, quo ager clauditur, Aaron conſcendit, præmonitus à Moyſe, quòd eſſet moriturus: & in conſpectu totius exercitus, quippe loco acclui, exutam pontificiam ſtolam Eleazaro filio tradidit, ad quem iure ætatis ſucceſſio pertinebat. atque ità ſpectante populo moritur, eodem ipſo anno quo ſororem amiſit, anno ætatis centeſimo uigeſimotertio. dies mortis eius incidit in primam lunam menſis qui Athenienſibus Hecatombæon dicitur, Macedonibus Lous, Hebræis Sabba. LVGIT eum populus diebus triginta, & luctu finito, Moyſis ductu peruenit ad fluuium qui nominatur Arnon. Is ex Arabiæ montibus exortus, deſertum medium peretrans, in Aſphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amoræis diſterminans. eſtque hæc regio frugifera, & fructus, quantum ſatis eſt, incolis ſuppeditat. Ad eius regem Sehonem miſit legatos Moyſes, qui tranſitum per regnum peterent, fidem daturus, quòd ſine detrimento uel agrorum uel colonorum militem traduceret: ſed perſoluturum precium rerum uenalium ex æquo & bono, etiamſi potum aquæ ſine precio dare grauarentur. Sehon uerò negato tranſitu, & armato ſuorum exercitu, uada Arnonis occupat, prohibiturus, ſi Hebræi fluuium tranſire conarentur.

Moyſes Arabiã petijt. *Num. 20.* *Aaronis mors incidit in annum ætatis ſuæ 123.*

IIII *Num. 21.* *Arnon fluuius*

B

Moyſes à Sehone tranſitum non impetrat.

Quomodo Moyſes deuicit Sehonem & Ogem Amoræorum reges, deleuitq; eorum copias. CAP. V.

C MOyſes autem, poſtquam intellexit Amoræos hoſtilem in ſe animum gerere, haud ferendum contemptum ratus, & uidens Hebræos, genus hominum intractabile, ocio ſimul & egeſtate facilè adduci poſſe, ut priſtinos tumultus ac ſeditiones renouarent, occaſionem eis adimere uolens, conſuluit Deum, an bellare permitteret. Deo uerò annuente, & uictoriam inſuper pollicẽte, ipſe animatus, militem quoque incitat, adeſſe tempus quo pugnandi cupiditatem exſatiarẽt, auſpice Deo, & quò ſponte iam propenderent, autoritate ſua impellente. Illi permiſſa poteſtate læti, arma corripiunt, & ueſtigiò inſtructa acie ad hoſtem properant. Amoræus contrà ut uidit aduentãtes, oblitus priſtinę ferocię, tum ipſe eſt territus, tum milites animos quos ante uiſum hoſtem præ ſe ferebant, præ timore demiſerunt. Itaque uix primo cõflictu excepto terga uer-

Num. 21. *Moyſes, de prælio inſtaurando aduerſus Amoræos, Deum conſulit.*

Amoræi ab Hebræis uincuntur.

D tunt, in ſola fuga ſpem ſalutis reponentes. confidebant enim munitis urbibus, quæ tamen nihil prorſus eis pfuerunt. Nam Hebræi ut animaduerterunt hoſtes protinus cedere, inſtiterunt, turbatisque eorum ordinibus, in formidinem illos coniecerunt. Iamque ſparſi, curſu urbes petebant. nec alteri perſequendo fatigantur, imperfectam uictoriam relinquere nolentes, ſed cùm eſſent funditores optimi, & eius pugnæ generis, quod omni miſſilium genere eminus geritur, in primis periti, & expeditiores quàm ut armis grauarentur, aut pedibus fugatos aſſequebantur, aut glandibus & iaculis, ſi quos celeriores timor fecerat. Itaque magna ſtrages editur, & ſi qui effugerant, cum uulneribus & ſiti conflictabãtur. erat enim æſtas. Cumque deſiderio potus ad fluuium magna pars ferrentur, ab inſequentibus circumuenti, eminus ſagittis ac iaculis ſunt confixi: & inter cæteros Sehon rex cecidit. Hebræi uerò cæſos

Amoræi ab Hebræis uincuntur.

E ſpoliabant, prædas agebant, magna rerum copia fruebantur, quòd fructus nondum ex agris collecti eſſent. & milites totam regionem percurrebant impunè diripiendo, captiuosque abducendo. nemo enim reſiſtebat, robore eius regionis in pugna abſumpto. Talis clades Amoræis accidit, qui nec conſilio prudenter, nec armis fortiter ſunt uſi. Hebræi uerò terram eam occupauerunt, inter tres amnes inſulæ modo ſitam. Nam Arnonis ripæ meridionale eius latus terminant, Iobacchus uerò ſeptentrionale, qui in Iordanem influens nomen amittit: occidentalis tractus Iordane amne alluitur. In hoc rerum ſtatu exoritur Iſraelitis nouus hoſtis Oges Galadinę & Gaulanitidis regionũ rex, in auxiliũ Sehonis amici & ſocij ueniẽs: cuius res quum iam perditas uideret, nihil ominus uictoriam ſperans, uirtutis ſuorum ac hoſtiũ periculum facere decreuit. Qua ſpe fruſtratus & ipſe in prelio perijt, & exercitus ad unum

Sehon rex Amoræorum necatur. *Hebræi terram Amoræorum occuparunt.* *Amoræorum terræ ſitus.*

Ogis interitus

F eſt deletus. Moyſes uerò Iobaccho fluuio ſuperato, regnũ Ogis ingreſſus urbem unam poſt aliã ſubuertebat, habitatores internecione uaſtans, qui omnes eius terræ homines diuitijs & agrorum fertilitate ſuperabant. Oges etiam uir heroica ſpecie corporis, ne uiribus quidem ac uirtute fuit inferior: cuius roboris & ſtaturæ argumentum extabat in expugnata regia urbe Ammanitidis regionis, dicta Rabatha: lectus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, nouem longitudine. Huius uiri caſum non ſolùm præſens Hebræorum felicitas eſt inſecuta,

Moyſes Ogis regnum occupat. *Ogis forma.* *Ogis lectus ferreus.*

ſed in futurum etiam maiorum ſucceſſuum illis cauſa eſt facta. Sexaginta enim oppida egregiè munita de eius ditione ceperunt, & ex præda tam priuatim quàm publicè ſunt locupleta- A

V. Hiericho. ti. POST hęc Moyſes caſtra Iordanem uerſus mouet, & campum magnum eregionè Hierichuntis. ea eſt urbs copioſa, palmis abundans, & balſamum ferens. Iamque in tantum creuerant Iſraelitarum animi, ut nihil magis, quàm pugnas ac prælia cuperent: & Moyſes, uictimis Deo pro gratiarum actione mactatis, epuloque exercitui dato, partem eius armatam ad Madianitarum regionem uaſtandam miſit, urbesque gentis eius expugnandas. cuius belli origo talem cauſam habuit.

Moyſes uictimis oblatis Deo gratias agit.

De Balamo uate. CAP. VI.

Num. 22. 23. 24. *Balaci ad Madianitas legatio.* BAlacus Moabitarum rex, habēs aiutam amicitiam & ſocietatem cum Madianitis, cùm res Iſraelitarum in tantum creſcere uideret, cœpit etiam de ſuis rebus eſſe ſollicitus. Neſciebat enim Deum uetare, ne Hebræi quicquam ulteriùs præter Chananæam uſurpare appeterent: atque ita celeriùs quàm prudentiùs rem aggredi cogitauit. & bello quidem aggredi elatos tot uictoriarū ſucceſſu nō eſt auſus, obſtare tamen uolens ne ulteriùs procederent, legatos de communibus commodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam, ab Euphrate uatem illius temporis præſtantiſſimum. & ſibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de ſuis honoratiſſimum quenque, rogantes ut ueniret ad ſe, & diris imprecationib. Iſraelitas deuoueret. Vates legatis comiter exceptis, & hoſpitali menſæ adhibitis, conſulit Deum, quæ ſit eius de Madianitarum poſtulatis ſententia. qui cùm uetaret illis obſequi, reuerſus ad eos, ait ſibi non deeſſe uoluntatem illis gratificandi, ſed obſtare Deum, cuius beneficio debeat gloriam ex ueris hactenus prædictionibus comparatam. Nam exercitum illum, quem ipſi execratum uelint, eſſe Deo charum. deditque conſilium ut ob hanc cauſam ad Iſraelitas profecti, pacem cum illis facerent. his dictis legationem dimiſit. At Madianitæ Balaco maximis precibus urgente, eadem de re denuò legatos mittunt ad Balamum: qui cupiens hominibus obſequi, Deum conſulit. Deus uerò offenſus iubet ut legatis nihil contradicat. Is ratus Deum hæc † ſeriò iubere, cum legatis proficiſcitur. Inter eundum autem cùm uentum eſſet in uiam quandam anguſtam, inter duas materias ſitam, occurrit ei angelus: & aſina qua Balamus uehebatur, occurrentem diuinum ſpiritum animaduertens, declinans appreſſit eum ad alterum ſeptum, nihilque mouebatur uerberibus ſeſſoris preſſuram moleſtè ferentis: cumque nec angelus de uia cederet, nec uates uerberandi finem faceret, tandem ſuccubuit aſina, & Deo ſic uolente humana uoce Balamum incuſat, quòd nunquam antehac læſus ſæuiret in ſe: non intelligens nunc Deum prohibere, quò minus, quibus ille cuperet, ipſa obſequatur. Hoc humano aſinæ ſermone dum ille turbaretur, apparuit ei angelus quoque, obiurgans uerberatorem, quòd iumentum non eſſet in culpa, ſed obſtaret iter contra Dei uoluntatem facienti. Tum Balamus territus uolebat retrò abire: ſed Deus iuſſit eum pergere quò inſtituerat, modò ne quid aliter agat quàm diuinitùs admoneretur. His mandatis perceptis ad Balacum peruenit: exceptusq; à rege honorificè, uoluit ad quendam montem deduci, unde Hebræorum caſtra contemplari poſſet. Balacus uerò ipſe cum regio comitatu deducit uatem in montem proximè imminentem, qui à caſtris ſtadia ſexaginta aberat. quibus conſideratis iubet regem ſeptem aras extruere, & totidem tauros ac arietes exhibere. Id ubi celeriter iuſſu regis eſt factum, mactat uictimas, ut uictoriam præſagire poſſet. deinde ſic fatur: Is felix cui Deus largam bonorum præbet copiam & prouidentiam ſuam perpetuam ducem & auxiliatricem annuit. quoniam nullum eſt hominum genus, cui non innocentia morum, uirtutisque ac probitatis ſtudio ſitis anteferendi, liberos præſtantiores etiam ſucceſſores habituri, quandoquidem Deus uos ſolos hominum reſpicit, & ut omnium ſub ſole feliciſſimi ſitis, proſpicit. quamobrem obtinebitis terram ad quam uos miſit, & poſteris ueſtris perpetuum ſeruituram relinquetis: & gloria ueſtri nominis implebitur uniuerſa terra ſimul & mare, adeoque multiplicabitur gēs ueſtra, ut nulla nō orbis regio ueſtri ſanguinis homines admixtos ſit habitura. Beatus igitur exercitus & admiratione digniſſimus, ex uno parente in tantum auctus. nunc uobis parum amplum pro dignitate numero domicilium Chananea continget, ſed totum olim terrarum orbem habitationi ueſtræ deſtinatum ſcitote, ut tam in inſulis quàm in continente ſit uobis degendum præ multitudine ipſis cœli ſtellis numero æquiparanda. Cumque tam innumeri futuri ſitis, nihilominus nihil uobis ad ſummam rerum copiam deeſſe patietur, in pace & in bello uirtutem & uictoriam addet. inimicis noſtris in mentem ueniat, ut hoſtes ueſtri eſſe, & in uos arma ſumere uelint. non enim reuertetur è tali prælio uictor, qui lætitiam con-

Balaci & Madianitarum legatio ad Balamū I.

H.

† in Græco eſt fraudulenter.

Balamum alloquitur aſina.

Balamus iniuriæ iumēto illatæ ab angelo arguitur.

Balami uaticinium I.

B C D E F

fugibus

A iugibus ac liberis afferat. Tanta uobis fortitudo diuino fauore contigit, qui solus potest & quod supersit, detrahere, & quod deest, addere. Talia uates fatidica uoce canebat, extra se raptus, & numine totus correptus, rege indignè ferente, & pacta non seruare clamitante, licet magnis muneribus à socijs conductum, uenisse eum ad execrandum hostes, quos nunc celebrat, & hominum beatissimos pronunciat. Ad quem uates: Putas, inquit, quoties fata sunt aperienda, in nobis situm esse quid dicamus aut taceamus afflati diuino spiritu? ipse uoces quales uult profert & oracula, nobis nec scientibus nec cogitantibus. Equidem satis memini ad quid precibus tuis & Madianitarum sim adductus, eaque causa ueni ut uoluntati tuæ morem gererem. Sed potentior est Deus quàm mea uoluntas, qui contra Dei uoluntatem ad gratiam hominum loqui proposueram. quamprimùm enim nostrum pectus subintrat, *Vates responsa sua ipsi ignorat.*

B nihil amplius nostrum ibi remanet. ego certè nihil in huius exercitus laudem dicere in animo habui, nec quæ Deus eorum generi dare decreuit, commemoranda putaui: sed numen illis propitium, quod gentis felicitati studet ac sempiternæ gloriæ, pro destinatis hæc uerba mihi subdidit: Nunc age, quando animus est tibi atque Madianitis rem gratam facere, quorum preces me non decet non admittere, alias aras erigamus, & sacra instauremus, si fortè Deum flectere possim, ut execrationibus hoc genus hominum deuouere liceat. Cumq; Ba- II.

C lacus id fieri permisisset, ac ne iterato quidem sacro potestatem deuouēdi impetrauisset, collapsus in faciem pronus prædicebat, quicquid euenturum esset regibus & ciuitatibus clarissimis, quarum quædam nondum conditæ uidentur, quæ uerò extant, earum res terra mariq; gestæ ita prædictionibus respondерunt usque ad nostram memoriam, ut facilis sit coniectura, reliquum etiam eius oraculi non uanum fuisse, euentum aliquando comprobaturū. Balacus autem ægrè ferens expectationem frustratam, sine honore uatem ablegat. ille domum repetens, cùm iam Euphratem traiecturus esset, accito Balaco & principibus Madianitarum: Num. 25.

Balace, inquit, uosq; Madianitæ, quādoquidem necesse est ut uel præter Dei uolūtatem uo- III.

bis obsequar, Hebræorum quidem genus nunquam est interiturum, nec bello, aut pestilentia fameue, aut alio casu delebitur. Deus enim curam habet eius gentis ab omni malo seruādæ, ne quando talis clades incidat qua uniuersi de medio tollantur. interdum tamē quędam uitari non poterunt, quibus ad tempus afflicti, mox magis quàm antè florebunt, castigatione tali ad sanitatem reuocati: quapropter si breuem uictoriam de illis cōsequi quæritis, hoc consilio uoti compotes efficiam. Filiarū formosissimas, quæ pulchritudine sua spectantium *Balaami consilio*

D castitatem expugnare possint, quantum fieri potest cultas ac ornatas mittite, ut prope castra *ad stupra pelliciuntur Hebræi.*

obuersentur, & iuuenibus complexus expetentibus faciles se præbeant: ubi uerò cupidine captos uiderint, se proripiant. cumque rogatæ fuerint ut maneant, non annuant, nisi persuasis, ut relictis patrijs legibus & cultu Dei à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarū deos uenerentur. sic enim Deum iratum sibi reddent. Post hæc monita abijt. Madianitis autem ita ut moniti fuerant filias mittentibus, Hebræorum iuuenes pulchritudine puellarum capiuntur: & in colloquium uenientes rogant, ne sibi uoluptatem ex earum pulchritudine capere inuideant, néue consuetudinem eorum auersentur. Illæ libenter & uerba iuuenū & complexus admittunt: iamq; blanditijs illectos, & cupidine uinctos relinquere parant. Tum illi tristes mulierum discessu, precibus instant ne se relinquant, sed futuræ coniuges & om-

E nium facultatum dominæ apud illos maneant. hæc promissa iureiurando confirmabant, Deum testem inuocando, & lachrymas fundendo, quò magis eas ad misérationem flecterēt. Tum illæ postquam omnino captos & consuetudine sua deuinctos animaduerterunt, sic respondent: Optimi iuuenes, non desunt nobis domi nec amplæ facultates, nec parentum ac domesticorum affectus: neq; inopia talium rerum huc ad uos uenimus, aut formam corporis nundinaturæ preces uestras admisimus: sed persuasæ uiros esse bonos & iustos, hac hospitali gratia non dedignatæ, qua uos opus habere uidebamus, faciles nos uobis præbuimus. Nunc quandoquidem amare uos & ambitionem nostram molestè ferre asseueratis, ne has quidem preces auersabimur. quare si benеuolentiæ coniugalis fidem dederitis, quæ sola no-

F bis satisfacere potest, libenter uobiscum ut legitimæ nuptæ coniuncturæ sumus. Veremur. n. ne libidine exatiata, cum iniuria & contumelia nos retrò ad parentes nostros ablegetis: cui nostræ solicitudini ueniam uos dare æquum postulamus. Illis uerò quolibet modo fidem daturos se pollicentibus, & nihil præ amore nimio recusantibus: Quandoquidem, inquiūt, ita uobis uidetur, & mores habetis ab omnib. alijs diuersissimos, ut cibis etiam proprijs uestro more utamini, nec potum cum alijs cōmunem sustineatis, necesse est, si uultis nobiscū uitā degere, deos nostros colatis: neq; n. alio argumēto persuadebitis amorē istū uos nō fingere,

nisi eosdē nobiscum deos adoretis. Nec fuerit uitio uertendū, si terræ in quam ueniſtis peculiares deos colere malitis: præsertim cùm nostri per omnes regiones honorentur, uestrūm nemo præter uos cultu dignetur aut ceremonijs. Aut igitur cæterorum more uobis est uiuēdum, aut alius orbis quærendus, ubi soli secundū uestra instituta uitā agatis. At illi cupidine cæci dicta earū cōprobant, & quò trahebantur sequentes à religione patrū desciscunt. & plures deos credere inducti, sacra illis eius gentis ritu faciunt: cibis quoq; indifferenter utebantur, & in mulierum gratiā nihil non contra legē faciebant: ut iam tota castra iuuenū impietas inuaderet, & seditio priore peior gliscceret, & auita religio in extremū periculum deduceretur. Iuuentus enim gustatis sentel peregrinis moribus inexplebiliter in eos ferebatur: & si qui nobilitate à maioribus accepta præcellebant, unà cum reliqua turba corrumpebantur. Zambrias etiā Simeonidis tribus princeps ducta Chosbi Madianitide, Vri filia gentis eius dynastæ, iussus ab uxore, & contemptis in eius gratiam Moysis placitis, alieno ritu sacrificabat, & alienigena cōiuge non dissimulanter se oblectabat. In hoc rerum statu Moyses ueritus ne grauius aliquid sequeretur, aduocata cōcione, neminē quidem nominatim accusauit, nolēs in desperationē adducere eos, qui tantisper dum latére se putant, ad sanitatē reduci poterāt: sed dicebat rem indignā, nec ipsis nec maioribus eorū decorā, quòd uoluptatem pluris, quā Deum & religionē facerent. Expedire illis, ut dum tempus est, resipiscant, & non legū contēptu, sed cōpescendis cupiditatib. fortes se uiros declarent. absurdū præterea dicebat, q̄ cùm in deserto modestè uixissent, nunc in bona regione ita bacchārentur, & quæ per inopiā quęsierant, nunc per affluentiā perditū irent. Talibus dictis conabatur iuuentutē corrigere, & ad sanìorem mentem reducere. Tum Zambrias insurgens: Tu uerò, inquit, Moyses tuis legibus utere, quibus iam lōgo usu robur addidisti: quod ni feciſſes, sæpe iam pœnas dediſſes, & non faciles deceptu Hebræos didiciſſes, me certè nunquam ad tua tyrannica iussa obstrictum habebis. neq; enim aliud hactenus, quàm sub legis ac religionis prætextu nobis seruitutem, tibi principatum malicioſis artibus adstruis, uoluptatem nobis ac uitę licentiam adimens, quæ liberorum sunt, & sub nullius imperio degentium. Hoc enim uel AEgyptiaca seruitute fuerit grauius, si quis uoluptati suæ indulgeat, in eum animaduerteres: cùm ipse multo dignior sis qui puniaris, quandoquidem abrogatis quæ omniū consensus approbat, plus tua quàm cæterorum mortalium placita ualere postulas. Ego quæ nunc facio, quia bene facta iudico, ne fateri quidem in hoc cœtu grauabor, mulierculam alienigenam me duxisse. audis à meipso mea facta, ut ab ingenuo. neque enim latére cupio. Sacra etiam dijs facio præter consuetum, quia id æquum censeo, ex multis mihi ueritatem quærere, & non sicut sub tyrānide uiuere, de unius tantùm fiducia pendentem. nemo mihi rem gratam fecerit, qui in reb. meis meipso plus arbitrij habere uoluerit. Hęc Zambria pro se & quibusdam sui similibus asserente, populus quietus expectabat quónam res esset euasura, maximè quòd uideret legislatorem amplius nolle contendere, ne hominem insolentem irritatiorem redderet. uerebatur enim, ne plures talis in loquendo impudentiæ imitatores facti, turbas in populo excitarent. Atq; ita tum concio dissoluitur. ac fortasse ulteriùs malum hoc serpsisset, ni Zambrias maturè sublatus esset talem ob causam. Phinees tum alijs rebus, tum patris dignitate, iuuentutis facilè princeps, Eleazari pontificis filius, & Moysem magnū patruum habēs, ægerrimè tulit Zambriæ contumaciam: cuius impunitate ne legum contēptus crescceret, uindicare in flagitioſos decreuit, non ignarus quòd exempla primatum in utramuis partem plurimū ualeant. Cumq; tanto esset animi & corporis robore, ut non temerè aliquid arduum aggrederetur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tētorium uadit, & eodem ictu ipsum unà cum Chosbi transfigit. Quo exemplo iuuentus ad pulcherrimā uirtutis æmulationem accensa, certatim eiusdem criminis reos facit impetum, & bonam illorū partem ferro conficiunt, reliquos insecuta pestis sustulit, per iram numinis inflicta: & ne illis quidem pepercit, qui cùm iure cognationis talem suorum petulantiam cohibere deberent, aut dissimulare aut accendere etiam maluerunt: nec priùs destitit, quàm non minus * quatuordecim milia uirorum defideratentur. Hanc ob rem Moyses in Madianitas concitus, ad gentem internecione delēdam exercitum misit, de qua expeditione mox narrabimus, postquā quod omissum est, dixerimus. Balamum illū, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebræos, quo minus hoc faceret, à Deo est prohibitus, nihilo seciùs tamen tale hostibus consiliū dedit: quo effectum est, ut quibusdam infectis praua opinione, penè totius populi religio sit corrupta: hunc, inquā, Balamum tanto honore dignatus est propheta, ut oracula eius suis literis inseruerit: cumq; nihil uetaret, quin ea pro suis ederet, nec ullo teste id factū eius coargui posset, maluit eum

Ad idololatriam Hebræi perducti fàlso cupiditate capti.

Zambrias. Chosbi.

Moyses populum reprehendit, & ad resipiscentiā reuocat.

Zambriæ cōtra Mosem insurgētis oratio.

Causa silentij Mosaici.

Phinees Zambriam interficit.

* Alijs 24000.

Moyses exercitū mittit ad gentem Madianiticam internecione delendam.

Balami oracula Moyses inliteris retulit.

Num. 31.

debita

A debita apud posteros memoria non fraudare. Sed hæc quisq;, ut libuerit, ita consideret. Moyses autem, ut dicere cœperam, in Madianitas misit exercitum duodecim millium, singulis tribubus mille militibus imperatis: eisq; copijs Phineem præfecit, cuius opera leges uindicatas, & de Zambria uiolatore earum pœnas exactas paullo antè memorauimus.

Hebræorum de Madianitis victoria, & Amoritis regia quomodo à Moyse duabus cum dimidiata tribubus concessa. CAP. VII.

MAdianitæ uerò intellecto hostium aduentu, & quòd iam non longè abessent, & ipsi copias in unum contrahunt, & quà in regionem suam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præstò erant, impetus eorum pro uiribus propulsaturi. Sed mox primo congressu tanta multitudo Madianitarum est cæsa, ut B numerus cadauerum iniri non posset, ne regibus quidem seruatis. Hi fuere Ochus, Sures, Robeas, Vbes, & quintus* Recemus, à quo deductum nomen primaria urbs Arabum & hodie retinet, Receme dicta, quam Græci Petram uocant. Fusis hostibus, Hebræi regionem sunt populati, prædas abigendo, & incolas una cum mulieribus interimendo; solis parcentes uirginibus: hoc enim Phinees à Moyse mandatum acceperat. qui reducto incolumi ac illæso exercitu, prædam quoque memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia, & insuper sexaginta septem: asinorum sexaginta millia, uasorum aureorum & argenteorum immensum numerum, quibus in domestica supellectile utebantur. etenim pro opibus lautiore uictu delectabantur. Abductæ sunt etiam uirgines circiter triginta duo millia. Moyses autem partitus prædam, quinquagesimam eius partem Eleazaro dedit & sacerdotibus, C & Leuitis alterius quinquagesimam: reliquum uerò populo distribuit. quo factum est, ut deinde suauiter uiuerent, opibus uirtute quæsitis, ocium quoque ad fruendum nacti. Moyses autem iam senex Iesum designauit, qui sibi in prophetæ & ducis (si opus foret) munijs succederet, Deo ita iubente ut hunc principatus successorem faceret. Erat enim totius diuini atque humani iuris peritus, Moyse præceptore doctus. Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manassitis, numero pecudum & alijs rebus omnibus abundantes, de communi consilio rogant Moysem, ut sibi extra sortem traderet Amoritidem terram, quæ bello capta fuerat. esse enim pascuis uberem. Ille uerò suspicatus eos prælia contra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignauiæ prætexere, conuicio uiros excipit, meticulosos simulatores dictitans. Velle eos in ocio luxuque terram communi marte quæsi D tam possidere, & nolle arma cum cætero exercitu ferentes, terram ultra Iordanem à Deo promissam capere, deuictis gentibus quas ille pro hostibus haberi iusserat. Qui uidentes eum iratum, nec immeritò ipsorum postulatis offensum rati, respondent se neque metu periculorum, neque laborandi ignauia illa postulata edidisse, sed hoc tantùm agere, ut præda in locis commodis relicta, expeditiores ad certamina fierent: paratosque se aiebant, si oppida ad tutelam liberorum & coniugum ac facultatum, ipso dante, accepissent, reliquum exercitum armatos quocunque ducerentur, sequi, & communibus militare auspicijs. Tum Moyses comprobata eorum oratione, aduocatoque Eleazaro pontifice & Iesu, cæterisque magistratibus, concedit illis Amoritidem hac conditione, ut simul cum cognato populo aduersus communem hostem bellum gerant, donec omnia ex sententia confecta fuerint: atque E hoc pacto accepto quod petierunt, & extructis munitis oppidis; liberos & uxores atque impedimenta in illis deponunt. Moyses quoque in eadem regione decem urbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas; in quarum tribus Asyla sanciuit, illis tantùm profutura, qui cæde non sponte commissa eò confugissent. statuitque talibus exilij tempus, tantisper dum pontifex uiueret sub quo cædes accidit. post cuius obitum redire in patriam permisit. Exilij uerò tempore licere cuiuis è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra urbem refugij deprehensum: idque ius solis cognatis esse uoluit, alijs non item. Cæterùm oppida refugij fuerunt hæc: ad fines Arabiæ Bosora, in Galadena regione Arimanum, in Batanea de Gaulademan. & post captam Chananæam totidem ex Leuiticis oppidis iussu Moysis destinata sunt, ut hoc genus exulibus refugium & habitationem F præberent. Eodem tempore cùm defunctus esset quidam è primatibus Manassitidis tribus nomine Salpades, liberis fœminei tantum sexus relictis, tribules eius uiri insignes Moysem consulunt, an filiarum eius in diuisione & sortitione agrorum ratio haberi debeat. Is respondit, si in domum tribulis nuptum darentur, sortem dotalem fore: sin mallent in aliam tribũ elocari, sortem in sua tribu relinquerent. atque hac occasione instituit, ut cuique tribu suæ sortes perpetuò manerent. QVVMQVE iam de quadragesimo migrationis anno triginta tan-

Madianitæ ab Hebræis funduntur.

Madianitarum reges quinq; occubuerunt.

* alias Ateeme uel Arce.

Spolia Madianitis subtracta.

Præda partitio.

Num.27.

Deut.3.

Moyses Iesum, alias Iosuam uocatũ, sibi successorem constituit.

Num.32.

Gaditæ à Moyse

Amoritidem impetrant.

Num.35.

Deut.4.19.

Ios.20.

Moses x. urbium conditor.

Asyla.

Tempus exilij.

Oppida refugij.

Num.27.36.

Salpadæ filiarũ hæreditas.

Deut. 4. Abila oppidum. ta tantùm dies ſupereſſent, aduocata concione ad Iordanem eo loco ubi nunc oppidum A- A
bila uiſitur, agrum habens palmetis conſitum, ubi populum omnem præſtò uidit, in hunc
modum uerba fecit:

Moyſis leges, & quomodo ex hominibus eſt ſublatus. CAP. VIII.

Moyſis morituri oratio ad populum. IRi commilitones, & longi laborum ſocij, quoniam Deus ita uult, & ætas CXX annorum exacta poſtulat, ut iam ex hac uita diſcedam, & rebus ultra Iordanem gerendis intereſſe me, Deo non eſt uiſum: æquum duxi, ut quantum ad ueſtram felicitatem attinet, ne nunc quidem officio deſim: ſed pro gratia mihi data prouideam, ut pro commonſtrata ad eam uia, ſempiterna apud uos memoria dignus habear. Age igitur, ubi priùs in quo tam ueſtra quàm poſterorum æterna beatitudo conſiſtat, indicauero, ſic ex hac uita decedam. Fidem enim mereor, uel quòd antehac ueſtris commodis ſeruiui, uel quòd animæ propè exitum conſtitutæ habent cum omni uirtute commercium. Filij B
Obedientia erga Deum, & Iſraelis, una omnibus hominibus felicitatis eſt cauſa Deus propitius: quam ſolus dignis dare, & peccantibus in ſe auferre potis eſt, cui ſi uos tales præſtiteritis, quales ipſe poſtulat, qualésue ego ex ipſius ſententia inſtituo, nunquam non beati æmulandique omnibus eritis: ſed & quæ iam contigerunt, bona erunt perpetua, & quod deeſt, breui conſequemini. Tantum uoluntati diuinæ obſequimini, & mandatis eius parete: & neque legibus per me latis alias præponite, neque in religione per contemptum quicquam nouate. Quod ſi feceritis, bello præſtantiſſimi inter omnes gentes, & omnibus hoſtibus inſuperabiles eritis. nam auxiliante Deo, omnia facilè contemnuntur. Cæterùm uirtutis præmia magna per omnem C
uitam uobis ſunt propoſita, & ipſa ſibi primum eſt ac potiſſimum præmium: deinde per hanc cætera bona facilè parantur: qua inter uos inuicem utentes & uitam beatam ducetis, & gloriam tum apud exteros, tum apud poſteros immortalem conſequemini. Hæc uobis ſunt ſperanda, ſi leges monitu Dei me perferente ſcriptas nec ipſi uioletis, nec alios uiolare patiamini, & harum intellectum ac uſum meditemini. Ego uerò commodis ueſtris lętus diſcedo, uosque pietatis ac prudentiæ legibus, & uirtuti ducum ac magiſtratuum commendo, qui utilitatis ueſtræ poſthac curam ſunt habituri. Deus autem, ſub cuius ductu hactenus egiſtis, & cuius fauori debetis, quicquid utilitatis ex me percepiſtis, non deſinet uobis proſpicere: ſed quamdiu ipſum & pietatem colueritis, tamdiu ſub eius præſidio tuti permanebitis.
erga magiſtratum. Nec deerunt qui uobis optima monita ſuggerant, quibus parentes beati eritis, nimirũ pon- D
tifex Eleazarus & Ieſus, & ſenatus ac primates tribuum, quibus cauete uos difficiles præbeatis, ſcientes quòd qui bene parére nouit, etiam bene imperaturus eſt, ubi ad poteſtatem peruenerit: néue in hoc libertatem ſitam exiſtimetis, ſi mandatis principum obmurmuraueritis. nam hactenus in contumacia contra benemeritos libertatem reponebatis: à quo uitio ſi uos in poſterum ſeruaueritis, res ueſtras in meliore ſtatu uidebitis. Abſit autem, ut ita in hos exaſperemini, quemadmodum ſæpe in me incanduiſtis. meminiſtis enim, quòd ſæpius à uobis de ſalute periclitatus ſum quàm ab hoſtibus. quod non exprobrandi cauſa dico: nolim enim uos hac commemoratione in exitu uitæ contriſtatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo uos tuli: ſed ut admoniti in poſterum ſapiatis, id quod in ueſtram etiam rem futurum eſt. & ne in præpoſitos contumelioſi ſitis elati opum affluentia, quibus traiecto Iordane & occupata Chananæa abundè potiemini. Alioqui ſi per has inſolentiores facti in contu- E
maciam & uirtutis contemptum prolabamini, Deum fautorem nequaquam eſtis habituri:
Deut. 7. 11. quem ſi ueſtro merito inimicum uobis reddideritis, & terrã partam oppreſſi ab hoſtib. per ſummam ignominiam amittetis, & per orbem diſperſi ſeruitute ueſtra terras ac maria replebitis. quò ſi uentum fuerit, iam fruſtra pœnitebit patrias leges non ſeruaſſe. quare ne illas perdatis, poſt uictoriam neminem hoſtium ſupereſſe patimini: idque rebus ueſtris conducibilius exiſtimate, ne illis uiuentibus, ad ſimilia ſtudia prolapſi, patriam inſtitutionem corrumpatis. Præterea lucos & aras & templa, quotquot habent, ad unum tolli iubeo, ferroque & flammis ita deleri, ut etiam memoria eorũ omnis aboleatur. Sic enim bona ueſtra tutiùs conſeruabitis. Verùm ne per ignorantiam meliorum natura ueſtra in deterius deprauetur, F
Deo dictante & leges uobis conſcripſi, & formam adminiſtrationis rerum: à quibus ſi nuſquam diſcedatis, mortalium omnium feliciſſimi eritis. Hæc loquutus, tradit eis codicem, leges ſcriptas & inſtituta uiuendi continentem. Illi uerò lachrymabantur, & iam tum deſiderio ducis mœrebant: memoresque quanta pericula pertuliſſet, quamque alacriter ſalutem ipſorum procurauiſſet: & de futuro ſoliciti, quòd non eſſent talem principem habituri, ac ne Deum quidem æquè propitium Moyſe non amplius deprecatore: tum pœnitentes

eorum

A eorum quæ in deſerto per iram contra illum commiſerant, dolebant, ita ut totus populus lachrymans nullam conſolationem admitteret. Moyſes uerò ſolabatur eos, & iubens à lachrymis deſiſtere, ad leges accipiendas hortabatur. atque ita tum concio eſt diſſoluta. Nũc priuſquam ad reliqua tranſitum faciam, operæ precium duxi, leges talis latoris maieſtate ac uirtute dignas hic inſerere, quò lector cognoſcat, qualia ſint noſtra iam inde à priſcis ſeculis inſtituta. SCRIPSIMVS autẽ omnia ut ille reliquit, neq; quicquam ornatus gratia, aut quod ille non reliquerit, adiecimus, ſeriem tantùm nouauimus, & leges quas ille ſparſim ut quamque à Deo retulerat, ſcripſi, nos generatim in ſuos ordines digeſſimus: qua de re lector admonendus erat, ne nobis tribules calumniam temerè ſtruant, quaſi parum ſincerè ſcripta Moſaica tractantibus. Enumerabo autem eas potiſſimùm leges, quæ ad publi-

B cam inſtitutionem pertinent: quæ uerò ad priuatam conſuetudinẽ aut cõtractus uel cum exteris uel cum noſtratibus ſpectant, in eum commentarium diſtulimus, quem de morib. & cauſis, Deo fauẽte, ſcribere eſt animus. Poſtquam acquiſita Chananæa terra, urbibusq; conditis, victoriæ fructus ſecuri carpere cœperitis, hæc mandata obſeruando rem Deo gratam facietis, & partam felicitatem conſtabilietis. Vrbs ſacra ſit una in regione Chananæa, in loco illuſtri & fertili, quam Deus ſibi per oraculum elegerit: & templum in ea ſit unum, & altare unum ex lapidibus non politis, ſed collecticijs conſtructum, qui inducti tectorio, decorem & mundam ſpeciem præ ſe ferant: aſcenſusq; ſit ad illud non per gradus, ſed terra leniter per accliue aggeſta: in alia uerò urbe nec altare ſit ullum, neq; templum. Deus .n. unus eſt, & Hebræorum genus unum. Qui conuicium Deo fecerit, lapidatus per diem pẽ-

C deat, deinde ignominioſè & obſcurè ſepeliatur. In ſacram urbem & templum ter in anno conuentus fiat Hebræorum ex uniuerſa eorum ditione, ut Deo pro acceptis beneficijs gratias agant, & in futurum precibus eum orent, & per conuerſationes ac conuiuia mutuam beneuolentiam alant. Expedit enim, ut inter ſe noſcantur, quibus idem eſt genus, quique eiſdem moribus delectantur. Id uerò ex huiuſmodi cõgreſſibus facilè contingit, dum aſpectus & colloquia in animis hærent: ſicut contrà qui nunquam cõueniunt, eos alieniſſimos à ſe inuicem eſſe oportet. Sint præterea decimæ fructuum ſeorſum ab illis quæ ſacerdotibus ac Leuitis debentur, quibus in patria uenditis, pecunia inde redacta in ſacra urbe inſumatur in ſacrificia & conuiuia. Aequum enim eſt, ex prouẽtu terræ à Deo datæ in ipſius honorem hilariter agere. Ex mercede meretricis non eſt ſacrificãdum. neq; enim quicquam

D Deum delectat cum flagitio partum: neq; maior ulla eſt turpitudo, quàm quæ corporibus infertur. Similiter ſi quis mercedem pro admiſſura canis uenatici aut paſtoralis acceperit, nec inde quidẽ Deo ſacrificare eſt licitum. Dijs aliarũ ciuitatum nemo malè loquatur. Fana externa non ſunt ſpolianda, neq; dicata alicui Deo donaria tollẽda. Nemo ueſte è lino & lana contexta utatur. eſt enim ſolorum ſacerdotum. Septimo quoq; anno, quando per Scenopegiæ feſta in ſanctam urbem ſacrorũ cauſa cõuenietur, pontifex è ſublimi ſuggeſto, unde à tota multitudine exaudiri poſſit, legem pro concione recitet: & neq; mulieres neq;

E pueri ab auſcultando arceantur, imò ne mancipia quidem. Nam bonum eſt, ut inſcriptam in animis nunquã delendam memoria retineant. ſic .n. minùs peccabunt, non ignari quid ſit lege decretũ. Leges etiam uim maiorem obtinebunt in delinquentiũ conſcientijs, dum ſua placita minis interpoſitis in auditorũ animos infigũt, ita ut nunquã non legis uolũtas intus obuerſetur, & quas pœnas contemptus eius incurrat. Pueri etiam ante omnia leges diſcant, qua diſciplina nec honeſtior eſt alia, nec ad felicitatem conducibilior. Bis quotidie, ineũte die, & cùm itur cubitũ, cõmemoranda ſummi Dei beneficia, quæ liberatis ex AEgypto præſtitit. æquum .n. eſt, gratias agere, quæ & pro acceptis rependũtur, & in futurum tempus fauorẽ cõciliant. Inſcribenda ſunt etiam foribus præcipua, & in brachijs oſtentanda, & quæ potentiam eius ac beneficentiã indicant, circumferenda ſunt inſcripta in capite & bra-

chio, ut undiquaq; conſpicua ſit Dei erga populum ſuum benignitas. Oppidatim præſint ſeptem uiri probatæ uirtutis, & iuſticiæ cultores. Singulis magiſtratibus attribuãtur duo mi-

F niſtri de tribu Leuitica. Quibus iudicandi ſors obtigit, in ſuis ciuitatibus ſummo in honore habeantur, ut præſentibus illis nec conuiciari liceat, nec audaciùs agere. Sic .n. futurũ eſt, ut aſſueti homines reuereri, ad pietatem quoq; aſſuefiãt, & tanto lõgiùs à cõtemptu numinis abſint. Iudicibus quicquid uiſum fuerit, illorũ ſententia ualere debet, niſi conſtet pecunijs corruptos, aut alia quapiam cauſa non rectè decreuiſſe. Oportet enim ſine lucri & dignitatis reſpectu iudicare, & iuſticiam omnibus alijs rebus anteponere. Hæc enim iniuria in Dei contumeliam recidit, quaſi is infirmior ſit habẽdus, quàm illi quorum potentiæ me-

Leges Moyſis.

VII.

Moyſes leges uicũdi præſcribit.

Vrbis ſacræ & templi lex.

Leuit. 4. Deut. 16.

Hebræorum cõuentus.

Deut. 18.

Decimarũ lex.

Mercede meretricis Deus non delectatur.

Exod. 22.

Templa nõ ſpolianda.

Deut. 22.

Legis recitatio ſolennis.

Deut. 6.

Leges pueris diſcendæ.

Magiſtratuum numerus & ordo.

Magiſtratus honore digni.

Iudicum officium.

Iuſtitia Dei potentia eſt.

tu præter ius fertur cálculus. nam Dei potentia eſt iuſticia. Ergo qui magnatibus gratificatur, potentiores illos quàm Deum facit. Quòd ſi iudices neſciant de negotio ad ſe delato pronunciare, ſicut ſæpe accidit, in ſanctam urbem integram cauſam relegent: & pontifex & propheta unà cum ſenatu, quod uiſum fuerit, decernant. Vni teſti fides non habeatur, ſed tribus, aut ut minimum duobus, quorum teſtimonium uita antè acta faciat ueriſimile. Mulieribus autem teſtimonium deponere non liceat, propter leuitatem ac temeritatē eius generis. Neque ſeruum hominem teſtem eſſe liceat, propter animos degeneres. probabile.n.eſt, aut lucri cauſa aut præ metu non uerum teſtimonium depoſituros. Quòd ſi quem falſa teſtatum conſtiterit, is conuictus eidem pœnæ ſit obnoxius, quam reus daturus erat, ſi conuictus fuiſſet. Homicidio in aliquo loco commiſſo, ſi autor nuſquam compareat, neque ſuſpicio ſit à quopiam per odium occiſum hominem, inquiſitio fiat ſumma cura, propoſitis indici prēmijs. Quòd ſi nullus exiſtat index, magiſtratus oppidorū uicinorū loco in quo cędes eſt facta, & ſenatus cōuenientes, metiātur à loco in quo iacet cadauer: & quod fuerit proximum oppidum, eius oppidani emptam iuuencam & adductam in toſqua nec ſementi nec plātationi idonea neruis ceruicis abſciſſis cædant, & ablutis manibus ſupra caput iuuencæ ſacerdotes & Leuitæ ac ſenatus illius oppidi, puras ſe manus ab ea cæde habere proclament, eamq; nec feciſſe, nec dum fieret interfuiſſe: inuocentq; Deum, ut propitius factus nunquam poſthac in ea regione tale malum accidere permittat. Optimum quidem eſt optimatum regimen, & in ſic adminiſtrata republicà uiuere, nec eſt cur aliam eius ſpeciem cōcupiſcatis: ſed prēſtat ut hac contenti, in legum & ueſtra ipſorum poteſtate ſitis. Satis enim eſt, Deum habere præſidem. Attamen ſi regis uos cupido ceperit, nemo ſit niſi ueſtri generis & ſanguinis, & cui ſemper iuſticia ſit cordi cum cæteris uirtutibus. Is plus legibus & Deo quàm ſuæ ſapientiæ tribuat, nihilq; præter pontificis ac ſenatus ſententiam faciat: nec multas alat uxores, aut pecunijs equiſue plurimis gaudeat: quarum rerum copia facilè contemptor legum poſſet euadere. & ſi talibus ſtudijs plus ęquo fuerit deditus, obſtandum eſt ne potentior fiat quàm rebus ueſtris expedit. Terminos terræ mouere nō eſt fas, nec propriæ, nec alienæ, dummodo pactæ: ſed religioſe cauendum, ut tanquam Dei calculus in æternùm fixus maneat: quòd hæc præcipua cauſa ſit bellorum & ſeditionum, ſi auaritia certis terminis non circumſcribatur. Facilè enim legum præſcripta tranſilit, qui terminos tranſmouet. Qui terram plantauerit, ſi plantæ ante quartum annum fructum protulerint, nec Deo primitias inde offerre oportet, nec in proprium uſum conuertere. intempeſtiuus enim eſt talis fructus. quicquid autem præmaturè à natura extorquetur, eius uſus nec Deo conuenit, nec domino. quarto uerò anno colligat quicquid iam tempeſtiuum, & in ſanctam urbem deferat, & cum reliqui prouentus decimis in conuiuijs cum amicis conſumat, & cum pupillis ac uiduis. quinto demum anno arbitratu ſuo fructus colligat. Agrum uitibus conſitum ne ſemines. ſufficit enim quòd hanc plantam nutriat, nec opus eſt ut & aratro uexetur. Bubus arāda eſt terra, nec aliud animal cum eis ſubiugandum, ſed eiuſdem ſemper generis ſub idem iugum agenda. Semina quoque debent eſſe pura & impermixta, nec duūm ſimul aut trium generum ſunt ſeminanda. abhorret. n. natura communionem diſſimilium. Neque diuerſi generis iumentorum coitus ſunt admittēndi. uerendum enim ne hoc exemplo & ad homines contemptus generis ſui perueniat, ut ſolent à minimis principijs res in peius proficere. Cauendum eſt autem, ne quid eiuſmodi permittatur, ex cuius imitatione mores publici deprauari poſſint. quapropter ne leuia quidem leges diſſimulant, dum officio ſuo nuſquam deeſſe cupiunt. Metentes & demeſſa colligentes ne ſpicilegium faciant: quin & de manipulis nonnihil egenis relinquant, ut hæc tanquam à fortuna abiecta in uſum ſuum conuertant & alimoniam. De uindemia quoque racemuli relinquantur pauperibus: ſimiliter de oliuetorum fructu nonnihil, ut ſit egenis quod colligant, quandoquidem de ſuo non poſſunt. non enim tantum ex negligentiori collectione decedit, quantum accedit è pauperum gratia. Deus etiam ad enutriendos fructus terram alacriorem faciet, ſi non quiſque ſuis tantùm commodis prouideat, ſed inopum quoque rationem habeat. Nec bubus in area triturantibus os obligandum eſt. non enim æquum eſt uetare laboris ſocios, quò minus & fructuum ſint participes. Nec à pomis maturis uiatores ſunt arcendi, ſed ſinendi ut tanquam proprijs ſe ſatient: & ſiue indigenæ ſint, ſiue exteri, libenter illis ad eſum exhibenda ſunt, auferre uerò ſecum nihil liceat. Neque uindemiantes uetent obuios deguſtare ex his quæ ad torcular deferunt: iniquum enim fuerit de bonis à Deo conceſſis inuidere tantillum concupi-

Pœna falſi. Deut. 21.

Homicidij lex.

Ariſtocratia optima reipublicæ forma.

Deut. 17. Regis lex.

Deut. 19. Terminorum lex.

Leuit. 25. Agriculturæ lex.

Deut. 24. Meſſis lex &

vindemiæ, &c.

Deut. 25. Boues triturantes. Viatores.

A cupiſcentibus, preſertim quum id anni tempus ſit fertiliſſimum,& ut Deo uiſum fuerit nō
diu duraturum. & ſi quis præ pudore cunctetur attingere, ut ſumant hortentur: Iſraëlitas
quidem ut ſocios,& quibus propter cognationem liceat hoc facere: aduenas uerò hoſpita-
libus hīs munuſculis dignētur, quæ ipſis Deus pro tempore præbuit. Non enim debet exi-
ſtimari detrimentum, quod liberali animo ſumendum hominibus permittitur: quia non
in hoc Deus abundantiam bonorum largitur, ut his ſoli fruamur, ſed ut alijs liberaliter lar-
giamur: uolens hoc modo ſingularem erga Iſraëlitas fauorem ac liberalitatem ſuam gen-
tibus innoteſcere, dum id quod ipſis ſupereſt, benignè cum illis communicant. Qui ue-
rò contrà fecerit, plagas una minus quadraginta publica ſcutica accipiens, turpiſſimā hanc *Plagarū pœna.*
pœnam ſuſtineat: quòd cùm eſſet ingenuus, lucro ſeruiens ipſe ſuam dignitatem læſerit.
B Rectum enim eſt, ut cùm ipſi multa in AEgypto & deſerto ſitis perpeſſi, aliorum miſerias
non negligatis: & Dei benignitate amplas facultates conſecuti, ex his nonnihil per miſeri-
cordiam egenis decidatis. Vltra duas decimas, quas quotannis pendere iam iuſſi, alteram *Decimarū lex.*
Leuitis, alteram in ſacras epulas, tertia tertio quoque anno eſt conferenda, quæ in egenas
uiduas & pupillos diſtribuatur. E fructibus primos prouentus in templum deferant, & *Deut. 26.*
pro accepta terra quæ eos tulit Deo gratijs actis, & ſacrificijs ſecundum legem ritè peractis,
primitias ſacerdotibus offerant. Hæc omnia ubi quis perfecerit, & utraſque decimas tum
quæ Leuitis debentur, tum quæ epulis attulerit, iter ingreſſurus conſiſtat e regione templi,
Deo gratias agat, quòd ab AEgyptiorum graui ſeruitute liberatis terram uberem & am-
plam fruendam dederit: teſtatusque decimas ſe ſecundum Moyſis legem ſoluiſſe, precē-
C tur Deum, ut tum ſibi priuatim, tum Hebræis publicè propitius & quæ bona hactenus de-
dit, conſeruet, & pro ſua potentia ac benignitate augere etiam dignetur. Vbi ætas maturu- *Matrimonij lex.*
erit, uxores ducant uirgines ingenuas ex honeſtis parentibus prognatas: qui autem non
ducet uirginem, ne ſibi coniungat alteri maritatam, néue quæ priorem uirum reliquerit.
Ancillas ne ducant ingenui, ne adamatas quidem. decet enim cupiditatibus imperare, &
ad retinendam dignitatem id magnopere conducit. Neque meretrici ſit ius nuptiarum,
cuius propter iniuriam ſuo corpori factam, nuptiale ſacrum Deus non admittit. atque hęc
ita obſeruari uale intereſt, ut proles naſcatur ingenua, & ad ſtudium uirtutis erecta, ſi non
è turpi aut illiberali matrimonio ſint prognati. Si quis aliquam pro uirgine deſponſam *Deut. 22.*
poſtea talem non inuenerit, in ius uocatam accuſet, afferatq; argumenta quæ habet: puel-
D læ uerò cauſam agat pater, aut frater, aut qui poſt hos genere uidetur proximus. Et ſiquī-
dem puella fuerit abſoluta, degat in accuſatoris coniugio, iſq; nullum poſthac dimittendi
eam ius habeat, niſi talem ipſi cauſam præbuerit, quæ contradictionem non recipiat. cæte-
rùm temeritatis & petulantiæ, qua inſontē detulit, pœnas luat quadraginta una minus pla-
gis acceptis, & quinquaginta ſiclos puellæ patri mulctæ nomine pendat. Quòd ſi uitiata
fuiſſe coarguatur, ſiquidem plebeia fuerit, quoniam parum ſolicitè pudicitiam uſq; ad nu-
ptiarum tempus ſeruauerit, lapidibus obruatur: quòd ſi ex ſacerdotibus prognata fuerit, ui
uens exuratur. Si quis duarū uxorū maritus propter amorem, aut formā, aut aliā quamuis *Deut. 21.*
cauſam alteri plus benęuolentiæ honoriſq; detulerit, alteri uerò minus: ſi filius dilectæ iu-
nior quàm ille ex altera natus, propterea quòd ſua mater in maiore gratia patris fuerit, po- *Primogenitus*
E ſtulet ius primogenituræ, ut duplicem facultatū paternarū partem ſecundū meas leges au- *ius ſuum reti-*
ferat, non permittatur. iniquum .n. eſt, eum qui ſit natu grādior propter matrem negligen *neat.*
tiùs à patre habitam, debitis fraudari. Qui uirgini alteri deſponſatæ ſtuprum obtulerit, ſi *Deut. 22.*
quidē perſuaſæ ut ſe præberet, ſimul cum ea capite pœnas dato. fontes .n. ęquè ſunt ambo: *Stupri lex.*
hic, quia puellæ perſuaſit ut liberali cōiugio rem turpiſſimā anteponeret: hęc uerò, quia lu-
cro aut uoluptati ſuccubuit. quòd ſi ſolitariā alicubi nactus, ui oppreſſerit, cùm nullus adeſ-
ſet qui opem ferret, ſolus moriatur. Qui uirginem nondū deſponſatā conſtuprauerit, ipſe
ducat. quòd ſi pater puellæ nolit hanc ei nuptum tradere, quinquaginta ſiclos iniuriæ pre-
cium pēdat. Qui à cōiuge quacunq; de cauſa, ut ſępe hominibus uiuuenit, diſiungi poſtu- *Repudij lex.*
lat, ſcripto ei ſecuritatem faciat, quòd eam nolit amplius repetere. ſic enim habebit poteſta-
F tem alterius coniugis quærendi: alioqui diuortiū non permittitur. Quòd ſi & alterum of-
fenderit, aut poſt eius mortem prior ducere eam uoluerit, non licet ut ad eum redeat. Si cu-
ius maritus nondum ſuſceptis liberis defunctus fuerit, frater mariti eam ducito: & filium *Leuit. 25.*
ex ea natum defuncti nomine uocatum, ſortis hæredem nutrito. nam hoc è republica erit, *De ducēda uxo-*
dum nec familiæ deficiunt, & poſſeſſiones apud cognatos remanent. mulieri quoq; leuior *re defuncti fra-*
fit calamitas, cum prioris mariti coniunctiſſimo uicturæ. quòd ſi frater nolit eā ducere, mu- *tris lex.*

lier

lier ſenatum accedens teſtetur, quòd uolentem eam in familia manere, & ex ipſo liberos gignere, cum iniuria defuncti repulerit. Rogante uerò ſenatum cauſam, ſiue magnam ſiue paruam afferat, hùc tandem res euadet: uxor fratris ſoluto uiri illius calceo, & conſputa eius facie, meritò hęc illum pati dicet, qui fratris defuncti memoriæ iniuriã fecerit. atq; ita ille quidem è curia diſcedet, in omnem uitã notatus ignominia: mulier uerò cui uult nubito. Si quis uel uirginem uel maritatam captiuam abduxerit, eiq; legitimè coniungi uoluerit, non antè ius eſto cubile eius tangere, quàm raſo capite ſumptoq; lugubri habitu cognatos & amicos in bello amiſſos deplorauerit, ut ita mœrore ſatiata tum demũ ad nuptias & conuiuiũ ueniat. Bonũ .n. & iuſtũ eſt, ut qui mulierẽ, ex qua liberos gignat, accipit, moré gerat eius affectibus, & non ſuæ tantùm uoluptati indulgens, illius deſideria negligat. Elapſis aũt luctus triginta diebus (tot enim ſapienti ad deplorandos charos ſufficiunt) tunc nuptijs dare operam liceat. Quòd ſi ſatiata libidine pro coniuge eam habere dedignatus fuerit, ne pro ſerua eam tractare ius habeat: ſed quocunq; mulier abire maluerit, liberam hoc faciendi poteſtatem habeat. Quicunque è iunioribus parentes ſuos contempſerint, & debitum honorem præ pudore aut contumacia reddere eis neglexerint, & inſuper contumaces ac proterui in eos fuerint, hos primùm uerbis parentes moneant (nam hos natura fecit idoneos iudices) dicantq; non uoluptatis cauſa in matrimonium ſe conueniſſe, neque ut collatis in commune facultatibus opulentiores fierent: ſed ut liberos acquirerent, qui ſe in ſenectute nutrirent, & neceſſaria ſibi ſuppeditarent. Acceptum autem à Deo cum gratiarum actione ac gaudio, ſumma cura educauiſſe, nulli rei parcentes quæ ad eius ſalutem & inſtitutionem pertinere uiſa ſit. nunc quoque (quando iuuentutis erratis ignoſcendum eſt) ſatis ſit, quòd officij hactenus oblitus es. proinde reſipiſce & cogita, quòd & Deus læſis parentibus offenditur, qui & ipſe totius humani parens eſt generis, & ad ſe pertinere iniuriam exiſtimat, quæ infertur hominibus cum quibus illi communis eſt appellatio, ſi eis nati quæ debent non præſtent, & lex talibus pœnam inclementer infligit, cuius abſit ut tu facias periculum. His uerbis ſi arrogantia iuuenum emendata fuerit, per inſcitiam commiſſis detur uenia. hoc enim & ad legiſlatoris clementiæ laudem, & ad parentum felicitatem pertinet, ſi nec filium nec filiam legibus dare pœnas uideant. Sin hi ſermones & præcepta nihil profecerint, ſed contumacibus in parentes auſis pergat leges ſibi infeſtas reddere, ab illis ipſis extra urbem ſequente turba productus obruatur lapidibus, & per totum diem omnibus ad ſpectandum propoſitus, nocte demum ſepeliatur. Similiter & qui quomodocunque legibus damnati dant ſupplicium. Quin & hoſtes ſepeliantur, nec mortuus quiſquam expers terræ iaceat, ultrà quàm iuſtum eſt, pœnas exoluens. Mutuum dare ad uſuram Hebræorum nemini liceat, neque cibum neque potum. non enim iuſtum eſt reditus captare ex fortunis tribulium, ſed opem ferre illorum neceſſitatibus, & ad lucrum imputare eorum gratiarum actionem, & Dei remunerationem, quæ huiuſmodi beneficentiam ſolet conſequi. Qui uerò acceperint mutuò ſiue pecuniam, ſiue fructum aliquem aridum aut liquidum, ubi Deo fauente ex ſententia fruges ipſorum prouenerint, alacres reddãt eis qui mutuò dederunt, quaſi domi reponẽtes, & uſuri denuò ſi opus fuerit. Quòd ſi imprudenter recuſent reddere, non ſunt è domibus auferenda pignora, niſi iuſſu iudicum: & pignus foris eſt expectandum. & debitor afferat, nihil contradicens ei qui cum legum auxilio ad ſe uenit. & ſi quidem non inops fuerit, qui oppignorauerit, retineatur pignus, donec reddatur mutuum: ſin autem pauper, reddat id creditor priuſquam ſol occidat, maximè ſi ueſtimentum pignus fuerit, ut habeat iturus cubitum, quandoquidem Deus à natura erga pauperes eſt miſericors. Molam & inſtrumentum quod ad hanc pertinet, non eſto ius pignus capere: ne carentibus his ſi deſit cibum parandi facultas, ob inopiam grauius aliquid accidat. Plagium qui commiſerit, mulctator capite: qui uerò aurum & argentum ſubtraxerit, duplum reſtituito. Qui in furto deprehenſum, ut parietem perfodientem occiderit, impunè eſto. Pecudem qui furatus fuerit, quadruplo mulctator, excepto boue. pro hoc .n. quincuplum numerandum eſt. Qui uerò mulctam ſoluere non ualet, in ſeruitutem tradatur ei, ſecundum quem iudicatum eſt. Qui tribuli in ſeruitutem eſt uenditus, ſexennio ſeruiat, ſeptimo anno manu mittator. Quòd ſi in herili domo prolem è conſerua ſuſceperit, & propter ſuos affectus ſeruire maluerit, anno iobileo, is eſt quinquageſimus, liber eſto unà cum filijs & uxore. Si quis aurũ & argentum in uia inuenerit, quęrat eum qui perdidit, per præconem indicato loco in quo inuenit: reddatque, ſciens non eſſe bonum ex alieno damno lucrum facere. Sic & de pecudibus, in quas errantes in deſerto inciderit,

Deut. 21. De ducenda captiua lex.

Deut. 21. De pœna non obedientium parentibus lex.

Sepulturæ pœnitorum lex.

Deut. 23. Mutui lex.

Deut. 24. Pignus.

Plagij & furti lex.

Seruitutis lex.

Inuenti lex.

Deut. 22.

A B C D E F

ſi non

A si non ſtatim inueniatur dominus, apud ſe reſeruet, Deum teſtatus quòd aliena uſurpare *De operis ſeruandis lex.*
non cupiat. Iumentum alicuius per tempeſtatem in luto hærens præterire non licet, ſed
ſubleuandum eſt, communem laborem exiſtimando ſubueniendi. Viam ignoranti com-
monſtrare oportet, non per ludibrium riſum captando alienas utilitates impedire. Ab-
ſenti & ſurdo nemo malè loquitor. Percuſſus in rixa abſque ferro, confeſtim uindicetur: *Talionis lex.*
idem patiente eo qui percuſſit, quod fecit. quòd ſi domum relatus complures dies ægrota-
uerit, deinde moriatur, qui percuſſit, à cæde inſons eſto. ſin autem conualuerit, & multa in
ægritudine inſumpſerit, percuſſor quicquid interim dum decubuit impenſum eſt, diſſol-
uat, prætereq; mercedem medici. Qui mulierem uterum gerentem calce percuſſerit, ſi qui
dem mulier abortiat, pecunia mulctetur à iudicibus, quòd corrupto fœtu populum uno
B ciue diminuerit: & aliam præterea pecuniam det marito mulieris. quòd ſi illa ex uulnere
moriatur, & ipſe det pœnas capite: quandoquidem uitam pro uita reponi iuſtum lex cen-
ſet. Venenum neque lethale, neque aliàs noxium quiſquam Iſraëlitarum penes ſe habeat: *Veneficij lex.*
quòd ſi habere deprehenſus ſit, morte mulctetur, & patiatur id quod facturus erat illis ad-
uerſus quos uenenum parauerat. Qui mutilauerit quenquam, ſimilia patiatur, priuatus
quo priuauit alium, niſi is malit pecuniam accipere. nam ipſi lex permittitur arbitrium
æſtimandi ſuũ caſum, ſi nolit haberi ſeuerior. Bouem cornupetã dominus iugulet. quòd *Bouis petulci lex.*
ſi in area quenquam percuſſum interfecerit, ipſe quidem obruatur ſaxis, indignus qui uel
in cibum ueniat. quòd ſi & dominus coarguatur nouiſſe ingenium eius, nec tamen cauiſ-
ſe, & ipſe morte mulctetur, ut qui à boue necato mortis cauſa fuerit. Quòd ſi ſeruum aut
C ancillam bos interfecerit, ipſe quidẽ lapidetur, dominus aũt eius triginta ſiclos necati hero
perſoluat. Quòd ſi bos à boue alio ita percuſſus mortuus fuerit, uendatur tam mortuus
quàm qui percuſſit, & precium utriuſq; inter ſe domini partiantur. Qui puteũ aut lacum *Foſſarum lex.*
fodiunt, diligenter curent, ut iniectis tabulis operiantur, non ut aquatio non ſit libera: ſed
ut abſit periculum, ne quid incidat. quòd ſi in talem foſſam non clauſam pecus alicuius il-
lapſum moriatur, precium eius domino ſolui debet. tecta quoq; circumſepienda ſunt obi-
cibus, qui non quenquam prolabi ſinant ac decidere. Depoſitum tanquam rem ſacram ac *Deut. 24.*
diuinam qui accepit, cuſtodiat, & uemo eius commiſſorẽ fraudare ſuſtineat, neq; uir, neq; *Depoſiti lex.*
mulier, etiamſi nemine coarguente ingentẽ auri uim lucrifacturus ſit. in uniuerſum enim
danda eſt opera ut ſuam quiſq; conſcientiam ſciens rectè faciat, & ipſe ſibi ſatis locuples te-
D ſtis omnia agat quæ ipſi laudem pariant ab alijs. Præcipuus aũt Dei reſpectus habendus eſt,
quem nemo malus poteſt fallere. quòd ſi abſq; dolo malo cui commiſſum eſt id perdide-
rit, accedens ad ſeptem iudices, iureiurando Deum teſtem faciat, quòd nihil ſua uoluntate
aut malicia ſit perditũ, nec uſum ſe parte depoſiti: atq; ita abſolutus abeat. quòd ſi uel mi-
nima cõmiſſorum parte uſus pòſt perdiderit, ad reddendũ quod accepit, in ſolidũ condem-
netur. Idem ius eſto de mercedib. quæ parantur labore corporis. Cauendum ne quis ui- *Ibidem.*
rum pauperẽ mercede ſua defraudet, memor quòd is uice agri & facultatũ hoc à Deo ſorti- *Mercedis lex.*
tus ſit. proinde nõ procraſtinãda ſolutio, ſed eadem die ſoluẽdum, cùm conſtet, Deum nol
le ut operarius laboris ſui fructu careat. Liberi ob parentum iniquitatẽ puniẽdi non ſunt, *Ibidem.*
nimirùm propter ſuã uirtutem digniores miſeratione, quòd è talibus nati ſint, quàm odio *Pœnarum lex.*
E propter illorũ uitia. Neq; patribus peccata filiorũ ſunt imputanda, qui contempta parentũ
diſciplina multa ſibi permittunt facere. Spadones abominare & auerſare, qui uirilitate & *Spadonum lex.*
genitura ſe ipſi priuauerunt, quam nobis Deus ad incremẽtum noſtri generis tribuit. fugã-
di ſunt tanquam qui natos ſuos necauerint, & ante ipſos id perdiderint, quod ipſorũ fuiſſet
cauſa. Satis enim conſtat, quòd effœminato primùm animo etiam corpora effœminauẽ-
rint. ſimiliter abhorrere oportet, quicquid inter portenta ducitur. Caſtrare nec hominẽ
licet, nec ullũ aliud animal. Hæ pacis leges & inſtituta ſunto, & Deus propitius inconcuſ-
ſam eam & imperturbatam conſeruabit. abſit autem ut ullum tempus ueniat quod hæc
innouet, & in contrariam formam transferat. Quoniam autem neceſſe eſt homines uel *Moyſis in legẽ belli præfatio.*
ſponte uel inuitos in turbas ac pericula incidere, age etiam de his pauca præcipiamus, ut
F ſcientes quid opus facto ſit, cùm uſus erit, in promptu habeatis ſalutaria conſilia, nec ſitis
hac parte imparati in ipſo temporis articulo. Faxitq; Deus, ut terram quam uobis pro la-
bore ueſtro ac uirtute dedit, in pace & tranquillitate colentes poſſideatis, nec hoſtibus in-
curſantibus, nec domeſtica ſeditione turbãte, quæ abrogatis patrũ legib. & inſtitutis, in cõ-
trariam diſciplinã uos inducat: utq; in perpetua legũ à Deo comprobatarum obſeruatione
permaneatis. Bella uerò uel uobis uel ueſtris poſteris gerenda, extra fines Deus auertat.

Cæte-

Deut. 20. Caduceatorum lex.

Cæterùm cùm bellum inſtabit, caduceatores primùm ad deſtinatos hoſtes ſunt mittendi. A decet enim ante arma uerbis ad eos uti, docendo quòd quamuis & copiæ uobis adſint numeroſæ, & equi, & arma, & ſuper omnia Deus auxiliator propitius, mauultis tamen non cogi ad bellum, neque ex rebus illorum direptis ingrata lucra quærere. Et ſi quidem quod æquum eſt perſuaderi ſibi patiantur, præſtat pacem inuiolatam ſeruare: quòd ſi plus ſuis uiribus tribuentes ius in armis reponant, exercitum contra eos educite, imperium Deo com-

Militiæ dux unus eſto.

mittentes, creato uno aliquo forti uiro qui uicarius illi ſit, & quaſi proimperator. multorum enim imperium non modò moram affert rebus ſtrenuè gerẽdis, ſed non rarò plus nocet quàm prodeſt. Delectus autem habendus eſt uirorum tantùm robore tam animi quàm corporis præſtantium: ignaui uerò minimè admiſcendi, ne dum res armis geritur, in fugam

Immunes à militia quinam.

auerſi hoſtium conditionem potiorẽ faciant. Immunes aũt ſint à militia, qui ædificata no- B ua domo nondum integrum annũ illa ſunt uſi: tum qui plantata uinea nondum ex ea fructus perceperunt: & præter hos qui deſponſata uxore nondum eam domum duxerunt: ne harum rerum deſiderio ſibi parcentes, & ſeruantes ſe relictis uoluptatibus, in gratiam uxo-

Arboribus frugiferis parcendum.

rum parum fortiter rem gerant. Caſtris aũt poſitis, cauete ne quid aſperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem, ſi deſit materies ad machinarũ fabricam, ne deglabretis terram frugiferas arbores excindendo: ſed parcite, non ignorantes in uſum hominum iſta creata, & ſi uox eis daretur expoſtulatura uobiſcum, quòd, cùm ipſa belli cauſa non fuerint, iniu-

Victoriæ lex.

ſtè affligantur, mutatura domicilium, ſi liceat, & aliò migratura. Victores in prælio facti eos qui in aduerſa acie ſteterunt, cædite; cæteros tributarios futuros ſeruate, excepta Cha-

Chananæi extirpandi.

nanæorum gente. hi enim cum totis familijs ſunt delendi. Cauete autem, maximè in bel- C lo, ut neque mulier habitu uirili utatur, neque uir ſtola muliebri. Hæc ſunt inſtituta quæ Moyſes reliquit. Leges uerò antè quadrageſimo anno conſcriptas tradidit: de quibus in a-

Deut. 22. Veſtitus lex ſexui.

lijs commentarijs dicemus. Sequentibus deinceps diebus (nam continenter conciones aduocabat) fauſta omina eis tradidit, necnon infauſta in eos qui neglectis legibus aduerſus

Deut. 30. 31. 32. 33. 34.

carum præſcriptum agerent. deinde carmen hexametrum eis recitauit, quod ſcriptum reli-

De Moſis carmine.

quit in ſacro uolumine, continens prædictionem futurorum, ſecundum quam omnia facta ſunt, atque fiunt, euentis nuſquam non congruentibus. Hæc uolumina & arcam ſacerdotibus tradidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis ſcripta repoſuerat, & præter ea tabernaculum. populo etiam mandauit, ut occupata terra & fixis ſedibus, non obliuiſceretur iniuriæ ab Amalechitis acceptæ: ſed expeditione in eos ſuſcepta pœnas repoſceret D

Deut. 27. 28. Moyſes populo fauſtas precationes diras q; præſcribit.

pro damnis in deſerto ſibi illatis. Capta autem Chananæa, & omni multitudine eius, ut par eſt, deleta, aram erigere iuſſit ad ſolem orientem obuerſam, non procul à Sicimis urbe inter duos montes, dextrum Garizeum, ſiniſtrum Gibalem: diuiſasq; copias in ſenas tribus ſuper duobus montibus conſiſtere, & unà cum illis Leuitas ac ſacerdotes. & primùm illos in Garizeo precari omnia fauſta leges Dei & religionem ſeruantibus, & Moyſis conſtitutiones non uiolantibus: alteros uerò acclamationibus hoc approbare: & rurſum his precantibus illos acclamare. deinde pari modo tranſgreſſoribus execrationes inferre, ſuccinentes ſibi inuicem, ab alteris dicta comprobantes. & tam fauſtas ominationes quàm deuotiones in literas retulit, ut in perpetuum eas diſcere liceat: quas & huic aræ inſcripſit ex utroq; la-

Deut. 29. Moyſes populũ in uerba legis adigit.

tere, quà populus iuſſus eſt ſtare, & holocautomata offerre, & poſt eam diem nunquam a- E lias uictimas imponere: neque enim fas eſſe. Hæc ſunt quæ Moyſes præcepit, & quæ Hebræorum gens indeſinenter obſeruat. Poſtridie pupulo cum uxoribus & liberis in concionem collecto, ne mancipijs quidem excluſis, iureiurando eos ad legum cuſtodiam adſtrinxit: utq; Dei mentem diligenter expendentes, neque cognationis gratiam, neque periculorum metum, neque ullam omninò aliam cauſam tanti facerent, ut eam potiorem legibus ducentes, ab earum præſcriptis diſcederent: ſed ſiue conſanguineorum unus aliquis, ſiue urbs quæpiam, circa eas turbare aliquid, aut ſtatum earum labefactare conetur, priuatim & publicè illis periclitantibus auxilium ferrent: quam ſi uiciſſent, à fundamentis ut deſertricem reuellerent, & ne ſolum quidem deſperatorum ipſius, ſi fieri poſſet, ſupereſſe paterentur. ſin uerò id efficere non ualerẽt, nec pœnas meritas exigere, ſaltem teſtarentur ſe impie- F tati alienæ non conſentire. hæc populus iureiurando firmauit. Poſthæc docebat eos quomodo ſacrificia Deo gratiora fierent: & quomodo expeditiones ſuſcipiendæ, captato ſigno

Ieſus uaticinatur.

ex lapillis, de quibus iam diximus. Sed & Ieſus ſuperſtite etiam tum & præſente Moyſe uaticinatus eſt, quicquid pro ſalute populi geſturus erat, uel foris bello adminiſtrãdo, uel domi ferendis legibus: & ad uiuendi rationem recèns inſtitutam eos præparans, diuino mõ-

hitu

A nitu se prę sagire aiebat, eos uiolata sua religione incursuros in mala. nam & regionem ipsorum armis exterorum opplendam, & urbes diruendas, & templum incendendum, & ipsos sub hasta uictoris uenundandos, seruituros q; gentibus, quæ afflictorum nulla miseratione tangerentur: actum demum seram atq; mutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamen ipsorũ conditorem, & urbes suis ciuibus & templum populo redditurum. Hæc aũt fore ut non semel tantùm amittant, sed sæpius. Deinde Moyses exhortatus Iesum, ut in Chananæos exercitum duceret, affuturumq; cœptis eius Deum pollicitus, & uniuerso populo omnia fausta ominatus: Quoniam, inquit, ad patres nostros abeo, & Deus hanc mihi diem abitus præfiniuit, gratias illi uiuens adhuc & uobis pręsentibus ago pro cura ac prouidentia quam de rebus uestris hactenus habuit, non solùm depellendis aduersis, sed com- *Moysis uerba nouissima. Deut. 32.*

B modis etiam largiter exhibendis: & quia laborem meum ac solicitudinem, dum uestrum statum in meliorem fortunam reducere conor, propitius semper adiuuit: imò uerò ipse & exorsus est rem & absoluit, ministro usus & uicario in obeundis quæ ad uestram felicitatem pertinere uisa sunt. Quapropter æquum est, ut priusquam decedam, eius potentiæ, qui & in posterum uobis non deerit, dignas laudes rependam, meq; hoc debito exoluam, uestræq; memoriæ commendem, quòd hunc solum colere & uenerari conuenit: & leges eius habere in precio, ut quæ omnibus reliquis donis iam acceptis, aut in posterum à propitio conferendis, longè sint anteponendæ. Grauis enim aduersarius est uel homo legislator, si constitutionibus suis autoritatem adimi sentiat. Dei uerò indignationem absit ut experiamini, quæ legibus ipsius contemptis excitari posset. Hæc postrema uerba Moyse loquente,

C & singulis tribubus sua fata aperiente, uniuersa multitudo in lachrymas erupit, ut & mulieres plangentes dolorem ob futuram ipsius mortem conceptum declararent. quin & pueri præ mœroris impotentia plorantes præ se ferebant, quòd tanta esset uiri uirtus ac magnificentia, ut ne illam quidem ætatem latére posset. Itaque certamen quoddam erat inter minores & grandiores, utros maior haberet mœsticia. alteri enim intelligentes quali orbarẽtur antistite, futuram suam conditionem lamentabantur: alteri hoc ipsum lugebant, quòd priusquam eius uirtutem satis degustassent, iam carendum eo, seq; destituendos uidebant. Quantus aũt fuerit populi ploratus & querimoniæ, coniecturam capere licet ex eo, quòd tum prophetæ accidit. Quamuis enim persuasissimum semper habuisset, non esse instante morte dolendum, ut quæ pręter Dei uoluntatem ac naturæ leges non ueniat: uiso tamẽ *Hebræorum luctus ob Moysis mortem instantem.*

D affectu populi, à lachrymis temperare non ualuit: dum uerò eò proficiscitur ubi disparitus erat, omnes cum fletu sequebantur. Tum Moyses his qui longiùs aberant, manu mota significauit, ut consisterent: propiores autẽ rogabat, ne excessum suum lachrymabilem facere pergerent, cum fletu prosequendo. Illi uerò & hanc extremam gratiam ei referendam existimantes, ut quemadmodum cupiebat, seorsum secederet, continuerunt se inter se lachrymantes. Solus autem senatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Iesus. Vt uerò in monte Abari uocato constitit, qui celsus è regione Hierichuntis attollitur, & optimæ maximæq; partis terræ Chananæorum prospectum exhibet, senatum dimisit. Cumq; post mutuos complexus Eleazaro ac Iesu ultimum ualè diceret, inter loquendum repentina nube circundatus in uallem quandam est ablatus. In sacris autem uolumi- *Moysis exitus.*

E nibus scripsit se mortuum, ueritus ne propter excellẽtem eius uirtutem à Deo raptum prædicarent. Vitæ eius tempus uniuersum centum uiginti annorum fuit, cuius tertiam partem in imperio exegit, uno mense minus. Mortuusq; est ultimo anni mense, die prima mẽsis, qui à Macedonibus Dystrus dicitur, à nostris uerò Adar: uir omnium quotquot unquã fuêre prudentissimus, & qui consilia bona optimè nosset exequi: adhæc eloquentia & in tractando populo gratia & dexteritate insignis: affectus quoque ita semper in potestate habuit, ut omninò illis carere uideretur, & nomina tantùm eorum ex his quæ in alijs hominibus conspiceret, cognita habere. Imperator idem cumprimis bonus, uates uerò qualis nemo alius, ut omnia eius uerba uim oraculorum obtinerent. Quapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quicquam tristius accidit, quàm tunc Moysis mors. nec *Moysis uitæ dies. Moysis à uirtutibus commendatio. Adar Hebræis 12. mensis, nobis Martius dictus. Moyses imperator & uates.*

F in præsens tantummodò sui desiderium reliquit, sed maximam apud omnes existimationem, quotquot leges eius euoluere cõtigit, dum eius uirtutem ex illis æstimant. Atque hæc sunt quæ de Moysis exitu dicenda habuimus.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER QVINTVS.

Quomodo Iesus Hebræorum imperator debellatis ac cæsis Chananæis, terram eorum sorte diuisit tribubus. CAP. I.

A.M.2494. Ante Chr. nat. 1477.

POST Moysem, quemadmodum dixi, ex hominibus sublatum, officiumq; memoriæ uiri exhibitum, sedato luctu, Iesus iubet copias ad expeditionem instrui: mittitque exploratores in Hierichuntem, quò mentem eorũ & uires cognosceret: castra deinde mouet, maturè Iordanem traiecturus. mox conuocatis Rubelidis & Gadidis tribuũ principibus, atq; etiam Manassetidis (nam & huic tribui dimidiatæ Amoræam habitare permissum erat, quæ fuit Chananææ pars septima) reuocauit eis in mentem quid Moysi fuissent polliciti: rogauitque ut in eius gratiam, qui ne ultimo quidem uitæ tempore prospicere eis defatigatus fuisset, & propter communem utilitatẽ, alacriter præstarent quæ imperarentur. illis uerò imperata haud grauatim facientibus armatis quinquaginta millibus, ab Abila ad Iordanem sexaginta stadia castra promouit: quæ postquam metatus est, commodùm speculatores aderant, omnibus apud Chananæos exploratis. ignoti enim à principio, totam illorum urbem per ocium cõsiderauerunt, & mœnia qua parte magis aut minus erant munita, & portarum quænam assultum minus ferre possint, & capi essent faciliores. nec quisquam obuiorum spectantibus singula fuit molestus, dum curiositatem hospitum consuetam interpretantur, nec hostile quicquam suspicantur. Vt uerò sub uesperam secesserunt in quoddam diuersorium non longè à mœnibus, in quod primùm fuerant deducti, iamq; cœna peracta de reditu cõsultabant, indicatum est regi cœnanti, uenisse speculatum urbem quosdam è castris Hebræorum, & nunc diuertentes apud Rachaben hoc tantùm curare quomodo latenter se subducant. Ille uerò confestim mittit qui eos comprehendant, quæstioni admouendos ut causam aduentus sui aperiant. quos ubi aduentare Rachabe cognouit, fortè enim lini manipulos siccabat in mœnibus, speculatores his contexit. missis autem à rege dixit, hospites quosdam ignotos paulo ante solis occasum apud se cœnatos discessisse: qui si suspecti essent regi, quasi detrimentum aliquod reipublicæ allaturi, paruo negotio posse ab insequẽtibus de uia retrahi. Tum illi decepti à muliere, quam uerè loqui putabant, ne perscrutati quidem diuersorium abierunt. & excurrentes per uias quibus ueri simile erat eos discedere, & quæ ad flumen ducebant, uestigio nullo inuento, laborare destiterunt. Sedato aũt tumultu, Rachabe deductos de mœnibus, & admonitos quanto suo periculo saluti eorũ consuluisset, ut quæ in dolo deprehensa pœnam capitis cum tota familia regi erat datura, rogatosq; ut occupata terra Chananæa memores beneficij gratiam sibi rependerent pro accepta salute, iussit ut abirent: iureiurando priùs delato, quòd expugnata urbe, & alijs secundum ipsorum decretum internecioni traditis, mulieri suisq; salus manebit incolumis. hunc.n. euentum sibi Deum iamantè significasse. Illi & in præsens ei gratias agunt, & in futurum relaturos iureiurando confirmant, & hoc consilium dant, ut cùm præsenserit urbem expugnandam, contractis facultatibus & propinquis omnibus intra diuersorium, uestem coccineam pro foribus expandat. Imperatorem enim edicto inhibiturum, ne quis eam domum lædere audeat, quo datæ sibi salutis gratiam recipiat. Quòd si aliquis ex eius propinquis in pugna caderet, ipsius culpam fore, non suam: neque se ad eius incolumitatem præstãdam iureiurando teneri uelle. His conditionibus discessum est, cùm se fune de mœnibus demisissent: reuersique ad suos, rem totam ut erat acta, narrauerunt. Tum Iesus pontifici Eleazaro cum senatu indicat quid exploratores Rachabæ iurauerint: eorumq; autoritate iusiurandum ratum est habitum. Imperatore aũt solicito de traiectu (amnis enim auctus aquis fluebat, & cùm pontem nõ haberet, ne fabricari quidẽ hostis passurus uidebatur, nec naues ullæ præstò aderant) Deus se illis transitum procuraturũ promisit, fluentis eius imminutis.

Itaq;

Iesus exploratores Hierichuntem mittit;

& Rubenitis, simul & Gaditis promissionem Moysi factam renouat.

Speculatores in mandatis acceptis exequuntur.

Rachaba exploratores excipit, deinde dimittit.

Rachaba speculatores sui officij monet.

Speculatorum gratiarũ actio, & promissio de beneuolẽtia Rachabæ referenda.

Iosuæ 2.

A Itaq; Ieſus poſtquam duos dies expectaſſet, copias omnes ad hunc modum in ulteriorem ripam traduxit. Sacerdotes cum arca agmen præcedebant, poſt eos ibant Leuiæ portantes tabernaculum & uaſa ſacrificijs deſtinata. Sequebatur deinde totum agmen in ſuas tribus diſtinctum, receptis in medium mulieribus ac pueris, quo tutiores eſſent ab impetu fluminis. Vt uerò ſacerdotibus primis ingreſſis uadabile eſt uiſum, quòd & aqua decreuiſſet, & glarea nõ ampliùs ui undarum uolueretur, ſed ſtabile ſolum exciperet ueſtigia, omnes iam intrepidè uadum tranſibant, tale redditum cernentes quale Deus promiſerat. ſteteruntq; in aluei medio ſacerdotes, donec tranſiret multitudo, & in tuto conſiſteret. Quod ubi factũ eſt, & ipſi egreſſi fluuium, liberum ei ſolitum curſum reliquerunt: qui confeſtim auctus, ad priſtinam aquarum molem redijt. Exercitus autem quinquaginta ſtadia progreſſus, ad de-
B cimum ab Hierichũte ſtadium caſtrametatus eſt. Porrò Ieſus ara extructa è lapidibus, quos ſinguli tribuum principes ex alueo propheta iubente ſuſtulerant, ut monumẽtum eſſet refrenati fluminis, ſacrum in ea Deo fecit: & paſchæ ſolennitas eo loci celebrata eſt, omnibus rebus iam affluentibus, quarum penuria hactenus laboratum fuerat. Nam & ſegetes Chananæorum maturas tum demetebant, & alias prædas abigebant. Eodem enim tempore & manna eis defecerat, poſt annum ex quo ea primùm uti cœperãt quadrageſimum. Cumq; hæc omnia Iſraëlitæ facerẽt, nuſquam occurrentibus Chananæis, ſed intra mœnia præ metu ſe continentibus, oppugnare urbem eorum Ieſus decreuit. Itaque prima die feſtiuitatis, ſacerdotes arcam geſtantes, ſtipati armatorum cuſtodia, acceſſerunt ad urbem ſeptem cornubus clangendo, & ad uirtutem ſuos adhortando circumambulabant mœnia ſenatu co-
C mitante, nec aliud quicquam faciendo, quàm quòd inflarent cornua, retrò in caſtra reuertebantur. Cumq; per ſex continuos dies idem feciſſent, ſeptima Ieſus contractis in unum copijs, reliquo populo conuocato, lætum illis affert nuncium, urbem ea die ſine labore capiendã, Deo hanc in poteſtatem ipſorũ tradente, & ruentibus ſua ſponte mœnibus, facilem aditum aperiente. iuſſitq; omnes occidi quotquot in manus militũ deuenirent, & neq; laſſitudine, neq; miſeratione, neq; prædæ cupidine à cędibus auocari, aut effugium ullum hoſtibus permittere: ſed quicquid ſpiritum uitalem haberet extinguere, nihil in prædam aut proprium emolumẽtum ceſſurum ſeruando. Quicquid autem auri ac argenti repertum fuiſſet, in unum comportari uoluit, ut primitiæ ob rem feliciter geſtam ſpolia de primùm capta urbe Deo dedicarẽtur: ſolam autem Rachaben cum ſua cognatione ſeruari, propter
D iuſiurandum ab exploratoribus acceptum. Hæc locutus inſtructum exercitum ad muros admouet. urbem deinde rurſum circumambulant, præcedentibus cum arca ſacerdotibus, & cornuum claſſico militem ad aggrediendum opus incitantibus. Cumq; urbe ſepties circumdata pauliſper conſtitiſſent, collapſa ſunt mœnia, nec machinis admotis, nec ulla alia ui ab exercitu illata. Hebræi uerò nullo negotio per ruinam irrumpẽtes in Hierichuntem, omnes promiſcuè cædunt, inopinato mœnium caſu conſternatos, & ſtupore ad pugnam inutiles: paſſimq; cadaueribus uiæ ſternebantur, nullum nec præſidium nec effugium incolis inuenientibus, ita ut ne fœminis quidem parceretur ac pueris. repletaque trucidatis urbs, & poſtremò incenſa, rogum defunctis præbuit, in agros quoque pari ſequente incendio. Rachaben uerò cum domeſticis qui in diuerſorium confugerant, exploratores periculo exemerunt: ac mox ad Ieſum adductæ, gratiæ ſunt ob obſeruatos ſpeculatores actæ, dicẽ-
E te ſe meritis illam præmijs remuneraturum. moxq; agris donatam, in honore ſummo habuit. Reliquias autem urbis quæ incendio ſupererant, ferro diruit, diris execratus quiſquis uaſtatam inſtaurare aggrederetur: nimirum ut prima fundamenta iaciens orbaretur filio primogenito, & abſoluto opere natu minimum è liberis amitteret. Nec irritam eſſe uoluit Deus imprecationem, ſicut ſuo loco dicetur. E direptione autem ingens uis argenti ac auri, atque etiam eris in unum aceruum eſt redacta, nemine edictum non obſeruante, aut ſibi prædam ac lucrum inde quærente. Eas manubias Ieſus ſacerdotibus in theſauros reponendas tradidit. Ac Hierichuntis quidem excidium in hunc modum ſe habuit. Achar au-
F tem quidam Zebediæ filius ex tribu Iudæ, nactus paludamentum regium totum ex auro contextum, & maſſam auri ducentorum ſiclorum pondo: & iniquum ratus ſi nullum periculi precium ad ſe rediret, ſed oblatũ à fortuna lucrum Deo nihil talibus rebus opus habenti offerret, intra tentoriũ in cauũ profundum defodit, putãs ſicut commilitones, ita & Deum ſe poſſe fallere. Erant tum caſtra in loco qui uocatur Galgala, uoce libertatem ſignificante. Tranſgreſſi enim fluuium, tandem ſe ab Aegyptijs & ab ærumnis in deſerto exantlatis liberatos cognoſcebant. Paucis aũt pòſt diebus quàm Hierichus eſt exciſa, mittit Ie-

Iordanem traijciunt Hebræi.
Arca fœderis.
Tabernaculum.
Ioſ. 4.
Ara ex duodecim lapidibus extruitur, & Paſcha celebratur.
Manna defecit. Ioſ. 6.
Hierichuntis euerſio.
Ieſus Hebræis cõuocatis, aperit Dei decretũ, ſibi patefactum, de urbis Hierichuntinæ ruina.
Rachaba, cæteris internecioni adiudicatis, ſeruatur.
Hierichuntis excidium.
I. 7.
Acharis ſacrilegium.
Galgala locus. Ioſ. 5.
Hebræi ab Aina-

tis cladem accipiunt. ſus tria millia militum ad urbem Ainam ſupra Hierichuntem ſitam: qui cum Ainatis prælio congreſſi, & in fugam uerſi, triginta ſex è ſuis deſiderauerunt. Huius incommodi accepti nuncius poſtquam in caſtra peruenit, magnam grauemque mœſticiam attulit: non tam propter amiſſos, tametſi omnes uiri fortes & honore digni fuerant, quàm propter deſperationem. Credentes enim ſe iam ea regione potitos, & illę ſum exercitum habituros, ut Deus promiſerat, nunc elatos hoc ſucceſſu animos hoſtiũ uidebant. Itaq; ſaccos induti, per totam diem hoc habitu in luctu ac lachrymis perſeuerabant: nullaq; interim corporũ curandorũ ratione habita, totos ſe dolori dediderant. Ieſus autem uidens exercitum ſic affectum, & nihil læti amplius ſperantem, cum fiducia Deum alloquitur: Nos, inquit, non noſtra temeritate adducti ſumus, ut terram hãc armis ſubigere conaremur, ſed Moyſes ſeruus tuus ad hoc nos exciuit, cui multis atteſtantibus prodigijs pollicitus es, traditurum te nobis hanc terram poſſidendam, & exercitum noſtrum ope tua ſemper in conflictu aduerſarijs fore ſuperiorem, atque harum promiſſionum euentum non ſemel iam ſumus experti. Nunc autem præter opinionem clade accepta, & militibus aliquot deſideratis, hoc caſu territi, & de promiſſis tuis ac Moyſis hæſitantes, & à prælijs abſtinemus, & poſt talia belli exordia nihilo feliciores progreſſus ſperare poſſumus. Tu ergo Domine, potes enim, fer opem, & præſentem mœrorem uictoriam largitus adime, deſperationemq; in futurum attonitis eximc. Talibus orabat Deum Ieſus, in faciem humi prolapſus. Reſponſum deinde accipit, ſurgeret & luſtraret exercitum pollutum ſacrilegio & uiolata religione: hanc enim cauſam eſſe præſentis calamitatis. Inquiſitione autem facta, & pœna à ſacrilego exacta, Iſraëlitarum ſemper fore uictoriam. Hoc oraculum Ieſus populo indicat, & uocato Eleazaro pontifice ac magiſtratibus, ſortem per ſingulas tribus mittebat. Cumq; ſors in Iudæ tribum cecidiſſet, rurſum per cognationes eius mittebatur. & cùm in Sachariæ cognatione maleficium eſſet inuentum, eam rurſum uiritim examinantes, Acharem deprehenderunt. qui uidens non eſſe locum tergiuerſandi contra diuinum indicium, furtum faſſus, res furtiuas in medium protulit: moxq; affectus ſupplicio, noctu ignominioſæ ſepulturæ traditur, quemadmodum ſolent damnati iudicio publico. Ieſus autem luſtratum exercitum ad Ainam ducit, & noctu diſpoſitis circa urbem inſidijs, diluculò hoſtem ad certamen prolicit. Illis uerò audacter ob proximam uictoriam irruentibus, ſimulata fuga procul eos ab oppido abſtrahit, fuſum hoſtem exiſtimantes, & quaſi uictoria iam parta inſoleſcentes. Poſtquam autem ſubitò conuerſis copijs in faciem illis obſtitit, & alijs qui in inſidijs latebant ex compoſito ſignum datum eſt, coorti celeri curſu ad Ainam feruntur, & auerſam eius portam occupant, pleriſq; ciuium è muris ſuorum, ut tum putabant, uictoriam ſpectantibus: urbemq; ingreſſi, ſine diſcrimine cædem ingentem edunt. Interim alia parte Ieſus obuios in fugam uertit: qui urbem petentes integram adhuc rati, ubi hanc quoque ab hoſte captam ac cum uxoribus ac liberis incenſam animaduerterunt, per agros diſpalati, cùm ſibi inuicem præſidio non poſſent eſſe, alij alijs in locis ſunt oppreſſi. Poſt hanc Ainatarum cladem magna multitudo puerorum & mulierum atque mancipiorum capta eſt, & ſupellex ſine numero: pecudum item greges non modici, & inſuper ſignata pecunia multa: erat enim ea regio prædiues. atque hæc omnia Ieſus inter milites partitus eſt in eis caſtris quæ habuit ad Galgala.

Mos lugendi ueteribus uſitatus.

Ieſus apud Deũ expoſtulat de accepta clade;

ad eritis Dominus reſponſa dabat.

Achar ſorte deprehẽſus dat pœnã ſacrilegij.

Ainæ oppidi excidium.

Ainatæ obuij Ieſuæ, in fugã uertuntur, & oppriuntur.

Prædæ Ainatis ſubtractæ partitio à Ioſua inſtituta.

II. CAETERVM Gabaonitæ qui non longè à Hieroſolymis habitabãt, cognito Hierichuntiorum & Ainatarum caſu, iamq; in ſe iturum hoſtem ſuſpicati, Ieſum quidem precibus flectere non tentauerunt, fruſtra eas fore putantes apud eum qui internecinum bellum cum Chananæis gereret: ſed maluerunt uicinos Cepheritas & Cathieremitas in ſocietatem aſciſcere, dicẽtes nec ipſos poſſe euadere periculũ, ſi ipſi Cepheritæ priùs ab Iſraëlitis oppreſſi fuiſſent: quòd ſi ſuum cõſilium ſequantur, non deeſſe remedium. Quod ubi perſuaſerunt, mittunt legatos ad Ieſum de fœdere, quos maximè credebant ad negotium conficiendum idoneos. Qui periculoſum rati ſi ſe Chananæos faterentur, & multò tutius ſi nihil ſibi cum illis commune dicerent, ſed longè diuerſas ſedes habere: aiunt ſe fama uiri excitos, multorum dierum iter feciſſe, & hoc eſſe uerum ex habitu comprobabant. Veſtes n. quas uiam ingreſſuri nouas induiſſent, longo itinere detritas. Sumpſerant enim tritas data opera, ut ueriſimilia dicere uiderentur. Hoc habitu in concionem ingreſſi, dicunt ſe miſſos à Gabaonitis & uicinis urbibus, ab ea terra longiſſimè remotis, ut ſaluis patrijs inſtitutis, in amicitiam eorum uenirent. Comperto enim quòd Deus gratuito munere Chananæorum terram illis conceſſiſſet, gratulari ſe eis, & ius ciuitatis petere. His dictis, & oſtentatis ueſtibus in ſignum longi itineris, orabant ut in fœdus & amicitiam admitterentur.

Ioſ. 9. Gabaonitæ cũ Hebræis p fraudem fœdus faciunt.

Gabaonitarum oratio ad Hebræos.

Ieſus

A Ieſus autem credens eorum uerbis quòd Chananæi non eſſent, recipit eos in fidem & amicitiam: & Eleazarus pontifex cum ſenatu iurauit, habituros ſe eos pro amicis ac ſocijs, & nihil contra eos iniuſtum molituros, approbante id fœdus uniuerſo populo. Hoc aſtu uoti compotes, domum ad ſuos ſunt reuerſi. Ieſus autem exercitu ducto in ſubmontanum Chananææ tractum, cùm audiſſet Gabaonitas non longè à Hieroſolymis habitare, & eſſe Chananæorum generis, euocatis eorum honoratioribus, fraudem eorum incuſabat. Illis uerò excuſantibus non alium ſe modum ſalutis quærendæ habuiſſe, & ideo ad dolum uerſos neceſſitate cogente, Eleazarum pontificem & ſenatum conuocat. Cumq; decretum eſſet non uiolandam fidem iureiurādo ſancitam, ſed publicis miniſterijs deputandos, in hac conditione poſtea ſunt habiti: atque hoc pacto imminenti periculo ſe ſubtraxerunt. Cæ- *Ieſus amicitiæ fœdus cum Gabaonitis facit.*

B terùm cùm rex Hieroſolymitarū indignè ferret Gabaonitas ad Ieſum defeciſſe, & quatuor proximarum gentium reges ad bellum contra eos gerendum acciuiſſet: Gabaonitæ uidentes ſe peti, & hoſtes caſtris apud quendam fontem non longè ab urbe poſitis, ad oppugnationem expediri, Ieſum in auxilium aduocant. Nam eò tum res deuenerat, ut ab his perniciem expectarent: in illis uerò qui ad excidium Chananæorum uenerant, propter nouam amicitiam unicam ſpem ſalutis reponerent. Tum Ieſus cum toto exercitu in ſuccurſum properans, die & nocte itinere facto, diluculò parantes oppugnationem adoritur: cumq; terga uertiſſent, per decliue fugientes eſt perſecutus. Bethora is locus dicitur. Interfuiſſe huic prælio diuinum auxilium euidentibus prodigijs apparuit, cœlo tonante & crebris fulminum ictibus, grandine inſuper maiore ſolito ruente. Acceſſit & illud nunquam antea uiſum, quòd dies factus eſt longior, ne interuentu noctis uictori hoſtis eriperetur. quo factū C eſt ut Ieſus reges illos deprehenderit in ſpelunca quadam latebras quærentes iuxta Macchida, de omnibusq; ſupplicium ſumeret. Creuiſſe autem eam diem ultra conſuetum, extat relatum in ſacra uolumina, quæ in templo ſunt aſſeruata. Debellatis in hunc modum regibus qui Gabaonitas inuaſerant, Ieſus in Chananææ montana ducit exercitum: & magna in ea regione cæde edita, prædaq; abacta, exercitum reducit in Galgala. Cumq; latè per circumquaque ſitas regiones rumor de rebus Hebræorum fortiter geſtis ſpargeretur, deq; ſtupenda multitudine cæſorum, excitati ſunt in eos reges Libani accolæ, & ipſi Chananæi generis: & quantum Chananæorum campeſtria colit adſcitis Palæſtinis caſtra poſuerunt ad urbem Galilææ Berotham, non longè à ſuperiore Cædeſa, quæ etiam in Galilæorum agro D ſita eſt. erantq; omnes hæ copiæ, peditum trecenta millia, equitum decem millia, curruum uiginti millia: quæ tanta hoſtium multitudo, adeò tam ipſum Ieſum quàm cæteros Iſraelitas terruit, ut præ metu minimum à deſperatione abeſſent. Sed cùm Deus exprobraſſet eis formidinem, & quòd eius præſidio ſe non tam tutos putarent, pollicitusq; uictoriam, equos captiuos eneruari & currus incendi iuſſiſſet: concepta ex his promiſſis fiducia, ducit in hoſtem: quem die quinto adeptus pugnādi copiam facit. fitq; conflictus ualidus, & ſtrages maior quàm ut facilè credi poſſit eſt edita. In fuga quoq; plurimi ceciderunt, ut præter paucos totus hoſtilis exercitus interierit. Reges etiam ad unum omnes ſunt cæſi: adeóque ſæuitum eſt in uictos, ut hominibus ſublatis in equos ferrū exercerent, & currus exurerent. Totā deinde regionem peruagatus eſt, nemineq; audēte congredi, expugnabat oppida, & E quotquot ad manus ſuas peruenirent interficiebat. Iamque quinto huius belli anno exacto, Chananæorum nemo ſupererat, niſi ſi qui in loca munitiſſima confugerant. Ieſus autem caſtris è Galgalis in montana tranſlatis, ſacrum tabernaculum in urbe Silunte fixit: quòd is locus propter pulchritudinem uiſus ſit idoneus, in quo tantiſper maneret, dum maior commoditas ædificandi templi ſe præberet. Inde cum omni populo profectus uerſus Sicima, altare ita ut Moyſes præceperat ſtatuit: & diuiſo exercitu, in Garizæo monte dimidium eius collocauit, & in Gibale alterum dimidium, in quo altare erat cum Leuitis ac ſacerdotibus. ubi mactatis uictimis, execrationibuſque peractis & in altari inſculptis, in Siluntem ſunt reuerſi. IESVS autem iam ſenex, cùm uideret Chananæorum urbes penè III.

F inexpugnabiles, tum propter ſitum natura tutum, tum propter munitiones ad fruſtrandos hoſtium conatus arte additas (nam cognito Iſraëlitarum ex AEgypto exitu, ad ſuum excidium toto illo tempore in muniendis oppidis occupati fuerant) conuentu populi in Siluntem indicto concionem aduocat. Cumq; frequens concurſus factus eſſet, res hactenus fortiter ac feliciter geſtas recenſuit, quales par erat Dei auſpicijs à populo præclaris legibus obſequente geri: reges triginta & unum auſos manus cōſerere deuictos, exercitusq; potētiſſimos prælio ſuperatos, & internecione cæſos, ut ne reliquiæ quidem generis ſupereſſent.

Regem Hieroſolymitarū Gabaonitis bellum infert. Ioſ. 10.

Gabaonitæ Hebræorum opem implorant.

Ieſus Hieroſolymitas prælio uincit. A. M. 2500. Ante Chr. nat. 1471.

Regum quatuor interitus. Macchida.

Ioſ. 10.

Ieſus exercitū in montana ducit.

Reges Chananæi Hebræis bellum faciunt.

Cædeſa. Chananæorum exercitus.

Iſraelitas Deus formidinis et diffidentiæ redarguit.

Reges Chananæorum cæſi omnes.

Chananæa regio tota uaſtatur.

Ioſ. 13. 14. 18.

Ieſus concionem conuocat.

Cæterùm quoniam ex urbibus aliæ captæ eſſent, aliæ munitiores, & ob hoc obſtinatiores A
lõga oppugnatione opus haberent: cenſuit eos qui ex regione ultra Iordanem ſita in communem expeditionem profecti fuerant, & propter cognationem ſocios periculorum ſe adiunxerant, gratijs priùs actis ad proprias ſedes remittendos. deinde ex ſingulis tribubus ſingulos teſtatæ probitatis uiros eligendos, qui regionem totam permenſi, bona fide & abſq; dolo magnitudinem eius renunciarent. In eam ſententiam itum eſt ab uniuerſo populo: moxq; eos uiros miſit ad metiendam terram, adiunctis ad eos quibuſdam geometriæ peritis, qui propter hanc ſcientiam errare ac falli non poterant: hisq; mandata dedit, ut æſtimationem agrorum ſecundum bonitatem terræ facerent. Nam Chananææ natura talis eſt, ut uidere liceat campos magnos, & frugum ac fructuum feraciſſimos, qui collati ad aliam terram, admodum uberes uideri poſſent: quòd ſi ijdem ad Hierichuntinũ aut Hieroſolymitanum agrum conferantur, iam non magni precij uidebuntur: cùm tamen hi agri parui ſint, & bona ex parte montani, ſed quantũ ad fertilitatem attinet, nullis alijs ſecundi. Hanc ob rem uoluit ſecundum æſtimationem potius quàm ſecundum menſuram ſortitionem fieri, quòd nonnũquam unum iugerum mille alijs ualeat. Decemuiri autem huic negotio deſtinati, perluſtrata regione, & æſtimatione terræ peracta, ſeptimo menſe reuerſi ad eum in Silũtem, ubi tum tabernaculi ſedes erat. Tum Ieſus aſſumpto Eleazaro cum ſenatu ac tribuũ principibus diuiſit regionem nouem tribubus & Manaſſitarũm dimidiæ parti, cuiq; tribui pro eius magnitudine agrum admetiens. cumq; ad ſortes uentum eſſet, tribui Iudæ obuenit tota ſuperior Iudæa, pertinẽs uſq; Hieroſolyma: latitudo uerò eius Sodomiticũ lacum attingebat. In hac ſorte urbes erant Aſcalon & Gaza. Secundo loco Simeonis ſortita eſt Idumææ partem AEgypto & Arabiæ conterminam. Beniamitæ deinde regionem ſortiti ſunt, quæ à Iordane amne uſq; ad mare protenditur: latitudo uerò eius patet Hieroſolyma inter & Bethela. anguſtiſſima autem hæc ſors fuit, propter agri bonitatem. Hieroſolyma enim & Hierichuntem acceperũt. Ephræmi autẽ tribus terram à Iordane uſq; ad Gadara in longum protenſam ſortita eſt, in latum patentem à Bethelis uſque ad magnum campum. Manaſſetidis item dimidia pars agrum à Iordane uſq; ad Dora urbem, latitudine uſq; ad Bethſana, quæ nunc Scythopolis uocatur. Poſt hos Iſacharis in longum patẽtem à flumine uſq; ad Carmelum mõtem, latitudinis uerò mons Itabyrius fuit terminus. Zabulonitæ uſq; ad Geneſaritem lacum terram Carmelo & mari contiguam ſunt ſortiti. Quæ autẽ regio poſt Carmelum ſita eſt, conuallis ex re nomen habens, tota Aſſeritis ceſſit, quà ad Sidonem eſt D
obuerſa. In hac portione fuit urbs Arce, alio nomine Actipus. Quæ uerò ad orientem ſpectant uſq; ad Damaſcum urbem, & ſuperior Galilæa Nephthalitis obtigit, uſq; ad Libanum montem, & Iordanis fontes, qui ex hoc monte oriuntur, quà fines ſunt Arces urbis uerſus ſeptemtriones ſitæ. Portrò Danitæ adepti ſunt quicquid uallis ad occidentem ſolem uergit, Azoto & Doris terminati. horũ eſt Iamnia tota & Gitta, & totus ager qui ab Acarone pertingit uſq; ad montẽ à quo Iudæ tribus initiũ fecit. Ad hunc modũ ſex gentiũ à filijs Chananæi denominatarũ regionem Ieſus diuiſit, & nouem cum dimidia tribubus habitandam dedit. Amoræam enim, & ipſam ab uno ex filijs eius dictam, Moyſes iam antè duabus cum dimidia tribubus diuiſerat, ut ſuprà diximus. Sidoniorũ aũt, Arucæorũ, Amathæorũ & Arithæorũ agri nihil ad hanc diuiſionem pertinuerũt. Cæterùm Ieſus ætate iam defecta, cùm E
non ualeret conſilia ſua per ſe exequi, & qui uicem eius gerebant, negligentiùs rempub. adminiſtrarent, præcepit unicuiq; tribui, ut ex ſua ſorte Chananæorum reliquias tolleret. In hoc enim cõſiſtere & ipſorum ſecuritatem, & diſciplinæ ac religionis incolumitatem: idq; eos non ex Moyſi tantùm monitis, ſed ſuomet experimento didiciſſe: deinde ut Leuitis trigintaocto deſtinatas urbes redderent: iam enim decem in Amoræa trans flumen acceperant, ex his in tribus, profugis receptacula ſunt inſtituta. nihil enim magis erat curæ, quàm ut nuſquam à Moyſis præſcriptis recederetur. hæ fuerunt, in tribu Iudæ Hebron, in Ephræmi Sicima, in Nephthalitide Cẽdeſis, quæ eſt in ſuperiore Galilæa. Poſt hæc quod de præda in reliquum erat diuiſit: ſupererat enim permultum. unde non mediocris diuitiarum acceſſio & publicè & priuatim facta eſt, tantùm erat auri & ueſtimentorum ac reliquæ ſupellectilis: tantùm etiam iumentorũ ac pecudum, ut numero comprehendi non poſſent. Poſthæc aduocato in concionem exercitu, ad eos qui ex regione ultra Iordanem ſita unà militabant numero quinquaginta millia, in hanc ſententiam locutus eſt: Quoniam Deus & pater qui eſt dominus Hebræorum generis, terram hanc & acquirere dedit, & in perpetuum manſuram nobis promiſit: uoſque opem ueſtram indigentibus ex mandato

De agri Chananæi diuiſione.

Terræ Channã natura.

Tribus Iudæ ſors.

Simeonitarum ſors.

Beniamitarum ſors.

Ephræmitarum ſors.

Manaſſenſium ſors.

Iſacharianorũ ſors.

Zabulonitarum ſors.

Aſeritarũ ſors.

Nephthalitarũ ſors.

Danitarũ ſors.

lib. 4. cap. 7.

Ieſus tribubus præcipit ut hoſtes extirpent.

Loca refugij.

Diſtributio præda.

Ieſus tranſiordanicas dimittit.

Dei

A Dei alacriter & impigrè præſtitiſtis, æquum eſt cum iam nihil arduum ſuperſit, miſſionem uobis dari, & promptitudine ueſtra non abuti: quandoquidem certi ſumus, ſi in poſterum ſit opus, nihilo ſegnius operam ueſtram nobis paratam fore. Itaque gratias uobis agimus, quòd ſocij periculorum eſſe uoluiſtis, rogamusque ut in hac mutua beneuolentia perſeueretis, memores amicorum, & quòd uos quoque ueſtras poſſeſſiones noſtris auxilijs paraſtis, ſicut nos ad hanc felicitatem Deo fauente & uobis adnitentibus peruenimus, nec id ſine ueſtræ operæ præmio: quandoquidem ex hac militia ditati eſtis, multumque prædæ, auri & argenti referetis, & ſuper omnia noſtram beneuolentiam ad referendam uicem nunquam non promptam ac paratam. Nam & Moyſis mandatis ſatis feciſtis, non contempta autoritate mortui, & nihil uobis ad noſtram gratiam promerendam reliquum feciſtis. Lætos igitur
B uos ad ueſtras poſſeſſiones dimittimus, rogatos, ut nullum terminum exiſtimetis cognationem noſtram dirimere: néue propter flumen hoc medium alios nos putetis quàm Hebræos. Omnes enim Abrami ſtirps ſumus, qui uel hanc uel illam ripam incolimus, unus Deus tam noſtros quàm ueſtros maiores in hanc lucem protulit: cuius leges ac religio per Moyſem inſtituta diligenter obſeruanda ſunt. hoc. n. pacto futurus eſt adiutor & propitius: ſicut contrà ſi in alienos ritus degenerauerimus, & ipſe noſtrũ genus auerſabitur. Hæc locutus, & ſingillatim primatibus populoque in commune dicto uale, ipſe quidem eodem loco reſtitit: reliqua autem multitudo cum lachrymis eos deducebat, & ægrè à ſe inuicem diuellebantur. IGITVR traiecto fluuio Rubelis tribus & Gaddis & quotquos Manaſſitarum IIII.
C eo ſunt ſecuti altare ſuper ripam Iordanis erigunt, monumentum poſteris & ſignum coniunctionis cum reliquis qui ultra Iordanem incolerẽt. Quo audito apud cæteros Iſraelitas, cum altare extructum ſcirent, non etiam quo animo, putabant eos nouata religione alienorum numinum cultũ uelle introducere: & temerè hac ſuſpicione uiolatæ religionis moti, arma corripuerant uindicaturi patrios ritus, & pœnas à uiolatoribus exacturi. Exiſtimabant. n. non tam cognationis ac dignitatis eorũ qui in hoc erãt crimine, q̃ diuinę uoluntatis rationẽ habendã: atq; ita irati ad expeditionẽ ſe accinxerunt. Ieſus uerò & pontifex Eleazarus cum ſenatu cohibebant eos, dicentes uerbis prius q̃ armis rem aggrediendã, & ſcitandũ qua mente id fecerint: & ſi fortè malo animo factũ deprehenſum ſit, tum demum armis impetendos. Mittunt igitur eò legatos, Phineeſem filium Eleazari, & cum eo decẽ honoratos in populo,
D qui cognoſcant quid ſibi uolentes altare in ripa conſtruxiſſent. Vt uerò traiecto flumine, & conuentu aduocato Phineeſes in concione conſtitit: Maius, inquit, ueſtrum delictum eſt, q̃ ut uerbis tantùm caſtigari debeat, attamen non culpæ magnitudine moti repentè ad arma conclamauimus, ut pœnas ſumeremus: ſed reſpectu cognationis, & ea ſpe, quòd fortaſſe admonitione ad ſanitatem reduci poſſitis, legationem ad uos ſuſcepimus, ut cognita cauſa extructi altaris, non temerè armaſſe nos in uos uideamur, ſi pijs rationib. adducti id feciſtis: ſin autem in culpa ſitis, iuſtam ultionẽ uiolatæ pietatis inferamus. Vix enim credere potuimus, uos, qui perſpectam Dei ſentẽtiam habetis, & legum eius auditores eſtis, diſiunctos à nobis & in ueſtram poſſeſſionem reuerſos quam Deo ferre acceptam debetis, cuius prouidẽtia uobis cõtigit, beneficiorum ipſius oblitos, & relictis tabernaculo, arca, & altari patrio, externos
E deos complecti, ac Chananæorum impietati accedere. Sed uenia dabitur, ſi reſipiſcatis, & nõ ad maiorem inſaniam prolabamini, ad domeſticarum legum reuerentiam reducti. Quòd ſi in malè cœptis obſtinatè perſiſtatis, non grauemur laborem pro legum defenſione ſuſcipere, ſed ad has ſimul & Dei honorem tuendũ flumine traiecto, pro Chananæis habitos, nõ ſecus atq; illos exterminabimus. Cauete enim, putetis, quia flumẽ traieciſtis, extra poteſtatem etiã Dei uos euaſiſſe. ubiubi eſtis, omnia ſunt illius, nec licet potentiã eius ac ultionẽ effugere. Quòd ſi putatis locũ uobis ad rectè ſapiendũ eſſe obſtaculo, prẽſtat nouam agrorũ diuiſionem facere, & hãc regionem pecoribus compaſcuam relinquere. Satius eſt igitur ut reſipiſcatis, & à recentibus peccatis mutato propoſito deſiſtatis: rogamusq; uos per ſalutem liberorũ ac coniugum, ne nobis belli ſuſcipiendi neceſſitatem imponatis. In hac enim cõcione & conſultatione ſitum eſt, utrum ſalute ueſtra & ueſtrorũ chariſſimorum frui malitis, à nobis
F perſuaſi, an uos & ueſtra omnia belli periculis exponere. Poſtquam hæc Phineeſes dicere deſijt, qui concioni præerant, & ipſa multitudo uniuerſa, pro cauſæ defenſione hæc attulerunt: Viri fratres, nos neque à cognatione deficere uolumus, neque rerum nouarum ſtudio aram ereximus. Vnum Deum nouimus Hebræis omnibus communem, & altare eius æreum quod eſt ante tabernaculum, nec aliud unquam noſtras excipiet uictimas. Nam hoc quod nunc ereximus, quodque ueſtræ ſuſpicioni anſam præbuit, non

Ioſ. 22. uerſ. 10. *Tranſiordanenſes aram extruunt.*

Phineeſis legati oratio de ara ad Tranſiordanenſes.

Tranſiordanenſium ſuam ſuper ara defenſio.

ad Deum ſacrificijs placandum extructum eſt. ſed ut perpetuum argumentum extet noſtræ A
neceſſitudinis, nosque patriæ religionis admoneat, non ut uos ſuſpicamini, uiolandæ religionis ſit initium. & hanc fuiſſe nobis extruendi cauſam, Deus ipſe teſtis eſto idoneus. Quapropter meliorem poſthac de nobis opinionem habetote, abſitque ut nos affines exiſtimetis ei crimini, cui quiſquis ex Abrami poſteris ſe obnoxium fecerit, & à patrijs moribus ac ritibus degenerauerit, abſque capitali pœna expiari non ualeat. His auditis Phineeſes, collaudataque eorum conſtantia, reuerſus ad Ieſum, rem totam apud populum expoſuit. qui lætus quòd nec delectu opus eſſet, nec ciuili ſanguine, gratias egit Deo per ſacrificia: moxque ſolu-
A. M. 2511. to conuentu, reuerſis ad ſua ſingulis, ipſe apud Sicima elegit domicilium. Anno autem pòſt
Ante Chr. nat. 1460. uigeſimo iam decrepitus, accitis oppidatim honoratioribus, & cum ſenatu magiſtratibus, B
tum ex plebe quotquot licebat, ubi uidit omnes adeſſe, primùm Dei beneficia in memo-
Ioſ. 23. 24. riam illis reuocat omnia, quę erant plurima per quæ ex rebus afflictis in tantas opes tantámque gloriam peruenerant. hortatur deinde ut dent operam, ut Deum in poſterum æquè habeant propitium, cum ſciant eius beneuolentiam non alijs retineri poſſe quàm pietatis artibus. Suum enim fuiſſe ut priuſquam decederet, illos officij commonefaceret. poſtremò rogauit ut huius admonitionis eſſent perpetuò memores. poſt hanc concionem naturæ debitum exoluit, anno uitæ centeſimodecimo: quorum XL ſub Moyſe magiſtro miniſter ipſius exegit, & poſt eius obitum uigintiquinque reipub. præfuit, uir incomparabili tum prudentia tum eloquentia, adhæc in re imperatoria fortis & impiger, nec minus in pace bonus & utilis: & uirtute præditus ad omne tempus accommodata. Sepultus eſt in oppido Thamna
Sepultura. Eleazarus diem obijt. tribus Ephræmitidis. per idem tempus moritur & Eleazarus pontifex, Phineeſi filio ſuo hæ- C
reditarium relinquens ſacerdotium. ſepulchrum eius & monumẽtum extat in urbe Gabatha.

V.

Iud. 1. Iudæi in Chananæo bello duces. POST horum obitum conſultus Phineeſes à populo de uoluntate Dei, cuiúſnam foret imperium in bello Chananæo, reſpondit iubere Deum ut Iudæ tribus ductu bellum gererent, quæ mox aſſumpta Simeonide, his conditionibus rem aggreſſa eſt, ut ſublatis è ſua ditione hoſtium reliquijs, tum tributarijs, in alterius tribus extirpandis huius generis reliquijs uicem penderet.

Quomodo poſt mortem imperatoris Iſraelitæ, neglectis patrijs religionibus, in extremas calamitates inciderunt, & exorto ciuili bello ex uniuerſis Beniamitis DC. *tantùm fuére ſuperſtites.* CAP. II.

AT Chananæi, quorum res tum erant ſatis integræ, cum magno exercitu apud Be- D
zecam urbẽ eos expectabãt, ductu loci regis Adonibezeci. id nomen Bezecenorũ Dominum ſignificat. Adoni enim Hebręorum lingua Dominus dicitur. Hi ſpem uictoriæ reponebant in hoc, quòd Ieſus dux Iſraelitarum eſſet defunctus. Aduerſus hos, quas dixi, duæ tribus egregiè pugnauerunt; & cæſis decem millibus, dum reliquos
Adonibezecus captus ab Iſraelitis mutilatur, moritur & ſepelitur. fugientes inſequuntur, Adonibezecũ ceperunt. qui manibus ac pedibus truncatus, agnouit diuinã iuſticiã, ſeptuaginta & duos reges antea hunc in modum à ſe mulctatos cõfeſſus: ſic affectũ detulerunt non longè à Hieroſolymis, ubi fato functũ terræ mandauerunt. deinde circa oppida bellum circumferebant: quorum bona parte capta, Hieroſolyma ſunt adorti. Et capta inferiore eius parte, omnes habitatores contrucidauerunt. at ſuperior natura loci
Hieroſolyma capiuntur excepta arce. & munitionibus eſt defenſa. quare oppugnatione in Hebronem translata, urbeq; ui capta, E
Hebron capitur. Ioſ. 21. in oppidanos omnes ſæuitum eſt. apud hos in eam diem ſuperſtites erant quidam è gigantũ genere ſtatura & ſpecie cæteris mortalibus diſpares, uiſu ſimul & auditu horribiles: quorum oſſa adhuc oſtenduntur, qualia uix credant qui non uiderunt ipſi. Hoc oppidum Leuitis honoris gratia conceſſum eſt cum illis duobus cubitorum millibus: reliquum eius agrũ Chalebo dono dederunt, ſecundum mandatum Moyſis. fuerat hic unus è ſpeculatoribus, quos
Chalebi ſors. Iethræ ſors. Iethra Moyſis ſocer. Moyſes in Chananæam præmiſerat. Habita eſt ratio Iethræ quoque Madianitæ, olim Moyſis ſoceri, cuius poſteris ager eſt attributus, quia relicta patria comites ſe adiunxerant, & in deſerto ærumnarum ſocij fuerãt. Expugnatis montanis oppidis, in campeſtria & maritima deſcendentes, prædictæ duæ tribus Aſcalonem & Azotum de Chananæis ceperunt. Euaſit au- F
tem eos Gaza & Accarõ, quòd in planicie ſitæ & abundãtes curribus, inuadẽtes ſe malè mulctatos facilè reijciebant. Atque ita hæ duæ tribus magnis opibus bello acquiſitis domum ſe
Beniamitæ & cæteræ trib. Chananæos uectigales faciunt. receperunt, & arma depoſuerunt. Beniamitæ uerò, in quorum ſorte erant Hieroſolyma, tributo impoſito habitatoribus eis pacem dederunt: & in poſterum alteri à cædibus, alteri à periculis feriati, ad culturam agrorũ utriq; ſe cõtulerũt. Beniamitarũ exemplo motæ reliquę tribus, & ipſæ idem fecerunt, & tributis contenti, pacem Chananæis dederunt. Ephræmi

uerò

A uerò tribus cum obsidendo Bethela multo tempore ac labore impenso nihil proficeret, in cœptis tamen pertinaciter durauit. tandem comprehenso uno ciuium qui in urbem importabat necessaria, fide data & accepta, & iureiurando firmata, intromissos clàm ipsum cum familia seruaturos, proditione eius facti sunt uoti compotes: cæsisque reliquis omnibus præter hos, quibus salus ex pacto debebatur, ipsi posthac urbis dominium habuerunt. *Bethel obsidetur ab Ephræmitisq; tandem proditione occupatur.*

OMISSO deinde bello Israelitæ omnes agriculturæ tantùm operam dabant: atq; ita pace longa emolliti, uoluptati magis quàm honestati studebant, disciplinæ ac legum diuinarum immemores. qua iniuria Deus cõmotus, per uatem admonet eos, non è sua sententia hosti Chananæo parcere, quamobrem fore ut aliquando per occasionem pro intempestiua clementia crudelitatem eis reponeret. at illis, tametsi territis oraculo, bellum tamen non libebat suscipere: tum quòd multa è Chananæo perciperent commoda, tum quòd ob luxum ad laborem non essent idonei: deprauata iam reipublicæ forma, & autoritate optimatum in ualida, dum nec senatus, ut antè legitur, nec magistratus solennes creantur: dumque relicta cura status publici, omnes priuatis tantùm lucris sunt dediti. In tanta licẽtia perturbatio grauis incidit, ex qua bellum ciuile exortum est, quod hanc causam habuit. Vir è plebe Leuitica, in Ephræmitarum ditione habitans, duxit uxorem natam in oppido Bethlemis, quod ad tribum Iudæ attinet. hanc cum uehementer ob formam amaret, parum respondere in amore, ægrè ferebat. hinc orto dissidio, mulier continuas expostulationes non ferens, relicto marito mense quarto ad parentes reuertitur. is coactus desiderio, & ipse uenit ad soceros, quorũ opera missis querelis cum uxore in gratiam reuertitur. eo loci quatuor dies exegit, comiter à puellæ parentibus habitus. quinta cum decreuisset domum repetere, post meridiem iter ingreditur. cunctanter enim parentes filiam dimiserunt, nec nisi meliore diei parte transacta. comes erat unius famulus, & mulier uehebatur asina. cumq; emensi triginta stadia non longè abessent à Hierosolymis, famulus dabat consiliũ ut aliquò diuerterẽt: ne, si nox iter facientes opprimeret, in aliquod incommodũ inciderent, præsertim propinquis hostibus, cum serotina hora etiam amicorum loca suspecta facere soleat. Marito non placuit allenigenarum uti hospitio. nam Chananæi tum urbem tenebant, malebatq; progressus uiginti stadia ad sui generis homines diuertere. In hoc consentientib. omnibus, peruenit in Gabam tribus Beniamitidis serò admodum: cumq; in foro inueniret neminem qui se inuitaret ad hospitium, se nec quidam è rure domum repetens, Ephræmita genere, sed Gabæ habitans, casu repertum interrogat, quisnam sit, & cur crepusculo demum cœnam è foro peteret? Ille se Leuitam ait, & uxorẽ à parentib. domum reducere, & in Ephræmitarũ ditione se habere domiciliũ. Tum senex respectu cognationis ac tribus, & quod fortè oblatus hospes uisus est ad se deducit hominem. Gabaeni uerò quidam iuuenes qui mulierculam in foro uiderant, mirati eius formam, postquam ad senem illum diuertisse cognouerunt, contempta imbecillitate & solitudine, uenerunt ad ianuam: rogantesque sene ut abirent, & uim abstinerent ac iniuriam, postulabant ut exhibita hospita quieti suæ consuleret. cumque ille contrà diceret, cognatam esse, & Leuitidem, peccaturos eos grauiter, si propter uoluptatem leges uiolarent, iuuenesque iura contemnerent ac deriderent, cædem minantes, si obstare libidini eorum pergeret: senex ait, se filiam eis permittere, ut saluo hospitali iure cupiditatem explerent, uolens quantum in se erat, tutos ab iniuria præstare, quos exceperat. Illis uerò pertinaciter hospitam expetẽtibus, & hanc omnino accipere uolentibus, supplex orabat ne quid contra leges cõmitterent. at illi furentes ui raptam mulierem domum abducunt. cumque ei per totam noctem ad satietatem illusissent, diluculò dimiserunt: quæ ita miserè affecta ad hospitium reuertitur: & præ nimio dolore ac uerecundia, non audens in mariti conspectum uenire, quòd hunc indignissimè rem laturum putaret, humi collapsa expirauit. Leuita ratus sopore oppressam, & nihil grauius suspicans, excitare conabatur, consolaturus eo quòd non sponte se ad stuprum præbuisset, sed ui in alienas ædes fuisset abrepta. ut uerò honestè (ut in tanta malorũ magnitudine) mortuam esse sensit, cadauer iumento impositum domum reportat: & membratim diuisum in partes duodecim, ad singulas tribus misit, mandans perferentibus, ut indicarent per tribus qui mulieri causa mortis fuerint, & de eorum uiolentia. Tum uerò illi nunquam tali antè uiso uel audito spectaculo ad indignationem grauiter commoti, & iusto furore perciti, apud Siluntem conuentum faciunt, & congregati ante tabernaculum, Gabaenos hostiliter armis confestim impetere decernunt. Hunc impetum senatus cohibuit, suadens non ita temerè cognatis bellum inferendum, priusquam uerbis agerent de criminibus: quãdo ne in exteros quidem ob iniuriam acceptam armari leges permittunt, nisi legatis prius de satisfa-

Vt Israelitarum luxus à uate reprehenditur.

Iud. 19. Leuitæ historia, cuius uxor à Gabaenis stupro necata est.

80 stadia 4. milliaria Italica.

Gabaenorum facinus cum uxore Leuitæ.

A.M. 2583. Ante Chr. nat. 1388.

Leuita mortuam uxorem in duodecim partes sectam, ad singulas tribus misit. Iud. 20.

Gabaeni impetuntur armis.

Sontes Gabaeni ab Iſraelitis ad ſupplicium exiguntur.

ſatisfactione miſſis. Rectum igitur eſſe ad Gabaenos mittere qui ſontes ad ſupplicium deA poſcant. qui ſi dedantur, horum pœna contentos eſſe debere: ſin contumaces fuerint, bello in eos uindicandum. Itaque mittuntur ad Gabaenos accuſaturi eos iuuenes qui uim pudicitiæ mulieris intulerant, & poſtulaturi ut pro uiolatis legibus morte iuſtas pœnas darent. Gabaeni uerò non dediderunt iuuenes, arbitrati ſibi pudendum ſi alienis imperatis metu belli parêrent, cum multitudine ac uirtute nulli ſe cedere uideri uellent: eratque magnus apparatus totius tribus, cum cæteri non defuturos ſe promitterent, ſi quis eos ui & armis aggredi uellet. Quæ poſtquam Iſraelitis de Gabaenis renunciata ſunt, iureiurando ſanciunt, neminem ex ſuis uiro Beniamitæ filiam traditurum in coniugem: & acriore bello perſecuturos ſe eam tribum, quàm maiores eorum Chananæos perſecuti fuiſſent. Et confeſtim eduxerunt contra eos exercitum quadringentorum millium armatorum. BeniaB mitæ uerò habuerunt uigintiquinque armatorum millia, & inſuper ſexcentos. ex eo numero fuêre quingenti funditores peritiſſimi, qui læua manu feriebant. itaque commiſſo apud Gabam prælio, egregiè uicêre Beniamitæ, cæſis ex aduerſa acie uiginti duobus millibus: & fortaſſe plures cecidiſſent, niſi nox prælium diremiſſet. atque ita Beniamitæ læti ſe intra mœnia receperunt, Iſraelitæ uerò in caſtra inſperata clade attoniti. Sequenti die prælio inſtauratur, & Beniamitis rurſum uincentibus, decemocto millia cadũt ex parte Iſraelitarum, quo factum eſt ut caſtra metu deſererent, profectiq; Bethela, quæ urbs non longè aberat, poſtridie ieiunio peracto ſupplicauerunt Deo per Phineenſem pontificem ut ab ira deſiſteret, & contentus duabus cladibus, uictoriam & robur contra hoſtem concederet. Deus uerò precibus eorum annuit, & per eũdem uatem fauorem eſt pollicitus. Ergo diuiſis bifariam copijs, C dimidiam partem noctu circa urbem in inſidijs collocãt, reliqua in aciem producta, cum Beniamitis manus conſerunt, moxque ut impares paulatim pedem referunt: eo magis Beniamitę inſtant ſponte cedentibus quo longiùs hoſtem ab urbe abſtraherẽt, ita ut etiam illi qui in urbe propter ætatem imbellem relicti fuerant, procurrerent quaſi prædæ futuri ſocij. poſtquam autem ſatis longè à mœnibus diſceſſum eſt, Hebræi reuerſi in pugnam ſignum dãt inſidiatoribus: qui mox coorti cum clamore hoſtem à tergo inuadunt. Senſerunt illi ſe deceptos, & cum conſilium in ancipiti metu non ſuppeteret, in conuallem quandam compulſi, circũdatis expeditioribus qui eminus pugnare aſſeuerant, telis ſunt confixi. Sexcenti tãtùm euaſerunt incolumes: qui conglobati & facto cuneo, per medios hoſtes eruperũt: & in mõtem quendam fuga delati natura loci ſe tutati ſunt. reliqui omnes cecidêrunt, numero circiD ter uigintiquinque millia. Iſraelitæ uerò Gabam incenderunt, & mulieres atque impuberes contrucidaueruut. pari mondo & in alias Beniamitarum urbes ſæuitum eſt: adeoq; indignatio eos efferauerat, ut ad expugnandam etiam Iabiſum Galaditidis urbem, quæ auxiliũ contra Beniamitas negauerat, duodecim ſelecta millia mitterent, qui potiti urbe occiderũt tam uiros quàm mulieres & pueros, ſeruatis tantùm quadringentis uirginibus. Tantus erat dolor ac furor ob perpetratum in mulierem ſcelus, recentibus etiam cladibus exaſperatus. qui poſtquam reſedit, ſubſecuta eſt pœnitentia, dum una ſe tribu diminutos reputant. & quamuis iuſtis armis oppreſſos cenſerent, ut qui contra leges diuinas peccauerant, ieiunium tamen indixerunt ob eorum exitium. Sexcentos quoque illos qui effugerant, miſſis legatis reuocant. hi petram quandam, quæ Rhoa dicitur, in deſerto occupauerant. Legati uerò apud il E los tam ipſorum quàm ſuã cladẽ conqueſti, ſuaſerunt æquo ferrẽt animo, & ad ſui generis reliquos aggregarentur, néue, quantum in ſe eſſet, uniuerſam tribum Beniamiticam irent perditum. Licere enim illis pace ſua tribus totius agros recipere, & prædam inſuper quantam poſſent abigere. At illi agnoſcentes ſuam iniuſticiam iuſto Dei iudicio damnatam, reuerſi ſunt in ſuæ tribus ditionem, parentes ſuorum hortatibus. Iſraelitæ uerò derunt eis in uxores quadringentas illas uirgines Iabiticas: de reliquis uerò ducentis delibe rabant unde illis uxores ad ſufficiendam prolem parari poſſent. Cum enim ante initium belli iureiurando cautum eſſet ne quis filiam in Beniamiticam tribum elocaret, non deerant qui negligendum id ſacramentum conſulerent, quod ab ira profectum eſſet, non à iudicio. Non ingratam rem Deo fore, ſi quomodò prouideatur, ne integra tribus pereat: & F periuria non, quando neceſſariò fiunt, periculoſa eſſe ac grauia, ſed cùm auſu malicioſo committuntur. Cùm uerò ſenatus ſuccłamatione periurij mentionem abominaretur, extitit quidam qui diceret habere ſe conſilium, quomodo ſaluo iureiurando Beniamitis uxores poſſent contingere. Proferrè deinde id à ſenatu iuſſus: Singulis, inquit, annis nobis mos eſt apud Siluntem ad celebritatem conuenire, in quo comitatu ſequuntur & coniuges & filiæ.

Gabaeni tradere facinoris perpetrati autores Iſraelitis recuſarunt.

Iſraelitæ neminẽ ſuorum Beniamitæ uiro filiam elocare coniugem debere ſanciũt, iuramento interpoſito.

Beniamitæ cæteros Iſraelitas prælio ſemel atq; iterum uincunt.

Iſraelitarum cæſorum numerus, & eorundem ad Deum ſupplicatio.

Beniamitarum clades.

Beniamitarum deiectorum & oppreſſorum numerus.

Beniamiticarum urbium uaſtatio.

Iud. 21.

Iſraelitarum pœnitentia, & ieiunium.

Rhoa petra.

Beniamitæ uirgines Iabiticas uxores ducunt.

Iuramẽtum quẽ ſeruandum.

Harunt

A Harum quotquot potuerint rapere Beniamitis impunè ſit, uobis nec iubentibus nec prohibentibus. Quòd ſi patres earum ægrè tulerint, & uindictam poſtulauerint, dicemus ipſos in culpa eſſe, qui filias negligenter cuſtodiuerint: & quòd non oportet irę in Beniamitas nimis indulgere, qua iam antè plus ſatis ſint uſi. In hanc ſententiam conceſſum eſt, decretumq; ut liceat Beniamitis uxores rapto quærere. Inſtante autem feſto, ducenti illi bini triniue ante urbem inſidiabantur aduentantibus uirginibus inter uineta & per alias latebras. illæ uerò nihil ſuſpicantes luſitando ſecurè iter faciebant. iuuenes autem coorti diſperſas corripiebant: atque hoc pacto quæſitis nuptijs, agriculturæ inſudantes, dederunt operam ut ad priſtinam felicitatem aliquando redire poſſent. Quo factum eſt ut Beniamitarum tribus, quæ minimum ab internecione abfuit, prudenti hoc Iſraelitarum conſilio ſeruaretur: moxque
B magnis incrementis tam numero quàm opibus eſt aucta. Hic finis fuit belli Beniamitici.

Beniamitis rapere uirgines impunè licuit.

Beniamitæ Siluite urbem inſidiantur puellas rapiunt ad coniugii.

NEC felicior fuit Daniana tribus, tali fortuna uſa Iſraelitis iam deſuetis armorum exercitio, & in colendis agris tantum occupatis, Chananæi contemptu gentis collegerunt copias: non quòd ſibi timerent, ſed ut illata Hebræis aliqua memorabili clade, ſecurius in poſterum ſuas urbes habitarent. & coniuratione facta, magnoque numero peditum armato adiunctis etiã curribus, Aſcalonem & Accaronem in ſorte Iudæ ſitas in partes ſuas traxerunt, & alias pleraque campeſtres ciuitates: ita ut Danitæ in montana compellerentur, ne pedem quidem ubi ponerent in campeſtribus habentes. Qui cum nec bello eſſent pares, nec pro numero ſatis agrorum haberent, miſerunt ex ſuis quinque uiros in mediterranea, diſpecturos nunquem
C locum inuenirent deducendis colonis idoneum. Illi à campo magno Sidonis iter unius diei progreſſi, non longè à Libano & minoris Iordanis fontibus inuẽto agro bono ac fertili, rem totam ſuis renunciant. qui mox cum exercitu illo profecti condiderũt urbem Dana, cognominem uni è Iacobi filijs, & à ſua tribu denominatam. Iſraelitarũ autem res in deterius prolabebantur, quòd neque ad laborem ſe exercerent, neque pietatem colerẽt. luxato enim reipub. ſtatu, magna licentia pro ſua quiſque libidine uiuebat, ut domeſtica Chananæorum uitia iam totam gentem inundarent.

VII. *Iud. 13.*

Chananæi Dananæ tribui bellum inferre conantur.

Danitarum fuga, & de loco habitationis inquiſitio.

Dana ædificata.

Quomodo propter impietatem in Aſſyriorum ſeruitutem à Deo populus Iſraelitarum eſt traditus. CAP. III.

A. M. 2526. Ante Chr. nat. 1445.

D HAnc ob rem irato Deo, felicitas populi multis laboribus quæſita, per luxum ac uoluptatem breui diſperijt. Bello enim à Chuſarthe rege Aſſyriorum petiti, & in acie multos amiſerunt, & oppidatim infeſtati, aut ui aut deditione in poreſtatem eius uenerunt. Tributis deinde iniquioribus grauati, & alias uarias iniurias ferre ſunt coacti per annos octo, quibus exactis in hunc modum ſunt libertati reſtituti.

Iud. 3.

Iſraelitæ à Chuſarthe in ſeruitutem rediguntur.

Libertas per Ceniazum reddita. CAP. IIII.

Ibidem.

HRat in tribu Iudæ Ceniazus, uir induſtrius & magnanimus, hic oraculo monitus ne pateretur Iſraelitas diutius tales miſerias perferre, ſed ut ad audendum pro libertate accenderetur, aſcitis paucis quibuſdam periculorum ſocijs, quos præſentis ſtatus tædebat & mutatum cupiebant, primò præſidium ſuis à Chuſarthe impoſitum interficit: tantumque primus ſucceſſus ualuit, ut indies creſcente ſuorum numero, iam aperto marte hoſti pares uiderentur. itaque congreſſi cum hoſte uno prælio ſe in
E libertatem aſſerunt, reliquiæ fuſi & fugati exercitus ultra Euphratem ſe recipiunt. Ceniazus uerò egregiè nauatæ operæ præmium principatũ à populo accepit, nomine Iudicis: in quo poſtquam annos quadraginta exegit, uita defunctus eſt.

Ceniazus libertator Iſraelitarũ.

Quomodo populus rurſum à Moabitis eſt ſubiugatus, & per Iodem è ſeruitute exemptus. CAP. V.

VIII. *Iud. 3.*

POſt eius mortem uacante principatu res Iſraelitarum rurſum in peius ruere cœperunt: idque tanto magis, quòd nec Deo debitum honorem, nec legibus obedientiam exhiberent: quæ res in cauſa fuit, ut Eglon Moabitarum rex opportunos ad iniuriam ratus, bello adoriretur. exceperunt tamẽ eum aliquot prælijs, ſed omnibus uicti ferocia poſita iugũ acceperunt, tributarij facti. Rex uictor trãslata Hierichuntem regia modis omnibus plebem uexauit, ita ut in ſumma miſeria per annos XVIII degerent. Deus aſit calamitatibus eorum, & ſupplicationibus flexus, à dura dominatione eos libe
F rauit in hunc modum. Iodes filius Geræ tribus Beniamiticæ, iuuenis ad quoduis egregium facinus & animo & corpore fortiſſimus, & ſiniſtra quàm dextra manu præſtantior, in eaq; ſitas habens omnes uires, habitabat ipſe quoq; apud Hierichuntem. Is in familiaritatem Eglonis ſe inſinuauit, crebris muneribus hominem ſibi concilians, & eo nomine amicis etiam regijs

Eglon Iſraelita ſuo imperio ſubijcit.

A. M. 2534. Ante Chr. nat. 1437.

Iodes Egloni familiaritate iungitur.

regijs gratus.accidit ut ſemel cum duobus famulis dona ferens,pugione prius ſubter ſagum A
ad dextrum femur accinctus, ad regem introgrederetur. Erat autem æſtas & diei medium,
quo remiſſius agebatur cuſtodia, partim propter æſtum, partim ſatellitibus,occupatis circa
prandium. Iuuenis igitur oblatis Egloni muneribus, qui tum in æſtiuo quodam cubiculo
morabatur,confabulari cum eo cœpit.Erant autem ſoli, quia rex familiariter cum Iode col-
locuturus famulicium ablegauerat. ſedebatque in ſella, & Iodes uerebatur ne fallente ictu
Iodes Eglonem interficit. plagam non ſatis lethalem inferret. Iubet igitur eum ſurgere, dicens habere ſe ſomnium,
quod ex Dei mandato regi ſit indicandum. cumque ille audiendi cupidus alacriter aſſurre-
xiſſet,Iodes inflicto in corpugione,& relicto in uulnere, exiuit clauſis prius foribus.Regij fa-
muli interim quieſcebant,dormire eum putantes.Iodes uerò Hierichuntijs re clàm indica-
ta,autorem ſe illis libertatis uindicandæ præbuit.illi uerò libenter hæc accipientes,& ipſi cõ- B
feſtim arma capiebant,& cornicines per totã eam regionem dimittebant.Sic enim illic mul
titudinem conuocari mos erat. Eglonis autem domeſticos diu latuit quod acciderat. ſed
cum iam adueſperaſceret,ueriti ne quid noui homini accidiſſet,ingreſſi ſunt in cubiculum:
cumque mortuum inueniſſent,hærebant inopes conſilij: & priuſquam ſatellitium conglo-
Moabitarum fuga. baretur, Iſraelitarum turba ſuperuenit. ex his pars in ueſtigio confodiuntur, pars alia plus
quàm millia decem,fuga Moabiticam regionem petunt.Eos Iſraelitæ prçoccupato Iordanis
tranſitu,in fuga intercipiebant,maximè circa ipſa uada,ita ut ne unus quidem incolumis e-
uaderet.Atque ita Hebræi Moabitarum imperium excuſſerunt: Iodæ autem huius felicita-
tis autori is honor conſenſu multitudinis eſt habitus, ut confeſtim princeps declaratus ſit.
cum principatum per annos octoginta obtinuit,uir alioquin etiam laude digniſſimus: poſt C
quem Sanagarus Anathi filius electus in imperium,uix toto uertente anno uitam finijt.

A.M.2632. Ante Chr. nat. 1339.

Quomodo ſub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem ſint repoſiti. CAP. VI.

IX. Iud. 4.

ISraelitæ uerò, quos præteritæ calamitates nihilo caſtigatiores reddiderant,in pri-
ſtinam impietatem atque inobedientiam relapſi, priuſquàm ſatis à Moabitica ſer-
uitute reſpiraſſent,imperio Iabini Chananæorum regis ſubiugati ſunt.Is regiam
Iſraelitæ Iabini dominationi parere coguntur. habens apud Aſorum,quæ urbs ſita eſt ſuper Samachonitem lacum,peditum ale-
bat millia trecenta,equitum decem,præterque currus bellicos habebat ter mille. His copijs
Siſares exercitui Iabinico præfuit. præfectus Siſares primus inter amicos regios,congreſſus cum Iſraelitis in tantam deſperatio
nem res illorum adduxit,ut libenter incolumitatem tributaria ſeruitute paciſcerẽtur:quam D
per uiginti annos ferre ſunt coacti,præ nimia ſeruitute caput non audentes attollere, etiam
ſic Deo uolente,quo nimiã gentis contumaciam & ingratitudinem retunderet. Qui tãdem
reſipiſcentes,& agnita calamitatũ cauſa, nimirum quòd à legum contemptu proficiſcerentur,
Debora ſpiritu prophetico clara. Deboram quandam prophetidem adeunt (nomen hoc apem Hebræis ſignificat) rogan
tes ut precibus Deum ad miſerationẽ flectat,ne ita patiatur eos à Chananæis opprimi. Deus
Baracus diuinitus aduerſus hoſtes deſignatus dux militum. autem exoratus ſalutem illis annuit, imperatore deſignato Baraco,uiro tribus Nephthaliti-
dis: cius nomen interpretatur fulgur.Debora autem accerſito Baraco,iubet eum delectu ha
bito,& conſcripto decem millium uirorum exercitu in hoſtem ducere.Satis enim eſſe tot ad
uictoriam,quam Deus oraculo promiſerit. Baraco uerò negãte ſe accipere imperium,niſi &
Baracus comite Debora arma mouet. illa unà ſecum adminiſtratura id eſſet: illa commotior: Tu, inquit, mulieri cedis honorem, E
Debora Baraci et Iſraelitas multitudine hoſtium territos reuocat ad officium Deo gratiſſimũ opem laturo, faciendũ. quem Deus te habere uoluit? ego uerò non recuſo. & conſcriptis decem milibus, caſtra po-
ſuerunt ad montem Itabyrium.occurrit mox eodem Siſares,rege ſuo ſic iubente, & non lon
gè ab hoſte cum exercitu conſedit.Baracum autem & Iſraelitas multitudine hoſtium terri-
tos,& in tutiora ſe recipere uolentes,retinuit Debora,iuſſitque eadem die prælio decernere.
Victoriam enim penes ipſos fore,& Deum ſubſidium & opem allaturum. Itaque commiſſa
Siſarae exercitus cecidit telis Iſraeliticis oppreſſus. pugna uehemens imber mixtus grandine ſuperuenit,quem uentus in aduerſos Chananæo-
rum uultus ingerens,& proſpectum adimens,inutiles eorum iaculatores ac funditores red-
didit: atque etiam ſcutati manibus rigentibus præ frigore gladios uix retinebant. Iſraelitas
uerò tempeſtas à tergo imminens non ſolùm minus offendebat, ſed alacriores etiam facie- F
bat,manifeſtario Dei præſentis ac fauentis ſigno accenſos. itaque rupta aduerſa acie, turba-
tisque ordinibus,ingentem hoſtium ſtragem ediderunt.atque ita pars telis Iſraeliticis cade-
bãt,pars à ſuometipſorum equitatu ac curribus proterebãtur. Siſares uerò ut uidit ſuos ter-
ga uertere,deſiliens à curru fuga delatus eſt ad quandam mulierem Cenetidem, nomine Ia-
Siſares aufugit, & clauo ferreo dormiẽs trutidatur. len: quæ latebras petentem excepit, & potum poſcenti lac acidum exhibuit: quod ille cum
auidius ingurgitaſſet,in ſomnum eſt ſolutus.quem Iale aggreſſa,ferreum clauum ſopito per

tempora

A tempora adegit malleo, moxque Baraco ſuperuenienti, ſolo affixum oſtendit. atque ita mulier ſecundum Deboræ præſagium autor fuit uictoriæ. Baracus autem ducens ad Aſorum, Iabinum obuiam factum interfecit: & cæſo rege, ac urbe ſolo æquata, quadraginta annis imperium Iſraelitarum tenuit.

Iabini interitus.

Baracum imperio præfuit annis 40.

A.M. 2654. Ante Chr. nat. 1317.

Quomodo Amalecitæ deuictis Iſraelitis regionem eorum per ſeptem annos uaſtauerunt. CAP. VII.

DEfunctis autem Baraco & Debora eodem tempore, Madianitæ ſocijs Amalecitis & Arabibus expeditionem contra Iſraelitas fecerunt: & congredi auſos prælio uicerunt: uaſtatisque frugibus prædam abegerunt. Cumque idem per continuos ſeptem annos facerent, Iſraelitas in montana compulſos campeſtri ſolo cedere B coegerunt. qui ſpeluncis & ſubterraneis ædificijs excauatis, quicquid hoſtium uiolentiam euadere poterat, intrò receptum aſſeruabant. Nam Madianitæ per æſtatem facientes expeditionem, hyeme agros colere Iſraelitas permittebant, ut poſſent denuò labores eorum uaſtare. Itaque in fame ac egeſtate uiuebant, nec iam ullum ſupererat præſidium, niſi in precibus ad Deum & ſupplicationibus.

Iud. 6.

Madianitarũ expeditio contra Iſraelitas inſtituta.

Iſraelitarum habitatio, & uitæ actæ conditio.

Quomodo Gedeon populum liberauit. CAP. VIII.

A.M. 2672. Ante Chr. nat. 1299.

PER idem tempus Gedeon Iaſi filius, unus ex primatibus tribus Manaſſetidis, manipulos frugum clàm in torcular comportatos flagellabat. non enim audebat propter hoſtem propalàm hoc in area facere. Cumque ſpectrum ei adoleſcentis ſpecie ſe obtuliſſet, & felicem ac Deo charum appellauiſſet: reſpondens, Hoc, inquit, C meæ felicitatis argumentum eſt maximum, quòd torculari nunc utor pro area. illo contrà iubente ut bono eſſet animo, & de libertate uindicanda cogitaret, negabat fieri poſſe. nam & tribum ſuam cuiuis alteri cedere numero, & ſe iuuenem eſſe & tam arduis negocijs imparem. Deus autem quicquid deeſſet ſe ſuppleturum pollicebatur, & uictoriam Iſraelitis daturum, modò ipſe imperium aſſumeret non grauaretur. Hanc rem Gedeon cum quibuſdam iuuenibus communicauit, qui libenter credentes oraculo, ſine mora effecerunt, ut præſtò eſſent decem millia militum, ad certamen parata. Gedeoni autem Deus in ſomnis apparens, dixit homines tali eſſe ingenio, ut ſibi placentes nemini uelint uirtute cedere, & uictoriam ſibi potius quàm Deo tribuant, nimirum magnis copijs freti. Vt igitur ſciant rem totam pendere ab ipſius auxilio, iuſſit ut circa meridiem, cùm æſtus feruet maximè, exercitum D ducat ad fluuium: & quotquot procumbentes biberent, eos uiros fortes crederet. quotquot autem trepidè ac tumultuariè potum ſumerent, ſic exiſtimaret: eos ignauia & metu hoſtium hoc facere. Quod poſteaquam ita ut iuſſus eſt fecit, trecenti inuenti ſunt cum perturbatione aquam ſumere, cauis manibus ori admouendo: imperauitque Deus ut his aſſumptis hoſtem inuaderet. Habebant autem ad Iordanem caſtra, poſtero die traiecturi. Gedeone uerò ſolicito, quia mandatum acceperat à Deo, noctu illos adoriri, uolens ei metum omnem eximere, iuſſit ut aſſumpto uno milite, clàm accederet ad Madianitarũ tẽtoria. ab illis enim accepturum occaſionem fiduciæ, uadit ille quò iuſſus eſt, uno tantùm comitante famulo. cumque prope quoddam tabernaculum ueniſſet, offendit inſomnes in eo milites, & quendam commilitoni narrantem ſomnium, ita ut à Gedeone quoque exaudiri poſſet. erat E autem tale. Viſus erat ſibi uidere maſſam ordeaceam, præ uilitate homini faſtidiendam, per caſtra prouolui, & primò regis tentorium, mox cæterorum omnium proſternere. qui reſpondit interitum exercitus ſignificari: addens unde hoc ita colligeret. Inter omnes, inquit, fruges ordeum eſt ſine controuerſia uiliſſimum: & inter omnes Aſiaticas gentes non facilè reperias uiliorem quàm hodie ſunt Iſraelitæ, ut meritò conferri poſſint ordeo. hi nunc, autore Gedeone, contraxerunt copias, & res nouas moliũtur. ergo quia dicis te uidiſſe illam maſſam tentoria noſtra ſubuertentem, uereor ne Deus Gedeoni uictoriam de nobis concedat. Gedeon autem audito hoc ſomnio plenus bona ſpe & fiducia, edicit ſuis ut omnes in armis eſſent, edoctis de uiſione quam in caſtris hoſtium audiuerat. fecerunt illi quod imperatum eſt, accenſi hoc ſigno ad quiduis laboris aut periculi ſubeundũ. tum Gedeon circa quar F tam fermè uigiliam ſuos in hoſtem ducit trifariam in tres cohortes diuiſos. erant autem centenariæ. gerebantque ſinguli amphoras uacuas, & in eis faces ardentes, ut clàm poſſent hoſtem inuadere nihil tale expectantem: & in dextris cornu arietinum uice tubæ hoſtium caſtra latè patebant, eo quòd camelorum magnum numerum haberent: & cum per gentilitates diſtributi tenderent, omnes tamen intra eundem ambitum continebantur. Hebræi uerò à duce antè præmoniti, cùm iam non longè ab hoſte abeſſent, dato inter ſe ſigno cornibus

Gedeoni Deus ad hoc iuueni imperium committit.

Iud. 7.

Fiducia humanæ potentiæ Deo exoſa.

Gedeon mandato diuino obſequens uiros ad pugnam idoneos probat, & Madianitarum caſtra explorat.

Somnium Madianitici militis.

Pugna adornatur, &

in caſtra Madianitarum propera tur.

sonantes,& confractis amphoris,sublatoque militari clamore, certi Deum adesse Gedeoni, cum facibus in castra impetum faciunt. Qua arte,accedentibus diuinitùs nocturnis terroribus,tanta inter semisomnes cõsternatio exoritur,ut plures mutuis uulneribus,quàm hostili ferro caderent,quòd diuersæ linguæ homines eadem castra haberẽt.semel enim pauore confusi,omnes obuios pro hostibus trucidabant. Tantæ cædis & Gedeonis uictoriæ rumor ubi ad cæteros Israelitas peruenit, correptis armis fugientem hostem insequuntur: quem adepti circa loca torrentibus impedita hærentẽ circũueniunt,& quotquot ad manus uenêre,occidunt,interque cæteros reges etiam duos,Oribum & Zibum. Qui uerò superfuêre duces cum reliquijs exercitus fermè decem & octo millia hominum, longissimè ab hoste castris locum ceperunt. Nec Gedeon defessus cum totis copijs eò properat, & iterum congressus postremò hoc conflictu ad unum omnes trucidat, & reliquos duos duces capit, Zebim & Hezarbunim.Hoc prælio cæsa sunt Madianitarum & Arabum, qui eis auxilio uenerant circiter centum uiginti millia: præda etiam magna,auri,argenti,textilium,camelorum,& iumẽtorum Hebræi sunt potiti: Gedeon uerò reuersus in patriam suam Ephram,supplicium sumpsit de Madianitarum regibus. Cæterùm Ephræmi tribus iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunam,bello eum petere decreuit,quòd insciis ipsis hostem esset aggressus.Gedeon uir in omni uirtute summus,modestè respondit,se non suo arbitratu hostem absque illis aggressum,sed iussu diuino.Victoriam tamen nihilo minus illorum esse, quàm eorum qui militassent: atque his uerbis sedata eorum ira plus profuit Hebræis, quàm rebus prosperè gestis.obstitit enim ne ciuile bellum exoriretur. Huius tamen superbiæ tribus hæc pœnas dedit,sicut suo loco dicemus.Porrò Gedeon cum uellet imperium deponere,compulsus est id retinere per annos quadraginta,dicendo ius,& litibus finiendis occupatus, populo ratũ habente quicquid ille in causis controuersis pronunciaret: in senecta deinde mortuus,apud Ephram in patria sepelitur.

Muqua in castris Madianiticis hostilis conspiratio facta.

Madianitæ fugati.

Iud. 8.

Madianitarũ reges duo occidũtur ab Israelitis hostem fugientem insequentibus,similiter eorum duces duo, copijs omnibus Madianiticis deletis, capiuntur, & denicis supplicio afficiuntur.

Gedeoni inuidet Ephræmitæ.

Gedeon de imperio deponendo cogitans,magis in eodem retinẽdo confirmatur: mortuum uerò demum senex, in patria sepelitur.

Quomodo aliquot successores Gedeonis cum gentibus finitimis bella gesserunt. CAP. IX.

A. M. 2712. Ante Chr. nat. 1259.

HABVIT autem filios legitimos quidem septuaginta, non ex uno matrimonio susceptos,nothum uerò unum ex concubina Druma, cui nomen Abimelechus. Is defuncto patre profectus Sicima,unde mater fuit oriunda, adiutusque à matris cognatis pecunia,cum uideret malis artib. insignes, unà cum eis ad paternas ædes reuersus,omnes fratres interemit,excepto uno Iothane.hic enim fuga incolumitatem quæsiuit.Abimelechus autem occupata semel tyrannide,omnia pro sua libidine,nihil ex legum præscripto gerere,omnibus iusticiæ defensoribus infestus.Itaque dum quodam tempore publica in Sicimis festiuitas celebratur,ad quam plebs uniuersa conuenerat, frater eius Iothanes, quem fuga seruatum diximus, conscenso monte Garizeo qui Sicimis imminet, & sublata uoce ut ab omnibus exaudiri posset, silentium ei populo præbente, rogauit ut sua uerba audire dignarentur.Cumque illi silerent, dixit quòd arbores olim humana uoce usæ, in conuentu ad id habito rogauerunt ficum, ut imperium in eas acciperet. Recusante autem illa,quòd contenta honore quẽ propter fructus suos percipiebat,non requireret alium: arbores non destiterunt principem quærere: uisumque est, uiti hunc honorem deferre. Ea uerò ijsdem uerbis quot ficus recusauit,& simili modo etiam olea.Itum est deinde cum eisdem postulatis ad rubum, cuius lignum ad ignaria ualet. Is respondit: Si seriò me regem poscitis, sub umbra mea requiescite: sin autem insidias mihi struitis, egrediatur ignis ex me, & absumat uos.Hæc,inquit Iothanes, non risus mouendi causa uobis fabulor,sed quia maximis beneficijs à Gedeone affecti, sustinetis Abimelechum, necatis auxilio uestro fratribus,principatum usurpare,cuius ingenium nihil ab igne differet. Hæc locutus recessit, & per triennium in latebris montium uixit, Abimelechi potentiam fugitans. Nec ita multo pòst, Sicimitæ pœnitentia ducti eorum quæ in filios Gedeonis patrauerant,Abimelechum ex urbe & tribu expulerunt. Ille uerò cogitabat quomodo ciuitatem aliqua clade afficeret. Cumque instaret uindemia,non audebant colligere fructus,metuentes ne quid incommodi ab Abimelecho acciperent. Fortè contulerat se eò cum armatorum manu & cognatis quidam princeps nomine Gales. hunc orauerunt Sicimitæ ut tantisper sui custodiam susciperet, dum uindemia peragitur.Cumque ille eorum postulatis annuisset,prodierunt, & Gales cum eis, suos armatos ducens, cœperuntque sécurè fructus conuehere,& per sodalitia cœnantes audebant apertè in Abimelechum conuicia iactare. & magistratus, dispositis circa urbem insidijs, multos ex Abimelechianis in eas præcipitatos interficiebant. Zebellus

Iudæ. 9.

Abimelechus necatis fratribus principatum sibi uendicat.

Iothan Sicimitis parabolicè pœnas ominatur, et ingratitudinem eorum accusat erga Gedeonem.

Abimelechus ab ipsis Sicimitis ex pellitur urbe & tribu.

Abimelechus Sicimitas ulciscitur.

uerò

A uerò quidam è Sicimitarum primatibus,hoſpes Abimelechi,per nũcios ei ſignificauit,quomodo Gales populum contra ipſum irritaret: hortatus etiam ut inſidias ei ante urbem tenderet.ſe enim Galem illò adducturum: atque ita fore facilè ut inimico gratiam qualem meretur referat.quo facto,curaturum ſe,ut eum populo reconciliet: cumque Abimelechus locum inſidijs aptum cepiſſet, & Gales cum Zebello in ſuburbanis negligentius ageret, conſpectis repentè armatis,exclamat: Zebelle hoſtem uideo.illo reſpondente, umbras eſſe cautium,iam propiores cernens: Imò non umbræ ſunt,inquit,ſed uirorum cohors. Adhæc Zebellus: Nónne ut Abimelecho ignauiam obijcis?quin igitur oſtendis qui uir ſis,& armis hominem aggrederis? Gales uerò turbatus excipit primum impetum: cumque ſuos inferiores animaduerteret,amiſſis aliquot,cæteros intra mœnia recipit. Zebellus arrepta occaſione,ac
B cuſatum quòd ignauiter pugnaſſet,effecit ut urbe pelleretur.Cæterùm Abimelechus cognito quòd Sicimitæ ad uindemiæ reliquum exituri eſſent, inſidias circa urbem diſponit. cúmque prodijſſent,tertiam ſuorum partem occupare portas iubet,ne ciuibus reditus in urbem patêret,cæteri uerò diſperſos circumueniunt.Itaque ubique plurima cædes patrabatur,& urbe capta primo impetu ac ſolo æquata, ſaleque in ruinis eius ſeminato, tum demùm militem inde abduxit.atque ita Sicimitæ ſunt deleti.Quotquot autem per agros diſpalati periculum euaſerant,collecti denuò,petra quadam occupata,locum natura munitum muro inſuper cingere uolebant.Sed hoc conſiliũ præuenit Abimelechus,qui quamprimùm id cognouit,exercitum eò adduxit.& arrepto faſce aridi ligni,iuſſiſque cæteris idem facere, breui petram ſtrue lignorum circumdedit: ſubiectoque igne, & fomentis ingeſtis, flammam in-
C gentem excitauit, ita ut nemo euaderet, ſed unà cum uxoribus & liberis abſumerentur. numerus uirorum fuit circiter mille quingentos, præter imbellem turbam ſatis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium, dolendum ſanè, niſi quòd meritas pœnas dederunt facinoris aduerſus uirum optimè de ſe meritum. Abimelechus autem Iſraelitis Sicimitarum internecione perterritis,uidebatur non fore præſenti fortuna contentus, neque priùs conquieturus,quàm uniuerſos perderet.Mox enim exercitum ad Thebas duxit: & capto ex incurſu oppido,circa turrim quandam reſtitit,quę quòd eſſet non mediocris,populo fuit receptaculum: hanc oppugnaturus cùm propiùs ianuam acceſſiſſet, mulier fragmine molæ demiſſo caput ſubeuntis ferit. ad quem ictum humi collapſus rogauit armigerum ut ſe occideret,ne mulieris manu periiſſe diceretur. quo facto fratribus debitas impietatis pœ-
D nas exoluit,ſimul & crudelitatis,qua in Sicimitas uſus eſt: quæ quidem clades ſecũdum Iothanis præſagium illis accidit. cæterùm exercitus duce mortuo, miles in ſuas quiſque domos reuerſus eſt. ISRAELITARVM deinde gubernacula Iairus Galadenus de tribu Manaſſetide ſuſcepit, uir tum rebus cæteris, tum numeroſa prole felix. triginta enim filios habuit,equites egregios,& Galadenæ oppidorum principes. Is cum uiginti & duos annos in principatu uixiſſet,iam ſenex defunctus,in Camone urbe Galadenæ eſt ſepultus. Res autem Hebræorum rurſum in peiore ſtatu erant,legibus autoritatem ſuam non amplius obtinenti-
bus.Qua occaſione arrepta Ammanitæ & Palæſtini cum ualido exercitu regionem eorum ingreſſi,omnia rapinis uaſtabant: & occupatis locis ultra Iordanem,traijcere flumen,& reliquam regionem inuadere parabant.Hebræi uerò calamitatibus caſtigati,ſupplices opem di-
E uinam implorant: & uictimis numen placare conati,rogabant ut iram finiret,aut certè moderatius exerceret.Deus autem iam propitius,auxilium eis non negauit. Igitur Ammanitis Galadenam cum exercitu ingreſſis,incolę eius regionis obuiam illis cum armis ueniunt:ſed imperatore carebant.Erat autem quidam Iaphthes,uir patris uirtute cebris,qui proprios mi lites alebat: ad hunc miſſis nuncijs rogabant ut in auxilium ueniret, promittentes ſe perpetuum copiarum imperium ei tradituros.ille non admiſit preces, cauſatus quòd nullam opem ei tulerint,dum à fratribus manifeſtam iniuriam pateretur. Cum enim nõ eſſet eadem matre natus,ſed externa quam pater amore captus in ædes induxerat,contempta eius ſolitu-
dine eiecerunt hominem.tunc autem in Galadena degebat, omnibus quotquot undecun-
F que ad ſe uenirent,ſtipendia ſoluens. Tandem exoratus, & iureiurando accepto imperium copiarum penes ſe fore,militem ſuum cum eis coniunxit. Et cùm maturè quicquid facto opus erat,prouidiſſet,exercitu in urbe Maſphaca collocato,mittit legatos ad regem Ammanitarum,expoſtulatum quòd res alienas inuaderet.Qui miſſis alijs oratoribus reſpondit,ipſos potius iniquè agere,qui ex AEgypto egreſſi, alienis bonis incubarent: poſtulatque ut de regione Amoræa decederent,quæ ad maiorum ſuorum ditionem pertineat. Contrà Iaphthes negabat eum meritò queri de adepta quõdam Amoræa,ſed magis gratiam debere pro Am-

Zebellus Abimelecho Galis molimina iniqua indicat.

Abimelechus Sicimitarum inſidijs propulſare conatur.

Gales unà cũ Sicimitis fugatus, & urbe pulſus.

Sicima occupata,ſoloq; adæquata.

Sicimitæ profugi igne abſumũtur.

Abimelechus, Thebis prælio uictis,moritur.

Iud.9.u.52.53.54

A.M.2738.

Ante Chr.

nat.1233.

Abimilecho defuncto Thoba dux ſucceßit, iudicans Iſraelem 23 annis, poſt cuius obitũ Iairus gubernacula ſuſcepit per annos 22.

XII.

Iud.10.u.1.2.3.

Iairus Iſraelitarum præſes.

Iſraelitæ ab Ammonitis & Palæſtinis ſpoliati.

A.M.2742.

Ant. Chr.

nat.1229.

Iud.11.

Iaphthes ab Hebræis dux accerſitur.

A.M.2760.

Ante Chr.

nat.1211.

Iaphthes legatos mittit ad regem Ammanitarum.

manitide relicta.potuiſſe enim Moyſen & illam occupare. Se uerò agris nequaquam ceſſu- A
rum,quos annis iam trecentis, Deo uolente, tenuiſſent, & potius litem hanc armis direm-
Iaphthæ uotum. pturum. His dictis,legatos dimiſit.ipſe uotum fecit,ſi uictoria potiretur,ſacrificaturum ſe
quicquid domum reuerſo primùm occurriſſet.congreſſus deinde cum hoſte uicit egregiè:
fugientesque perſecutus eſt uſque ad urbem Maniathen.& ingreſſus regionem Ammaniti-
dem multas urbes deleuit,prædamque abegit: finemque ſeruituti impoſuit,quam ſua gens
per annos decem & octo pertulerat,fortunatior militiæ quàm domi. Redeunti enim obuiã
facta eſt filia uirgo,prçter quam nullos alios liberos habebat.Ingemuit pater,ictus dolore ni
Iaphtha filiam mio:dein conqueſtus de importuno officio,indicauit uictimam eſſe Deo deſtinatam. At illa
immolat. nõ illibẽter accepit,gratulatoriã ſe fore pro uictoria patris & ciuium libertate hoſtiã. Vnum
rogauit,ut ſibi liceret iuuentutẽ ſuam cum æqualibus per bimeſtre tẽpus deplorare, atq; ita B
uoto patrẽ ſoluere.quo impetrato,ad præfinitũ terminũ pater mactatã holocautoma obtu-
lit,neq; legitimũ neq; Deo gratum ſacrum faciens,nec quicq̃ penſi habẽs quid fama de hoc
Ephræmitæ à facto locutura eſſet, Petitus poſt hæc bello ab Ephræmi tribu, quòd ſine illis in Ammanitas
Iaphtha uicti. expeditionẽ feciſſet,& nunc ſolus præda ſimul & gloria frueretur:primò excuſauit,nec igno
Iud.12. raſſe eos quòd cõſanguinei bello premerentur: nec auxiliũ uocatos attuliſſe, quod uel non
uocatos ferre decebat.ultrò deinde accuſauit,quòd iniquè facerent,qui non auſi hoſtem ag-
gredi,nunc cõtra cognatos ferocirent. poſtremò minatus eſt, pœnas ſibi Deo uolente datu-
ros,ſi inſanire pergerẽt.Vt uerò nihil ſe uerbis proficere ſenſit,accito è Galadena exercitu ue
nientes excepit: plurimisq;in conflictu cæſis,& poſtquam in fugam uerſi ſunt,prçmiſſis qui
uada Iordanis occuparent,intercluſo effugio,circiter quadraginta duo millia hominũ pere- C
Iaphthes ſepeli- mit.Ipſe expletis ſex principatus annis defunctus ſepelitur in patria ſua Sebei, quæ ſita eſt in
tur. regione Galadena. Huic in principatu ſucceſſit Apſanes, natus è tribu Iudæ, ex Bethle-
Apſanes Iſraeli- mis oppido.huic liberi fuêre lx.mares xxx.totidem filiæ,quos omnes ſuperſtites reliquit: has
tarum præſes. nuptas, illos uxoribus cura & opera ſua coniunctos. cumq; nihil memorabile in principatu
A.M. 2766. ſeptenni geſſiſſet,ſenex diem obijt,in patria ſua ſepultus. Helon poſt hunc aſſumpſit princi-
Ant. Chr. patum,tribu Zabulonita: quo per decennium functus,nec ipſe quicquam geſſit memoratu
nat.1205. dignum.Qui deinde ſucceſſit Abdon Elielis filius tribu Ephræmita,ex urbe Pharathone, ni-
Helon. hil præter numeroſam prolẽ habet memorabile, alioqui per ſummã ſecuritatẽ & pacẽ quæ
A.M. 2773. ſub eo floruit,nulla data eſt ei rerũ fortiter & glorioſe gerendarũ occaſio. Filios habuit qua-
Ante Chr. draginta,nepotes triginta: atq; egregijs equitibus ſeptuaginta comitatus circumuectabatur, D
nat. 1198. quos omnes ſuperſtites reliquit.Mortuus eſt iã ſenex,& in Pharathone magnificè ſepultus.
Abdon.

De Sampſonis fortitudine,& quanta mala Paleſtinis fecerit. CAP. X.

A.M. 2783. POſt huius mortem Palæſtini ſuperauerunt Iſraelitas, & tributa ab eis exegerunt
Ante Chr. per annos quadraginta.Ab ea miſeria liberati ſunt in hũc modũ: MANOCHES
nat. 1188. quidam uir inter Danitas optimus,& patriæ ſuæ ſine controuerſia princeps, uxo-
Abdonis exe- rem habuit eximia pulchritudine ſuſpiciendam ſupra omnes eius ætatis fœmi-
quiæ. nas: ex qua cum nihil liberorum ſuſciperet, ægrè ferens orbitatem, in ſuburbanum ſuum,
A.M.2791. quod erat in campo magno,cum uxore uentitans,crebris precibus ſolicitabat Deum, ut da-
Ant. Chr. ret ſibi liberos.Inſaniebat autem in uxorem præ amore, eratque uehementer zelotypus.
nat.1180. Cumque aliquando ſola ageret mulier,ſpectrum ſe illius oculis obtulit angelus Dei ſpecies E
Iud.13.16. iuuenis pulchri & magni,lætum nuncium afferens,fore ut fauore Dei naſcatur eis filius,pul
XIII. cher & inſigni robore: qui ubi ad uirilem ætatem peruenerit, compeſcendam eſſe ab eo
Manochis uxori Palæſtinorum inſolentiam, iuſſitque ne capillitium ei detonderetur,utque Deo ſic uolente
apparet angelus, ab omni alio potu abſtineret,ſola aqua contentus.Hæc ſecutus ille, abijt,cum Dei uoluntate ueniſſet.Illa marito reuerſo angeli uerba indicat,mirè prædicans iuuenis ſtaturam & pul-
chritudinem, ita ut uir tali laudatione motus ad zelotypiam, nonnihil de uxoris pudicitia
malè ſuſpicari inciperet.quæ uolens hunc mariti iniuſtum mœrorem adimi,ſupplex Deum
rogauit,ut iterum angelum mittere dignaretur, quò ille à coniuge etiam poſſet conſpici: &
impetrata hac gratia,rurſum in ſuburbano uerſantibus apparuit angelus ſoli mulieri. illa ro- F
Angelus appa- gat ut pauliſper maneat dum uirum adducit,quo permittente, cum Manoche mox ad eum
ruit Monochi, reuertitur.quo uiſo, ne tum quidem ſuſpicari deſijt: rogauitque ut ſibi quoque eadem in-
& eiuſdem dicaret.illo reſpondente,ſatis eſſe quòd mulier ſciat: iubet quiſnam eſſet dicere,ut nato filio
uxori. referre ei gratiam & munus aliquod donare poſſint.negauit ille ſibi opus muneribus, nec e-
nim horum cauſa de filio lætum ſe attuliſſe nuncium. Cumque iterum rogaretur ut ſaltem
hoſpitalem tractationem admitteret,nõ annuit. tandẽ exoratus ut pauliſper maneret dũ ali-

quid

A quid affertur,cum mactaſſet hœdum Manoches,coquendumq́ ue uxori dediſſet,paratis om nibus iuſſit deponi in petra & panes & carnes abſque uaſculis. quo facto uirga quam geſtabat,carnes attigit: confeſtimq́ue flamma emicante cum panibus abſumptæ ſunt,& angelus fumo tanquam uehiculo in cœlum aſcendere ab eis uiſus eſt. Manoche autem ſolicito ne quid periculi immineret ex aſpectu numinis,uxor bono iubet eſſe animo,affirmans ſuo bono Deum ſe uidiſſe: cumq́ue concepiſſet, diligenter mandata retinuit. Nato deinde infanti Sampſon eſt nomen inditum,quod robuſtum ſignificat: qui mox egregia animi ac corporis indole præditus, promiſſo capillitio uictusq́ue ſobrietate diuinum neſcio quid præ ſe ferebat.Cumq́ue adoleuiſſet, comitatus parentes in Thamnam urbem Palæſtinorum conuentus tempore,implicitus amore puellæ indigenæ,rogauit ſuos parentes, ut id connubiũ pro-
B curarent.Quibus excuſantibus quòd diuerſi eſſent generis,quodq́ue religio uetaret eiuſmodi nuptias, uicit iuuenis pertinacia, effecitq́ue ut uirgo ſibi deſponderetur. crebrò deinde ſponſam interuiſens,in itinere in leonem incidit,nec tamen eius occurſum declinauit licet inermis: ſed nudis manibus adortus beluæ fauces eliſit, eiusq́ue cadauer in dumetum uiæ uicinum abiecit.Aliquot pòſt diebus eandem uiam ad puellam remetiens,offendit examen apum mellificare in leonis pectore,& ſumptis inde tribus fauis eos cum cæteris muneribus adamatæ obtulit.Ad nuptias deinde celebrandas Thamnitas conuocat, qui quòd uires eius haberent ſuſpectas, honoris ſpecie triginta aſſectatores ex æqualium numero iuueni adhibent,iuſſos obſeruare nequid auderet.Conuiuis deinde,ut fit,hilareſcentibus,ait ſe quæſtionem propoſiturum ſuis ſodalibus,quam ſi intra ſeptem dies ſoluerent, cuique ſindonem ſe
C daturum & tunicam.qui tum quòd ſagaces uideri cuperent, tum quòd lucrum non faſtidirent,iubent eum proponere. Ille,Ex uoraci,inquit,cibus prodijt,& ex immiti ſuauitas. in his explicandis cum hæſiſſent triduò,nec proficerent,puellam aggrediuntur minis ſimul & precibus,ut expiſcata ſecretum è marito indiciũ ſibi faceret.Ille repulſis aliquandiu blandicijs, cùm ipſa rogandi finem non faceret,& lachrymans gratam ſe illi negaret, tãdem nihil ſuſpicans rem totam de leone aperit,& unde tres illos fauos nactus fuerit.illa iuuenibus prodit omnia. ergo cum præfinita ſoluendæ quæſtioni dies adeſſet,ante ſolis occaſum conueniẽtes:
D Neque leone,inquiunt,quicquam occurrenti immitius,neque melle guſtanti ſuauius. Ibi Sampſon ſubiecit,neque muliere doloſius,quæ uobis quæſtionem noſtram aperuit.Nihilominus illis perſoluit quæ promiſerat,ſpoliatis quibuſdam Aſcalonitis , quos fortè per uiam inuenit obuios: ſed puellam repudiauit: & illa eo ob ipſius iracundiam contempto, nupſit eius ſodali qui priores nuptias conciliauerat. Hac contumelia commotus Sampſon,decreuit de tota gente cum ipſa pœnas ſumere: & commodum maturis ſegetibus tempus iam meſſis aderat.ergò comprehenſis trecẽtis uulpibus,& facibus ad caudas earum annexis,per arua Palæſtinorum omnes dimiſit,quibus diſcurrentibus, frugũ prouentus cõcremati eſt. Quo cognito gentis principes,& quid Sampſonem ad perpetrandum facinus mouerit,miſſis in hoc Thamnam ſatellitibus,uxorem quõdam eius cum cognatis,ceu damni dati authores,uiuos exuſſerunt. Sampſon autem in Palæſtinos latè graſſatus cædibus,ad habitandam AEtam ſe contulit.ea eſt petra bene firma,in tribu Iudæ ſita.At Paleſtini totam tribum bello
E impetunt.quibus bellum deprecãtibus,quòd nec Sampſonis culpæ eſſent affines,nec de ſolenni tributo quicquam diminuerent: reſponſum eſt,non abſoluendos ab hoc crimine, ni Sampſonis deditionem facerent.Illi uolentes hanc ſuſpicionem à ſe amotam, armatis tribus millibus ad petram ueniunt: & expoſtulantes, quòd ſuis facinorib. Palæſtinos Hebræis infenſos redderet,qui irritati facilè poſſent toti genti magnam aliquam cladem rependere: dicentesq́ue in hoc ſe ueniſſe ut comprehenſum illis dederent, poſtulabant ut conſenſu ipſius facere hoc ſibi liceat.qui iureiurando accepto nihil prætereà molituros, ſed hoſti tantum deditionem faciendam,deſcendens de petra in cognatæ gentis poteſtatem ſe permiſit:
& illi uinctum duobus funibus, Palæſtinis tradendum ducebant : cumq́ue uentum eſſet ad locum,qui obſcurus antè, nunc ex Sampſonis facinore inclaruit, Maxilla nominatus, nec procul abeſſent à caſtris hoſtium, procurrentibus obuiam Palæſtinis , & læticiam re ex ſen-
F tentia geſta clamore teſtantibus: Sampſon abruptis repentè uinculis, arreptaq́ue maxilla aſini, quæ fortè iacebat præ pedibus in medios hoſtes irruit: qua feriens quotquot aſſequi potuit, circiter mille interfectis, cæteros metu dare terga compulit. qua uictoria plus ſatis elatus ;& opis diuinæ immemor, cum totum ſibi tribueret, quòd maxilla tantum armatus partim occidiſſet,partim fugaſſet hoſtiles copias: ingenti ſiti oborta, confeſſus nihili eſſe quantaslibet uires humanas, Deo uictoriam acceptam retulit: ſupplexq́ue rogauit ut ar-

Angelus ex conſpectu Manochis ſubductus.

Sampſonis natiuitas.

Sampſonis nomen quid ſignificet oſtenditur. Iud.14.

Sampſon Thamnitenſem puellã ducit.

Sampſon leonẽ interficit.

Apum examen in leonis pectore repertum.

Sampſonis ænigma.

Sampſonis ænigma ſoluitur Thamnitis ab uxore eius.

Sampſon nonnullis Aſcalonitis ſibi obuijs ſpolia eripit, uxoremq́ repudiat. Iud.15.

Sampſon ſegetes Palæſtinorum incendit.

Sampſon Palæſtinis traditus, maxilla aſini mille Palæſtinos interficit. Iud. 15.

Maxilla locus.

Sampſon ſitiens flumine profluente è petra reficitur.

rogantiæ data uenia, hoſtibus ſe non dederet, ſed ſuccurreret, & periculo ſe eximeret. nec irritæ fuêre preces, ſed copioſus fons ſubitò è quadam petra prorupit. loco Maxillæ nomen Sampſon impoſuit, quod in hodiernum uſque diem durat. Poſt hoc prælium iam Palæſtinos contemnens uenit Gazam, & in publico diuerſorio egit. quo audito Gazæorum magiſtratus, ne clàm abire poſſet, ſtationes pro portis collocant. Sampſon uerò qui inſidias maturè ſenſerat, circa mediam noctem ſurgens, portas cum ipſis clauſtris ac uectibus cæteroq; paratu reuulſas, & humeris impoſitas, in montem qui eſt ſupra Hebronem perlatas depoſuit. paulo uerò pòſt à patrijs inſtitutis deſciſcere, & in peregrinos mores degenerare incœpit, quod ei mali fuit principium. Cùm enim meretricem quandam Palæſtinam adamaſſet, nomine Dalalen, conſuetudine eius delectabatur. Quamobrem qui apud Palæſtinos rerum potiebantur, accedunt eam, & pollicitationibus inducunt ut eliciat è Sampſone cauſam tanti roboris, propter quod inuictus haberetur ab hoſtibus. Aſſenſit illa, & cum prima occaſio data eſt, inter comportationem & muliebres blandicias extollens eius res geſtas, aſtu utebatur ut cognoſceret cur tantopere uirtute excelleret. Sampſon uerò adhuc mentis compos eiſdem artibus contra mulierem utens: Si ſeptem, inquit, uitium flexibilibus reuinctus fuero, fiam omnium infirmiſſimus. Tacuit illa, communicatoque ſuper hoc cum magiſtratibus conſilio, incluſaque in penitiore domus parte manu militum, bene potum ac ſopitum accuratè, ut ab ipſo didicerat, uinxit. deinde excitato indicat adeſſe quoſdam qui illum uellent aggredi: ille ruptis uirgeis uinculis ad reſiſtendum ſe expedit. Mulier tunc fruſtrata paulo pòſt aliam opportunitatem nacta, grauibus querelis aggreſſa eſt uirum, quòd amanti non ſatis fidens, celaret eam id, quod maximè ſcire cuperet, ac ſi neſciat tacere, quicquid alios ſcire amaſio ſuo non expedit: rurſumque ſimili figmento eluſa eſt, cùm ſeptem funibus alligatum perditurum ſe uires diceret. experta enim hoc quoq; nihil effecit. Cumq; urgere non deſiſteret, tertiò mulierem ludificatus eſt: dicens, capillos ſuos oportere implecti licio, atque ita parari uincula: ac ne hoc quidem uerum experta. poſtremò adhibitis omnibus artibus non prius rogandi finem fecit, quàm fatali iam neceſſitate inſtante, uictus importunitate Sampſon, in gratiam mulierculæ ſuum ipſe ſecretum prodidit: Deus, inquit, mei curam habet: & eius prouidentia natus hanc comam alo, cuius tonſuram ipſe mihi interminatus eſt. nam in eo capillitio totas ſibi uires conſiſtere. Hoc cognito, neſcienti comam deraſit, & hoc pacto imbecillem factum inimicis prodidit, repugnare amplius non ualentem. Illi orbatum oculis & uinctum abduxerunt. Procedente deinde tempore cum iam capillus repullularet, cumq; ſolenne Palæſtinis adeſſet epulum, conuiuantibus optimatibus in quodam loco cuius tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Sampſon ut mi ſero inter compotandum illuderent. Qui hoc extremum malum exiſtimans quòd illuſores ulciſci non quiret, iubet puerum à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas ſe acclinet, iam, ut tum ſimulabat, defatigatum. Quibus admotus ſic eas concuſſit, ut ſubuerſæ totius ædificij ruinam traherent, qua tria millia hominum ſunt oppreſſa, & inter cæteros ipſe Sampſon. Hic finis uiri fuit, exacto principatus anno uigeſimo, admirandi ob incomparabilem animi ſimul ac corporis fortitudinem, qua in hoſtium perniciem uſque ad extremum halitum uſus eſt. Nam quòd à muliere deceptus eſt, humanæ infirmitati imputari conuenit, pronæ ad eiuſmodi uitia, cæterà dignus ſempiterna memoria uirtutis nomine. Cognati uerò eius cadauer in patriam reportatum, apud Saraſam oppidum monumento maiorum intulerunt.

Iud. 10. Sampſon Gazæorum fores portarum aufert.

Sampſon Dalalen amans, decipit.

Sampſon fortitudinis ſuæ cauſam reuelat, orbatus oculis; abducitur; &

tandem moritur miſerè.

A. M. 2810. Ante Chr. nat. 1161. *Iud. 16.*

Sampſon principatum obtinuit annis 20. Iud. 15. uer. 20.

De Rutha, & quomodo filij ſacerdotis Elis à Palæſtinis in prælio ſunt cæſi. CAP. XI.

XIIII. *Ruth. 1.* † *Elimechus in libro Ruth appellatur.*

POſt Sampſonis obitum præfuit Iſraelitis Elis pontifex, in cuius principatu fames eam regionem inuaſit. quam non ferens † Abimelechus Bethlemorum ciuis, quod oppidum eſt tribus Iudæ, aſſumpta uxore Naami, & filijs communibus Chellione & Mallone, in Moabiticam terram migrauit. Cumq; ibi proſpera fortuna uteretur, filijs ſuis uxores dedit eius gentis fœminas, Chellioni Orpham, Ruthē Malloni. Exacto autem decennio Abimelechus cum filijs breui tempore alius poſt alium obijt. quo caſu Naamis in maximum mœrorem coniecta, deſolata à chariſſimis, quorum conſuetudinem amori patriæ prætulerat, mutato pro re conſilio reuerti ad ſua decreuit. iam enim res patriæ in meliori ſtatu eſſe perceperat. Nurus autem eius non ſuſtinebant ab ea diuelli, & uelit nolit comitari eam uolebant. At illa precata eis felicius coniugium, quàm in quo cum filijs ſuis uixiſſent, & in reliquis rebus proſperitatem, & docēs quòd in ſe nihil eſſet opis, rogabat ut ma-

Elifacerdotis tempore in terra fames.

A. M. 2811. Ante Chr. nat. 1160. *Abimelechi mors.*

Naamis in Iudæam reuertitur marito, filijſq; defunctis.

A ut manerent, néue relicta patria in euentum incertum ſequi miſeram ſocrum cuperent. His monitis Orpha paruit: Ruthem uerò nolentem manere, cuiuſuis fortunæ futuram ſociam ſecum ſocrus abduxit. Quæ poſtquam unà peruenerunt Bethlema, Boozus Abimelechi cognatus eas excepit hoſpitio. cumq; Naamis à ciuibus ſuo nomine appellaretur, Iuſtiùs, inquit, uocaretis me Maram. ſignificat aũt Hebræorum ſermone Naamis felicitatem, Mara dolorem. Et cùm eſſet meſſis tempus, Ruthe permiſſu ſocrus exibat ad ſpicilegium, ut cibos ſibi pararent, caſuq; in Boozi rus deuenit. Qui cùm paulo pòſt ſuperueniſſet, conſpicatus puellam, de ea uillicum percõtatur. is denarrauit omnia domino, quæ paulo antè ex ipſa cognouerat. qui exoſculatus in ea beneuolentiam erga ſocrum, & affectum erga defunctum maritum, eiq; fauſta precatus, noluit ut ſpicas legeret, ſed permiſit ut ſibi ipſi me-

B teret quãtum poſſet, ac ſumeret: mãdauitq; uillico ne eam prohiberet, & ut unà cum meſſoribus prãdium ac potum ei præberet. Ruthe uerò acceptam ab eo polentam ſeruauit ſocrui, & ueſpere cum frugibus collectis ſimul attulit: ſed & Naamis ſeruauerat ipſi quaſdã partes ciborum, quos ei uicini contulerant. narrat deinde ſocrui, quid ei Boozus dixerit: auditoq; ex ea quòd cognatus eſſet, & propter pietatem forſan curam earum habiturus, exiuit etiam ſequẽtibus diebus ad ſpicilegiũ cum Boozi ancillis. poſt aliquot dies iam hordei tritura peracta, uenit Boozus in ſuum rus, & cubabat in area. Hoc cognito cogitauit Naamis in rem ambarũ fore, ſi Ruthe cum eo cubaret: miſitq; eò Ruthem dormituram ad pedes eius. quæ nefas rata non parére ſocrui, fecit quod iuſſa eſt. ac primò non ſenſit hoc Boozus altum dormiens: ſed circa mediam noctem experrectus, ſentiensq; eam unà cubare, quæſi-

C uit quænam eſſet? edidit illa nomen, & famulam ſe in eius poteſtate dixit. Tacuit ille tum, ſed manè ſummo priuſquam famuli ad opus ſurgerent, excitatam iuſſit hordei quantum ferre poſſet capere, & priuſquam aliquis eam ibi dormiſſe uideat, ad ſocrum redire. cauendos .n. tales rumores, maximè ſi non de nihilo oriantur. Cęterùm in primis rogandus eſt is qui tibi propinquior eſt quàm ego, an te uxore opus habeat. quod ſi aiat, ſequêris eum: ſin minus, mea legitima coniunx eris. Hæc uerba ubi renunciauit ſocrui, bonam ſpem habuerunt, Boozo res earum curæ futuras. Circa meridiem uerò reuerſus ille in oppidũ, ſenatum coire fecit: ac mox Ruthem & cognatum illũ acciuit. Qui poſtquam uenit: Abimelechi, inquit Boozus, & filiorum ſortem poſſides. Faſſus eſt alter poſſidere ſe, idq; iure propinqui-

D tatis. Tum Boozus: Ergo non ex parte tantùm legum meminiſſe oportet, ſed omnia ex prę-ſcripto earum facere. Ecce adeſt mulier, quam (ſi uis poſſeſſionem agrorum retinere) lex te ducere iubet. At ille Boozo & ſortem & mulierem ceſſit, quandoquidem & ipſe defuncto-rum eſſet cognatus. Sibi enim iam & uxorem eſſe & liberos. Id Boozus apud ſenatum conteſtatus, iuſſit mulierem accedere illum, & ſecundum legem calceum ei detrahere, & in faciem eum cędere. Quo facto, Boozus duxit Ruthem, & anno elapſo natus eſt illi infans maſculus. Hunc Naamis nutricans Obedem de conſilio mulierum nominauit, ſibi in ſenectute cõſtitutæ inſeruiturum. Nam ea uox Hebręis inſeruientem ſignificat. ex Obede prognatus eſt Ieſſæus, ex hoc Dauid rex, qui poſteris ſuis regnum reliquit per uiginti & unam ætates duraturum. Hæc neceſſe habui de Ruthe narrare, uolens Dei potentiam oſtendere, cui facilè eſt etiam uulgares homines ad ampliſſimã dignitatem perducere, ſicut perduxit Da-

E uidem ex talibus maioribus oriundum. PORRO Hebræi per hoc tempus rebus ſuis iam labantibus, bellum denuò Palæſtinis inferunt ob cauſam talem: Eli pontifici duo filij fuerunt, Ophnes & Phineeſes. hi contra omne ius & fas omnia ſibi licere uolebant: nec contẽti honorarijs muneribus, etiam à rapinis non abſtinebant: mulierum inſuper, religionis ergò confluentium ad ſacrum locum, pudicitiam uel ui uel donis expugnabãt, ita ut nihil à tyrannorum moribus differrent. Hanc inſolentiam iuuenũ & pater ipſe magnoperè detestabatur, diuinam ultionem nunquã non expectans, & populus iniquiſſimè ferebat. Poſtquam autem illorum exitium Deus & patri & Samueli prophetæ etiamnum puero prædixit, tum uerò non aliter quàm defunctos filios palàm lugebat. Sed priuſquam de clade in qua ſunt abſumpti dicam, quędam de hoc propheta narranda ſunt. Helcanes Leuita, homo

F plebeius Ramatham urbem in ſorte Ephręmitarum habitans, duas uxores habebat, Annã & Phenennam: ex quarum poſteriore liberos ſuſcepit, nihilominus alteram, quanquã ſterilem diligens. is cùm ſacrificatum ueniſſet in Siluntem, ubi tunc Dei tabernaculum fuiſſe diximus, & de epulo partes uxoribus ac liberis diſtribueret, Anna uidens alterius liberos circum matre ſedentes, in lachrymas prorupit, admonita orbitatis & ſolitudinis. cumq; cõſolationẽ mariti non admitteret, abijt in tabernaculum ſupplicatura, uotumq; facturа, ablata

Ruth Bethlema tendit.

Naamis & Mara nomina quid ſibi uelint.

Ruth 2.

Ruthe ſpicas lectum it, comitibus Boozi ancillis.

Ruth 3.

Ruth ad pedes Boozi quieuit.

Boozus Ruthem alloquitur experrectus.

Ruth 4.

Boozus Ruthis cognatum commonefacit, ut Ruthem duceret coniugem.

Boozus Ruthem ducit in matrimonium, ex qua filiũ nomine Obedum ſuſcepit.

Dauidis origo.

XV.

1. Reg. 2.

Filiorum Eli impũ ficis nequitia.

De Samuelis ortus origine.

ſterilitate matrem factam primum filium ſe conſecraturam, ad miniſteria Dei non uulgari more educatum. In huiuſmodi precibus longas moras protrahentē animaduertēs Elis pōtifex, qui ante tabernaculū ſedebat, tanquā parum ſobriam iuſſit abire. Quæ cùm reſpōdiſſet, aquam ſe potaſſe, ſed mœſtam quòd liberis careat, precibus à Deo ſterilitatis remedium petere: bono animo eam eſſe iuſſit, pollicitus habiturā ex Dei munificentia filiū. Tum demum bona in ſpe ad maritū reuerſa, cibis hilaris uſa eſt. in patriam deinde reuerſa, breui uterum gerere cœpit. Mox ubi pariendi tempus aduenit, enixa filiū, Samueli nomen indidit, quaſi dicas exoptatū à Deo. Cumq; parentes gratias acturi Deo pro accepto filio, & ſacrificaturi redijſſent, ſimulq; decimas ex more afferētes, mulier uoti rea puerum Eli tradidit, Deo conſecratum, prophetamq; futurū. Itaq; & comā alebat, & aqua tantùm in potu utebatur, degebatq; & educabatur in fano. Helcanæ autem alij prēterea filij ex Anna nati ſunt, & filiæ tres. Porrò Samuel exacto iam anno ætatis duodecimo prophetam agere cœpit: quadā & nocte dormientē Deus nomine uocauit. Tum ille ratus à pontifice ſe uocari, uenit ad eum. Quo negante à ſe uocatū, Deus idem iterū ac tertiò fecit. Tum Elis rem perſpiciēs ait: Ego, mi Samuel, nunc quoq; ut antè ſilui, ſed Deus te uocat. quapropter præſtò eſſe te reſpōde. Itaq; rurſum Deo uocāte, rogauit quid iuberet, paratū ſe ad miniſteriū offerēs. Tum Deus: Quando, inquit, prēſtò es, diſce imminere Iſraēlitis cladem maiorem quàm credibile eſt, & filios Elis ambos una die perituros, & ſacerdotiū meū migraturū in familiam Eleazari. Elis enim pluris fecit ſuos filios quàm meū cultū, idq; ne cum ipſorū quidem commodo. Hoc oraculum cùm ab adiurato extorſiſſet pontifex, alioqui ſe non contriſtaturo, certiorē iam expectationem exitij filiorū habuit. Samuelis aūt gloria magis ac magis creſcebat, omnes eius prædictiones ueras euentu approbāte.

Samuelis natiui tus.

A.M. 2814. Ante Chr. nat. 1157.

Samuelis educatio.

1. Reg. 3. Samuelem Deus primùm alloquitur, atq; eidē Iſraelitarū cladē, filiorū Elis pœnam, & ſacerdotij trāſlationem patefacit.

XVI.

PER idem tempus Palæſtini ſuſcepta expeditione contra Iſraēlitas, caſtrametati ſunt apud urbē Amphecam: & occurrentibus mox Iſraelitis, poſtridie congreſſi prēlio, Hebrēorū circiter quatuor millia peremerunt, reliquis trepidè in caſtra compulſis. Quamobrē Hebræi periculū extremū metuentes, mittunt ad pōtificem atq; ſenatum qui poſtulent arcam in aciem proferri, ut eius præſentia freti hoſtem ſuperent, ignari eum qui ſententiā ſemel aduerſum eos tulerat fore ut uincerentur, maiorē eſſe quàm arcam, quæ propter ipſum erat. Venit igitur arca in exercitum, & cum ea pontificis filij, accepto à patre mandato, ſi amiſſa arca uiuere ſuſtineant, ne unquam in conſpectū ſibi ueniant: quorum Phineeſes iam ſacerdotio fungebatur, patre propter ſenium honorem concedente. Vehemēter aūt Hebræis arca animos addidit, uictoriam ſitam in hac exiſtimantibus: contrà hoſtes metuebant ne arca Iſraēlitis eſſet præſidio. attamen utrorumq; expectationem euentus fefellit. Nam poſt conflictū ſperata Hebræis uictoria, Palæſtinis cōtigit: & quam cladem hi timuerant, eam Hebræi paſſi, cognouerunt fruſtra ſe in arca fiduciam collocauiſſe. Namq; primo impetu in fugam ſunt uerſi, in qua triginta hominū millia ſunt amiſſa, inter quos pontificis filij ceciderunt: & arca quoq; in hoſtium poteſtatem deuenit.

1. Reg. 4. Palæſtini Hebræis cladem inferunt. Arca in Hebræorum caſtra portatur.

A.M. 2850. Ante Chr. nat. 1121.

Hebræi fuga elapſi triginta millib. hominū cæſis, arcaq; Domini hoſtibus relicta.

Ibid.

Eli militū & filiorum ſuorū cladem perceptam æquo animo tulit: at arcā Domini in manus hoſtiū perueniſſe cùm intellexiſſet, animam exhalauit.

Elis principatui anni ſunt fermè 40. præfuit.

Sacerdotij functio quo pacto Eli obtigerit.

Quomodo Elis audita filiorum cæde, & arcæ amiſſione, prouolutus de throno expirauit. CAP. XII.

HAnc cladem & arcæ captiuitatem poſtquā in Siluntem Beniamita quidam iuuenis elapſus è prælio renunciauit, tota urbe repleta luctu, Elis pontifex, qui ad alteram portam in ſella ſedebat, audito eiulatu, ſuſpicatus noui aliquid mali ſuis accidiſſe, iuuenem accerſit. cumq; audiſſet euentum prælij, tam militum, quàm filiorū cladem ſatis æquo animo, ut qui Deo prænunciāte iam antè hæc præciuerat. Solent.n. longè grauiùs afficere quæ præter expectationē accidūt. Vt uerò etiā arcā in hoſtiū poteſtatē ueniſſe cognouit, inſperato malo ictus, & doloris impatiens, prolapſus è throno exhalauit animā, uitæ anno nonageſimo octauo, principatus quadrageſimo. Eadē die Phineeſis quoq; alterius è filijs uxor obijt, nō ualens ſuperesſe mariti infortunio. Prægnanti nunciatus eſt caſus mariti, peperitq; filiū ſeptimeſtrem quidem, uitalem tamē, cui ob acceptam ignominiam Ioachabes fuit nomen, quam ea uox apud Hebræos ſignificat ob acceptam tunc ab exercitu infamiam. Primus aūt hic Elis ex Ithamari familia, qui fuit alter Aaronis filius, pontificatū obtinuit. nam antè in Eleazari familia fuit hoc ſacerdotium, quod filius à patre per manus accipiebat. Ille enim Phineeſi id tradidit: quod mox filius & ſucceſſor eius Abiezeres filio ſuo Boceię reliquit: ab hoc Ozis filius eius accepit: poſt quem Elis ſacerdotio potitus eſt, de quo nunc loquimur: quod manſit eius generi uſq; ad Solomonis regnum, quando ad Eleazari familiam rurſum redijt.

A

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER SEXTVS.

Quomodò Palæſtini peſte & fame coacti arcam Hebræis remiſerunt. CAP. I.

B

HEBRAEORVM arca, quemadmodum diximus, capta, Palæſtini Azotum eam ferunt, & in fano Dei ſui Dagonis inter donaria collocant. Sequenti uerò die manè uenientes ut adorarent Deum ſuum, inuenerunt eum idem arcæ facientem. Iacebat enim de baſi delapſus in qua ſteterat: quod ægrè ſerentes, in priſtinum locum eum reponũt. Cumq; ſæpiùs illuc accedentes, ſemper proſtratum & adorabundum eperirent, ſtupor maximus ac perturbatio eos inuaſit. poſtremò grauiſſima peſtis Azotiorum urbem atq; agrum diuinitùs adorta eſt. cor-

C repti enim dyſenteria cruciabiliter moriebantur, nonnulli interanea uitiata morboq; corroſa euomebant. Ager uerò totus ſcatebat muribus, qui omnia uaſtates, nec ſegetibus parcebant, nec ſtirpibus. His calamitatibus Azotij preſſi, nec ualentes ampliùs tolerare, intellexerunt arcam in cauſa eſſe, & victoriam cum eiuſmodi ſpolijs luctuoſam ſibi contigiſſe. miſerunt igitur ad Aſcalonitas, poſtulantes ut arcam in ipſorum urbem transferrent: qui non grauatim Azotiorum legationi annuentes, cupidè arcam ad ſe receperunt, moxq; eiſdem quibus illi malis laborauerunt. Cum arca enim ſimul etiam calamitates ſunt tranſlatæ: itaq; hinc quoq; ablegata eſt ad alios, ſed ne apud illos quidem permanſura. agitati .n. eiſdem peſtibus, ad uicinas urbes eam tranſmittebant. atq; in hunc modum quinq; Paleſtinorum urbes peruagata eſt arca, ueluti tributũ per ſingulas pœnam uiolatæ religionis exi-

D gens. Quæ defeſſæ tot malis, & alijs exemplum factæ ne arcam reciperent talia hoſpitij præmia referentem, nihil ſupereſſe uidebant, quàm ut bono aliquo modo à ſe eam ablegarent: & cùm conueniſſent quinque ciuitatum principes, Gittæ, Accaronis, Aſcalonis, Gazæ & Azoti, diſpiciebant quid facto opus eſſet. Ac primùm uiſum eſt remittendam eſſe arcam ad ſuos, cuius captiuitatem Deus ulciſceretur, quùm tot mala ſimul cum ea regionem ingreſſa, homines & agros uaſtare non deſinerent. Nec defuerunt qui huic ſententiæ contradicerent, negantes hæc imputanda captiuæ iſti arcæ: cuius ſi tanta uis eſſet, aut ſi omninò Deo chara fuiſſet, nunquam illam in diuerſæ religionis hominum manus deuenire permiſiſſet: ſuadentesq; ut hos caſus æquo animo ferrent, & ſic cogitarent, hæc omnia non aliũde quàm à natura prouenire: quæ & corporibus & terris & plantis & cæteris potentiæ ſuæ

E ſubditis per certas temporum uices huiuſmodi mutationes ingenerare ſoleat. Sed uicit ſententia probatæ prudentiæ hominum, qui tunc aptiora ad propoſitum negotium cenſere uidebantur. His neque remitti arcam placuit, neque retineri: ſed pro quinque ciuitatibus quinque ſtatuas aureas dedicari Deo in teſtimonium gratitudinis, quòd eius fauore ſeruati eſſent ex ea peſte, quam humanis remedijs euadere fuerit impoſſibile: & totidem mures aureos addi illis ſimiles, qui agris uaſtitatem intuliſſent. His omnibus in loculum incluſis, & ſuper arcam impoſitis, plauſtrum ei nouum fabricari: uaccas deinde nuper enixas plauſtro ſubiungi, incluſis domi earum uitulis, ne ſequentes ſint impedimento matribus, & ut fœtuum deſiderio magis properent. ipſas uerò deduci in triuium arcam uehentes, atque ibi relinqui, ut quamcumque uelint uiam ineant. Et ſi quidem ad Hebræorum

F regionem ſe uerterint, ad eamq; perrexerint, credere arcam fuiſſe calamitatum cauſam: ſin aliò deflexerint, retrahendas ex itinere, indubitato argumento nihil in hac ineſſe uirium. hoc conſilium omnibus calculis eſt approbatum, quod mox opere ſunt executi: & paratis quæ diximus, productoq; in triuium plauſtro, ac ibi relicto, ipſi retrorſum diſceſſerunt.

1. Reg. 5. *Arca in Dagonis fanũ delata.*

Dagon ante arcam procidit.

Paleſtini ab arca infeſtantur.

Mures omnia uaſtant.

Arca reſtituta calamitates ceſſarunt.

2. Reg. 6.

Paleſtinorũ de arca remittenda conſultatio diſcors.

Sententia de arca relegãda determinata.

Arcam relegandam eſſe, conſultum fuit.

Victo-

Victoria Hebræorum ductu Samuelis. CAP. II.

A.M. 2851. Ante Chr. nat. 1120.

Ibidem.

Arca ad Hebræos reportatur lætantes.

ACcis autem rectam uiam ingreſſis, & non aliter quàm ſi deducerentur tendentibus, principes Palæſtinorum ſequebantur, cupientes cognoſcere quò peruenirent, & ubi plauſtrum ſiſterent. Vicus eſt quidam in tribu Iudæ, nomine Bethſama. huc poſtquam uenerunt uaccæ, tametſi pulchram planiciem ante ſe haberent, ulteriùs tamen non ſunt progreſſæ, ſed ibi plauſtrum ſtatuerunt: ad quod ſpectaculũ à uicanis mox cum gratulatione eſt concurſum. Cùm enim eſſet æſtas, & fruges ex aruis cõportarentur: ut uiderunt arcam, præ gaudio mittentes opus è manibus ad plauſtrum illud properabant. demptam deinde arcam, & uas quod ſtatuas illas ac mures continebat, in petra quadam quæ in campo extabat, depoſuerũt: & accitis uictimis, peractoq; ſacrificio ſplẽdidè epulati, plauſtrum ſimul ac uaccas holocautoma Deo fecerunt. quo uiſo principes Palæſtinorum retrò ad ſuos ſunt reuerſi. Cæterùm indignatio Dei Bethſamitas inuaſit, ex quibus ſeptuaginta occidit, quòd cùm non eſſent ſacerdotes, profanis manibus contrectare arcam fuiſſent auſi. quæ res læticiam uicanorum nouo luctu obſcurauit, quòd ſuos diuina ultione extinctos deſiderabant. Quam ob rem indignos ſe ducentes, qui hoſpitium arcæ præberent, mittunt nuncios ad uniuerſos Hebræos, qui certiores faciant de arca à Palæſtinis reddita. Illi re cognita transferunt eam in Cariathiarim, urbem uicinam Bethſamitis, atque ibi apud Aminadabum quendam Leuitam, opinione religionis ac iuſticiæ celebrem, in ædibus eius collocant, idoneum ſacrario locum exiſtimantes, ubi uir iuſtus haberet domicilium. Cura arcæ commiſſa eſt eius filijs, quam per uiginti annos geſſerũt. tot .n. annos in Cariathiari manſit, quatuor ſolis menſibus apud Palæſtinos detenta.

A

B

Bethſamitarum clades ob contactam arcam.

1. Reg. 7.

Arca in Cariathiarim transfertur.

II. *Iſraelitarum pœnitentia.*

CVMque populus toto hoc uicennio uotis & ſacrificijs operam daret, magnamq; religionem & cultus diuini curam præ ſe ferret, propheta Samuel animaduerſa eorum promptitudine, putans ſe nactum occaſionem adhortandi ad libertatem, & bona quæ illam ſequuntur, orationem & tempori accommodans & negotio, uerba in hanc fermè ſententiam ad eos fecit:

C

Samuelis concio ad populum, de inuadẽdis Palæſtinis.

Viri, inquit, quandoquidem nec hoſtis infeſtus eſſe deſinit, & Deus ueſtris precibus flexus propitius eſſe incipit, oportet non uotis tantùm libertatem expetere, ſed eò incumbere, ut uel nunc tandem illa potiri contingat. Cauete ergo ne ueſtriſmet moribus hac indigni reddamini, ſed pro ſe quiſque colat iuſticiam: expulſisq; uitijs ex animo, purgatas mentes ad Deum conuertite, & in eius ueneratione conſtanter perſeuerate. hæc enim facientibus bona uenient, noua libertas, & uictoria de hoſtibus: quæ neque armis, neque robore corporum, neque copiarum multitudine conſequi licet. non enim his rebus Deus præmia propoſuit, ſed probitati ac iuſticiæ: qui ueſtram expectationem non fallet, mihi credite. Hanc adhortationem alacris populus fauſtis acclamationibus excepit, promptum ſe offerens ad omnia quæcunque Deus uelit ac iubeat. Samuel autem edixit, ut conuenirent in oppidum Maſphatim, quæ uox conſpicuum ſignificat. Ibi hauſta aqua libauerunt Deo, & indicto unius diei ieiunio publicè ſupplicatum eſt. Nec latuit Palæſtinos Hebræos circa Maſphatim congregari, ſed confeſtim cum magno exercitu affuêre, ſperantes ſe illos nec opinos poſſe opprimere. Quapropter trepidi ad Samuelem concurrunt, conſilium dubijs rebus petentes, nihil diſſimulantes non eſſe ſibi ſatis uel uirium uel animi ad confligendum cum tam potente hoſte, à quo antea uicti diſceſſiſſent: & libenter quieturos ſi liceat, ne ultrò ſibi perniciem accerſere uideantur. conueniſſe ſe ad ſupplicationes & ſacrificia, utque ſacramento ad militiam adigerentur: nunc imparatis & inermibus imminere hoſtem, ut nulla ſpes ſalutis ſuperſit, niſi Deus à propheta exoratus, periclitantes in tutelam accipiat. Ille iubet eos forti animo eſſe, neque enim auxilium Dei defore. & mactato pro plebe agno lactente, rogat Deum ut eos protegat, & à ui Palæſtinorum tutos faciat: néue patiatur iterum cladem accipere. Hac uictima egregiè litatum eſt, & Deus præſens ac propitius inſignem uictoriam annuit. Sed priuſquam totam flamma abſumeret, nondum ſacro peracto, hoſtis in conſpectu aciem explicat, rem factam ſe habere putans, interceptis Iudæis imparatis ad pugnam, & tantùm non inermibus, ut qui non in hoc in eum locum cõuenerant. At longè aliter accepti ſunt quàm crederent, etiamſi quis prædixiſſet: primùm enim terra, iubente Deo, ſub pedibus eorum intremuit, & uacillante ueſtigio nutabãt, nõnulli etiam in improuiſos hiatus prolabebãtur: deinde fulminibus crebris attoniti, & ignitis fulguribus oculos ac manus ſemiuſtulati, ut ne arma quidem retinere poſſent, in fuga ſpem totam ponebant. cùm ſubitò Samuel in perturbatos irruit, cæſisq; plurimis, reliquos uſque Corræos (id loco nomen eſt) perſequi non deſtitit. & fixo ibi ſuæ uictoriæ fugæq; hoſtium

D

Iuſticiæ & probitati præmia Deus propoſuit.

Ieiunium populi Iſraelitici.

Hebræorũ circa Maſphatum conuentus, & ad Samuelem feſtinatio; necnon de Palæſtinis inimicis imminentibus querela.

Samuelis conſolatio, ſacrificium, & oratio.

Victimæ per cœleſtem flammã abſumptio.

A.M. 2870. Ante Chr. nat. 1101.

Palæſtini ab Hebræis cæſi, duce Samuele.

Samuelis victoria.

E

F

A ſtium termino lapide, qui trophæi uice eſſet, appellauit eum Fortem, in ſignum donatæ à Deo contra hoſtem fortitudinis: qui poſt hanc cladem nunquam bellum inſtaurare eſt auſus, ſed cohibente metu, & accepti incommodi memoria, intra fines ſuos ſe continuerunt: & inuerſis rerum uicibus, eorum ferocia in partes uictoris tranſijt. Nec his contentus Samuel, crebris expeditionibus & multis cædibus eos uaſtauit, donec omninò ſuperbiã gentis perdomaret. agrum etiam quem prælio uictis Iudæis abſtulerant, quàm latè inter Gittam & Accaronem patet, armis recepit. Reliqui uerò Chananæi pacem eo tempore cum Iſraëlitis habebant.

Lapis fortitudinis.

Agri prælio amiſſi receptio.

Quomodo Samuel deficientibus per ætatem uiribus, rerum adminiſtrationem filijs ſuis commiſit. CAP. III.

A.M. 2871. Ante Chr. nat. 1100.

B SAmuel autem rebus populi compoſitis, & iuridicis conuentibus per cæteras urbes inſtitutis, ipſe ſingulis annis bis eas obibat, & iura reddebat. multoq; tempore hanc præcipuam curam habuit, ut patrijs legibus reſpublica adminiſtraretur. DEINDE ſenio grauãte, ut conſuetis munijs ſufficere nõ poſſet, filijs ſuis principatum & curam reipub. tradidit: quorum ſeniori Ioel, iuniori Abia, nomen erat: mandauitq; ut alter in Bethelis, alter in Barſabe ius diceret, partito populo, & ſua cuiq; iudici parte attributa. In his manifeſtum exemplum exhibitum eſt, non ſemper patribus ſimiles naſci filios, ſed interdum ex malis bonos, ſicut tunc contrà ex bono mali prognati ſunt. Relictis enim paternis inſtitutis diuerſiſſimam uiam ingreſſi, muneribus corrupti, iuſticiã opprimebant, & in iudicando non ueritatis, ſed lucri reſpectum habebant, ſolutiq; in luxum C ac delicias, tum Dei uoluntatem, tum patris contemnebãt, cui nihil magis erat cordi, quàm ut in populo iuſticia uigeret quàm maximè.

III. 1. Reg. 8.

Samuel filijs ſuis Ioeli & Abiæ gubernationẽ reip. commendat.

Filij nonnunquã patrib. diſſimiles naſcuntur.

Samuelis filiorũ impietas.

Quomodo populus offenſus Samuelis filiorum moribus, regem ſibi dari poſtulauit. CAP. IIII.

IIII.

P Opulus autem uidens rempublicam cura & diligentia propheræ optimè conſtitutam, labefactari per filiorum eius impotentiam, offenſus ad patrem concurſum fecit, qui tum habitabat in urbe Ramatha: & commemoratis filiorum eius iniquitatibus, quódq; ipſe iam ſenio debilis, more ſolito præeſſe adminiſtrationi rerum non poſſet, obnixè precabatur ut rege m aliquem declararet, qui toti genti cum imperio præſit, & à Palæſtinis illatæ toties iniuriæ pœnas debitas exigat. HAEC populi D uoluntas uehementer Samuelem contriſtauit, qui propter innatam iuſticiã oderat regiam poteſtatem. Valde enim optimatum gubernatione delectabatur, non aliam ad felicitatem populi conducibiliorem exiſtimans. adeóq; res hæc hominem ſolicitũ habuit, ut nec cibũ nec ſomnum præ cura caperet, ſed per totam noctem ſe in lecto uerſaret, multa interim animo uolutans. Sic affecto Deus ſe uidendum præbuit, conſolatus eum ne poſtulata populi ægrè ferat: dicens, non tam ad ipſum pertinere hanc cõtumeliam, quàm ad ſe, quem nolint ſibi ſolũ eſſe regem: idq; moliri cœpiſſe iam inde ex quo primùm ope ſua ex AEgypto ſunt educti. Verùm nõ multo pòſt futurum eſt, inquit, ut eos conſilij huius ſerò pœniteat, quãdo nec factum infectũ eſſe poterit, & ipſi ſuam erga me æquè ac te ingratitudinem damnabunt. Nunc iubeo te eis creare regem, quem ego deſignauero: idq; priùs quàm facias, præ E monebis quãtum malorũ ſibi ultrò aſciſcãt, proteſtaberisq; eos ad mutationẽ ſtatus in deterius properare. His auditis Samuel, manè conuocatis Iudæis, declaraturum ſe illis regem promiſit, addens uelle ſe priùs indicare, quæ erunt ſub regibus ferenda, & in quantis incommoditatibus erit uiuendum. Scitote ergo primùm, quòd à uobis abſtrahent ueſtros liberos, & alios aurigas ſibi facient, alios equites & ſatellites & curſores, & tribunos ac centuriones: & alios item opifices, armorum ſuorum ac curruum aliorumq; inſtrumentorum fabros: præterea uillicos agrorum ſuorum & aratores, & uinearum foſſores: & nihil eſt quod non cogentur facere more mancipiorum quæ pecunia parantur. Filias quoque ueſtras facient ſibi unguentarias, & culinarias, & panificas, & ad alia miniſteria compellent, quæ ancillæ neceſſariò uerberum formidine obeunt. Poſſeſſiones etiam ueſtras uobis ablatas F eunuchis ſuis & ſatellitibus donabunt, & pecorum greges ſuis largientur: & ut compendio dicam, ſeruietis unà cum omnibus ueſtris regi, non ſecus atque domeſtici eius famuli. Cumq; hæc omnia patiemini, ueniet uobis in mentem huius meæ prædictionis, & pœnitentia tacti, ſupplices Dei miſerationẽ implorabitis, ut uos à regibus citò liberet. uerùm ille non admittet eas preces, ſed repulſos ſinet dare pœnas inconſultæ temeritatis. His præmonitionib. multitudo erat ſurda, nec à propoſito dimoueri poterat, contemptis quæ Samuel

Hebræi uidentes Rempub. labefactari impotẽtia Ioelis & Abiæ, Samuelem allocuturi conueniunt, & nouum regem petunt.

Samuelis uolũtas populi moleſta;

quam Deus tamen perfici mãdat, Samuelem conſolans.

Factum infectũ fieri non poteſt.

Dei de rege conſtituẽdo præceptum.

Samuel populo futuri regis uiolẽtiam enarrat.

Populus neutiquam Samuelis

in rem

narratione, operа regis futuri, delineãtis mouetur; & domum remittitur.

in rem eorum afferebat, ſed urgebat obſtinatè ut miſſa futuri cura regem crearet: quandoquidem niſi regis ductu uindicare ſe de inimicis gentibus non ualerent: nec eſſe abſurdũ, ſi cùm finitimi omnes regnentur, & ipſi eandem reipublicæ formam accipiant. Samuel uerò uidens ſe prædictionibus ſuis parum proficere, ſed pertinaciter eos in ſententia manere: Nunc, inquit, abite domum quiſque ſuam, & cùm tempus erit, accerſam uos, quamprimùm cognouero quem uobis regem Deus dare uelit. A

A.M.2881. Ante Chr. nat. 1090

Saulus iubente Deo rex declaratur. CAP. V.



Rat quidam ex tribu Beniamitide, uir bene natus & laudatis moribus, nomine Cis. huic erat filius, nomine Saulus, egregia tum ſtatura tum ſpecie, animo etiã præſtantiore. Hic Cis cùm eximias aſinas, quibus præ cæteris iumentis delectabatur, à reliquo grege aberrantes amiſiſſet, filium cum uno famulo ad eas quærendas miſit. qui cùm perluſtrata ſua tribu eas non inueniſſet, ad alias uenit: & cùm nuſquam comparerent, decreuit redire, ne patri ſolicitudinis cauſa fieret. & dum non longè à Rámata oppido iter faciunt, famulo admonente habitare ibi prophetam ueridicum, eũq; omninò conſulendum eſſe: ſic enim ſcituros quid actum eſſet de aſinis: reſpondit, nihil ſe habere quòd mercedem diuinationis daret. iam enim uiaticum eſſe conſumptum. & dicẽte famulo, ſupereſſe quadrantem ſicli, eumq; dari poſſe (neſciebant enim prophetam mercedes non accipere) itum eſt ad illum: inuentisq; circa portam uirginibus aquatum euntibus, interrogabant, ubínam ſit prophetæ domicilium. quæ indicatis ædibus, iubent properare priùs quàm accumbat ad cœnam. præbere enim eum epulum, & primum accumbere. Samuel autem hac ipſa de cauſa cõuiuas uocauerat. Nam pridie cùm per totã diem precatus eſſet Deum, ut certiorem ſe redderet quem creaturus eſſet regem, in craſtinum ſe id facturum pollicitus eſt: circa eandem .n. horam miſſurum ſe Beniamitam quẽdam iuuenẽ. quam ob rem ſedebat in ſolario expectãs præfinitũ tempus: quo peracto, ad cœnam ſe conferebat. Cumq; Saulum offendiſſet, Deus inſpirauit ei, hunc eſſe futurũ principem. Saulus uerò accedẽs cum ſalutatũ, priùs rogat ubi propheta habitet. hoſpitem .n. ſe hoc ignorare. Cumq; ille reſpondiſſet, ſe eum eſſe, & ad cœnam duceret, dicens non aſinas tantùm quas quęreret ſaluas, ſed omniũ omnia bona in poteſtatem eius fore. Supra ſpem, inquit, meam ſunt iſta domine. Neq; enim ea eſt mea tribus quæ reges proferat, & familia mea humilior eſt alijs familijs: tu uerò ludis me, & maiora quàm pro mea conditione loqueris. Propheta autem deductum eum ad conuiuiũ accumbere fecit, & famulũ ſupra alios uocatos. erant hi ſeptuaginta numero. iuſſitq; miniſtris ut Saulo portionem regiam apponerent. Cumq; iam hora dormiendi adeſſet, alij quidẽ ſurgentes domũ quiſq; ſuam reuertebantur. Saulus uerò apud prophetam cum famulo pernoctauit. & cùm primùm dies illuxit, Samuel excitatum eum in uiam deduxit. Poſtquam aũt egreſſi ſunt urbem, monuit ut famulo præcedere iuſſo, ipſe pauliſper ſubſiſteret: eſſe .n. quòd ſine arbitris illi uellet dicere. Tum Saulus famulũ ablegat, & propheta deprompta lecytho caput iuuenis oleo perfundit, ſimulq; regem ſalutat, Deum ei honorẽ hunc ratum facere dicens pro tutela Hebręorum, quorũ iniurias bello Paleſtinis illato ulciſci debeat. Hæc ita fore hoc argumẽto cognoſcere poteris. In hoc itinere offendes tres homines religionis ergò tendẽtes ad Bethela: quorũ primum uidebis ferre tres panes, ſecundũ hœdum: hos tertius ſequetur utrem uini baiulãs. Hi tibi comiter ſalutato dabũt panes duos, & accipies. inde uenies ad Rachelis monumentũ, ubi occurret tibi qui nunciet inuentas eſſe tuas aſinas. Inde progreſſus ad oppidũ Gabatha, in cœtum prophetarũ incides: & correptus diuino ſpiritu, unà cũ illis prophetabis, ut quotquot hæc uiderint, attoniti miraculo, dicant: Vnde hæc felicitas Ciſi filio? His ſignis uiſis, certò ſcito Deum eſſe tecum: & ſaluta patrem tuũ & cognatos. Venies aũt Galgala, me accerſente, ut pro his Deo pacificas hoſtias immolemus. His prędictis, dimiſit iuuenem, & quicquid prædictũ eſt occurrit ei in hoc itinere. Poſtquam aũt domũ redijt, percontante cognato ſuo Abnaro, quem præ cæteris diligebat, quomodo ſucceſſiſſet peregrinatio, nihil illũ celauit, ne hoc quidem quòd apud prophetam fuiſſet, & ex eo cognouiſſet inuentas eſſe aſinas. de regno tantùm tacuit, ne ea res uel credita inuidiam, uel non credita uanitatis opinionem ei contraheret. Quamuis enim & amicus eſſet & cognatus, tutius tamen ac conſultius arbitratus eſt ſilentium, reputans credo humanæ naturæ infirmitatem, quòd nemo conſtans in amore, ſed etiamſi manifeſto diuino ſuffragio felicitas contingat, tamen alios ſibi præferri iniquè & inuidè ferunt. Porrò Samuel populum in oppidũ Maſphatim conuocat, & in hãc ſententiã alloquitur: Hæc iuſſit me Deus ſuo nomine ad uos perferre. Ego uos in libertatẽ uendi-

Saulus de Samuelis domicilij loco quærit.

Saulus uoce diuina rex creatur.

Saulus Samuelem alloquitur.

Saulus dignitate regia cõbone ſtatur.

1. Reg. 10. Samuel Saulum ungit regem.

Samuel Saulo in itinere euentura pronũciat.

Saulus dignitatem regiam adeptam occultat.

Samuelis oratio ad populum.

B C D E F

A uendicaui, pro quibus beneficijs hanc mihi gratiam reponitis, quòd abrogato mihi imperio, quasi nesciatis utilissimum esse homini à Deo regi, unum è uestro numero digniorem existimatis, qui uobis præsit: qui subditis tanquam pecudibus pro sua libidine utens, quidlibet in quemuis licere sibi uolet. Non enim fieri potest, ut homo erga hominem sic affectus sit, quemadmodum ego erga à me ipso conditum. Eia, quādo plus apud uos potest temerarius animi impetus, quàm uel religio, uel beneficiorum memoria, digeratur multitudo per tribus & familias, & fiat sortitio. Quo facto Beniamiticæ tribus sors exijt. dein familiarum nominibus in urnam coniectis, matri familiæ sors obuenit: postremò, cùm uiritim sortitio fieret, Saulo Cisi filio regnum sortitò obtigit. Iuuenis uerò qui hoc præsciebat, abdiderat se, uideri uolens inuitus ad regnum accedere. Tanta fuit præditus modestia simul

B & temperantia, ut cùm plerique uel modica felicitate potiti, uix sui præ lætitia sint compotes, & omnibus se ob oculos ingerant: hic tot populorum rex declaratus ac dominus, non modò non ostentaret se, uerùm etiam è subditorum conspectu subduceret, ut non absque negotio posset inueniri. cumq; nusquam comparente Saulo omnes essent soliciti, hæsitantes quidnam fieri oporteat, propheta precibus Deum appellat, ut latebras indicet, & iuuenem exhibere dignetur. quod ubi impetratum est, mittit qui eum adducant: & postquam uenit, in medio populi iuuenem statuit uniuersi conspicuum, ut qui supra omnes excelleret, & ipse statura maiestatem regiam præ se ferret. Tum propheta: Hunc uobis Deus dat regem. Contemplamini quantum omnibus præminet, & quàm sit hoc honore dignus. Cumq; populus fausta acclamatione regem salutasset, propheta conscriptis in libro omni-

C bus quæ illis sub regia dominatione erant euentura, recitauit ea populo, rege præsente, & librum in tabernaculum Dei reposuit, ut esset apud posteros prædictionis suæ monumentum. His ita perfectis, dimissoq; populo, ipse reuersus est Ramatha in patriam. Saulum uerò in natale oppidum Gabatha redeuntem multi boni uiri comitabantur, ut nouo regi debitū officiū præstantes. Sed plures mali & factū hoc eorū uitio uertebant, & ipsi contempto rege nullis uel muneribus, uel obsequijs gratiam eius demereri conabātur. MENSE aūt V.

post acceptū regnum elapso, exortum contra Naasen Ammanitarū regem bellum apud omnes autoritatem illi parauit. Hic.n. Iudæis ultra Iordanem habitantibus infestus, cum magno & forti exercitu regionē ingressus, urbes eorū subiugare cœpit, nec contentus libertatē in præsens abstulisse, ut omnem rebellādi materiam in futurū adimeret, tam ultrò deditis,

D quam ui subactis dextrū oculū eruebat: ut quoniā scutum sinistro prospectū negat, omninò inutiles bello fierent. Hoc modo tractatis trans amnem incolētibus, in Galadenam exercitū duxit: & castrametatus ad primariā regionis urbē, cui nomen est Iabes, oratores eò misit, qui conditiones offerrent, ut aut deditione facta dextris oculis orbētur ut alij: aut internecionem hominū & oppidorū excidiū expectent. eligerent ipsi utrum mallent, paruā corporis particulā decidere, an in omniū facultatū simul & uitæ discrimē uenire. Territi Galadeni, nec hostile respōsum dare ausi sunt, nec pacatum: sed inducias septem dierum petierunt, ut missis ad cōsanguineos nuncijs, postularēt auxilium: & si impetratum fuerit, bellum gerant: sin minus, promittebant se deditionē facturos quacunq; conditione hosti libēret. Naases aūt qui Galadenos cōtemnebat, nō grauatim inducias dedit, permissis unde-

E cunq; suppetias implorare, qui euestigiò per omnes Israëlitarū urbes ncūios dimiserūt, significantes se minis Naasis in extremam desperationem adductos: sed quocunque illi uenirent, tantundem metus quantum mœroris afferebant, ut nemo se mouere auderet. Cæterùm cùm ad regiam quoque uenissent, & ibi etiam populus sicut in alijs oppidis afficeretur, nil aliud quàm mœrens, Saulus rure domum reuertens, & animaduersa mœsticia populi, scitatus satin' saluæ res essent, & quæ noua causa tristiciæ: ex nuncijs omnia cognouit. mox percitus diuino afflatu, ire eos iubet, & Iabesenis referre, se tertia die uenturum auxilio, & ante solem exortum hostes profligaturum, ut uictores iam, metúq; liberatos sol exoriens inspiciat. Atque his mandatis, aliquot ex eis retinuit, quibus itineris ducibus uti decreuerat.

Beniamiticarū tribuū sortitio.

Saulus sortitione facta rex designatur; atque à uirtutibus commendatur.

Saulus rex inauguratur; &

fausta acclamatione salutatur; simul ac

regio tanquā cō mitatu in patriā ducitur.

1. Reg. 11. Saulo Naases bellum infert.

Iabem Naases armatis cingit.

A. M. 2882. Ante Chr. nat. 1089.

Galadenorū ad Israelitas legatio.

Saulus Iabesitis auxilium pollicetur.

F *Sauli expeditio & uictoria contra Ammanitas. CAP. VI.*



OLens autem pœnæ formidine populum ad Ammaniticum bellum excitare, quò celerius conueniret, boum suorum neruos succidit, idem passuros minatus qui postridie cum armis ad Iordanem non afforent, secuturi quocunq; ipse ac propheta ducerent. Eo metu factum est, ut cùm omnes ad præfinitum tempus prædictò essent, recensitis apud Balam oppidum copijs, inuenirentur septingenta mil-

A. M. 2882. Ante Chr. nat. 1089. 1. Regum 11.

Saulus Ammanitas uincit; &

lia confluxisse, absque tribu Iudæ: quæ sola armauit LXX. millia. Transgressus dein Iordanem, & decem schœnorum spacium nocte emensus, ante solis ortum quò destinârat peruenit: & diuiso trifariam exercitu, undiquaque hostem nihil tale expectantem aggreditur: pugnando ingenti strage edita, inter cæteros multos Ammanitas Naasen regem occidit. A

uictoriæ ergò partæ celebratur.

Hæc uictoria Sauli nomen apud omnes Hebræos inclytum reddidit, fama longè latéq; fortitudinem uiri celebrante. Si qui enim erant qui priùs eum contemnerent, tunc mutata in diuersum opinione, nullo non honore dignum prædicabant. Nam non contentus Iabesenos seruasse, in Ammanitarum regionem irruptione facta totam uastauit, & ditato expræda exercitu, glorioſè domum reuersus est. Populus uerò nimio gaudio gestiens, placebat sibi quòd talem regem creasset, & illis qui inutilem fore dixerant insultabat, rogitans ubi nũc essent isti contemptores, & ad supplicium eos deposcens. & alia multa iactabat, ut solet multitudo, quoties in aliqua felicitate constituta contra autorum eius aduersarios iritatur. Saulus interea studium quidem ac beneuolentiam eorum collaudabat, sed iureiurando affirmauit non passurum ut quisquam è consanguinea multitudine tam festo die rapiatur ad supplicium. Periniquum enim esse, uictoriam à Deo datam ciuili sanguine polluere: sed magis decere, ut positis odijs diem epulis ac hilaritate transigant. Post hæc Samuele monẽte opus esse alteris comitijs, per quæ Saulo rata fiat regni possessio, conuentus omnium fit apud oppidum Galgala. ibi rursum inspectante tota multitudine propheta unxit Saulum sacro oleo, atque iterum regem consalutari fecit. Ita factum est, ut mutato Hebræorum reipub. statu, regia dominatio introduceretur. Sub Moysen. & discipulo eius Iesu, qui tũ exercitui cum imperio præfuit, optimates rem administrabant. post cuius mortẽ XVIII. annis populus sine summo magistratu uixit: deinde rursum ad pristinam regiminis formam redierunt, qui belli gerendi scientia & fortitudine præcelleret, supremum iudicem constituendo. quam ob rem totum hoc tempus, quo talis status durauit, appellauerunt Iudicum. B

Saulus Ammonitica regionem integram peragrando, uastat quaubet sibi ob uia.

Saulus aduersarios ulcisci recusat.

Saulus iterũ rex ungitur.

C

Samuel populo innocẽtiã suam testatam reddit, eidemq;

Samuel aũt propheta priusquã comitia dissoluerẽtur, sic est allocutus populũ: Adiuro uos per maximum Deum, qui uobis optimos illos fratres Moysem & Aaronem misit, & patres uestros ex AEgypto & AEgyptiaca seruitute eduxit: ut absq; pudore ac metu omniue affectu alio, liberè dicatis, nunquid contra ius & æquum fecerim, uel lucri cupiditate, uel in alterius cuiusquã gratiam. Coarguite me, si cuius uitulũ aut ouem, aut aliud quid tale accepi: cùm tamẽ huiusmodi munuscula quæ in quotidianũ uictũ cedũt, ab ultrò dantibus sumere, uitio uerti non soleat: aut si cuius iumento ad meas necessitates usus sum. in his & similibus si quem offendi, nunc rege prẽsente dicite. Acclamatum est, nihil tale eum fecisse, sed sanctè & iustè principatum gessisse. Tum illẽ: Postquam nullæ sunt uestræ de me querelæ, ego habeo de uobis quod conquerar, si uera loqui licet: quæ tamen iniuria magis ad Deum attinet, quem certè hoc facto ualdè offendistis, quòd aliũ regem poposcistis. Oportebat. n. uos meminisse, quòd auus uester Iacobus, LXX solis hominibus uestri generis comitatus, fame coactus in AEgyptum deuenit. Cumq; ibi in multa millia propagata esset eius progenies, eaq; graui & contumelioſa seruitute ab AEgyptijs premeretur, inuocantibus uestris patribus, absq; ullo rege Deus tãtam multitudinem eripuit, missis in hoc Moyse & Aarone fratribus, qui uos in hanc terram induxerunt, quam nunc possidetis. & tamen post talia beneficia prodidistis ueram pietatem ac religionem. Nihilominus subiugatos ab hostibus liberauit, dum eius ope uicistis primùm Assyriorum potentiam, deinde Ammanitarum ac Moabitarum, & postremò Palæstinos. atque hæc confecistis non regum auspicijs, sed ductu Iaphthæ & Gedeonis. Quæ igitur dementia uos impulit, ut detrectantes imperium Dei, sub rege esse malletis? Gessi tamen uobis morem, eo declarato, quem ipse elegit. Vt autẽ manifestè sciatis Deum uobis iratum, nec ei placere in regnum uersam uestram rempublicam, dabo euidens signum diuinitùs. Qualem enim nunquam quisquam estatis medio uidit in hac regione tempestatem, talem nunc impetrabo à Deo, quæ uerbis meis fidem astruat. Vix ea fatus erat, cùm tanta uis tonitruum ac fulgurum & grandinis ingruit, ut attoniti extremaque timentes faterentur se peccasse, & per insciti am in hunc errorem prolapsos, rogarentq; prophetam ut paterno affectu eos complexus, in gratiam Dei placati reponeret, & quemadmodum aliorum antea, huius quoq; peccati ueniam impetraret. Pollicitus est ille rogaturum se pro eis Deum, & exoraturum, simulque consilium dedit, ut probi ac iusti esse perpetuò studerent, nec unquam obliuiscerentur, in quantas clades & calamitates ob neglectum uirtutis incidissent. meminissent præterea prodigiorum Dei legumque per Moysem latarum, si charam haberent uel suam ipsorum uel regis incolumitatem. D

delicta et ingratitudinem exprobrat.

1. Regum 7.

E

Tempestas horrenda diuinitùs concitata.

F

quòd

A quòd ſi hæc negligerent, prædixit grauem ultionem tam ipſis quàm regi diuinitùs non defore. atq; ita uaticinatus, & denuò confirmato in regno Saulo, conuentum miſſum fecit.

Palæſtini Hebræos bello aggreſſi uincuntur. CAP. VII.

REx autem delectu habito, conſcriptiſq; tribus millibus, duo millia ſibi uoluit eſſe VI.
1. Reg. 13. *Saulis tria millia ſatellitum cõſcribit; & Palæſtinorũ caſtrũ expugnat.*
ſatellitium, cum quibus ad habitãdum Bethela ſe contulit: reliquos Ionathæ filij ſatellites eſſe iuſſit, quem miſit in Gabam. Ille uerò expugnauit caſtrum quoddam Palæſtinorum non longè à Geballis diſtans. Qui .n. Gabam tenebant, perdomitis Iudæis arma ademerant, & occupatis opportunis locis, præſidijs ea cõmuniuerant, & omni prorſus ferri uſu eis interdixerant. Quam ob rem ſi quando agricolis opus eſſet aliquo ferramẽto, puta uomere aut ligone, aut alio ad colendum agrum neceſſario, à Pa-
B leſtinis inſtrumentũ erat petendũ. Vt uerò audiuerunt expugnatũ caſtrũ, indignati & non *Palæſtini aduerſus Hebræos arma capiunt; ſiquidẽ Hebræis terrori.*
ferẽdam contumeliam dictitantes, armant contra Iudæos trecenta mĩllia peditum, curruũ triginta millia, equitum ſex millia: & caſtrametati ſunt ad oppidum Machmam. His cognitis, rex Saulus profectus eſt Galgala: & dimiſſis præconibus per totam ditionem, edicit, ut qui ſaluam uult libertatem populi, contra Palæſtinos arma capiat, deſpicans eorum potentiam, & negans tales eſſe, ut timeri debeant. Sed ubi certò compertum eſt maximũ eſſe hoſtium numerũ, metus Sauli ſubditos occupat: & pars in ſpeluncas ac loca ſubterranea ſe abdunt, plures uerò ultra Iordanem fugiunt, quæ regio à Gadis & Rubeli tribubus tenebatur. Saulus autem accerſit Prophetam, ut de communi conſilio res geratur. Ille iubet eum *Samuel iuſſu Sauli accerſitus facieda regi proponit.*
eodem loco manentem comparare uictimas: ſe enim poſt ſeptem dies uenturum, ut im-
C molatis ſeptimo die uictimis, cum hoſte prælio decernatur. At ille expectauit quidem quãtum propheta iuſſerat, ſed non per omnia fuit obediens. Cùm enim cunctari Prophetam cerneret, & ſe paulatim à militibus deſeri, uictimas ad altare obtulit. Cumq; nunciatum eſſet Samuelem aduentare, honoris cauſa obuiam ei prodijt. Ille malè factum dixit, quòd ne- *Samuel Saulum inobedientiæ reprehendit.*
glectis ſuis mandatis, ſe abſente preces & ſacrificia, quæ Dei uoluntate facienda erant pro populo, temerè occupaſſet. Saulo uerò excuſante, expectaſſe ſe ad ſtatutum dierum numerum: ſed cùm milites audito hoſtem relicta Machma petere Galgala, metu ſe deſererẽt, ne- *Machma.*
ceſſitate cogente properaſſe ad ſacrificium: Conſultiùs, inquit Samuel, feciſſes, ſi mihi pariuiſſes, & præ nimia feſtinatione Deum, cuius ego mentis interpres ſum, non contempſiſſes. Nam per obedientiam & tibi diuturnitatem regni, & poſteris ſucceſſionem parare po-
D teras. Ita Samuel offenſus regis facto, domum eſt reuerſus. Saulus autem cum ſexcentis tãtùm militibus & Ionatha filio uenit in urbem Gabaonem. horum maior pars non erat ar- *Ruffinus, Galbaa.*
mis inſtructa, quòd ea regio nec ferrum haberet, nec armorum fabros: quod cura Palæſtinorum cautum fuiſſe paulo antè diximus. Hi diuiſo trifariam exercitu, per totidem uias regionem Hebræorum ingreſſi omnia populabantur, ſpectante Saulo rege cum filio, nec ua- *Palæſtini omnia Hebræorum bona populati.*
lente prohibere hoſtem, propter ſuorum paucitatem. Occupauerant enim collem quen- *1. Reg. 14.*
dam excelſum cum pontifice Achia, qui fuit unus ex Elis pontificis poſteris, & uidẽtes ſuorũ res impunè agi & ferri, grauiter angebãtur quòd in ſe nihil eſſet præſidij. Filius uerò Sau- *Ionathas armigero ſuo aſſumpto hoſtium caſtra inuiſit.*
li cum armigero ſuo conſpirat, ut clam ingreſſi caſtra hoſtiũ tumultũ aliquem & trepidationem in eis excitarent: & famulo omnem operam in quemuis euentũ polliceute, etiam ſi
E mori oportea t, ſoli à colle deſcendentes uerſus hoſtiũ caſtra iter faciũt. Ea ſita erant in loco prærupto, qui tribus cacuminibus in longum excurrẽtibus, rupe circũquaq; cingente munitus erat contra inſultus hoſtiũ. Quapropter negligentiùs cuſtodiebãtur, quia propter naturã loci non ſolùm aſcendere, ſed ne accedere quidẽ tutũ uidebatur. Ergo poſtquam eò ac ceſſerũt, Ionathas animabat armigerũ ad hoſtem aggrediendũ: Si nos, inquit, uiderint, inſſerintq; aſcendere, omen uictoriæ accipiendũ eſt: quòd ſi tacuerint, neq; nos uocauerint, reuertamur. Cumq; propiùs ad hoſtilia caſtra accederent appetente iam die, Palæſtini ubi hoc uiderũt, inter ſe dicebãt: Ex antris & cuniculis prorepunt Hebræi. deinde Ionathæ cum armigero inclamabant: Venite huc daturi pœnas audaciæ. Quam uocẽ Sauli filius cupidè arripiens, ut omen uictoriæ, tunc quidem receſſit è loco, in quo conſpecti fuerant. ſed ex a-
F lia parte ad rupem accedentes propter ſitum incuſtoditam, magno labore difficultate loci *Ionathas Palæſtinos nonnullos interficit.*
ſuperata erepſerunt ad hoſtem: aggreſſiq; ſopitos uiginti ex his interfecerunt, & eos ſtupore ac cõſternatione repleuerunt, ut abiectis armis in fugam ſe darent. pleriq; uerò nõ noſcitantes inter ſe, quòd ex multis gentibus conflati eſſent, pro hoſtibus ſe inuicem inuadebãt: *Palæſtini mutuo marte cadunt.*
& cùm non putarẽt duos tantùm Hebræos in caſtra penetraſſe, mutuo marte cadebãt. quidam in præcipitia aut ipſi ruebãt, aut alij ab alijs protrudebãtur. CVMq; renunciatũ eſſet VII.

regi per ſpeculatores tumultum eſſe in caſtris Palæſtinorum, interrogauit Saulus, num aliquis è ſuis abeſſet? & audito filium cum armigero abeſſe, iubet pontificem ſumpto ſacerdotali habitu de futuris uaticinari. Quo reſpondente uictoriam Deum & hoſtium cladem promittere, ducit militem in Palæſtinos, & perturbatos adoritur, iam ante ipſos inter ſe depugnantes. quo audito, qui antè in ſpeluncas & ſubterranea ſe abdiderant, & ipſi prorumpentes militibus Sauli ſe agglomerant. iamque ad decem millia creuerant, hoſtemque tota ea regione palantem inſectabantur. Ibi rex ſiue nimio gaudio parum ſui compos, quòd difficile ſit eximiam felicitatem moderato animo ferre, ſiue per inſcitiam, dignũ quiddam reprehenſione admiſit. Volens enim meritas pœnas à Palæſtinis ad ſatietatem repetere, diris deuouit eum, quicunque intermiſſa cæde ante noctem cibum caperet, nolens ante tenebras inſequendi & cædendi finem facere. Paulo pòſt cùm delati eſſent ad quandam ſyluam Ephræmiticæ tribus refertam apibus, filius Sauli qui nõ exaudiuerat patris imprecationes, easque conſenſu populi ratas habitas, fauum fortè nactus expreſſit, & inde mel edebat: & monitus quòd pater additis execrationibus interdixiſſet ne quiſquam cibum ante ſolis occaſum ſumeret, edere quidem deſtitit: negauit tamen rectè id à patre factum. maiore enim ui & alacritate hoſtem perſecuturos fuiſſe, ſi corpora cibo recreauiſſent, & longè plures aſſecuturos fuiſſe ac trucidaturos. Igitur cæſis Palæſtinorum multis millibus, ſub ueſperam demum eorum caſtra diripiunt, & inter cæteram prædam magna pecudum copia reperta mactant, carnibusq; nondum à cruore purgatis ueſcũtur: quod regi à ſcribis renunciatum eſt, uulgus militum in Deum peccare, & carnes etiam tum cruẽtas coquere ac edere. Tum Saulus iubet ſaxum grande in medium prouolui: edicitque ut ſuper illud pecudes iugulẽt, néue carnes cum ſanguine comedant: quia factum hoc Deo diſpliceat. Cui edicto cùm omnes paruiſſent, ſtatuit ibi altare, & impoſitis uictimis holocautomata Deo incendit: idq; altare omnium primum à Saulo extructum eſt. Cumq; eadem nocte priuſquam uires & animos reſumerẽt, hoſtiũ reliquias uellet cõficere; & miles haud grauatim imperata faceret, magnam præ ſe ferens alacritatẽ, accito pontifice iubet eum diuinã ſuper hoc uoluntatem quærere, an ſibi reliquũ hoſtilem exercitũ delere permittatur. Pontifice uerò negãte Deum reſponſum uelle reddere: Non temerè eſt, inquit rex, hoc Dei ſilentiũ, qui antehac ultrò ſolebat quid facto eſſet opus conſulere: ſed oportet aliquod latens in nobis peccatũ eſſe, quo offenſus tacet. Sed iuro per eum ipſum, quòd etiamſi filius meus Ionathas peccatũ id commiſiſſet, ut Deum placem, capitis pœnam ab eo exigam, non ſecus quàm ſi de quouis nihil ad cognationem meam pertinẽret ſuppliciũ ſumendũ ſit: tum acclamante multitudine ut hoc faciat, uniuerſos cõteſtim in unũ locũ ſtatuit: & ipſe cum filio ſeorſum ſtat ſorte deprehenſurus quis in culpa ſit. Cumq; ſors Ionatham indicaret, interrogat quid feciſſet, & cuius peccati ſibi eſſet cõſcius. Tum ille: Equidem pater, nihil aliud ſcio, niſi quòd heri dum hoſtem perſequor, edicti tui neſcius de fauo guſtaui. Saulus uerò iurat ſe eum occiſurum pluris quàm genus aut naturã aut affectus iuſiurandũ faciẽs. Ille mortis minis nõ territus, magno ac generoſo animo ſe prębuit. Nihil, inquit, deprecor pater. Libẽter .n. hãc mortẽ fero, quæ te religione ſoluat, dum priùs tam magnificã uictoriã uidere cõtigit. Maximum.n. mihi fuerit ſolatiũ, Palæſtinorum inſolentiã ab Hebręis eſſe perdomitã. His omnis multitudo ad dolorem & miſerationem flexa eſt, iurantq; nõ laturos ſe ut occidatur Ionathas autor uictoriæ. atq; ita eum diris patris eripiũt, & uota Deo pro iuuene faciũt, ut ipſum immunem à peccato faciat. Saulus domum reuertitur, cęſis circiter ſexaginta millibus hoſtiũ. Feliciter deinde regnauit, & contra finitimos Ammanitas & Moabitas, Palæſtinosq; & Idumæos ac Amalecitas, & regem Obæ multas res geſſit proſperè. Habuit aũt liberos mares tres, Ionatham, Ieſum, Melchiſum. Filiæ fuerũt ei Merob & Michaal. Copiarum imperium dedit patrueli Abenaro. Is Neri fuit filius. Nerus uerò & Cis Sauli pater germani fuêre, Abeliæ filij. Abundabat aũt & equitatu & curribus: & cum quocunq; hoſte congreſſus, ſemper uictor reuertebatur, ita ut Hebræorum res ad felicem ſtatum perduxerit, & potentiam eorum in tantum auxerit, ut omnibus finitimis eſſent formidabiles: ex iuuentutis uerò numero, robore ac ſpecie præſtantiſſimum quenque in ſuum deligebat ſatellitium.

Saulus Palæſtinos tumultuãtes adoritur.

Sauli mãdatum Ionathas transgreditur inſcius.

Palæſtinis ſuppreſſis præda pecudum eſui aptatur, carnq; ſanguinea ab Hebræis manducatur.

Saulus ſorte iratus Dei cauſam deprehendit in Ionathã filio ſuo reſidere.

Ionathan à Saulo morti adiudicatur; at uerò

à populo liberatur, & diris patris eripitur.

Sauli filij & filiæ.

Saulus perpetuo uictoriæ princeps.

VIII.

Victoria Saulicontra Amalecitas. CAP. VII.

1. Reg. 15. Samuel Saulum ad prælium Amalecitis inferendũ hortatur.

SAmuel autem ad Saulum ueniens, ait ſe ad illum miſſum à Deo, ut eum commonefaceret, electione Dei cæteris eum in regno prælatum, atque ideò par eſſe, ut ei morem gerat in omnibus: quandoquidem ipſe præſit populis, Deus autem & ipſi & cæteris rebus omnibus. Hæc igitur, inquit, ſunt mandata Dei:

Quoni-

A Quoniam Amalecitæ Hebræos in deſerto multis affecerunt iniurijs, dum egreſſi ex AEgypto in eam quam nunc tenent regionem proficiſcuntur, oportet iuſto bello in eos uindicare, & deuictos internecione delere: ſæuireque in omnem ſexum ac ætatem, & has illis pro iniurijs patribus olim illatis pœnas repẽdere. ac ne iumentis quidem alijsq; pecudibus parcere, aut inde quicquam prædæ nomine uſurpare, ſed omnia Deo ſacra eſſe, ut ſecundum Moyſis præceptum Amalecitarũ nomen è rerũ natura deleatur. Pollicitus eſt Saulus facturum ſe imperata: & ratus obedientiã in hoc cõſiſtere, ſi nõ parêret tantùm, ſed etiam quàm celerrimè mandata exequeretur, confeſtim omnes undiq; copias cõtrahit, & receſſito apud Galgala milite, abſq; tribu Iuda circiter quadringẽta millia comperit: quæ tribus ex ſuo tãtùm delectu prębuit triginta millia. Saulus aũt Amalecitarũ terrã cum exercitu irrumpens, B pluribus locis inſidias circa torrentem diſpoſuit, ut non ſolùm marte aperto eos infeſtaret, ſed ex improuiſo etiam per uias circumuentos opprimeret. Poſtremò prælio in fugam uerſos non priùs perſequi deſtitit, quàm ad unum omnes ferro tolleret. Quod opus poſteaquam, ita ut diuinitùs prædictum fuerat, ſucceſſit, oppidatim bellum circumferre cœpit: quorum aliquot machinis, alia cuniculis & operibus, nonnulla fame, ſiti, alijsq; modis cùm expugnaſſet, uſq; ad mulieres & pueros cædibus graſſatus eſt: nec crudele nec inhumanum hoc ratus, primùm quòd in hoſtem ſæuiret, deinde quòd iuſſu Dei, cui non parêre periculoſum erat. Cepit etiam regem hoſtium Agagum, cuius magnitudinẽ ac pulchritudinem corporis miratus, ſeruare eum decreuit, idq; non ex Dei ſentẽtia, ſed uictus affectu proprio, inconceſſam miſerendi licentiam ſuo periculo ſibi uſurpans. Deus enim ita Amalecitas o- C derat, ut ne infantibus quidem parci iuſſerit, quos natura ipſa miſeratione cæteris digniores eſſe uoluit. Saulus autem regem ipſum hoſtium, & malorum omnium Hebræis autorem ſeruauit, pluris eius formam quàm Dei mandata faciens. Hoc eius peccatum imitatus eſt populus. & ipſi enim iumentis ac pecoribus pepercerunt, in prædam contra Dei mandatum abactis, pecunias etiam cæterasq; opes diripuerunt, nihil perdentes niſi contemptibile. Igitur deuictis omnibus à Peluſio, quæ urbs eſt in AEgypti finibus, uſque ad rubrum mare, totam eam regionem Saulus uaſtauit, ſola * Sicimitarum gente intacta, qui in Madianæ terræ meditullio habitant. Hos ante belli principium admonuerat per nuncios, ut ſecederent, néue res ſuas cum Amalecitarum rebus miſcerent, ne ex eo bello & ad ipſos cladis aliquid peruenire. Studere enim ſe eorum incolumitati, propter cognationem, quæ illis cum Raguele Moyſis ſocero intercedebat. D ATQVE ita Saulus perinde ac ſi nihil eſſet prætermiſſum ex ijs quæ propheta ex Dei uolũtate de bello gerendo mãdauerat, ſed omnia fuiſſent ad unguem obſeruata, lętus uictoria domum reuertitur. Deus autem offenſus eſt quòd regi erat parcitum, & quòd populus pecudes in prædam uerterat, cùm ipſe neutrum permiſiſſet, iniquum exiſtimans cuius ope uictoria contigiſſet, eius mandata contemni, etiam ſi is mortalis aliquis rex fuiſſet. Admonẽs igitur ea de re prophetã, ait ſe pœnitere Saulum elegiſſe, qui non curet iuſſa ſua exequi, ſed malit quicquid ipſi uiſum fuerit facere. His auditis Samuel uehementer conturbatus, per totam noctẽ fuſis precibus Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à propheta rogatus ueniam regi non annuit, quòd non placeret, peccata donari in gratiam deprecatoris: quæ nõ aliũde magis naſcãtur, quàm E ex nimia eorum in quos peccatur indulgentia: qui dum lenitatis gloriam aucupantur, imprudentes maiorem delinquendi anſam offerunt. Poſtquam igitur Deus preces prophetæ non admiſit, & ſatis apparuit flecti eum non poſſe; prima luce Samuel ad Saulum Galgala proficiſcitur. hunc quamprimùm rex uidit, accurrens ſalutauit, dicens ſe gratias agere Deo pro uictoria: omniaq; ex uoluntate eius eſſe peracta. Tum Samuel: Quî fit igitur quòd uoces iumentorum & pecudum in caſtris audio? Reſpondit rex, populum hęc ad ſacrificia reſeruaſſe, ſed gentem Amalecitarum internecione ſecundum mandatum deletam, nemine ſuperſtite. Solum ſe captiuum adducere eorum regem, de quo ex prophetæ conſilio ſe decreturum. Ad hæc propheta reſpondit: Non ſacrificijs delectari Deum, ſed uiris bonis ac iuſtis. hos autem eſſe qui uoluntati & mandatis eius obſequuntur, nihilq; à ſe rectè fieri putant, niſi quod ſecundum eius præcepta fiat. Contemptum enim eius conſiſtere nõ in non F ſacrificando, ſed in non obediendo: & qui non obediunt, unicumq; hoc & uerum ſacrificium non offerunt, ab his Deum nec multas ſaginatas uictimas, nec donaria ex auro argentóue fabricata uel poſtulare uel admittere: ſed auerſari hæc, ut maliciæ magis quàm pietatis argumenta. Contrà, qui id ſolum meminerunt quod ab ipſo iuſſum eſt, & mori mallent quàm inde diſcedere, his delectari, ac ne uictimas quidẽ ab his requirere. quòd ſi etiam ſacrifi-

A. M. 2883. Ante Chr. nat. 1088.

Saulus Amalecitarum loca expugnare ſtudet maria; & urbes occupat, necatis etiã multeribus cum pueris.

Saulus capto Agago, & iumentis ac pecoribus contra Dei præſcriptum parcit.

Peluſium.

* *Hi Cenæi uocãtur, 1. Reg. 15.*

IX.

Sauli inobedientia Deus offenſus.

Samuel Dei pro Saulo fruſtra orat.

Indulgentia nimia & lenitate impijs anſa magis delinquendi præbetur, ac iniquitas fouetur.

Samuel Saulum reprehendit.

Deus quibus potiſſimum delectetur, manifeſtè oſtenditur.

Iuſti et boni quinam re ipſa ſint, aſſeritur.

Dei contemptus in non obediendo conſiſtit.

Sacrificium Deo gratum.

sacrificare aliquid libuerit, pauperem honorem gratiùs ab his accipere, quàm à quocunque alio uel ditissimo. Tu igitur, inquit, scito te in iram Dei incurrisse: contempsisti enim & neglexisti mãdata eius. Nam quibus oculis putas eum inspecturum sacrificium ex rebus perditioni destinatis, nisi fortè idem esse putas, perire, & immolari Deo. Quapropter expecta amissionem regni & huius potestatis, qua elatus autorem eius neglexisti. Saulus autem fassus est se peccasse & malè fecisse, quòd uerbis prophetæ nõ paruisset. metu tamen coactum se id fecisse, quòd non auderet militem prædæ cupiditate accensum cohibere. Sed da ueniam, inquit, & propitius esto. Cauebo enim in posterum, ne in peccatum incidam. Rogabatq; ut reuerteretur tantisper, dum pacificas hostias pro se offerret. Ille uerò qui uideret Deum non flecti, domum abit.

Samuel Saulo minatur amissionem regni.

Saulus sibi peccanti ignosci petit.

Samuel ad Dauidem regiam potestatem transfert. CAP. IX.

Saulus Samuelem discedentem apprehenso pallio detinet.

TVm Saulus retinere eum uolens, iniecit manum in pallium: & quia Samuel properantiùs discedebat, scissura facta est in uestimento. Cumq; propheta dixisset, sic scindendum eius regnum, & peruenturũ ad uirum iustum & bonum: Deum enim in proposito manere, neque similem esse homini natura mutabili. Saulus fatebatur Deum sibi meritò infensum, sed factum infectum fieri non posse. Rogabatque saltem hoc honoris sibi haberet, ut Deum simul in præsentia populi adoraret. Fecit ei hãc gratiam Samuel, & unà cum illo adoratum iuit. Post hæc adductus est ad eum Agagus rex Amalecitarum, qui cùm, O mortem amaram, exclamasset, audiuit à propheta: Quemadmodum tu multis Hebræorum matribus cæsis earum filijs lamenta & luctum attulisti, ita æquum est ut ipse matri tuæ mortẽs mœsticiam afferas. iussitq; eum ibidem in Galgalis interfici: ipse uerò reuersus est Ramatham. SAVLVS uerò tum demum sentiens in quæ mala offenso Deo peruenisset, ad Gaba regiam proficiscitur, quod nomẽ collem significat: nec post illam diem unquam in prophetæ cõspectum uenit. Samueli uerò uicem eius molestè ferenti, Deus hanc curam mittere iussit, & assumpto sacro oleo Bethlema proficisci ad Iessæum Obedæ filium, & ex eius filijs eum ungere, quem ipse indicasset regem futurum. Cumq; propheta diceret uereri se, ne si Saulus hoc sensisset, uel per insidias, uel etiam aperta ui perniciem sibi moliretur, iussus hac de re securus esse, ad dictum oppidum peruenit. Eò loci magno hominum concursu salutatus est, quærẽtibusq; aduentus causam, sacrificatum se uenisse dixit. Peracto sacro Iessæum ad epulas unà cum filijs conuocat: uisóq; natu maximo eximia statura ac forma iuuene, conijciebat inde hunc esse regnaturũ. Sed hac parte non est assequutus Dei prouidẽtiam. Percontanti.n. an hunc iuuenem ungere deberet, quem ipse admiratus, dignum regno ducebat: responsum est, nõ eadẽ spectare Deum quæ homines: Tu, inquit, uisa iuuenis pulchritudine, dignum principatu existimas: apud me uerò non eximiæ corporis formæ præmium est regnum, sed animi uirtutis: & eum requiro qui hac sit perfectè excultus, pietateq; ac iusticia, obedientia & fortitudine animum exornatus. His auditis propheta iubet Iessæum filios omnes ostendere: moxq; & alij quinque adfuerunt. Horum nomina secundũ ætatis ordinem sunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Rael, Asamus. His quoq; uisis, qui nihilo deteriores forma erant, propheta rogat Deum, quisnam ex his eligendus esset: & audito quòd nullus, scisciatur ex Iessæo, num quos præterea liberos habeat. Quo respondente, esse etiam unum nomine Dauidem, qui curam gerat gregum, propheta iubet ut confestim uocetur: non enim licitũ esse absq; illo sacrum epulum celebrari. qui postquam accitus à patre uenit, puer colore flauus, & martium quiddam tuens, alioqui liberali specie: tum propheta ipse secum submissa uoce: Hic est, inquit, quem regnare Deo uisum est. & cum dicto accumbit, & proximum sibi adolescentem collocat, ac deinceps Iessæum cum reliquis filijs. Depromit deinde, Dauide spectante, sacrum oleum, quo delibutum Dauidem in aurem admonet, Deum ita uelle ut regnum in populum obtineat: præcipitque ut iusticiam colat, & operam det ne à mandatis Dei discedat. Hoc enim pacto & regnum eius fore diuturnum, & familiam uniuersam illustre nomen consequuturam. Palæstinos quoque ab illo subigendos, & cum quibuscunque gentibus congressus fuerit, semper uictorem rediturum, insignemque inde gloriam tam sibi paraturum, quàm posteris relicturum. Post hæc mandata Samuel domum proficiscitur, simulq; numen deserto Saulo ad Dauidem commigrat. Quo factum est ut hic concepto diuino spiritu prophetare inciperet, Saulus uerò in morbum dæmoniacum incideret, ita ut præfocari ac strangulari uideretur, nec aliam opem inuenirent medici, quàm si quis peritus excantator adhiberetur, monueruntq; ubique inquirendum: qui quoties rex à dæmone

1. Reg. 16.

Gaba quid denotet.

Samuel ad Dauidem in regẽ ungẽdum mittitur.

Deus non corporis, sed animi dotes inuestigat.

Dauid ungitur.

A Saulo migrat numen ad Dauidem.

Saulus dæmoniacus.

A mone agitaretur, ſtans ad caput eius uoce ac fidibus ſacros hymnos caneret. Cumq; Saulus ſine mora queri talem mandaſſet, quidam ex aſtantibus ait ſe apud Bethlema uidiſſe filium Ieſſæi, adoleſcentem liberali forma, & præter aliam honeſtã inſtitutionem hymnos ad ci- *Dauidis encomium.*
tharam canere doctum, ac ne militarium quidem exercitiorum rudem. Mittuntur ergo ad Ieſſæum abducturi Dauidem à gregibus: nunciantq; patri, regem audita adoleſcentis tam forma quàm uirtute, cupere ipſum nidere. Paruit Ieſſæus, ſimulque munera per filium *Dauid in ſatellitium Sauli eligitur.*
regi miſit. Cumq; uenisſet, confeſtim à rege læto fit armiger in magno apud eum precio habitus. Quoties enim à dæmone agitaretur, unicum erat in excantatione remedium: & ſolus Dauid hymnos ad cinnyram accinens, regem ad ſanam mentem reducebat. Iuſſit igi- *Saulus Dauidis cantu ad mentem ſanam reuocatur.*
tur per nuncios Ieſſæo, ut filium apud regem degere pãteretur, quandoquidem eius præſen-
B tia delectaretur. Et ille Saulo id non denegans, filium ab eo retineri permiſit.

Expeditio noua Palæſtinorum contra Hebræos. CAP. X.

XI.

ALiquantò autem pòſt Palæſtini conſcripto numeroſo exercitu bellum Iſraëlitis in- 1. Reg. 17.
ferunt, & caſtra inter Sochum & Azecum oppida metantur. nec Saulus cunctatus ducto in hoſtem exercitu effecit, ut prioribus caſtris relictis in munitiorem quendam collem è regione Iſraëlitarum Palæſtini ſe conferrent, ualle quadam inter utroſq; intercedente. In hanc è caſtris gentium deſcendit Gittæus Goliathus, uir pro- *Goliathi ſtatura & armatura.*
digioſa ſtatura: quatuor enim cubitos uno palmo ſuperabat, uaſtos artus conuenienti armatura protectus. Thorax quinq; millia ſiclorum pendebat, huic moli reſpondebat & galea & ocreæ. prægrandem etiam haſtam non dextra geſtabat, ſed humero ſuſtinebat, ſexcen-
C torum ſiclorũ ferro cuſpidatam. ponè ſequebatur armatorũ phalanx. Hic cùm inter utrãq; *Goliathus Hebræos ad certãmen prouocat.*
aciẽ conſtitiſſet, immani uoce ſublata: Quid opus eſt, inquit, Hebræi ancipitẽ Martis aleam uos ſubire? Date mihi aduerſariũ, & duorũ periculo decernatur, penes utros futura ſit uictoria: ut quorum miles ſuccubuerit, alterius partis iugum ex pacto ſuſcipiãt. præſtat enim unum aliquem, quàm totũ exercitum, in periculũ adducere. Hæc locutus retrò ad ſuos reuertitur. Sequenti die rurſùm procedens, eiſdem uerbis eſt uſus: atque ita per quadraginta dies prouocare hoſtẽ prædictis conditionibus nõ deſtitit, ſtupẽte Saulo cum uniuerſo exercitu: qui prodibãt quidem in aciem, ſed à neutris initium pugnæ fiebat. Ad hãc expeditio- *Dauid patri remittitur.*
nem profecturus Saulus Dauidem remiſerat patri, contentus tribus alijs eius filijs, qui tum ſigna regia ſequebãtur, iſq; ad gregũ curam intermiſſam ſe receperat. Sed haud multo pòſt
D miſſus à patre uenit in caſtra, uiſurus quo in ſtatu res eſſent, & fratribus neceſſaria portaturus. Interim Goliathus ex more progreditur, & iam inſolentior exprobrat, ne unũ quidem eſſe inter Hebræos, qui in ſingulare certamen deſcẽdere audeat. Fortè tum Dauid cum fratribus colloquebatur de patre & rebus domeſticis, auditisq; Paleſtini cõuicijs grauiter commotus, fratribus ſe paratũ dixit ut hoſtem excipiat. At Eliabus maximus fratrum obiurgat hominem, per imperitiam rerũ ſupra quàm ętatem eius deceat ferocientem, iubetq; ut ad patrem ac greges reuertatur. Reueritus eſt Dauid fratrem, nihilominus apud alios milites profeſſus eſt ſibi nõ deeſſe animũ ad ſingularem pugnã, ita ut celeriter ad regem de hoc ſit perlatum. quare accitus & iuſſus quid uellet dicere: Non eſt, inquit, rex cur abijciamus ani- *Dauid Saulo dicit ſe cum Goliatho congreſſurum.*
mos aut formidemus. Ego congreſſus eum hoſte inſolentiã eius compeſcam, & elatũ ac fe-
E rociẽtem proſternam, & ex terribili deridendũ reddam: tantóq; erit tua ſimul & tuorũ illuſtrior gloria, quòd à puero, nòn à uiro bellandi perito, deuictus uidebitur. Saulo uerò admirante generoſum eius animũ, nec tamen audente rem tantam tam teneræ ętati committere: Non eſt, inquit, quòd dubites. nam hęc Deo fretus polliceor, cuius fauorẽ expertus ſum. Quùm .n. paternos greges paſcerem, raptũ agnũ ex ore leonis recepi, ipſamq; feram in me impetũ uertẽtem cauda correptam ſoloq; afflictam occidi: neq; mitiùs tractaui urſum greges inuadentem: & hanc quoq; beluam nihilo pluris facio, qui cùm in Deum atq; homines conuicia euomat, nõ patietur cœleſte numẽ impunè hoc illũ auferre, ſed meis eũ manibus perdomabit. Effecit tam prompta audacia pueri, ut rex omnia fauſta precatus ad pu- *Dauid, armis Sauli ſepoſitis, baculo, lapidibus & funda inſtructus, hoſtem aggreditur.*
gnã eum mitteret, inſtructũ priùs thorace regio, ſimulq; enſe ac galea. Tum Dauid qui ar-
F mis geſtãdis nõ aſſueuerat, grauari ſe his magis quàm muniri ſentiens: Tuus ſit, inquit, hic ornatus, qui geſtare eũ es idoneus: mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnã capeſſere. & cum dicto arma deponit, baculumq; tantùm aſſumit: & coniectis in peram quinq; lapidibus de torrente, funda dextram armatus in hoſtem uadit. Hũc apparatum poſtquam uidit hoſtis, adeò contempſit, ut per ludibrium percontaretur, num ſe canem putaret, qui *Dauid ab hoſte riſui exponitur.*
armis ad canes arcendos aptis inſtructus ad pugnam prodiret? Imò cane uiliorem, re-

Dauidis & Goliathi colloquiũ.

ſpondit Dauid. quo dicto commotus Goliathus, fanda & infanda conuiciatus, minatus eſt ſe cadauer eius fruſtatim feris alitibusque pabulo ſparſurum. Tum Dauid: Tu me inuadis haſta tua confiſus, ac thorace & gladio: mihi uerò pro armatura Deus eſt, qui te ac ueſtrum omnem exercitum noſtris manibus deleturus eſt. auferam enim tuum caput, & reliquum truncum canibus tui ſimilibus laniandum relinquam: & diſcent omnes, quòd Deus curam Hebræorum habet, eiusque prouidentia uires nobis ſimul atque arma ſuggerit: ſicut contrà ubi eius fauor deeſt, nullus apparatus prodeſt. Interim Palæſtinus armis grauior quàm ut procurrere poſſet, magnis paſſibus in iuuenem ac inermem contemptim ferebatur. A

Dauidis armatura præcipua & fortiſſima.

Sine Dei numine, nihil fit in homine.

Singulare certamen Dauidis & Goliathi, ſequutaq́ Palæſtinorum clades. CAP. XI.

Dauid Goliathũ interficit.



VIc adoleſcens occurrit, occultum adiutorem Deum ſecum in certamen ducens: & promptum è pera in hoc ſelectum à torrente unum lapidem, funda rotatum tanta ui in aduerſam hoſtis frontem infligit, ut ad cerebrum uſque penetrauerit: quo ictu ſopitus Goliathus, in faciem eſt proſtratus. Accurrit uictor, & quòd ipſe inermis eſſet, ſuo ſibi gladio hoſtem obtruncat: tantumque in eo momenti fuit, ut eueſtigiò Palæſtini terga uerterent. Videntes enim præſtantiſſimum ex ſuis iacere, nullam ampliùs ſpem ſupereſſe rati, turpi ac ignominioſa fuga periculo ſe eximere conabantur. Tum Saulus & uniuerſus Hebræorum exercitus ſublato militari clamore in trepidos irruunt, & quotquot aſſequi poterant cædentes, uſque ad Gittæ fines ac portas Aſcalonis perſequuntur. Ceciderunt que Palæſtinorum triginta millia, & duplo plures ſunt uulnerati. Saulus uerò à perſequendo reuerſus caſtra hoſtium diripit ac incendit. Caput autem Goliathi Dauid in ſuum tentorium reportauit, & gladium eius Deo conſecrauit. Motus deinde inuidia Saulus cœpit clàm Dauidem odiſſe, hac potiſſimùm occaſione. Cùm enim uictor cum exercitu reuerteretur, honoris cauſa obuiam uenerunt ei mulierum ac puellarum chori ad cymbala ac tympana, cum omni lætitia canentes. Mulierum cantio fuit, Saulum millenos hoſtes profligaſſe: uirginum item, Dauidem decies millenos ſuſtuliſſe. Itaque audiens decuplo potiores uictoriæ partes adoleſcenti tribui, & ratus poſt tam glorioſum teſtimonium nihil ei ſupereſſe ſperandum niſi regnum, ſuſpectum eum habere cœpit: & parum tutum putans armatum circa ſe uerſari, ex ſatellite tribunum fecit, non tam illius honori quàm ſuæ ſecuritati conſultum uolens, ut ſæpe hoſtibus obiectum aliquis caſus è medio tolleret. Dauid autem nuſquam diuina ope deſtitutus, quocunque mitteretur rem feliciter gerebat: ut ob eximiam fortitudinem non ſolùm apud populum gratioſus fieret, ſed etiam Sauli filia uirgo amore eius caperetur, ita ut ne patrem quidem lateret. Nactum igitur ſe ampliorem inſidiarum tendendarum occaſionem putans, renuntiantibus puellæ amorem, libenter ſe illam ei traditurum reſpondit, futuram periculorum & exitij cauſam. Promitto, inquit, filiæ coniugium, ſi mihi ſexcenta hoſtium capita attulerit. Scio illum honoris auidum, & ex periculis gloriam petere non recuſaturum, ſed fortiter Palæſtinos inuaſurum: id quod mihi bonum erit & commodum. ſic enim mea infamia ſublatus ſecuritatem nobis afferet. Mittit deinde domeſticos qui Dauidis mentem pertentarent, quomodo erga puellæ coniugium eſſet affectus. Qui cùm indicaſſent ei, quòd ob gratiam qua cùm apud regem tum apud populum polleret, Saulus generum ſibi eum deſtinaſſet: Vobis, inquit, fortaſſis parua res uidetur, generum regium fieri, mihi certè non item, qui conſcius mihi ſum quàm plebeijs ortus ſim natalibus. Quo renunciato, Saulus ad domeſticos: Dicite, inquit, nihil me morari pecunias aut dona quæ ſponſæ offerat. hoc enim uendere fuerit filiam magis quàm elocare. Sed cupere generum, fortitudine alijsque uirtutibus præcellentem, quales in ipſo iam comperi. poſcere autem pro nuptijs filiæ non aurum aut argentum, quod è paternis ædibus afferat, ſed ultionem Palæſtinorum, & ſexcenta eius gentis uirorum capita. Nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filiæ fuerit honorificum non uulgaria dona iſta accipere, ſed in matrimonium uiri ſpectatæ ac teſtatæ fortitudinis conuenire. Quibus auditis, Dauid putans ſeriò à rege affinitatem ſuam expeti, nihil cunctatus, neque expendens negotij difficultatem, cum ſuo ſodalitio ad imperata exequenda properat: & hic quoq; ut in cæteris propitium numen expertus, rem ex ſententia conficit. Cæſis enim multis hoſtium, ſexcenta capita abſciſſa ſignum uictoriæ ad regem retulit, promiſſi eum admonens. B C D E F

Palæſtini Goliatho trucidato terga uertunt.

Palæſtinorũ cæſorum numerus.

1. Reg. 18. Saulus in Dauidem odium concipit.

Dauid è ſatellite tribunus efficitur; &

à Sauli filia adamatur, illi promiſſa.

1. Regum 18. Saulus Dauidi mortem callidè molitur.

Dauid imperata exequens regia, ſexcenta capita abſciſſa regi tradit; at Biblia habent 200. præputia. 1. Reg. 18.

Saulus Dauidis fortitudinem admiratus, filiam ei in matrimonium collocat. CAP. XII.

SAulus autem non ualens tergiuersari, quòd turpe duceret uel mentiri, uel prætextu affinitatis insidias & perniciem per mandata tam periculosa utro forti struxisse uideri, collocat ei filiã nomine Melcham. Nec tamen hęc necessitudo animum regis immutauit. Videṡ enim fauorem Dauidis & apud Deum & apud populum augeri, parum tutum hoc existimauit uel regno suo uel uitæ: & cum durum esset, uel de alterutro periclitari, tollere hominem decreuit: eiusque necis Ionatham filium cum domesticorum fidissimis ministros esse uoluit. Qui demiratus patris inconstantiam, quòd non solùm amare talem iuuenem desiuisset, sed mortem etiam eius expeteret, tum propria beneuolentia, tum uirtute hominis motus, arcanam patris uoluntatem ei nunciat: simulque consulit, ut saluti suæ maturè fuga prospiciat, neu in sequentem diem usquã appareat. Interim, inquit, ego patrem salutabo, & nactus occasionem de te mentionem injiciam, & cognita indignationis causa, refellere eam conabor. Non esse enim idoneam, cur optimè & de repub. & de rege meritus opprimi debeat. Nam etiãsi grauissimè peccatum esset, oportere hoc pristinis eius meritis donari, post colloquium autem certiorem te de patris animo facia. Paruit bono consilio Dauid, seque è conspectu regis subtraxit.

1. Reg. 19. *Dauid Sauli filiam ducit in matrimonium.* XII. *Ruffin. Michol. Dauidem Saulis tollere decreuit. Ionathas Dauidi patris animũ indicat.*

Dauidis abitus.

Quòd rex Dauidi necem sit molitus. CAP. XIII.

SEquenti autem die Ionathas patrem accedens, cùm hilarem ac gaudentem eum offendisset, cœpit de Dauide uerba facere. Pater, inquit, quãnam in re uel magna, uel parua, læsus iubes interfici uirum, qui tantum momentum ad salutem nostrã attulit, nec minus ad cladem Palæstinorum: quique à quadraginta dierum ignominia populum Hebræum uindicauit, solus prouocato hosti opponere se ausus. ideni posteà relato præscripto capitum numero, honoris causa sororem meam in matrimonium accepit: quo magis iugubris fiat nobis eius mors, non solùm ob uirtutem, sed etiam ob necessitudinem. Iniuria enim hæc ad filiam quoque tuam pertinet, quæ priùs uiduitatem, quàm coniugij fructus, experietur. Hæc igitur reputans sine te flecti ad mitiora, néue sæuias in uirum primùm optimè de familia nostra meritum, quando te dæmoniaco morbo miserè uexatum pristinæ sanitati restitutum seruauit: deinde qui in hostes uindicauit. Indecorum enim fuerit horum obliuisci. His persuasus Saulus, iurat filio, posthac omnem iniuriam à Dauide abstinere se uelle. Vicit enim æquitas iram ac formidinem. Ionathas autem accito Daudi indicat mollitũ patrem iam ei esse pacatum: reductumq; in aulam patri reconciliat, ut solita officia circà eum, quemadmodum antè, obiret.

Ionathas patrẽ Dauidi reconciliat, rerum præclarè gestarũ & uirtutum Dauidicarum commẽmoratione.

Ionathas Dauidi patrem pacatum nunciat.

Quomodo Dauid aliquoties insidias regis ægrè elapsus, bis tamen in potestatem suam redactum non interfecit. CAP. XIIII.

PEr idem tempus Palæstinis bellum redintegrantibus, Dauid cum exercitu contra illos mittitur: breuique uictor magna eorum strage edita ad regem reuertitur. At non ita exceptus est ab eo ut sperabat, utque post rem feliciter administratam excipi oportebat: sed successu mœstus, eius felicitatem periculosam sibi fore existimabat. Cumq; rursum intẽperijs, ut antè, agitaretur, accitũ in cubiculũ, in quo decũbebat, spiculum manu tenens, iussit psalmos ac hymnos incãtare: & illo iussa exequente spiculum in eum iaculatus est. Quod cum Dauid flexu corporis declinasset, domum refugit, ibiq; per totam eam diem mansit. Noctu uerò misit rex, qui usque ad auroram ædes eius seruarent, ne clàm elaberetur, ut in iudicium euocatum capitali sententia damnaret. Melcha autem eius uxor & regis filia, ubi patris uoluntatem cognouit, adit maritum, quanto is in periculo esset, ipsaque unà cum eo renuncians, quo sine uiuere nec uellet nec posset. Caue, inquit, ne te sol hic deprehendat, aut nunquam posthàc te uidebit: sed fuge dum per nocturnas tenebras licet, quas Deus ad tuam salutem longiores faciat: aliòqui scito quòd si te pater inuenerit, sine mora est interfecturus. His dictis fune per fenestram demissum periculo exemit. deinde parato lecto tanq; ægrotanti, stragulis iecur capræ recens exemptũ subiecit: diluculoq; uenientib. quos pater ad Dauidẽ miserat, ostendit lectũ opertum, & quòd palpitatione iecoris stragula moueri uiderent, maritũ ægrũ anhelare persuasit, addẽs totã noctẽ inquietam eum exegisse. Quod ubi renunciatũ est regi, ea nocte in aduersam ualetudinẽ incidisse, iubet sic, ut erat, eũ afferri. omnimò. n. illi moriendũ esse. qui cũ reuersi ac retecto cubili antẽ muliebrẽ deprehẽdissẽt, rẽ totã ad regẽ deferũt. & cũ pater expostularet, q̃ inimicũ sibi eripuisset, seq; decepisset, excusationẽ ueri similẽ cõmenta est. Ait illũ mortẽ, sibi ni parêret ac adiuraret cõminatũ: itaque

Dauid Palæstinos belli redintegrantes uincit. 1. Reg. 19. *uers.* 8.

Dauid Sauli spiculum euadit.

Melcha, quanto in uitæ discrimine Dauid uersetur, indicat.

Melcha Dauidẽ utrum suum noctu dimittat. 1. Reg. 19. *uersu* 11. 12. *Melchæ astutia.*

itaque uenia se dignam quæ hoc non sponte fecerit, sed necessitate compulsa. debere enim A
illi chariorem esse uitam filiæ, quàm inimici interitum. atq; ita ueniam consequitur. Dauid
Dauid ad Samuelem se recipit, cui acta singula recenset. autem fuga elapsus peruenit ad prophetã Samuelẽ in Ramatha: eiq; rem omnem quo erga
se animo rex esset indicat, & q minimũ abfuerit quin spiculo ab eo traiectus fuerit: idq; cum
neq; regẽ ulla in re læsisset, neq; in bello segniter aut improuidè se gessisset, sed fauente Deo
cuncta ex sententia confecisset. atqui hoc ipsum erat quod Saulum ad inuidiã ac odiũ magis
excitaret. Propheta uerò cognita regis iniquitate, relicta Ramatha Dauidẽ ad quendã locum
deducit, cui nomen Galbaath: ibiq; aliquandiu cum eo habitauit. Vt uerò nunciatum est re
gi Dauidẽ apud prophetam agere, mittit armatos qui eum comprehensum ad se pertrahãt.
Sauli satellites uaticinari incipiunt. Qui postquam ad Samuelem uenerunt, offendunt eum in cœtu prophetarum: moxque eo-
dem spiritu afflati, & ipsi prophetare cœperunt. Hoc audito Saulus alios eò mittit, Dauidem B
comprehensuros. quibus cum idem quod prioribus accidisset, rursum alios mittit. Cumq;
Saulus uaticinatur. tertij quoque prophetico spiritu correpti essent: tandẽ iræ impotens ipse eò properat. iamq;
Dauid Ionathã adit. non longè ab eo loco remotus, priùs quàm in conspectum Samuelis ueniret, eius opera & i-
1. Reg. 20. pse prophetam agere incœpit. Cumque ad destinatũ locum peruenisset, alienatus à mente,
abiectoque uestitu, nudus per diem ac noctẽ in conspectu Dauidis & prophetæ iacuit. Paulo
pòst ad Ionatham Dauid peruenit, multa de patris eius insidijs conquerens, quòd se nihil ta-
Ionathas patrẽ excusans, uerametum præstat. le meritũ opprimére cuperet. Ille uerò rogabat ne uel ipse hoc temerè suspicaretur, uel alijs
fortè suggerentibus talia facilè crederet: sed sibi soli fideret, cui compertum sit nihil mali
patrem contra ipsum moliri, alioqui indicaturum eum sibi fuisse, cùm absque ipsius consi-
lio nihil agere soleat. Contrà, Dauid iureiurando asseuerabat se uera dicere: obtestabaturque C
ut mallet credere ac saluti amici prospicere, quàm contemptis eius uerbis tanquam uanis
tum demum fidem habere, posteaquam extinctum uel uiderit uel audiuerit. Nam patrem ta
lia consilia ideò cum ipso non communicare, quòd non ignoret mutuam benevolentiam
quæ inter ipsos intercedat. Quare tristis quòd iam persuasus esset, percontatus est, quánam
Ionathæ beneuolentia Dauidi cognita. in re posset illi gratificari? Tum Dauid: Scio, inquit, quòd bene mihi uelis, & gratificari cu-
Saulus solenniter conuiuatur. pias. Cras erit prima luna, & solenne regis conuiuium, cui me quoq; adhibere solet. quare si
ita uidetur, extra urbem in agro clàm te præstolabor: tu uerò cum requisiuerit me, dic profe-
ctum in patriam Bethleema, ut interim festo quod mea tribus celebrat: idque permissu tuo
factum. Quòd si, ut mos est de amicis, dixerit, fœliciter profectus sit, scito illum nihil hostile
aduersum me in pectore coquere: sin autem aliter responderit, hoc erit tibi iniqui in me D
animi argumentum. indicabisque mihi rem, ita ut præsenti mea calamitate mutuaque no-
stra amicitia dignum est, quam fide in hoc data & accepta Dominus cum seruo tuo uoluisti
inire. qua si me indignum aut erga parentem tuum iniurium censes, nihil expectatis eius iuf
Ionathas uerbis Dauidicis parũ commotus, iurat se postulata exequuturum. sis iam nunc me tuo gladio confodito. Hęc ultima uerba grauiter ferens Ionathas, facturum
se postulata promisit, & si quid patrem malè de ipso cogitare deprehẽderit, indicaturum, &
quo maiorem ei fidem faceret, educto sub dium iureiurando confirmat, nihil se non tẽtatu-
Præsentia Dei. rum quod ad salutẽ ipsius pertineat. Deus, inquit hic, quem multum & ubiq; fusum uides,
quiq; priusquam eloquar mentem meã nouit, testis esto iniit inter nos fœderis, quodq; non
priùs patris uoluntatem scrutari desistam, quàm compertum habuero ecquid latentis odij
aduersum te conceperit: & quicquid deprehendero, siue amicum, siue infensum, confestim E
Deus omniscius, & omnipotens. tibi significabo. Nouit hic Deus, quòd ipsum tibi perpetuò propitiũ precor, quemadmodũ
& nunc facit, & posthac facturus est: & siue pater meus, siue ego tibi aduerser, tu attamẽ ope
Ionathas Dauidi suos liberos commendat seruandos. illius, nunquã non uictor euades. Tu uerò memor esto huius nostri affectus, & si me perire
cõtingat, liberos meos serua, & mihi debitam gratiã in illos colloca. Post hoc iusiurandũ Da-
uidẽ dimittit, iussum in certũ agri locũ secedere, in quo se exercere solebat. cognito. n. patris
animo uenturũ se illuc unà cum puero: Et si, inquit, emissis tribus ad scopũ iaculis, collecta
puerũ referre iussero: iacere. n. ante ipsum: scito nihil triste à patre timendũ. quòd si contra-
riũ me dicere audieris, regem quoq; contrario modo affectũ existima. utcunq; tamen cecide
rit, ego dabo operã, ne quid tibi secùs, quàm uelimus, accidat. Tu cùm lætiora tempora uene F
rint, fac memor sis horum, & liberos meos cõmendatos habeto. His Ionathæ promissioni-
bus confirmatus Dauid ad constitutũ locum proficiscitur. Sequenti uerò die qua fuit noui-
luniũ, rex de more lustratus ad cœnam uenit. cumq; filius Ionathas dexter illi accũberet, alte
rumq; latus Abenares exercitus imperator clauderet, uidens Dauidis locũ uacuum tacuit,
suspicatus eum ideò abesse, quòd à congressu uxoris non esset purus. sed cũ ne postridie qui-
dem adesset, sciscitatus est ex filio, qua de causa neq; tũc, neq; hesterna die adfuisset solẽnibus

repulsis

A epulis Iessæi filius. Respondit ille, profectum in patriam, ad solennem tribus eius festiuitatem, commeatu à se impetrato. Quinetiam me, inquit, ad hoc epulum inuitauit, & si tibi idē uidetur, ibo. nosti enim quanta beneuolentia hominem prosequar. Hic iam non amplius odium suum Saulus apud filium dissimulare potuit, & euidenter patuit, quàm infesto esset in Dauidem animo. Iurgio enim adortus filiū, desertorem cum patris ac hostem appellauit, sociumq; & adiutorem Dauidis. Nec pudere eum quòd nullo parentum respectu cum inimicis conspiret, & non posse induci, ut credat nunquam secure regnaturos incolumi Dauide. simulque iubet, ut hominem accersat, daturum debitum supplicium. Cumque filius quæreret, ob quam culpam eum capite plectere uellet, non iam intra uerba iram continens exilijt, & rapto spiculo impetum in filium fecit: perpetrasset que impiū facinus, ni intercursu amiB corum fuisset cohibitus, atq; ita manifestè malignū & infestum erga Dauidem animū apud filium prodidit, cum minimū abfuerit quin suis ipsum manibus propter illū perimeret. Ac tum quidem regius filius è cōuiuio profugus, oblitus epularum, tum suum periculum, tum amici iam neci destinati uicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante urbem in agrum prætextu exercendi se, sed reuerà, ut amico indicaret omnia, processit. peractisque in iaculatione his quæ promiserat, ablegatoq; in urbem comite puero, solitudinē nactus ad colloquium Dauidis uenit. qui ut primùm in conspectum est datus, procumbens ad eius pedes, seruatorem suum salutauit. Ille erectum à terra complectitur, atque ita æquales duo in mutuis amplexibus hærentes iniquam sortem suam deplorabant, quæ illis suauissimā consC suetudinem inuideret, & inuitissimos à se inuicē distraheret, quod illis morte nihilo mitius uidebatur. ac uix tandem multis lamentis exatiati, obtestatique se inuicem, ut mutuæ fidei meminissent, digrediuntur. INDE Dauid fugiens infestum regem, in oppidum Nobam ad Achimelechum sacerdotem peruenit: qui solum neque famulitio stipatum, neque amicis comitatum aduenisse uidens, motus admiratione tantæ solitudinis causam percontatus est. Tum ille secreta mandata à rege se habere dixit, ad quæ peragenda nullo comitatu opus esset. nam famulos in constituto loco sibi occurrere iussos. Poposcit aūt ab eo uiaticū. sic. n. & amici officium facturum, & ad præsens negocium opem collaturū. quo impetrato, armorum etiam aliquid petijt, hastam aut gladium. Fortè autem aderat quidam Sauli seruus natione Syrus, nomine Doeeus, regiarum mularum curator. Pontifex uerò negauit sibi esseD quicquam armorum, esse tamen ibi Goliathi gladium, quem ipse occiso Palæstino Deo consecrasset. Hoc accepto Dauid extra ditionem Hebræorum aufugit in Gittam Palæstinorum, apud quam regnabat Anchus. ubi agnitus à regis ministris, & indicio ad regem perlato, hūc esse Dauidem, qui tam multa Palæstinorum millia neci dederit: ueritus ne ab eo perimeretur, & in periculum quod apud Saulum effugerat, apud hunc incideret, furorem ac rabiem simulat, ita ut ore spumam emitteret, & alia signa insaniæ præ se ferret, quibus morbo fidem apud Gittensium regem astrueret. qui iratus famulis, quòd mente captum hominem ad se adduxissent, iussit ut quam primùm ejiceretur. Hoc pacto è Gitta cùm euasisset, in tribum Iudæ peruenit, & agens in spelunca quæ est in agro Adullamæ, misit ad fratres, qui eos doceret, ubinam ipse esset. at illi cum tota cognatione se ad eum contulerunt. nec non & alij multiE ti aut obærati, aut Saulum timentes, ad eum ultrò confluxerunt, operam suam ad omnem eius nutum offerentes. quorum numerus ad quadringentos creuit. quorum multitudine ac ope fretus, relicto eo loco ad Moabitarum regem proficiscitur, rogatque hominem ut parentes ipsius intra regni sui fines tantisper reciperet, dum res eorum in meliore statu collocarentur. Quo impetrato, & parentibus in magno honore apud regem quandiu illic manserunt habitis, ipse iussu prophetæ relicto deserto in tribum Iudæ se cum suis transtulit, & apud Sarim oppidum se rursus continuit. Quod postquam ad Saulum delatum est, Dauidem cum armatorum manu esse conspectum, in non mediocrem metum ac perturbationem regem coniecit. Sciens enim eius magnanimitatem ac fortitudinem, aliquid magnum moliturum suspicabatur, quod rebus regis aut periculum, aut certè difficultatis ac laboris plurimum afferret. conuocatisq; amicis & ducibus, & uniuersis suis tribulibus à regiā urbē Gabā sedens in loco, cui nomen Aruum, adstante honoratissimo quoq;, & toto satellitio, sic eos est affatus: Viri tribules, scio uos meminisse quantis à me affecti sitis beneficijs, & agris locupletati, & honoribus ac præfecturis aucti. Rogo igitur, num plura & maiora munera à Iessæi filio expectetis? Scio enim uos omnes in illum propensiores, initio facto à Ionatha filio, qui & uobis huius sententiæ autor est. Non enim me latent inter illum & Dauidem icta fœdera: neque quòd consilio & opibus aduersariorum partes contra me adiuuat.

Saulus Ionathæ iracsitur ob eius in Dauidem beneuolentiam.

Ionathas Dauidis innocentiam probans & defendens, spiculo à patre petitur,

è conuiuio profugit.

Ionathæ & Dauidis conuentus.

Dauidis à Ionatha digressus.

XIII.

1. Reg. 21.

Dauid ad Achimelechum sacerdotem se recipit.

Dauid in Gittam Palæstinorum ci fugit.

Dauid insaniam simulat, metuens Anchum.

1. Reg. 22.

Dauid in spelunca Adullamæ peruenit.

Dauid ad Moabitarum regem se recipit, atq;

apud Sarim se continet.

Saulus Dauidem timet.

Aruum.

Saulus de suorum in Dauidem fide expostulat.

Vos

Doecus Achimelechum Saulo indicat.

Vos autem nihil hæc cura tangit,ſed quieti quò res euaſura ſit expectatis. Poſt hæc regis uerba cæteris ſilentibus,ſolus Doecus Syrus mularum regiarũ curator reſpondit, uidiſſe ſe Dauidem in Noba oppido, quò cum ad pontificem Achimelechum ueniſſet, ab eo de euentu rerum oraculum accepiſſe,adiutumque commeatu & gladio Goliathi armatum, quò uolebat deductum eſſe. Accitus eſt cum tota cognatione pontifex: cui rex, Qua noſtra iniuria prouocatus excepiſti Ieſſæi filium,& regis inſidiatorẽ armis atque commeatu inſtruxiſti?aut cur etiam de futuris oracula ei reddidiſti?Non enim ignorabas,quòd propter odium quo familiam meam proſequitur,hinc aufugerit. Pontifex autem nihil horum inficiatus, liberè faſſus eſt hæc ſe non tam Dauidi præſtitiſſe,quàm ipſi regi. Excepi, inquit, non ut inimicum tuum,ſed ut fidiſſimum miniſtrum & tribunum,& quod maius eſt generum, ac propinqua neceſſitudine coniunctum.quis enim putaret eum qui hoc honore à te dignatus ſit, inimicum eſſe,ac non potius cum primis beneuolum?Conſultus etiam de diuina uoluntate,non nunc primùm ei reſpondi,ſed aliàs quoque ſæpenumerò. Cumque ſe diceret à te miſſum ad arduum negocium admodum properare, non ſuppeditare quæ requirebat, ad tuam magis quàm ad illius iniuriam pertinere iudicabam. Quare non eſt quòd de me malè ſuſpiceris, aut ſi quid noui nunc Dauidem moliri audiuiſti, ob exhibitam à me humanitatem, fauere me illi aduerſum te cogites.in amicum enim ac generum & tribunum tuum collatum uolui,quicquid officij in illum contuli. His uerbis Saulus fidem non habuit, quòd plus apud eum metus periculi ualeret,quàm excuſatio iuſta: itaque circumdatum armatis cum tota familia iubet contrucidari. cumque illis religio eſſet uiros Deo ſacros ferro uiolare, Doecum Syrum eam cædem perpetrare mandauit: qui aſſumptis ad hoc aliquot ſui ſimilibus facinoroſis,Achimelechum cum tota cognatione interfecit: quorum numerus erat trecenti octoginta quinque.moxque miſſi ſunt à rege Nobam ſacerdotum oppidum, qui contrucidatis ad unum habitatoribus,nullo uel ætatis uel ſexus reſpectu, poſtremò flammis eam deleuerunt: ex qua clade unicus tantum Achimelechi filius,nomine Abiatharus ſeruatus eſt: idq; totum ſecundum oraculum Dei Eli pontifici olim redditum contigit, quo prædictum erat, propter eius filiorum ſcelera eius poſteritatem aliquando interituram. Rex autem Saulus tam ſæuo facinore perpetrato,ſtirpe pontificia internecione deleta,neq; tenerã ætatẽ miſeratus,neque grandæuos reueritus,inſuperque quam patriam ac alumnam ſacerdotum & prophetarum ſingulari priuilegio Deus elegerat,ſolo æquatã,ſatis declarauit, quàm prauum ſit hominum ingenium. Tantiſper enim dum humiles ſunt atque plebeij, quia non audent, neque liberum eſt naturæ obſequi,æqui ac boni uiri eſſe uidentur,mirumque quoddam iuſticiæ ſtudium præ ſe ferunt. quin & pietatem intereà colunt, Deumque omnibus actionibus noſtris intereſſe.omnes denique cogitationes intueri perſuaſum habent: ſed ſimul atq; ad potentiam & imperium prouecti ſunt,exutis priſtinis moribus,& tanquam in ſcena mutato habitu,nouaque perſona aſſumpta,in omnem audaciam & inſolentiam diuinarumq; æquè ac humanarum rerum contemptum prolabuntur. & cum ad ſuperandam inuidiam maximè illis opus eſt pietate & iuſticia,cumque omnes eorum non actiones ſolùm,uerum etiam uoluntates in conſpicuo ſunt omnibus propoſitæ,tum maximè tãquam aut diſſimulante Deo, aut & ipſo poteſtatem eorũ formidante, in ſubditos debacchantur. & quicquid aut per inanem metum,aut odium uel fauorem irrationabilem decernunt, id tum hominibus ratum,tum Deo quoque ipſi probatum eſſe exiſtimant: futurorum uerò prorſus nullã rationem habent. Quotquot enim in eorum gratiam plurimos labores exhauriunt, eos primùm euehunt,deinde iam honoratos per inuidiam,non ſolùm dignitatibus priuant, ſed per calumniam etiam ſæpè opprimunt,non conſiderantes,quàm meritò, tantumque temerarijs delationibus abſque ulla probatione fidem adhibentes: & ſæuiunt non in quos oportet,ſed in quos ipſis ſæuire eſt facilè. Hæc ita eſſe manifeſtum exemplum in Saulo Ciſi filio nobis eſt exhibitum, qui primus poſt ſublatam optimatum adminiſtrationem ac iudicum ſupremum magiſtratum rex Hebræorum creatus,propter ſuſpectum Achimelechum trecẽtos ſacerdotes & prophetas interfecit: cæſosque excidio urbis obruit, & quantum in ſe fuit ſummi Dei fanum ſacerdotibus ſacrisque miniſterijs orbauit, poſt tam numeroſam cædem ne patriam quidem eorum & ſeminarium ſupereſſe paſſus. Abiatharus autẽ Achimelechi filius,qui ſolus generis ſui ſuperſtes cædem ſacerdotum euaſerat, ad Dauidem fuga delatus, familiæ cladem & patris interitum ei renunciauit. at ille iam ante ſe hoc præſagiuiſſe dicebat,cum illic Doecum uideret: facileque ſuſpicatum, calumniam pontifici ab eo apud regẽ ſtruendam: ægerrimeque ferebat quòd ipſe tanti malicis occaſionem præbuiſſet: ſimulque iuſſit,

Saulus Achimelechum ob præſtitam Dauidi opem, obiurgat.

Achimelechi apologia.

Saulus ſacerdotes necat.

Achimelechi uitæ finis.

Suprà lib.5.c.11. 1.Reg.2.

In Saulum inuectio authoris.

Ingenij humani prauitas.

Honores mutãt mores.

Inuidia pietate & iuſticia ſuperatur.

Sacerdotum interfectorum numerus.

Abiatharus ad Dauidem ſe confert, ſacerdotum cædem manifeſtaturus.

A iussit,ut apud se maneret,quod nusquam tutiores latebras inuenire posset.Per idem tempus cùm indicatum esset Dauidi Palæstinos in Cillanorum agrum irrupisse,eumque populari, decreuit illos adoriri,consulto priùs propheta,an Deus uictoriam annueret: confirmatusq; oraculo,& cum sua cohorte hostem aggressus,magna cæde repulit, prædasque ex hostico egit,& Cillanis præsidio fuit,dum fruges ex areis conuecherent. Resciuit hoc Saulus. nam rei fœliciter gestæ fama contineri non potuit, quin latè propagata ad regias quoque aures permanaret,non sine ipsius Dauidis laude. Quo nuncio lætus rex putauit se iam rem factam habere,audiens inimicum se intra unius oppidi mœnia conclusisse, & diuinitùs hanc occasionem opprimendi eius datam dictitans, edicit populo ut Cillam properè circumuentam tam diu premant obsidione,donec Dauidem in potestatem redactum interficiant. At ille o-
B raculo admonitus,nisi maturè suis rebus consuleret,fore ut Cillani eum Saulo dedant, relicta urbe in desertum se cum quadringentis illis contulit, ibiq; collem quendam munitum insedit,nomine Engelain. Rex autem cognito quòd Dauid non ampliùs apud Cillam esset, expeditionem eam omisit.Dauid uerò ex deserto in Cœnam locum agri Zipheni se cum suis transtulit: quò etiam Ionathas regis filius præstò fuit salutaturus amicum, & de futuris collocuturus.Hortabaturque eum ut bene speraret, néue præsentibus difficultatib.defatigatus cederet.nam regnaturum eum,& uniuerso Hebræorum populo præfuturum. Tales autem fœlicitates magis parari laboribus. Renouatisque fœderibus & sancita sub Deo teste in omnem uitam amicitia, additisque diris execrationibus in eum qui prior à pactis recederet,&
C in contraria transiret illum eo loci reliquit,metu nonnihil ac solicitudine leuatum: ipse uerò domum suam repetijt.Zipheni uerò gratiam regis captantes,certiorem eum faciunt, Dauidem in agro suo morari: pollicebanturq; suam operã, ut in manus regis traderetur. occupatis enim Ziphenæ faucibus, nullum reliquum illi fore effugium. Saulus uerò hominibus collaudatis, gratijsque actis quòd inimicum sibi indicassent,breui se illis beneficium repositurum pollicitus, misit qui quærerent Dauidem,desertumque perscrutarentur: dicens se secuturum. Atque ita Zipheni duces se regi ad perquirendum eum & comprehendendum obtulerunt, studium suum erga ipsum non indicio tantum declaraturi, sed omnibus uiribus conando ut in potestatem redactum regi traderent. Sed non habuit successum iniqua & praua eorum cupiditas,quibus cum nullum periculum ex silentio immineret, per a-
D dulationem & auariciam uirum pium,& præter ius ad mortem quæsitum,& alioquin latêre ualentem regi se tradituros sunt polliciti.Dauid enim cognita eorum malicia, simulque regis aduentu,relictis locorum angustijs in quibus tum uersabatur euasit ad magnam petram, quæ sita est in deserto Simonis.Nec Saulus destitit illum insequi. Cognito enim interea eundum quòd superatis faucibus euasisset,ad alterum petræ latus peruenit: futurumque erat ut Dauid circumuentus comprehenderetur,nisi rex nuncijs reuocatus esset, qui Palæstinos in ditionem eius iterum irrupisse adferebant.Satiùs enim iudicauit hos germanos hostes ulcisci,agrisque suis quo minus uastarentur opem afferre,quàm studio capiendi inimici, regionem illis populandam prodere,atque ita Dauid præter omnium opinionẽ seruatus,ad fauces agri Engadeni se contulit.Saulo autem post reiectos Palæstinos nunciatum est,Dauidem
E intra fines Engadenorum agere, moxq; assumptis trib. armatorũ milibus ex omni exercitu selectis,properè eos ad locum indicatum duxit.cumque non longè abesset,uidet apud uiam speluncam longo recessu opacam, & in penitiore sinu latè patentem, in qua tum fortè Dauid cum sua cohorte delitescebat,in eamq; solus ad requisita naturæ se insinuauit. Animaduersum est id ab uno è Dauidis comitibus: qui cùm eum moneret tempus ultionis offerre Deum,nec esse negligendam occasionem tot erumnas finiendi abscisso Sauli capite,laciniã tantum regij pallij præscidit: indignum ratus in propriũ dominum sæuire, quem Deus ipse ad imperij fastigium electione sua prouexerat.nec enim par esse, iniurijs certare cum eo qui immeritum extinguere cuperet.Egresso deinde è spelunca Saulo,Dauid in apertum progressus regem inclamat,& cum ad agnitam uocem se conuertisset,ex more priùs adoratum sic al loquitur:Quàm iniquum est,rex, te calumniatoribus patulas aures præbẽtem,& uanissimis
F hominibus fidem adhibentem, de amicis spectatis suspicari, quos ex ipsorum factis potiùs iudicare oportebat. Calumnia enim fallit: at actiones manifestum beneuolentiæ sunt argumentum: & uerba quidem æquè falsa ac uera esse possunt,ac facta nudam mentem aspectui subijciunt.Ex his igitur credere debes,me & erga te & erga tuam familiam bene esse animatum,non ijs fidem adhibere,qui me de ijs criminantur,quæ nec mihi unquam in mẽtem uenerunt,nec fieri possunt,atque ita meam uitam persequi, & nocte atque die nihil magis

1.Reg.21. *Dauid Palæstinos fundit.*

Saulus Dauidem in Cilla agẽtem obsidere statuit.

Dauid oraculo admonitus properè discedit, simul ac in Cœnam proficiscitur.

Ionathas Dauidem conuenit.

Zipheni Saulo indicant, Dauidem apud se degere.

Dauid Saulo aduenìente euasit.

Saulus Dauidem persequens,reuocatur,accepto de Palæstinorum irruptione nũcio.

1.Reg.24.

Saulus in spelunca incidit in Dauidem.

Dauid laciniam pallij regij præscidit.

Dauid insidias sibi insontiruisse structas a rege fatetur.

quàm de mea pernicie cogitare. An non uides uaniſſimam eſſe tuam opinionem, qua perſuaſus es, me tuæ necis eſſe cupidum? Aut quibus oculis Deum putas immanitatem tuam aſpicere, qui hominem ad cædem expetis, oblata uindictæ tali occaſione tibi parcẽtem, quam ipſe nactus nunquam elabi è manibus ſiuiſſes? Nihilo enim maiore negocio caput tibi præcidere poteram, quàm hanc ueſtis laciniam. Simulque pannum protulit, qui uerbis fidem aſtrueret. Ego certè ne iuſtæ quidem ultioni indulſi, & tu iniuſtas ſimultates cõtra me exercere non uereris. Sed horum Deus iudex erit, probabitque uter noſtrûm æquioribus moribus ſit præditus. Tum Saulus demirans è quanto periculo eſſet ſeruatus, modeſtiaq; iuuenis attonitus, ingemuit: ſimilemq; gemitum referente Dauide, rex ſe iuſtius gemere faſſus eſt. Tu enim, inquit, bonorũ cauſa mihi fuiſti, ego contrà tibi calamitatũ. Et hodie declaraſti te à priſcorũ æquitate non degenerem, qui inimicos in ſolitudine ad iniuriã expoſitos nacti, incolumes dimittere maluerũt. Itaq; hodie perſuaſum habeo, regnũ tibi à Deo repoſitũ, & ſub tuũ imperium uniuerſam Hebræorum gentem conceſſuram. quamobrem poſtulo ut iureiurando fidem mihi facias, te rerum potitum obliuioni iniurias meas traditurum, & familiam meam ſaluam eſſe paſſurum. Pollicitus eſt id Dauid, interpoſito iureiurãdo, atque ita regem in regnum remiſit. Ipſe cum ſuis in Maſtherorum anguſtias aſcendit. In idem tempus mors Samuelis prophetæ incidit, uiri qui ſuo merito in maximo ſemper apud Hebræos precio fuerat: illuſtreque uirtutis ipſius ac ſuæ obſeruantiæ populus teſtimonium edidit: dum defuncti exequias & ſepulturam magnifico ſumptu concelebrat: & poſteaquam iuſta exoluit in Ramatha patria ſepulto luctum in longum tempus prorogat, non quaſi in publico mœrore, ſed quaſi ad unumquemuis propriè hæc orbitas pertineret. fuerat enim uir ad omnem iuſticiam ac bonitatem à natura compoſitus, & ob has uirtutes Deo longè acceptiſſimus. Præfuit populo poſt Elis pontificis obitum primùm ſolus annis duodecim, deinde Saulo regnante annis decem & octo, cuius extremi dies in hæc, ut dixi, tempora inciderunt. In locis autem in quibus tum Dauid uerſabatur, erat Ziphenus quidam in oppido Emma, uir locuples, & multorum gregum dominus. habebat enim in paſcuis ouium tria milia, & capras mille: & ab his Dauid omnem iniuriam abſtinuit, interminatus ſuis, ne uel cupiditate uel egeſtate, uel latendi ſpe impulſi quicquam uiolarent, ſed pluris iuſticiam facerent, & Dei uoluntatem, cui nunquam placuerunt qui in alienas res manus inijcerent. in hac diſciplina ſuos continebat, putans ſe in hominem probum & ſua beneuolentia dignum hoc officium collocare. Nabalus uerò (hoc erat uiro nomen) homo erat agreſtis, & malis moribus præditus, ſed honeſtę ac prudentis & elegantis mulieris maritus. Ad hunc Dauid pecora tondentem decem è ſuis miſit ſalutatum, qui illi in multos annos eam felicitatem ominarentur: ſimulque rogarent ut è facultatibus ſuis aliquid communicaret, cum è paſtoribus intelligere poſſit, quòd longo tempore in ſolitudine uerſati adeò nihil detrimenti attulerint gregibus, ut cuſtodes eorum fuiſſe potius uideri poſſint. Quicquid autem in Dauidem contulerit, in hominem gratum ac memorem collaturum. Ad hæc poſtulata homo nimis inhumanè & durè dedit reſponſum. Percontatus enim quis eſſet Dauid, ut audiuit eſſe Ieſſæi filium: Nunc, inquit, fugitiui relictis dominis de eo inſolenter ac ſuperbè ſe gerunt. Quibus renunciatis, Dauid in iram accenſus quadringentis armatis aſſumptis, & ducentis ad cuſtodiam impedimentorum relictis (iam enim ſexcentorum manum coegerat) contra Nabalum proficiſcebatur, iratus quòd ea nocte & familiam eius & omnes opes eſſet euerſurus. Neque enim ſe ſolum ægrè ferre, quòd homo ingratus officij nihil rependeret, tanta humanitate ab eis prouocatus, ſed etiam quòd conuicijs ſe impeteret, nulla affectus iniuria. Interea quidam è ſeruis paſtoribus ad heram ſuam illius uxorem, uenit, nuncians quòd Dauid à marito eius modicum quiddam poſtulans non ſolum nihil impetrauerit, ſed conuicijs etiam non ferendis ſit appetitus, cùm tamen greges eius intactos præſtitiſſet: eamque inſolentiam domini poſſe illi magnam aliquam calamitatem afferre. Hoc audito Abigæa (id nomen mulieri fuit) oneratis aſinis, & uarijs xenijs in ſarcinas congeſtis, inſcio marito (nam per temulentiam ſopitus erat) ad Dauidem properat: eique in uallis cuiuſdam deſcenſu contra Nabalum quadringentos ducenti fit obuiam. Quem poſtquam appropinquare uidit, de iumento deſilijt, & prona in faciem adorabunda deprecata eſt, ne uerbis Nabalis moueretur, qui reuerà eſſet id quod uocabatur. Nabalus enim Hebræorum lingua uocatur inſipiens. Excuſabatque ſe eos non uidiſſe, qui ad maritum miſſi fuerant. Quare obſecro, inquit, da ueniam mihi, & age gratias Deo, qui per me tibi obſtat, quominus humano ſanguine manus polluas. Si enim incontaminatus à cæde permanſeris, ipſe

Saulis fuam iniquitatem, Dauidis autem innocentiam & modeſtiã agnoſcit.

Samuelis mors. 1. Reg. 25. uerſ. 1.

Dauid Nabali gregibus parcit.

Dauid à Nabalo cibaria petit.

Nabal Dauidem repudiat.

Abigæa Nabali uxor Dauidem placat.

Nabali ſignificatio.

A ipſe pro te pœnas ab improbis exacturus eſt. Quod enim Nabalum manet infortunium, inimicorum tuorum contingat capitibus. Tu uerò propitiùs hæc mea munuſcula admitte, & iram qua in maritum meum inque eius familiam es commotus, in meam gratiam remitte. Decet enim clementia & humanitas eum qui regnaturus eſt. Ille uerò muneribus acceptis, Profectò, inquit, Dei uoluntate ad nos hodie ueniſti: alioqui craſtinam diem non uidiſſes. Iuraui enim, me hac nocte domum ueſtram ſubuerſurum, & neminem ſuperſtitem relicturum ex familia hominis ingrati, ac in me meosque contumelioſi. nunc uerò Deus tibi in mentem immiſit, ut maturè occurrens furorem meum delinires. Nabalus autem tametſi propter te ueniam nunc conſequitur, pœnam tamen non euadet, ſed ſui mores per aliam occaſionem perdent hominem. Hæc locutus, mulierem dimiſit. Ea domum reuerſa offendit

Virtutes regiæ præcipuæ erga ſubditos exercendæ.

Nabalo ignoſcitur.

B maritum cum æqualibus compotantem, iamque uino grauem, ideoque tum nihil eorum quæ geſſerat indicauit. Sequenti uerò die poſteaquam ſobrio rem totam expoſuiſſet, in tantum mœrorem eum cõiecit, ut toto corpore ſideratus decima pòſt die mortẽ obiret. Quod ubi Dauidi relatũ eſt, meritas pœnas Deo perſoluiſſe eum dixit. ſuapte enim malicia perditum, & ultioni ſubiectum, idque incontaminatis eius manibus qui iniuriam acceperat. Atque hoc quoque exemplo didicit, neminem ſceleſtum uindictam Dei poſſe euadere. nec humanas res à Deo neglectas ferri temerè: ſed bona bonis, & malis quòd illis dignum eſt repẽdi. Moxque miſſis ad uxorem eius nuncijs, acciuit eam in legitimum thorum coniugem ſibi inducturus. quæ præfata prius ſe indignam ut uel pedes eius contingeret, cum omni tamen ſuo paratu uenit: & ei nupſit, hunc honorẽ ab eo conſecuta tum propter modeſtiã bonosq;

Nabali mors.

Prouidentiæ & iuſticiæ diuinæ exemplum.

Dauid Abigæã ducit in matrimonium.

C mores, tum propter eximiam formę gratiam. Habebat autem Dauid & antè coniugẽ, ex Abeſaro oppido oriundam. Nam Melcham Sauli filiam priùs Dauidi nuptam pater Liſo Pheltiæ filio elocauit, in oppido Gethla habitanti. Poſteà Ziphenorum quidam renunciarunt Saulo, Dauidem rurſum in eorum regione eſſe, & ſi uelit adiutare, poſſe eum comprehendi. at ille cum tribus milibus militum eò proficiſcitur: & ſuperueniente nocte caſtrametatus eſt in quodam loco, cui nomen Sicella. Dauid autem cognito quòd rex contra ſe cum armis ueniret, ſpeculatoribus miſſis iuſſit ut ſe certiorem facerent, quonam uſque proceſſiſſet. Cumq; audiſſet eum eſſe apud Sicellã, noctu ignaris ſuis omnibus, duob. tantùm comitatus, Abiſæo ſororis ſuæ Saruiæ filio, & Achimelecho Chettæo, in caſtra hoſtium penetrat. Dormienteq; Saulo, & circum eum ſatellitio, ſimulque imperatore copiarum Abenero, in tentorium re-

Melcha priùs Dauidi elocata, Liſo nubit. 2. Reg. 26.

Dauid noctu in caſtra deſcendit ad Saulum, &

D gium inſinuatus, neque regem agnito eius cubili ex ſpiculo interficere ſuſtinuit, neque Abiſæum accenſum ad facinus permiſit: ſed cohibuit admonitum nefas eſſe, regem diuino ſuffragio creatum interimere, quantumuis malum: eius enim eſſe in eum uindicare, qui regnum dediſſet: utque aliquod ſignum eſſet, quòd nactus poteſtatem regis opprimendi, non eſſet ea uſus, ablato ſpiculo & lecytho aquali, quæ iuxta cubile ſita erant, nemine ſentiẽte caſtra exiuit, intrepidè & quaſi per ociũ inter ſopitos uerſatus, partim nocturnis tenebris, partim audacia propria fretus. tranſgreſſuſque torrentem, & conſcenſo montis uertice unde facilè poterat exaudiri, inclamatis Sauli militibus & imperatore eorum Abenero è ſomno eos excitat. & cum imperator nominatim appellatus ſciſcitaretur quiſnam eſſet qui ſe uocaret, ſic reſpondit: Dauid ego ſum Ieſſæi filius, à uobis profugus. Sed quî fit ut tu uir tantus & inter a-

eius ſpiculum unà cum lecytho aquali abſtulit.

Dauid conſcenſo montis uertice Abenerũ è ſomno nocturno clamore excitat,

E micos regios maximè honoratus, tam negligenter Domini corpus cuſtodias, ut dormire malis, quàm curam ſalutis eius gerere? Capitalem enim culpam admiſiſtis, qui paulò antè quoſdam è noſtris clàm in caſtra regia ſubrepentes non ſenſiſtis. Vide igitur quonam deuenerit ſpiculum regium, & aquæ lechytus: & diſce quantum flagitium clam uobis ſit commiſſum. Saulus autem agnita Dauidis uoce, & cognito quòd adeptus eum à ſomno & cuſtodum negligentia proditum, non tamen interfeciſſet, cùm id iure ſuo facere potuiſſet, gratias ſe illi habere pro ſalute conceſſa profeſſus eſt. hortabaturque ut bono eſſet animo, nihilque mali in poſterum timens, ad proprias ædes reuerteretur. Compertum enim habere, non ſibi ipſi ſalutem ſuam chariorem eſſe quàm Dauidi. Se enim ſeruatorem ſuum, hominem ſpectatæ

ſomnolentia nimia arguit.

F per multa officia beneuolentiæ, in exilium actum, & ſæpe in capitis diſcrimen adductum, amicorumque conſuetudine orbatum perſequi non deſiſtere, illum uerò pro hoſtili inſectatione ſalutem ſibi reponere. Tum Dauid iuſſit ut mitteret qui & ſpiculum & lecythum reportarent, hoc atteſtatus, quòd Deus futurus eſſet utriuſque naturæ & morum ac geſtorum iudex, cui notum eſſet, quòd ea quoque die pepercisſet inimico, quem in manu erat interficere. Atque hoc modo Saulus iam iterum clementia Dauidis incolumis è manibus emiſſus, retrò in regiam ſe recepit. Cæterùm Dauid ueritus ne, ſi diutiùs in eis locis hæreret, tandem

Dauid innocentiam declarat ſuam. 1. Reg. 27.

A. M. 2889. Ant. Chr. nat. 1082.

comprehenderetur, consultiùs putauit in Palæstinam ascendere, & illic degere: quòd cùm A cæteris quoque uisum esset, unà cum sexcentorum manu ad Anchum se contulit regem Gittæ, unius è quinque eius gentis ciuitatibus ubi domicilio accepto à rege cum duabus uxoribus Achima & Abigæa habitauit. Saulus autem cautior factus, posthac destitit contra eum aut proficisci, aut militem mittere, uidens id sibi iam bis malè cessisse, minimumque abfuisse quin captando caperetur. Dauidi autem non placuit in urbe Gitta manere, sed petijt à rege ut ad pristinam erga se hospitalitatē hoc quoque adijceret, & agri partem ad incolendum ei cum suis attribueret. Vereri enim se ne intra mœnia morando onerosus Gittensibus uideatur. Annuit eius precibus rex, & uicum quendam, nomine Sicellam, ei donauit, quam Dauid postea regnum adeptus adeò dilexit, ut suam & posterorum priuatam possessionem B in perpetuum esse uoluerit: qua de re aliàs fusius dicturi sumus. Totum autem tempus quo Dauid apud Sicellam uixit, fuerunt menses quatuor, additis uiginti diebus. ex eo loco clancularijs excursionibus Palæstinæ gentis uicinos sibi Saritas & Amalecitas infestabat, magnas iumentorum & camelorum prædas abigens. mancipia enim non abstrahebat, ueritus ne horum indicio res ad Anchum regem perferretur. De manubijs autem munera mittere ad regem solebat. quo percontante unde eas prædas ageret, meridionalem Iudæorum regionem campestrem incursare se respondens, regi facilè persuasit ut crederet, quod uerum esse uehementer cupiebat. sperabat enim Dauidem, si hostiliter gentem propriam tractasset, præcluso rēditu semper posthac obnoxium se habiturum.

Dauid ad Anchum Gittæ regem se confert.

Saulus repugnare Dauidi desistit.

Dauidi locū habitationis sibi attribui petenti Sicella uicus conceditur.

Dauid Saritas & Amalecitas excursionibus infestat.

XIIII.

ET parabatur tum bellum in Hebræos communi Palæstinorum decreto, indicto omnibus eius nominis socijs die ad conueniendum in Rengam, ubi collectum exercitum in hostem ducturi erant: & Anchus inter cætera C auxilia Dauidem cum sexcentorum cohorte euocauerat. quo promptè operam pollicente, & dicente adesse tempus referendæ hospitalitatis gratiæ, rex contrà quo magis eum sibi deuinciret, promisit se eum re bene gesta in summo apud se honore habiturū, & satellitio suo præpositurum.

1. Reg. 28.

Palæstini bellum in Hebræos parant.

Dauid ab Ancho euocatur.

Hebræi à Palæstinis magno prælio uincuntur, in quo Saulus rex unà cum filijs pugnans occubuit. CAP. XV.

A. M. 2890. Ant. Chr. nat. 1081.

SAulus autem è regno suo diuinos omnes & uentriloquos ac ariolos cæterosq; similis uanitatis homines eiecerat, solis prophetis retentis: cumque audisset Palæstinos Sonnam usq; urbem progressos castra ibi metatos, & ipse cum suis copijs illuc occurrit: & iuxta montem quendam Gelboe dictum castra è re- D gione hostium posuit. Vbi non mediocris trepidatio illum incessit, reputātem hostilem exercitū uiribus longè præcellere: qua de re solicitus ad oraculū Dei cōfugit euentum prælij scisciturus. Deo autem silente magis etiam territus prorsus animum despōdit, præsagiens cladem imminere, posteaquam Deus auxiliatricem manum subtraheret. quæri nihil ōminus imperat mulierculam quampiam uentriloquam, & manes elicere callentem, quo uel sic rerum euentum prænosceret. Nam uentriloquorū genus euocatis defunctorūm animabus per eas futura scisciantibus prædicunt. Cumque indicio cuiusdam familiaris sui comperisset, esse talem mulierculam in oppido Endoro, ignaris omnibus mutato regio habitu, assumptisque duobus fidissimis famulis Endorum ad mulierē proficiscitur: rogatque eam ut diuinet, educatq; ad superos animā uiri cuius ipse uoluerit. Illa aūt repugnante, & ne E gante se edictū regis contemptura, qui hoc diuinaculorū genus à suo regno exegerit, & obtestante ne nulla iniuria lacessitus insidias sibi strueret, quo deprehensa uetitas artes attrecta re ad supplicium raperetur: iurauit neminem hoc rescisturum, neq; se responsum cum alijs communicaturum, sed fore eam extra omne periculum. Vt uerò iureiurando persuasa est nō timere, iussit eam Samuelis animam excitare. quæ cum nesciret quisnam fuisset Samuel, ab inferis hunc euocat. quo in conspectum ueniente, mulier specie uiri diuina & ueneranda perterrita ac stupefacta, uersa ad regem: Nónne, inquit, tu es Saulus rex? hoc enim ex Samuele didicerat. Quo annuente, & rogante trepidationis causam, ait se uidere ascendentem uirum diuina quadam specie præditum. Percontante deinde qua effigie quóue habitu esset ac F ætate, ait senem esse uenerandum, habitu sacerdotali amictum. Agnouit rex Samuelem esse, & procidens adoratione salutauit. anima autem Samuelis interrogante, quam ob causam elici ac suis moueri sedibus iusserit: necessitate se huc adactum conquestus est. Imminere enim grauem hostium exercitū, & se inopem esse consilij destitutum à Deo, neque per uates, neque per somniorum uisiones futura præsignare dignante: quapropter ad eum se confugisse, cui res suas semper curæ fuisse sit expertus. Samuel uerò adesse iam regi extremum

Saulus oraculum Dei consulit.

Saulus sagam adire ad consulendum.

Saulus Samuelē prophetam sibi in uitam reuocari iubet.

Sauli querela Samueli refertur.

uitæ

A uitæ diem præuidens, ſuperuacaneum reſpondit ex ipſo futura ſcitari, cum à Deo deſtitutũ ſe agnoſcat. Audi tamen, inquit, in fatis eſſe ut Dauid aſſumpta regia dignitate bellum ex ſententia conficiat. tu uerò & principatum & uitam ſimul amittas, eo quòd in bello quod contra Amalecitas geſſiſti obediens Deo non fueris, & quæ tibi per me etiam tum uiuum mandauit neglexeris. Scito igitur & exercitum tuum ab hoſte profligandum, & te unà cum filijs in prælio lapſum cras mecum futurum. His auditis, Saulus obmutuit præ mœſticia; & in humum collapſus eſt, ſiue ob ſubitaneam triſticiã uiribus deficientibus, ſiue ob inediam, quòd ea nocte ac præterita die corpus cibo curare neglexiſſet. tandem cùm ægrè ad ſeipſum rediſſet, mulier urgebat eum ut cibum ſumeret; hanc gratiam ab ipſo repoſcens officij quòd per interdictas artes non ſine ſuo periculo poſcenti præſtiterat, priuſquam ſciret hunc B ipſum eſſe qui interdixit. pro quo beneficio hoc tantũ repoſcebat, ut menſa appoſita uires re foueret, quo ad exercitum redire ualeret. reſiſtentem uerò & cibum omnem præ deſperatione auerſari pergentẽ, adegit improbis precib. ut aſſentiretur. Cumq; unicũ haberet uitulum domi à ſe educatum mulier quotidianis operis uictum ſibi parans, & nihil præterea poſſidens, hoc mactato carnes coctas ipſi & famulis appoſuit. Saulus uerò eadem nocte in caſtra eſt reuerſus. Mirari ſuccurrit hoc loco, mulieris huius comitatem ac liberalitatem, quæ tametſi à rege artem exercere uetita qua uictum parare aſſueuerat, hominem nunquam antè uiſum, immemor totam alendi ſe rationem per hunc ſibi ademptam, non auerſata eſt ut hoſpitem & ignotum, ſed commiſerata & conſolata ad faſtiditum cibum ſumendum adhortata eſt: & quod ſolum mulieri pauperi ſuperfuit, promptè ac libenti animo appoſuit, C nec gratiam pro beneficio rependens, nec officio fauorem regis captans, quæ iamiam moriturum præſciebat: cùm tamen homines natura ita comparati ſimus, ut tùm demum officioſos eſſe libeat, quando aut pro meritis gratia eſt rependenda, aut ipſi demereri quempiam cupimus, quem cumulatè aliquando beneficium repoſiturum ſperamus. Egregium igitur exemplar beneficentiæ nobis exhibuit, oſtendens nihil eſſe potius quàm in neceſſitate conſtitutos ſubleuare, nihil quod hominem magis deceat, nihil quòd Deum æquè conciliet, & ad benefaciendum nobis prouocet. atque hæc de muliere illa dixiſſe ſufficiat. Nunc aliam quandam admonitionem ſcriptis meis iuuat inſerere, cùm populis ac gentibus profuturam, tum præcipuè uiris eximijs, & ad gloriam natis incitamento futuram ad uirtutem: quandoquidem hæc ſola in ſempiterna memoria ſui cultores collocare ualens, D magnum calcar ad honeſta ſtudia tam regibus gentium, quàm ciuitatum magiſtratibus debet ſubdere, ut contemptis periculis atque etiam certa morte, nihil durum pro patria ſubire ac ſuſtinere ſubterfugiant. Quod ut faciam, opportunè Sauli Hebræorum regis illuſtre exemplum flagitat. Hic enim licet futuri gnarus, & de obitu ſuo præmonitus à propheta, nõ luit tamen eum uitare, & ob uitæ cupiditatem exercitum hoſti prodere, atq; hoc modo regiam maieſtatem dehoneſtare: ſed cum liberis totaque familia periculo ſe obijciens, pulchrũ exiſtimauit in prælio p ſuo ſubditis imperio pugnando cadere, & bonos filios in eiuſdem laudis ſocietatem aſſumere, potius quàm ſuperſtites relinquere, incertum quales nam futuros. Sic enim exiſtimauit, loco poſteritatis perpetuam laudem & immortalem memoriam ſibi futuram. Quamobrem hic mihi uerè iuſtus & fortis ac prudens fuiſſe uidetur, & ſi E quis huic ſimilis fuit aut futurus eſt, huic uirtutis teſtimonium ab omnibus reddi æquum cenſeo. Nam illos qui cum certa uictoriæ incolumitatisque ſpe bellum aggrediuntur, poſteaquam magnificum aliquid geſſerint, non cenſeo meritò fortitudinis titulis inſigniri ab hiſtoricis alijsque ſcriptoribus. Sed quamuis & illis ſua laus debeatur, ſoli tamen generoſi ac fortes periculorumque contemptores iure dici poſſunt, qui Saulum æmulantur. Quid enim magni eſt communem martis aleam ſubire, & inter ſpem ac metum fluctuando, ſi fortuna affulſerit, fauore eius uti? contrà nihil lætum ſperantem, & præſcium quod neceſſe ſit in pugna cadere, & intrepidè tamen & imperculſo animo fato minanti occurrere, id uerò generoſi & fortis uiri facinus ego cenſeo. Hæc eſt Sauli noſtri laus, qui exemplo eſt omnibus ueræ gloriæ amatoribus, ut ſi honeſti apud poſteros nominis rationem habent, idẽ ſibi ſi quan F do uſus ueniat, proponant: in primis autem regibus, quibus propter fortunæ ſublimitatem adeò non licet eſſe malis in ſubditos, ut turpe ſit etiam mediocritatem bonitatis non excedere. Poſſem quidem etiam plura in hoc argumento de Sauli generoſitate dicere, uerùm ne uidear ineptè eum laudare, eò unde digreſſi ſumus reuertar. Palæſtinis, ut dixi, caſtra mutatis, & copias ſecundũ gentes & regna & ſatrapias recenſentibus, nouiſſimus tranſijt cum ſuo mi- te rex Anchus, quem ſecutus eſt Dauid cum ſexcentorum cohorte: quem ubi uiderunt Pa- læſtino-

Samuelis manes Saulo exitium prædicunt.

Saulus uiribus deficientibus col lapſus.

Authoris digreſſio in laudem humanitatis ſagæ.

Sauli laudes.

1. Reg. 29. Palæſtini Dauidis opem repudiant, ab Ancho adducti.

læſtinorum duces, percontabantur regem undenam uenirent Hebræi, aut à quo uocati? Is A
reſpondit, Dauidem iram Domini ſui Sauli fugientem, à ſe exceptum, nunc ut gratiam ho-
ſpiti referat, utque de Saulo uindictã ſumat, in auxiliũ uenisſe. At illis nõ probabatur, quòd
hoſtem in auxiliũ acciuiſſet: ſuadebantq; ut eum retrò remitteret, ne fortè cladem aliquam
ipſis afferret. Facilè enim habiturum occaſionem reconciliandi ſe Domino, ſi hoſtibus eius
detrimentum aliquod attulerit. Quare proſpiciendum eſſe in futurum, Dauidemque cum
ſua cohorte ad agros à rege illi aſſignatos remittendum. Hunc enim eſſe illum Dauidem uir-
Anchus Dauidẽ remittit Sicellã. ginibus cantatum, quòd plurima Palæſtinorum millia deleuiſſet. Viſum eſt regi quoque
Gittæ rectè illos monere: moxque accito Dauide: Equidem, inquit, fidem tuam ac uirtutem
compertam habens ſocium huius expeditionis te aſſumpſi, ſed cæteris ducibus hoc nõ pro-
batur. quare cras agrum quem tibi donaui repete, nihil de uoluntate noſtra dubitans: & illic B
eſto præſidio meæ regioni, ne interim dum cum exercitu abſum, hoſtes aliqui eam per occa-
ſionem inuadant. hoc enim pacto non minus amici ac ſocij præſtiteris officium. Paruit Da-
Palæſtini Sicellam incendunt. uid, & ad Sicellam ſe recepit. Sed interim dum Palæſtinorum caſtra ſequeretur, Amalecita-
rum gens expugnata & incenſa Sicella, prædaque tam inde quàm ex uicinis Palæſtinorum
agris abacta, in ſuam regionem reuertebatur. Dauid autem uicum ſuum uaſtatum inue-
niens, omnibusque direptis utramque etiam uxorem abductam, & pari modo commili-
Dauid impatiẽs iniuriæ ueſtimenta ſcidit ſua, & tonum uxores ac liberos cum cætera præda abactos, doloris impatiens ſcidit ueſtimenta
ſua: & adeò huic calamitati ſuccubuit, ut non prius flere ac lamentari ſuam & ſuorum uicem
deſineret, quàm lachrymæ eum deficerent. nec multum aberat quin ab iratis ob iacturam
coniugum & liberorum militibus ſaxis necaretur, quòd in ipſum cauſam tanti mali reijce- C
Deum conſulit de uxoribus & liberis recipiendis. rent. Poſtquam autem à mœrore ſe recollegit, & animam ad Deum erexit, rogauit pontifi-
cem Abiatharum ut ſumpto ſacerdotali amictu Deum cõſuleret, & oraculum referret, num
Deus conceſſurus ſit aſſecuto Amalecitas uxores ac liberos recipere, pœnasque de hoſte ſu-
mere. pontifice uerò iubente perſequi, aſſumptis ſexcentis armatis quantum potuit per ue-
Dauid Amalecitas perſequitur. ſtigia hoſtium, properauit. Cumque ad torrentem quendam nomine Baſelum peruenisſet,
incidit in quendam AEgyptium errantem, iamque inopia & fame deficientem, qui toto tri-
duo per deſertum impaſtus oberrauerat, hunc cibo & potu priùs refocillatum, rogat cuius
eſſet, & unde. Is reſpõdit, ſe AEgyptium genere, à Domino relictum in itinere, quòd propter
languorem non poſſet agmen conſequi eorum qui uaſtata Sicella finitimisq; locis domum
Dauid cæſis Palæſtinis prædam recipit. ſe recipiebant. Itaque hoc ductore Dauid uſus ad perſequendos Amalecitas, aſſecutusque D
eos in terram proiectos, & partim prandium ſumentes, partim iam temulentos, & rebus ex
præda quæſitis ſe oblectantes, ex improuiſo irruens, magnam eorum ſtragem edidit. Iner-
mes enim, & nihil tale expectantes, & epulis tantum ac compotationibus intenti, facilè o-
mnes ab armatis conficiebantur. alij enim inſtructis menſis accubantes, cruore appoſi-
tos cibos inundabant, alij propinantes ſibi inuicem opprimebantur, nonnulli uerò ſom-
Cædes diurna. no iam ac uino ſopiti: & ſi qui ſe interim armare potuerunt, non multo maiore negocio,
quàm cæteri cædebantur. durauit enim ea cædes à prandio uſque ad ueſperam, ut ex omni-
bus Amalecitarum copijs ægrè quadringenti celeritate camelorum ab internecione ſint ex-
empti. Cæterum præda omnis eſt recepta, uxoresq; tam ipſius Dauidis quàm commilitonũ.
Remetientes autem iter, poſtquam ad eum locum peruenerunt, ubi ducentos minus expe- E
ditos ad cuſtodiam impedimentorum reliquerant, quadringenti illi nolebant eos in prædæ
partem admittere, quòd per ignauiam in perſequendo hoſte delaſſati fuiſſent: aiebantque
contentos eſſe oportere receptis uxoribus ac liberis. Hanc eorum uoluntatem iniquam Da-
uid pronunciauit. Par enim eſſe, ut uictoria diuinitùs conceſſa, receptiſq; ex hoſte ſpolijs uni
uerſi milites ex æquo fruerentur, maximè cùm reliqui impedimenta interim aſſeruaſſent.
Ex eo mos in poſterum obtinuit, ut tantũdem ex præda cederet ijs, qui pugnæ interfuiſſent,
Dauid ſublatis hoſtibus Sicellã reuerſus. & ijs qui interim circa impedimentorum cuſtodiam eſſent uerſati. Reuerſus deinde Sicel-
lam Dauid, per totam tribum Iudæ partes ex præda ad amicos & familiares miſit. atque in
hunc modum circa Sicellam & in perſequendis Amalecitis res geſta eſt. Interea Palæſtini a-
1. Reg. 31. cri prælio cum hoſte congreſſi, & ſuperiores facti, plurimos ex aduerſa acie ſternunt. Ibi Sau- F
lus & filij contra hoſtem egregiè certantes, & hoc tantùm agentes ne inulti caderent, utque
honeſtis uulneribus confecti, luctuoſam hoſti uictoriam relinquerent, totam uim hoſtium
in ſe conuerterunt: & circumuenti multitudine, magna circa ſe ſtrage Palæſtinorum edita,
Saulis filij. poſtremò & ipſi hoſtium telis ſunt obruti. Erant autem Sauli filij, Ionathas, Aminadabus
& Melchiſus. poſt quorum caſum uniuerſus Hebræorũ exercitus terga uertit: dumq; nullo

ordine

A ordine trepidi fugiunt, instãtibus à tergo hostibus, ingens cædes est perpetrata. Saulus quo- *Saulus fugiẽs telis impeditur hostilibus.*
que stipatus aeri caterua fugiebat: in quem Palæstini immissis sagittarijs & iaculatoribus, ómnes, paucis exceptis, confixerunt. ipse uerò post multa fortia facinora edita, grauátus uulneribus, ut iam nec subsistere, nec sibi ipse manus inferre ualeret, obsecrauit armigerum ut se ferro transfigeret, priusquam uiuus in hostium potestatem ueniret. quód cùm armiger ob maiestatis reuerentiam detrectaret, ipse admoto ad pectus proprij gladij mucrone, *Sauli mors.*
in eum incubuit. & cùm deficientibus uiribus traijcere se non posset, circumspiciens iuuenem proximum, rogat, quisnam esset: auditoq; esse Amalecitam, orat ut se iuuaret efficere quod ipse suis manibus non quiret. qui postquam eius optata executus est, ademptis aureis armillis & corona insigni regio, inde se proripuit. Armiger autem regius cõspecta Sau- *Armigeri regij*
B li nece, ipse quoque se iugulauit: & uniuersum eius satellitium unà cum domino suo cecidit, circa montem qui nominatur Gelboe. Qua clade audita ab Hebræis, qui uallem ultrà Iordanem sitam habitabant, quiq; campestres urbes tenebant, quòd Saulus rex cum filijs & exercitu in prælio cecidisset, relictis suis oppidis, in munitissimas quasque urbes confugerunt: quæ Palestini deserta nacti, occupata ipsi posthac incoluerunt. Die uerò quæ prælium proximè consecuta est, dum cæsorum cadauera spoliant, inciderunt in Sauli filiorũq; eius corpora, quibus exutis capita etiam pręciderunt: & dimissis in hoc per totam suam regionem hominibus, hostes cecidisse nunciauerunt: quorum arma in templo Astartes dedicauerunt: porrò corpora eorum circa mœnia urbis Bethsanæ, quæ nunc est Scythopolis, *Sauli & filiorũ eius corpora iam mortua crucibus affiguntur, & truncantur;*
crucibus affixerunt. Quod posteaquam auditum est in Iabissa urbe regionis Galaditidis,
C truncata esse Sauli ac filiorum cadauera, rem indignam rati eós extremo exequiarum honore fraudari, ad quam multi fortissimi & audacissimi egrediuntur (alit enim hæc urbs homines robustos ac feroces) factoq; per totam noctem itinere, ad Bethsanæ mœnia perueniũt: & demptis Sauli & filiorum corporibus Iabissam ea deportauerunt, nemine hostium arcere eos aut aggredi propter uirtutem ipsorum audente. Iabesseni autem populariter eos de- *Iabissam deportantur; &*
ploratos in celeberrimo agri sui loco sepeliuerunt, & indicto ob regis & filiorum ędem luctu ac ieiunio dierum septem, in lamentis & planctu eos cum uxoribus & liberis exegerũt. *sepeliuntur.*
Hic finis fuit Sauli secundum Samuelis uaticinium, propterea quòd mandata Dei de bello contra Amalecitas gerendo non esset executus, & quia trucidato cum tota cognatione Achimelecho pontifice, urbem quoque pontificalem subuertisset. Regnauitq; uiuente Sa- *Saulus principatu potitus annis XXXVIII.*
D muele annis decem & octo, & post mortem eius annis uiginti: quo tempore exacto, eum quem diximus uitæ finem est sortitus.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER SEPTIMVS.

E

Dauid apud Hebronem unius tribus rex creatur, in reliquis Sauli filius paternum regnum obtinet. CAP. I.

A. M. 2891. Ante Chr. nat. 1080.

HOC prælium in eum diem incidit, quo Dauid de Amalecitis uictor Sicellam est reuersus. Tertio autem post eius reditum die elapsus è prælio Sauli interfector, scissa ueste, capuq; sparsus cinere, ad Dauidẽ peruenit: adoratoq; eo, interrogatus unde rediret? è cõflictu Israelitarum ait se uenire. id fuisse illorum partibus infortunatum, cæsis multis Hebræorum millibus, & insuper rege cum filijs post eam pugnam desiderato. atque se nunciare suis oculis uisa, cùm fortè in fugientem cum suis regem incidisset, quem à se rogatu ipsius cęsum fatebatur, ne uiuus in manus hostiũ ueniret: cùm. n. in gladiũ incubuisset, non potuisse seipsum præ multitudine uulnerũ interficere. eius deinde cędis argumẽta ostendebat, armillas aureas & insigne regiũ, quæ ipse mortuo detraxerat, ut Dauidi afferret. At ille tam certis indicijs credere co- *2. Reg. 1. Dauidi mors Sauli nunciatur ab Amalecita.*

F

Dauid Sauli & Ionathæ morte deplorat.

actus, ſcidit ueſtimentum, & in fletu ac lamētis totam diem cum amicis exegit. Accedebat ad mœroris cumulū Ionathas Sauli filius, fidiſſimus eius amicus, & ſalutis ipſius autor. Tāta autē fuit Dauidis uirtus & erga Saulū beneuolentia, ut quamuis ſæpiùs capitalibus eius inſidijs appetitus, non ſolùm ægrè tulerit eius interitum, uerumetiam interfectorem illius aſſici ſupplicio iuſſerit. Præfatus enim quòd ipſe ſui accuſator extiterit, regis cædem profeſſus, cognitoq; quòd eſſet genere Amalecita, interfici hominem mandauit. Præterea lamentationes & epitaphia in laudem Sauli & Ionathæ ſcripſit, quæ in hodiernū uſq; diem extāt. A

Sauli interfector ſupplicio afficitur.

2. Reg. 2.

His extremis officijs honorato rege, luctuq; finito, conſuluit Deum per prophetam, quamnam ex urbibus Iudæ tribus habitandam ſibi cōcederet. Cumq; reſponſum eſſet, Hebronē concedi, relicta Sicella eò commigrauit, ambabus uxoribus illò adductis, & cohorte domeſtica: moxq; tota tribus ad eum locum confluēns, regem eum communi ſuffragio declarauit. Audito deinde quòd Saulum cum filijs Iabeſeni in Galaditide regione ſepelijſſent, miſit illuc qui collaudato eorū facinore, gratiam illis referendam ſuo nomine pollicerentur, ſimulq; nūciarent, quòd Iudæ tribus regem ſe conſalutaſſet. Interea Sauli copiarum præfectus Abenerus filius Neri, uir ſtrenuus & ad magnas res obeūdas natus, quàm primum cognouit cecidiſſe regem & Ionatham, aliosq; duos eius filios, properè in caſtra delatus, reliquū ex omnib. filijs nomine Iebosthū periculo eripit, & ſuperato unà cum illo Iordane, totius populi regem eum conſtituit, excepta tribu Iudæ: regiamq; illi elegit apud locum qui Hebraicè Manalis dictus interpretatur caſtra. inde profectus eſt cum delectiſſimo milite, ut prælio cum Iudæ tribu decerneret, iratus quòd Dauidem regem creauiſſent. Huic occurrit Ioabus Saruiæ Dauidis ſororis filius, natus ex patre Suri, duos ſecum fratres Abiſęum & Aſahelem uniuerſumq; Dauidis exercitum ducens: & cùm circa quēdam fonticulum apud urbem Gabao in eum incidiſſet, aciem ad prelium explicat. Cumq; Abenerus dixiſſet cupere ſe experiri utrius partis preſtātiores milites eſſent, ex pacto utrinq; duodeni ad certamē ſunt deſtinati. qui progreſſi inter utranq; aciē, emiſſis priùs pilis, gladios ſtringunt: comprehenſiſq; aduerſariorū capitibus, latera & ilia feriebant, donec mutuis uulnerib. quaſi ex compoſito ad unū ſe conficerēt. quo facto exercitus etiam cōflixerunt, & poſt acre certamen partes Abeneri ſuccubuerunt. Verſos deinde in fugā Ioabus nō deſtitit perſequi, ſed tergis eorum hęrens hortabatur ſuos ut ne defatigarentur: idemq; etiam fratres eius faciebant, pręcipuè iunior Aſael ob eximiam pedū pernicitatē celebris: & nō ſolùm cum hominibus, ſed cum equis etiam curſu cōtendere ſolitus. is tum Abenerum rectà inſequebatur, nec in ſiniſtram nec in dextrā deflectens. Cōuerſus aūt Abenerus, & impetū eius fruſtrari uolēs, primùm unius militis armatura cum eo depaciſci uoluit, ut perſequi deſineret. deinde rogabat ne ſe in hanc neceſſitatem adduceret, ut illo interfecto in fratris eius conſpectū poſthac uenire non auderet. Cumq; ille his uerbis nihil moueretur, ſed perſequi pergeret, ita ut uerſa haſta fugiebat imminenti lethale uulnus infligit, ut in ueſtigio cōcideret. Qui uerò cum eo Abenerum inſectabantur, poſtquam ad locū in quo Aſael iacebat peruenerunt, obliti ampliori perſecutionis circum cadauer conſtiterunt. Ioabus aūt & frater eius Abiſæus præter exanime corpus curſu prouecti, incitatiq; ira extincti fratris mira pernicitate ac alacritate uſq; ad ſolis occaſum perſecuti ſunt Abenerum, & uſq; ad locum quendā nomine Ommatum, hic in loco eminentiore conſiſtit, Abenerum cum Beniamitis fugientem proſpiciens: qui cùm exclamaſſet, ſatis iam indignationi indultum, nec eſſe uiros conſanguineos improba inſectatione cogendos omiſſa fuga in certamen redire: peccaſſe enim & eius fratrem Aſahelem, quòd monitus ab inſequendo deſiſtere noluiſſet, & ideò ictus cecidiſſet: uiſus eſt nō malè admonere, moxq; Ioabus dato receptui ſigno ſuos cohibuit, & in eo loco caſtris poſitis pernoctauit. Abenerus uerò continuato per totam noctem itinere trans Iordanem in Iebosthi caſtra ſe contulit. ſequenti die Ioabus recenſitis cæſorū cadaueribus, omnes ſepultura dignatus eſt. Ceciderant aūt ex Abeneri exercitu trecenti ſexaginta: ex Dauidis nouendecim, præterq; Aſael: cuius cadauer Bethlema reportatum fratres cùm patrijs monumētis intuliſſent, ad Dauidem in Hebronem ſunt reuerſi. Hoc fuit inter Hebræos ciuilis belli initium, quod durauit, ſed ita ut Dauidis partes magis ac magis proficerent, contrà eorum qui ſub Saulis filij degebant imperio, indies inferiores fierent. Interea Dauid ſex filios è totidem uxoribus ſuſcepit, quorum natu maximus è matre Achina natus, Amon dictus eſt. Secundus ex uxore Abigæa Daniel. Tertius ex Machama filia Tholomæi natus regis Geſſirorum, nomine Abeſalomus. Quartus Adonias ex uxore Angite ſuſceptus: quintum uerò & ſextum Gertheſam & Galam nominauit. Porrò poſt conflatum ciuile bellum, & crebros partium

Abenerus Sauli copiarum præfectus proficiſcitur Iebosthū periculo erepturus.

Dauid rex à Iudæis declaratur.

Iebosthus rex declaratur.

Manalis.

Ioabus Dauidis ſororis filius Abenero repugnaturo tribui Iudæ occurrit.

Abeneri exercitus ſuccumbit, inq; fugam conuertitur.

Aſael Ioabi frater Abenerū inſequitur.

Aſaeli ab Abenero fugiente uulnus lethale infligitur.

Ioabus & Abiſæus Abenerum armata manu uſq; ad Ommatum perſecuti.

Ioabus receptui canere iubet.

Abenerus in Iebosthi caſtra peuenit.

Cæſi utriuſque exercitus uiri.

Aſael caditur.

2. Regum 3.

Dauidis progenies in Hebrone propagata filijs ſex.

B C D E F

A rium conflictus, præcipuum momentum fuit in Abenero: qui quòd esset uir prudens, & ad popularem gratiam factus, multitudinem in officio continebat, ut longo tempore in fide Iebosthi permanerent. Deinde uerò insimulatus apud eum quòd consuetudinem haberet cum concubina eius Ræspha filia Sibathi, & ea de causa obiurgatus, dolore & indignatione motus, quasi non bona gratia sibi pro fideli studio redderetur: minatus est se regnum ad Dauidem translaturum, & declaraturum quòd Iebosthus non propria uirtute aut prudentia trans Iordanem potiretur, sed ipsius bellicis artibus & eximia in eam diem fide. moxq; misit in Hebronem ad Dauidem, qui suo nomine fœdus cum eo ferirent, hac conditione ut inter præcipuos regis amicos reciperetur, si populo ad defectionem à filio Sauli concitato, efficeret ut Dauid ab uniuersis Hebræis rex agnosceretur. Qui cùm uehementer

Abenerus ad Dauidem deficere conatur.

Abeneri ad Danidem legatio.

B hoc nuncio lætus conditionem accepisset, & quò magis ratum esset fœdus, postulasset ut Melcholen uxorem ad eum remitteret, quam magno suo periculo & annumeratis Saulo sexcentis Palestinorum capitibus emisset, remisit eam abstractam à Pheltiæ coniugio, adiuuante etiam Iebostho. nam & huic Dauid scripserat, æquum esse sibi uxorem restitui. Deinde conuocatis senioribus populi & præfectis militiæ, in eam sententiam locutus est apud

Dauid Melcholen sibi remitti uxorē postulat.

Abenerus populum Dauidi conciliat.

eos: remoratum se quidem illos quo minus relicto Iebostho ad Dauidem desciscerēt: nūc autem si uelint, se hoc illis permissurum, quandoquidem certò comperisset hunc per Samuelem prophetam totius Hebræorum gentis regem diuino iudicio designatum esse: eūdemq; uatem præcecinisse, quòd huius ductu uindicandum sit in Palæstinos, sintq; sub iugum Israëlitarum subigendi. His auditis seniores & præfecti, certi iam in eorum sententiam Abenerū transisse, Dauidi in posterū apertè studuerunt. Supererat ut & Beniamitæ in

C hanc sententiam concederent, quòd ex hac tribu esset Iebosthi satellitium: ad quos quùm eadem uerba fecisset, ac ne illos quidem reniti animaduertisset, cum uiginti fermè comitibus ad Dauidem proficiscitur, ut præsens fœdus initum confirmaret: tum quia quisque in rebus suis sibi magis quàm alij fidit, tum quia uolebat certiorem facere, quid in causa eius cum senioribus & ducibus egisset, & quòd ipsam quoque Beniamiticam tribum in partes ipsius traduxisset. A quo comiter exceptus, & splendidis ac sumptuosis epulis per aliquot dies adhibitus, tandem petijt ut dimitteretur, traducturus ad eum exercitum, & quod promiserat re exhibiturus, & quasi in manum imperium gentis ei traditurus. Vix ad hæc promissa exequenda missus à Dauide Hebronem exierat, cùm Ioabus copiarum imperator

Abenerus Dauidē adit, atq; comiter exceptus, amicè dimittitur.

D peregrè rediens illuc aduenit: cognitoque quòd Abenerus icto cum Dauide fœdere, paulo antè abijsset regnum ei tradi curatutus, ueritus ne is primum inter amicos locum obtineret, autor illi factus regij fastigij, & alioqui uir prudens in consilijs capiendis, & rerū momentis obseruandis: ipse uerò deteriori conditione esse inciperet, & præfectura copiarum priuaretur, malum & iniquum consilium concipit: ac primùm calumnijs eum aggressus, persuadere conatur regi, ut caueat sibi, neq; fidem illius uerbis adhibeat. Omnia. n. illū face re quò regnū Sauli filio cōstabiliat: & nūc structis dolis aduenisse, & optatis potitū, cū certa spe insidijs circumueniendi Dauidis abire. Postquā aūt frustra se uerba fundere animaduertit, ac ne tantillum quidem regem his moueri, mutato consilio facinus audacius mente concipit, & certus hominem tollere, mittit confestim qui cursim per eius uestigia uiam

Ioabus Abenerū insidiatur, calumnijs anteā petito.

E carperent, & assecuti cum Dauidis nomine reuocarent, quasi per obliuionem quiddam ad rem pertinens illi significare omisisset. Abenerus autem postquam hæc audiuit ex nuncijs in loco cui nomen Besira, x x stadijs ab Hebrone dissito, nihil eorum quæ euentura erant suspicatus, ad urbem reuertitur. Cui obuiam factus ante mœnia Ioabus, humanissimè exceptū summam beneuolentiam præ se ferens (ut sæpe fit, cùm ad obtexendas insidias malū aliquod facinus molientes summam bonitatem simulant) seorsum à cætero comitatu seducit, quasi secretius aliquid cum eo colloqui uellet: atque ita abductum in locum portæ solitarium, uno tantùm fratre Abisæo præsente, stricto ferro per ilia traijcit. Hunc exitum habuit Abenerus, insidijs à Ioabo interceptus, ut ipse uideri uolebat in ultionem fratris Asaelis, quem in prælio ad Hebronem commisso Abenerus pertinaciter se insequentem in-

Ioabus Abenerū dolo interficit.

F teremerat: re autem uera quòd timeret, ne honore quem obtinebat priuaretur, Dauide imperium exercitus in Abenerum transferēte. Hinc sanè uidere licet, quàm nihil non audeāt homines ambitioni & auariciæ dediti, dum nemini cedere uolunt. Nam & dum cupitis potiri properant, maius non dubitant quoduis perpetrare facinus: & ne quod semel nacti sunt amittāt, maiora etiā non reformidant: sic existimātes, leuius incommodū esse ad summum fastigium nō peruenire, quàm ab assuetis iam bonis excidere. ideoq; plus illis semper

Ambitio & auaritia malorū omnium radices seu fontes.

auda-

audaciæ ſupereſt, dum timent ne præſenti felicitate priuentur. Sed de his ſatis eſt paucis admonuiſſe. A

Dauid Abeneri necem deplorat.

Porrò Dauid audita Abeneri nece indoluit, ſublataque ad cœlum dextera, magna uoce omnes teſtatus eſt, quòd nec iubente ſe nec conſcio cædes ea fuiſſet commiſſa. ad hæc diris imprecationibus autorem necis huius execratus, & familiam eius & facinoris ſocios homicidij pœnis obnoxios reddidit. Valde .n. ſolicitus erat, ne uideretur hoc cõtra fœdus cum Abenero ictum fuiſſe admiſſum, edixitq; ut totus populus defleret ac lugeret uirum, & ſolennibus funeralibus ei parentaret, ſciſſis ueſtibus & ſaccos indutus: atq; hoc modo exequias frequentari uoluit, quas & ipſe unà cum ſenioribus ac præfectis deduxit, planctu & lachrymis ſatis indicans uel beneuolẽtiam erga uiuum, uel mœrorem ob defunctum, quodq; præter ipſius uoluntatem interemptus fuiſſet. Quin & magnificè apud Hebronem ſepultum, ac epitaphio à ſe conſcripto honoratum, ſtans ſuper monumentum primus deplorauit, ſuoq; exemplo cęteros ad idem faciẽdum prouocauit. adeóq; grauiter Abeneri morte affectus eſt, ut nullis amicorum precibus ad guſtandum ea die cibum adduci potuerit, ſed iuratus ieiunium uſq; ad ſolis occaſum ſeruauerit. quod ſanè ipſi gratiam apud multitudinem conciliauit. Nam quotquot erant Abeneri ſtudioſi, uehementer hunc defuncti extremum honorem & ſeruatam ad ultimum fidem probauerũt, quòd omnia in eum contuliſſet quæ in amicos conferri ſolent, & non ut inimicum aliquando neglectæ & ignominioſæ ſepulturæ tradidiſſet: tum cõſiderantes pro ſe quiſq; egregiã regis benignitatem, eadem ſibi quoq; ab illo pollicebantur. Atq; hoc modo optimè Dauid famæ ſuæ conſuluit, nemine amplius ſuſpicante ipſius uolũtate cæſum fuiſſe Abenerum. Quin & priuſquam multitudo quæ ad funus celebrandum conuenerat digrederetur, docuit eos quantũ ipſe in animo uulnus accepiſſet, quãtumq; totus populus detrimentum amiſſo uiro in rebus bellicis tam conſilio quàm manu pręſtantiſſimo. Sed Deus, inquit, qui uniuerſa gubernat, necem huius inultam non ſinet. Is mihi teſtis eſto, quòd in Ioabum & Abiſęum Saruiæ animaduertere non ualeo, qui plus poſſunt, quàm ego ipſe: pœnam tamen diuinitùs infligendam non effugient. Et Abenerus quidem in hunc modum uitam finiuit.

Dauid Abenerũ magnificè ſepeliri curat, & ad ſolis occaſum ieiunat.

Dauid famæ ſuæ in popul. præſentia conſulit.

Malum nullum impunitum.

B

C

Ieboſtho amicorum inſidijs interfecto, uniuerſum regnum ad Dauidem deuenit. CAP. II.

II. Eboſthus autem Sauli filius morte eius audita grauiter hoc tulit, quòd priuatus eſſet uiro cõſanguineo, qui præcipuus autor ei fuerat ut in paternum regnũ ſuccederet, mirumq; in modum ob hanc cauſam ſe afflictauit. Nec ipſe diu ſuperſtes fuit, ſed à filijs Hieremmonis Banaotha & Thanno per inſidias eſt oppreſſus. Hi .n. cùm eſſent Beniamitæ genere, & inter præcipuos optimates, exiſtimantes ſi Ieboſthũ interficerent, magna ſe munera à Dauide accepturos, & aut amplas præfecturas, aut aliud quid honorificum apud eum per hoc factum ſe cõſecuturos, nacti ſolum Ieboſthum in cubiculo meridiantem, uidentesq; nec ſatellitum quẽquam adeſſe, neq; ianitricem uigilare, ſed & ipſam partim laſſitudine, partim æſtu in ſomnũ ſolutam, ſubintrogreſſi ad eum, dormientem interemerunt: præciſoq; capite, & per totam noctem ac diem itinere continuato, tanquam à læſis properãtes ad eum quem magno beneficio demeruiſſent, Hebronem perueneruntoſtenſoq; Dauidi Ieboſthi capite, commẽdabant ei ſuam operam ac beneuolentiam, quòd eius hoſtẽ & regni æmulum de medio ſuſtuliſſent. Sed multũ eos ſpes ſua fefellit: neq; .n. pro eorũ opinione illos excepit rex. Sceleratiſſimi, inquit, & iamiam pœnas daturi, an neſciebatis quod à me operæ præmiũ Sauli interfector retulerit, qui ad me coronã eius aureã apportauerat? & ille quidẽ rogatus hoc ei præſtiterat, ne ab hoſtibus caperetur. Aut fortè aliũ me iam factũ credebatis, ut mutatis moribus delectarer uiris maleficis: & domini cędem tanquam beneficium oblatũ complecterer: idq; occiſo à uobis in ſuo lecto uiro iuſto, qui neminem unquam læſit, uos uerò maxima etiã beneuolentia ſummisq; honoribus proſecutus eſt. quapropter eadem opera & illi pœnas uiolatæ fidei dabitis, & mihi iniquæ de me opinationis, quem putaſtis de tali Ieboſthi cędę libenter auditurum. Neq; enim alio modo grauiùs exiſtimationem meã læ dere potuiſtis. Hæc locutus iuſſit eos exquiſitiſſimis tormẽtis excruciatos ſupplicio dedi: caputq; Ieboſthi cum omni honore funeratum in Abeneri monumẽtum intulit. His ita finitis, uniuerſi Hebræorum proceres Hebronem ad Dauidem conuenerunt, cum tribunis ac præfectis, ſeque & ſua omnia illi dediderunt, commemoratis priùs ueteri beneuolentia, qua eum uiuente etiam tum Saulò fuiſſent proſecuti, & quòd tribunum tunc regium perpetuò in honore habuiſſent: & quòd diuino ſuffragio per Samuelem prophetam rex unà cum ſuis filijs declaratus eſſet, eiq; deſtinatum eſſet

2. Reg. 4. Ieboſthus Abneri interitu intellectu grauiſſimè tulit.

Ieboſthus inſidijs opprimitur Beniamitis.

Ieboſthi caput Dauidi exhibetur.

Dauid Ieboſthi iugulatorib. obiurgatione necẽ minatur.

Dauidis de Ieboſthi uita acta cẽſura.

2. Regum 5. Dauid Ieboſthi interfectores interficit: & ab uniuerſis Iſraelitis rex creatur.

A. M. 28 1. Ante Chr. nat. 1080.

D

E

F

A eſſet, ut perdomitis Palæſtinis, Hebræorum rebus ſalutem afferret. At ille collaudato eorũ ſtudio, hortatusq; ut in cœptis permanerent, fore enim, ut nunquam eos pœniteat, conuiuio & omni comitate exceptos remiſit ad omnem populum adducendum. Conueherunt itaque ex tribu Iudæ armatorum ſex millia octingenti, ſcuta & lanceas geſtantes, qui hactenus Sauli filium ſequuti fuerant, & ſine quibus hæc tribus Dauidi regnum decreuerat. ex tribu Simeonis ſeptem millia & centum, ex tribu Leuitica quatuor millia ſeptingenti cum principe ſuo Iodamo, cum his erat pontifex Sadacus cum uiginti duobus cognatis principibus. ex tribu Beniamitide armati quater mille. Hæc enim tribus adhuc ſuſtinebat, credens aliquem ex genere Sauli regnaturum. Ex tribu Ephræmi uiginti millia & octingenti, uiri animis & uiribus præſtantes. Ex dimidia tribu Manaſſitide millia decem & octo. Ex tribu Iſa-

B char ducẽti futurorum præſcij, & armatorum uiginti millia. Ex tribu Zabulon armatorum lectiſſimorum quinquaginta millia. Hæc enim tribus ſola uniuerſa ad Dauidem confluxit. hi omnes eadem armatura utebantur, qua tribus Gadi. Ex tribu Nephthalitide inſigniores & ductores mille, ſcuto & haſta armati. quos ſequebantur reliqui tribules eorum, multitudo innumerabilis. Ex tribu Danitide ſelectorum uigintiſeptem millia, ex tribu Aſeri quadraginta millia, ex duabus autem tribubus trans Iordanem habitantibus, & reliquo tribus Manaſſitidis armatorum ſcuto & haſta galeaq; ac gladio uigintiduo millia. Reliquæ quoq; tribus gladijs utebantur. Hæ fuerunt copiæ quæ in Hebronem ad Dauidem ſunt collectæ, cum magno commeatu frumẽti & uini, cæterorumq; ad uictum commodorum, omnesq; communi ſententia regnum ei ratum ac firmum eſſe uoluerũt. Cumq; triduo illic feſta ce-

C lebraſſent, epulisque operati eſſent, Dauid cum omnibus his copijs Hieroſolyma eſt profectus. IEBVSAEI uerò, qui tum urbẽ incolebãt, Chananęorum & ipſi generis, clauſis ad eius aduentũ portis, & in mœnib. quotquot erant cæci uel claudi, aut alioqui mutili in contemptũ regis collocatis, dictitabãt hos ad arcendũ hoſtẽ ſufficere, freti munitionũ firmitate. Quo ludibrio ad iram concitatus, oppugnationẽ aggreditur: & cùm ſtrenua militum opera uteretur, omnib. adnitẽtibus ut unius urbis expugnatione cęteris, ſi qui ſimiliter pertinaces eſſent, metus incuteretur, ui inferiorẽ urbis partem occupat. Reſiſtẽte aũt ſola arce, decreuit propoſitis honorib. ac prẽmijs militẽ ad rem alacriter gerendã excitare: promiſitq; ei qui per ſubiectã uallem in arcem euaſiſſet, totius exercitus imperiũ ſe cõmiſſurũ. & cùm eò certatim omnes eniterẽtur, cupiditate ſummę prẽfecturæ accenſi, Saruiæ filius Ioabus a-

D lios prẽuenit, & cõſcenſa arce clamore ſublato à rege ꝓmiſſum copiarũ imperiũ popoſcit.

Dauid Hebræorum proceres excipit.

Dauidem armati eõueniũt ex tribu Iudæ, ex tribu aũt Simeonis, Leuitica, Beniamitide, Ephræmi, Manaſſitide, Iſachar, Zabulon,

Nephthalitide, Danitide, Aſeri.

Dauid ui captis Hieroſolymis Chananæos inde eijcit, urbemq; Iudæis inhabitandam tradit. CAP. III.

Dauid Hieroſolymorum arcem expugnat.

A.M. 2898. Ante Chr. nat. 1073.

Ioabi militis uirtus.



Iectis deinde ex arce Iebuſæis, & inſtauratis Hieroſolymis, rex ea urbem Dauidis appellauit, ac per omne regni ſui tempus domiciliũ inibi habuit. cæterùm tempus quo apud Hebronem ſolius tribus Iudæ rex fuit, ſeptem anni fuêre, & menſes ſex. Poſtquam aũt Hieroſolymis regiam ſibi optauit, indies magis ac magis res ei ex uoto ſuccedebãt, Deo prouidente ut ea urbs egregijs acceſſionibus quàm celeberrima redderetur. Per idem tempus Iromus legatione in hoc miſſa in amicitiam ac ſocietatem Dauidis eſt receptus: miſitq; ei dono materiam cedrinam & architectos ac fabros qui

E regiam ei Hieroſolymis exędificarent. Dauid aũt ſuperiorẽ urbis partem & arcem in ea cõditam in unũ corpus redegit, mœnibusq; adiectis, eorũ curam Ioabo demãdauit. Igitur primus Dauid Iebuſęis inde eiectis, à ſe urbẽ denominauit. Nam tempore Abrami generis noſtri autoris Solyma uocabatur. nec deſunt qui affirmẽt, etiam apud Homerũ Solymorũ nomine hanc urbem intelligendam. Templum.n. ſecundũ Hebręorum linguam nominauit hac uoce, ſecuritatem ſignificante. Totum aũt hoc tempus ex quo Ieſus Hebræorũ aduerſus Chananęos imperator, deuictæ regionis agros ſuis diuiſit, poſt quem Iſraëlitæ nũquam Chananęos Hieroſolymis eijcere ualuerũt, uſq; ad hanc Dauidis expugnationem anni fuêre quingenti & quindecim. Nec prætermittendus eſt per ſilentium Orphonas, uir inter

F Iebuſæos opulentus, cui in expugnatione Hieroſolymorũ parcitum eſt à rege, tum propter perpetuam eius erga Hebræos beneuolentiam, tum quia priuato quodam officio demeritus eſt eum, ut paulo pòſt magis opportuno loco indicabimus. Dauid deinde alias quoq; uxores duxit, & concubinas ſibi adiunxit. filios etiam undecim ſuſcepit: quorum nomina Amas, Emnus, Sebas, Nathan, Solomon, Iebar, Eliel, Phalna, Ennaphen, Ienas, Eliphal, & præterea filiam Thamaram. Horum nouem ex legitimis coniugibus nati ſunt, duo uerò poſtremi è concubinis. Thamara autem Abeſalomi germana fuit.

Dauid Iebuſæos ejcit ex arce atque ciuitatem inſtauratam Dauidis nuncupat.

Iromus cum Dauide amicitiam init.

Hieroſolyma quondã Solyma appellata.

Anni à Ioſue tẽpore ad hãc usq; Dauidis expugnationem 515.

Orphonas Iebuſæus, Dauidis amicus.

Dauidis filij Hieroſolymis nati.

Dauid

A.M. 2899. Ante Chr. nat. 1072. IIII.

Dauid Palæſtinorum bello impetitus, apud Hieroſolyma victoriam conſequitur. CAP. IIII. A

PAlæſtini autem cognito quòd Hebræi Dauidem regem creaſſent, collecto contra eos exercitu, & occupata conualle quæ dicitur Gigantum, non procul Hieroſolymis ſita, caſtra ibi poſuerunt. Iudęorum uerò rex nihil ſine oraculo & iuſſu Dei euentusq; ſponſore ſolitus agere, iuſſit pontificem quid tunc quoque de euentu belli polliceretur prædicere. à quo poſtquam læta omnia didicit, exercitum contra hoſtes eduxit: & commiſſo prælio, ipſe à tergo eos ex improuiſo adortus, partim occidit, partim in fugam compulit. Nemo autem ſuſpicetur exiguum fuiſſe Palæſtinorum exercitum, qui tum Hebræos inuaſerat, cõiecturam inde faciens, quòd nõ magno negotio ſit profligatus, nulla priùs memorabili re geſta: ſed ſciat uniuerſam Syriam ac Phœnicen conſociatis armis auxilium illis tuliſſe: quæ ſola cauſa fuit, ut toties uicti, tam multis millibus deſideratis, denuò bellum maioribus uiribus redintegrarent: quandoquidem poſt præſentem quoque cladem triplicato exercitu Dauidis ditionem inuaſerunt, & eodem quo priùs loco caſtrametati ſunt. Rege uerò iterum de euentu oraculum conſulente, reſpondit pontifex, in ſylua, quæ fletus cognominata, nõ longè ab hoſte aberat, exercitũ continendũ, nec priùs ad pugnam educendum, quàm ſylua nullo perflante uento ſuapte ſponte agitaretur. quod ubi primùm obſeruatum eſt, & Deus maturè præſentiæ ſuæ ſignum dedit, nihil moratus ad paratam iam & indubitatam uictoriam eſt progreſſus. Nam ne primum quidem impetum hoſtilis acies ſuſtinuit, ſed mox ut ad manus uentum eſt, terga uertit. nec ſegniùs Hebræus inſtitit, fodiendoque terga fugientium, & multos proſternendo, uſque Gezara, quod oppidum in utrorumq; confinio ſitum erat, uictos eſt inſecutus. itum eſt deinde ad illorum caſtra expugnanda, ubi ingenti præda potiti, deos etiam eorum corruperunt. Et quia iam iterum contra hoſtem res feliciter geſta erat, uiſum eſt Dauidi, de communi ſenio-rum & optimatum ac tribunorum conſilio omne ſuæ tribus robur ex tota eorum ditione conuocare, & itidem ſacerdotes ac Leuitas, atque ita profectos unà ad oppidum Cariathiarim, arcam Dei ex eo loco Hieroſolyma tranſportare, omnemq; diuinũ cultũ cum ſacrificijs & ceremonijs à maioribus acceptis, in poſterum in hac urbe celebrari. Si.n. ſub Saulo ſacra non fuiſſent neglecta, nunquã talem cladem populum accepturum fuiſſe. Conuentu igitur ſicut decretum fuerat habito, rex ad transferendam arcam accedit: quam ſacerdotes ex ædibus Aminadabi elatam, in plauſtrumq; nouum impoſitam, ſubiunctis bubus fratribus eius & liberis ducendam permiſerunt. Prędcedebat rex, & cum eo multitudo, ſacros hymnos canentes, & omne genus patriorum carminum, & ad uariorum inſtrumẽtorum muſicorum pulſum ſaltitantes, accedentibus & tubis & cymbalis, atque ita arcam Hieroſolyma deducentes. Poſtquam autem uentum eſt ad locum cui nomen Chidonis area, numinis ira Oza quidam exanimatus eſt. Bubus enim exorbitantibus plauſtrum & arca inclinata, Oza cùm non eſſet ſacerdos auſus manum ſuſtentandi cauſa admoliri, in ueſtigio expirauit. Eius mortem tum rex tum populus ægrè tulit: & locus in quo obiit, in hodiernum diem Ozæ clades uocatur. Tum Dauid territus & cogitans ſe fortè idem paſſurum quod Oza, ſi ad ſe in urbem arcam reciperet, quandoquidem ille manu tantùm in eam extenſa morte mulctatus fuiſſet, ſuperſedit illam Hieroſolyma inducere: diuertensque paulum in uillam hominis cuiuſdam iuſti nomine Obadami, genere Leuitæ, apud hunc eam depoſuit. quæ per tres integros menſes hoc hoſpitio uſa, rem Obadami familiarem auxit, eiusq; domum multis felicitatibus cumulauit. Rex autem cognito quòd Leuita is ex paupere & humili repentè uſque ad inuidiam eorum qui incrementa eius uiderent felix extitiſſet, nihil amplius mali ueritus arcam in urbem ſuam tranſtulit hac pompa, ut à ſacerdotibus deportaretur, deducereturque à ſeptem choris, à ſe in hoc inſtitutis & ordinatis, & rege ipſo interim cinnyram pulſante ac plaudente, ita ut Michole uxor eius, Sauli prioris regis filia, factum hoc derideret. quæ ubi intra urbem illata eſt, repoſuerunt eam in tabernaculum à Dauide in hunc uſum erectum. In hac feſtiuitate ſum̃ pruoſè ac ſplendidè ſacrificatum eſt, & totus populus exceptus cõuiuio, ut tam mulieribus quàm uiris ac pueris in ſingulos diſtribueretur libum panis ſubcinericij, & laganum frixum, & fruſtum de uictima. atq; his epulis populo paſto, ipſe domum reuertitur. Huic occurrẽs Michole uxor, filia Sauli, omnia precata eſt illi, quæcunque Deus propitius largiri ſolet: reprehendit tamen, quòd præter decorum tantus rex ſaltaſſet, ita ut in conſpectu ſeruorum ſuorum & ancillarum partes quaſdam inter ſaltandum denudârit. At ille non pudere ſe huius facti reſpondit, quòd ſci-

ret

Vallis Gigantum.

Dauid oraculo diuino obſequęs, hoſtium exercitu Palæſtinis oppoſuit, eoſdemq; prælio uicit.

Dauid iterũ oraculum conſulit.

Fletus ſylua.

Præſentiæ diuinæ ſignum.

Palæſtini fuga ſaluti ſuæ conſulentes.

2. Regum 6.

Dauidis mandatu de arca trãſportanda.

Cariathiarim.

Dauid arcã Hieroſolyma tranſfert.

Chidonis area, locus.

Oza tacta arca diuinitus perit.

Ozæ cladis locus.

Obadamus collocata apud ipſum arca felicitatur.

Micholę Dauidis ſaltationem uituperat.

Arca in tabernaculum reponitur.

Dauid leuitatis redarguitur, ſed reprehenſioni reſpondet.

A ret gratum esse Deo, qui eum & patri ipsius mulieris & alijs omnibus prætulisset: cantaturumq; se ei sæpiùs ac saltaturum, nihil curãtem, quàm indecorum hoc aut ipsi aut ipsius ancillis uideatur. Hęc Michole ex Dauidis coniugio nullos filios peperit, sed ex alio marito, cui pater à priore abstractã tradidit, quinq; liberos genuit, ut suo loco dicetur. Cæterùm rex uidens res suas quotidianis successibus per Dei fauorẽ proficere, peccare se putauit, quòd cùm ipse habitaret in alta regia cedrinis trabibus extructa, & omni exornata artificio, arcam pateretur in tabernaculo iacere: itaq; decreuit ędificare Deo templũ, quemadmodũ Moyses prædixerat. communicatoq; super ea re consilio cum Nathane propheta, cùm is autor esset proposita exequendi, pollicereturq; Deum opem ad hoc laturum, auidior etiã struendi templi factus est. Sequẽti uerò nocte Deus Nathani per uisionem apparuit, iubẽs ut Da-

B uidi nunciaret, gratam quidem sibi esse eius uolũtatem, quòd primus omnium de ędificãdo templo cogitauerit: non tamen se permittere, ut is qui multis bellis implicitus hostili sanguine manus polluerat, sibi fanum construeret. Veruntamen postquam longam uitam rex ad ultimam senectutem prouectus felici fine clauserit, extruendum esse templum à filio eius & successore, qui uocãdus esset Salomon. cuius non aliter quàm filij curam se habiturũ pollicebatur, regnumq; per posteros eius continuaturũ: quòd si quid peccauerit, pœnam non ultra morbos & terræ sterilitatem processuram. His ex propheta cognitis Dauid lætus, quòd iam sciret posteris suis imperium permansurum, & familiam suam fore illustrem ac celebrem, ad arcam se contulit: procidensq; in faciem adorauit Deum, gratias agens pro omnibus beneficijs acceptis, quòd se ex humili pastore ad tantum rerum fastigium tantamq;

C gloriam euexisset: proq; promissa posteris etiam suis felicitate, perpetuaq; prouidẽtia qua res Hebræorum augere atq; ornare non desineret: atq; ita gratijs actis hymnóq; decantato à tabernaculo digressus est.

2. Reg. 7. *Dauid Deo templũ extruere habens in animo, oraculo prohibetur.*

A.M.2900. Ante Chr. nat. 1071.

Templi extruendi tempus.

Dauid Deo gratias agit.

Dauid subactis finitimis gentibus tributa imponit. CAP. V.

V.

ON multo deinde interiecto tempore expeditionem in Palęstinos decreuit, ablegato omni ocio & segnicie, ut quemadmodũ Deus prædixerat, deuictis hostibus pacatum regnum successoribus relinqueret. Et indicta die militibus ad conueniendum, iussisq; omnibus ut quàm instructissimi ad bellum essent, ubi satis omnia parata existimauit, profectus Hierosolymis in Palęstinam peruenit: hostibusq; magno prælio uictis, & bona agrorum parte mulctatis, hisq; agris Hebræorum terræ contribu-

D tis, in Moabitas bellum traduxit, eorumq; copias ita concidit, ut tertia tantùm pars superesset, quam in deditionem accepit. His quoque annuo tributo impositio, contra Adrazarum Arachi filium mouit, Sophenorum regem: cum quo ad Euphratem congressus, uiginti peditum millia, equites quinquies mille occidit. currus etiam mille cepit, ex quibus incensis reliquis, centum solos sibi reseruari iussit.

2. Regum 8.

Dauid in Palæstinos bastam uibrat.

Dauid Moabitas & Sophenos uincit.

Damasceni à Dauide uincuntur. CAP. VI.

INterim Adadus Damasci & Syrorum rex audito quòd Dauid Adrazaro bellum intulisset, cùm esset eius amicus ac socius, cum ualido exercitu in auxilium eius properat, sperans se bellum ab eo depulsurum. Cumque & ipse non procul Euphrate cum Dauide conflixisset, prælio uictus magnam exercitus partem amisit.

E Desideratis enim ex eius acie uiginti millibus, reliqui fuga saluti suæ consuluerunt. Huius Adadi etiam Nicolaus in quarto historiarum suarum libro in hæc uerba meminit: Longo deinde pòst tempore indigenarum quidam nomine Adadus, cæteris potentior, Damasci & reliquæ Syriæ præter Phœnicen regnum obtinuit. Hic bello Dauidi Iudæorum regi illato, crebris prælijs cum eo conflictatus, in postremo quo apud Eufratem uictus est, multis editis facinoribus regem se & uirium & animi robore præstantissimum declarauit. Idem de posteris quoq; eius narrat, quòd quasi per manus alius ab alio regnum simul & nomen acceperint. Illo, inquit, defuncto, posteri eius ad decimum usque genus regnum obtinuerunt, quisque à suo patre cum imperio nomen accipiẽs, quemadmodum apud AEgyptios Ptolemæi. Ex his potentissimus ordine tertius instaurato bello abolere uolens ignominiã

F aui temporibus acceptam, expeditione contra Iudæos facta Samariam uastauit. Nec à uero aberrauit hac parte. Hic est enim ille Adadus, qui Achabo apud Israëlitas regnante Samariam inuasit. de quo suo loco dicturi sumus. Porrò Dauid peragrata cum uictore exercitu Damasco & reliqua Syria, totam sub imperium redegit, dispositisque opportunis in locis præsidijs, & tributo impositio, domum est reuersus: & ceu trophæum aureas satellitum Adadi pharetras reliquamque eorum armaturam Deo Hierosolymis consecrauit. has post-

Adadum Damasci regem Dauid prælio superat.

De Adado Nicolai Damasceni testimonium.

Samaria uastatur. 3. Regum 20.

Dauid Syriam occupat.

Hieroſolyma à Suſaco rege ſpoliata.

ca Suſacus AEgyptiorum rex, uicto Roboamo huius nepote, ſpoliata urbe cum multis alijs diuitijs exportauit. Sed hęc, poſtquam ad ea tempora uentum fuerit, dicentur. Hebræorum autem rex fauore numinis utens, & fortunam belli ſequens, præcipuas Adrazari urbes aggreſſus eſt, Betthæam & Machonem: easque ui expugnatas diripuit. in his magna uis auri & argenti reperta eſt: & præter hæc æris genus, quod auro precioſius eſt habitum: ex quo poſtea Solomon fecit magnum illud uas mare appellatum, & pulcherrima pollubra, cùm templum adornaret. Amathenorum autem rex audita Adrazari clade, quodque exercitum amiſiſſet, timens ſibi, decreuit in fidem & amicitiam Dauidis ultrò uenire: miſitque ad eum Adoramum filium, qui uictoriam de communi inimico ei ſuo nomine gratularetur, & in ſocietatem atque amicitiam recipi peteret, & munera offerret, antiqui operis uaſa aurea & argentea & ærea. Dauid uerò inita amicitia cum Thæno (ſic Amathenus rex uocabatur) & acceptis muneribus, filium eius pro utriuſque dignitate tractatum dimiſit. Munera uerò illa cum alio auro ex manubijs captarum urbium redacto, Deo dedicauit. qui non ſolùm quoties ipſe rex bellum adminiſtraret, rem proſperabat, uerùm etiam miſſo in Idumæam Abiſæo Ioabi ſummi copiarum ducis fratre, illius ductu Idumæos perdomari conceſſit. Decem enim & octo exillorum exercitu millia in acie ceciderunt: & occupata præſidijs tota Idumæa regione, rex non ex agris tantùm, ſed uiritim etiam tributa exegit. Erat autem natura iuſtus, & in reddendo iure uerum tantùm & æquum reſpiciebat: exercituì uerò uniuerſo Ioabum præfecerat. à commentarijs habuit Ioſaphatum Achili filium. Deſignauit etiam ex Phineeſi familia Sadocum pontificem cum Abiatharo: amicus enim ei erat. Scribam uerò Siſam conſtituit. Banaiam Ioiadæ filium ſatellitio ſuo præpoſuit: omnes regis ſeniores inter patris ſatellites uerſabantur. His ita ordinatis, uenit illi in mentem amici quondam Ionathæ, fœderisq; mutui quod inter eos interceſſerat. Nam inter cæteras omnes uirtutes hanc quoque habuit, quòd egregiè meminerat beneficiorum quæ unquam accepiſſet. Igitur ſciſcitatus eſt, num quis ſupereſſet ex amici genere, cui gratiam referre poſſet pro acta olim cum Ionatha conſuetudine. Cumque adductus eſſet ad eum quidam è libertis Sauli, qui poterat ſuperſtites noſcere, percontatus eſt, num poſſet aliquem indicare ex Ionathæ genere uiuum, cui prò beneficijs à ueteri amico perceptis gratiam reponere quiret: quo reſpondente, ſupereſſe filium eius Memphibоſthum pedibus claudum: eo quòd nutrix audita clade in qua pater eius & auus ceciderant, dum rapto puero trepidè fugit prolapſum ex humeris læſerat: poſtquam cognouit, ubinam & apud quos educaretur, miſit in Labatham oppidum ad Machirum (id altoris nomen fuit) qui eum adduxerunt. Memphibоſthus uerò poſtquam ad regem peruenit, procidens in faciem adorauit illum. moxque iuſſus eſt bono animo eſſe, & optima ſperare: & auitam domum cum prædijs ad illam pertinentibus accepit: iuſſusque eſt ad eandem cum rege menſam accumbere, & nulla die conuiuio non intereſſe. Cumque adoleſcens promiſſionibus & muneribus regis gratias agens adorauiſſet, rex accito Siba ait ſe puero paternam domum cum omnibus auitis poſſeſſionibus donaſſe: iuſſitque eum uillicatione agrorum ſuſcepta, omnes reditus Hieroſolyma referre. Poſt hæc ſingulis diebus eum menſæ adhibuit, & Sibam cum quindecim filijs & uiginti ſeruis Memphibоſtho largitus eſt. His ita ordinatis, Siba adorato rege, omnia ſe facturum pollicitus, diſceſſit. Ionathæ uerò filius poſthac Hieroſolymis habitauit, conuictor regis, nec aliter quàm ſi ipſius filius eſſet tractatus, filium etiam ex ſe genitum, Michanum nominauit. Atque hoc honore Sauli & Ionathæ poſteri à rege fuêre affecti. CAETERVM cùm per idem tempus Ammanitarum rex Naaſſes, ſocius & amicus defunctus eſſet, filiusque in regnum paternum ſucceſſiſſet, Dauid per legatos officioſè eum conſolatus eſt, hortatus ut æquo animo patris obitum ferret, eandemque quam pater expertus fuerat amicitiam à ſe expectaret. Proceres uerò Ammanitarum, ſecus quàm de Dauide ſuſpicari par erat, malicioſè hanc legationem miſſam interpretati ſunt, concitaueruntque regem, dicentes Dauidem ſpeculatores regionis & opum eius ſub officij prætextu miſiſſe. proinde cauendum ab illis, & uerbis eorum non credendum, ne fortè deceptus in aliquam immedicabilem cladem ſeſe conijciat. At rex Ammanitarum Naaſſes ab optimatibus contra rei ueritatem perſuaſus, cum iniuria legatos Dauidis reiecit. Raſis enim media ex parte eorum barbis, præciſoque dimidio ueſtimentorum, factis non uerbis animum ſuum declarauit. Quam rem Dauid indigniſſimè tulit, nihil diſſimulans non neglecturum ſe iniuriam cum contumelia coniunctam, ſed bello uindicaturum in Ammanitas, &

Dauid Adrazari urbes eripit.

Mare uaſculi genus.

Thanas Amathenorum rex cum Dauide amicitiam facit; et pro dignitate tractatus à Dauide dimittitur.

Ioabus Idumæos domat.

Functionum diſtributio obeundarum.

2. Regum 9.

Dauid beneficiorum & fœderis initi memor inquirit diligenter de Ionathæ poſteris ſuperſtitibus; cognoſcit Ionathæ filium ſuper eſſe nomine Memphibоſthum; & præſentem intuetur, ac optima ſperare iubet.

Memphibоſthum auitis & paternis bonis reſtituit.

Dauid Sibæ uillicationem agrorum Memphibоſtho donatorum ſimulq; poſſeſſionum paternarũ commendat.

VI.

2. Regum 10.

Dauidis legati ad regẽ Ammanitarũ mittuntur; ſpeculatores regionis à populo iudicantur; & cum iniuria à rege Ammanitarũ Naaſſe ad Dauidem remittuntur.

A pœnas uiolentæ contra ius gentium legationis à rege eorum exacturum. Quod poſtea quam perlatum eſt ad regis neceſſarios & copiarum eius præfectos, conſcij ſibi uiolati fœderis, ac debitam pœnam metuentes & ipſi ad bellum ſe parabãt. & miſſis legatis ad Syrum Meſopotamenorum regem cum mille talentis ſocietatem eius hac mercede impetrauerunt, adducto in ſuas partes & Suba. Hi reges habebant peditum uiginti millia. conduxerunt etiam regem Michæ regionis, & quartum nomine Iſtobum, qui & ipſi duodecim millia militum in armis habebant.

Ammanitæ exterorum familiaritate adducti ſuppetias laturorũ in Dauidem arma mouent.

Quomodo Dauid Meſopotamios facta in eos expeditione deuicit. CAP. VII.

B NOn terruit tamen Dauidem Ammanitarum apparatus & inita cum regibus ſocietas Deo fretum & ſcientem quòd bonam cauſam haberet, iuſtisq; armis iniuriam ſibi illatam ulciſceretur. Itaq; Ioabo commiſſa belli adminiſtratione, cum lectiſſimo milite eum contrà hoſtem miſit: qui mox ad Rabatham primariam eius gentis urbem caſtra admouit. Hoſtibus uerò urbem egreſſis, & duas ſeorſim acies explicantibus: alteram quæ ex auxilijs conſtabat, in patenti campo: alteram uerò, quæ Ammanitarum gentis erat, pro portis, quæ Hebræos ſpectabant: Ioabus hoc animaduerſo & ipſe ad militares artes confugit, & aſſumptis fortiſſimis militum, ipſe Syro alijsq; regibus ſe oppoſuit. reliquis Abiſæo fratri traditis, iuſſit ut contra Ammanitas aciem dirigeret: admoni to priùs, ut ſi uideret Syros ſibi præualere, adducto propere ſuo milite ſuccurreret. idem ſe facturum, ſi ipſum Ammanitas ægrè ſuſtinere contingeret. Cum his mandatis dimiſſo fra-

Ioabus contra Ammanitas bellaturus mittitur; & victoriam conſequitur.

C tre, hortatusq; ut generoſè & alacriter rem gereret, daretq; operam ne quam ignominiam acciperet, ipſe Syros aggreditur. qui cùm aliquãtiſper magna ui reſtitiſſent, multis ſuorum cadentibus terga uertere ſunt coacti. Quo uiſo Ammanitæ territi, & Abiſæum cum ſuo milite ueriti non expectauerunt: ſed moti ſociorum exemplo, intra mœnia refugerunt. atque ita Ioabus malè mulctatis hoſtibus uictorem exercitum Hieroſolyma reduxit. Nec tamen ea clades Ammanitarum effecit, ut experti ſe impares in poſterum quieſcerent: ſed miſſis nuncijs ad Chalamam Syrorum tranſeuphratenſium regem, eius auxilia mercede conduxerunt. Huius uicem in exercitu gerebat Sabecus, qui cõſtabat ex octoginta peditum, equitum uerò decem millibus. Tum Hebræorum rex intellecto quòd denuò tam magnas co-

Syri ab Amalecitis accerſiti, ac mercede conducti Dauidi reſiſtunt, & à Dauide uincuntur.

D pias Ammanitæ contra ſe parauiſſent, nolens ampliùs per legatos cum eis bellum gerere, ipſe cum uniuerſo exercitu Iordanem tranſgreſſus illis occurrit: & commiſſo prælio uictor euaſit, cęſis peditum quadraginta, equitum uerò ſeptem millibus. Sabecus quoq; hoſtium imperator in eo prælio uulnus accepit à rege; ex quo poſtea mori cum contigit. Meſopotamitę deinde cognito tam triſti pugnæ euentu, legatione ad Dauidem cum muneribus miſſa, deditionem fecerũt. atque ita appetente iam hyeme Hieroſolyma eſt reuerſus. Vere aũt ineunte Ioabum ad bellum Ammaniticũ miſit. Is longè lateq; uaſtatis hoſtium agris, com-

Sabeci interitus. Meſopotamitarum ſpontanea deditio. Ramatha obſidione cingitur.

pulſos eos in Ramatham gentis metropolim obſidione cinxit: QVO tempore Dauid tametſi uir iuſtus ac pius, & patriarũ legũ obſeruator diligẽs, in graue tamen peccatũ incidit. Cùm enim uergente iam die in tecto regiæ more ſolito deambularet, proſpexit in uicinis ædibus mulierem frigida lauantem, inſigni forma præſtellentem, cui nomen Bethſabe: E uictusq; eius pulchritudine; & à concupita ſibi temperare non ualens, accitam ad ſe complexus eſt. Paulo pòſt mulier grauidam ſe ſentiens, nunciat regi ut diſpiciat quomodò factũ hoc latêre poſſet, alioqui publicis legibus adulterij damnatam ſupplicium daturam. Rex itaque accerſitum ad ſe ex caſtris Ioabi armigerum maritum mulieris; Vriam nomine, de exercitu, quomodò oppugnatio procedat percontatur. quo referente omnia cedere ex ſententia, partes ei de ſua cœna obtulit, iuſſitq; ut profectus ad uxorem apud illam pernoctaret. At ille non ita fecit, ſed inibi in regia inter ſatellites regis noctem eam exegit. Quo cognito, rex ſcitatus eſt ex eo, quam ob rem tanto pòſt tempore domum reuerſus, ad uxorem non iuiſſet, idque præter communem omnium hominum morem; quicunque peregrè ad ſuos redeunt. Reſpondit ille, non eſſe æquum ut interim dum imperator ſuus & com-

VII. 2. Regum 11. Humanæ naturæ infirmitas. A.M. 2910. Ante Chr. nat. 1061. Dauid adulterium committit. Bethſabe grauida. Vrias Bethſabæ legitimus maritus è caſtris uocatur.

F militones in hoſtili ſolo in caſtris humi cubitant, ipſe in uxoris amplexibus ſe oblectet. Hęc locutum manere inibi ea quoque die iuſſit, ſequenti ad uicarium ſuum ducem dimiſſurus. Vocatus deinde ad cœnam, & rege de induſtria crebrioribus propinationibus inuitante, ad ebrietatem uſque progreſſus, nihilominus tum quoque pro foribus regij cubiculi pernoctauit, nullo uxoris deſiderio tactus. Hanc ob rem indignatus rex ſcripſit Ioabo, ut in Vriam pœnam meritam animaduerteret: modumque puniendi indicauit, ne mani-

Vriæ literæ.

feſtum fieret ſuo iuſſu hoc factum. Iuſſit enim ut quàplurimum periculi eſſet hoſti opponeretur, moxq; à ſocijs, quò opprimi poſſet, deſtitueretur. His ita ſcriptis, & proprio ſigillo obſignatis, epiſtolam Vriæ commiſit ad Ioabum perferendam. qui receptis literis, & cognita regis uoluntate, quem locum maximè ab hoſtibus infeſtari ſciebat, in eo collocaturus Vriam, adiunctis illi lectiſſimis aliquot militibus, pollicitus eſt ſe cum toto exercitu affore, ſi qua parte muri ſuffoſſa aditum intra urbem patefeciſſent: hortatus eum, ut exiſtimationi, quam tum apud regem tum apud commilitones ſibi parauerat, reſpondens, libenter potiùs quàm grauatim inſſa capeſſeret. Cumq; Vrias magna alacritate demãdatum munus ſuſcepiſſet, manipulo illi adiungendo clàm imperauit, ut cùm primùm occurrentibus hoſtibus urgeri hominem uiderent, deſerto illo in tutum ſe reciperent. Itaque cùm Hæbrei feciſſent aſſultum ad mœnia, ueriti Ammanitæ ne ab illa parte in qua collocatus erat Vrias, hoſtis murum occuparet, fortiſſimus quiſque recluſa repentè porta magno impetu erumpunt. quod ubi uiderunt qui circa Vriam uerſabantur, memores Ioabi mandatorum, uno agmine ſeſe retrorſum receperunt. Solus Vrias, quòd puderet aſſignatum locum non tueri, in ſe ruentes ſuſtinuit, ferroque exceptos interemit non paucos, donec circumuentus cum aliquot ſocijs occubuit. His ita geſtis, Ioabus regi per nuncium ſignificat, quòd non ferens obſidionis moras, oppugnatione adortus mœnia amiſſis multis infecta re in caſtra redire ſit compulſus. mandârat autem nuncio, ſi regem hoc factum ægrè ferre ſentiret, ut de Vriæ quoque morte renunciaret: id quod etiam euenit. Rex enim his cognitis, malè factum aiebat, quòd aperta ui mœnia tentaſſent. oportuiſſe enim machinis ac cuniculis aditum moliri, maximè cùm Abimelechus Gedeonis filius domeſticum exemplum illis eſſe debuerit, qui Thebis turrim ui capere conatus, ſaxo ab anicula miſſo ictus turpiter uitam amiſit, uir alioqui fortiſſimus, quòd inconſultè difficilimum oppugnationis genus eſſet aggreſſus. Vtiliſſimum autem in re militari quid alijs bene aut ſecus ceſſerit conſiderando, cùm ſimile periculum incidit, hæc ſequi, illa fugere. Poſtquam autem indignabundo de Vriæ quoque morte relatum eſt, iraſci deſijt: iuſſitque Ioabo renunciari, uulgare eſſe id incommodum, nec à natura belli alienum, cuius hæ ſint uiciſſitudines. debere tamen eum in poſterum cautiùs rem adminiſtrare, & aggeribus ac machinis expugnatam urbem ſolo æquare, & habitatores eius ad unum neci dedere. Cum his mandatis nuncius ad Ioabum properè ſe recepit. Cæterùm Bethſabe audita mariti morte per multos dies eum luxit: ubi uerò à mœrore ac lachrymis deſtitit, ſine mora eam rex coniugem ſibi aſciuit: ex qua mox puer maſculus ei natus eſt. Has nuptias Deus nequaquam æquis oculis inſpexit, ſed iratus Dauidi, cùm prophetæ Nathani per uiſum nocturnum ſe obtuliſſet, regem grauiter incuſauit. Propheta uerò qui eſſet uir feſtiuus ac prudens, reputans reges, quùm ſuis affectibus rapiuntur, non magnum iuris reſpectum habere ſolere, comminatione numinis ad tempus diſſimulata, maluit illum blanda oratione aggredi, in hunc modum ſententiam eius exploraturus: Duo uiri, inquit, eandem urbem incolebant: alter prædiues multorumque armentorum & gregum dominus: alter unius tantùm ouiculæ poſſeſſor. eam unà cum pueris ſuis domi quotidianis cibis alebat, non alio affectu quàm ſi eſſet filia. Cùm uerò hoſpes diuiti ſuperueniſſet, ille parcens ſuis pecoribus, nullum in amici gratiam mactare uoluit: ſed abſtracta per uim ouicula pauperis, iugulatam & apparatam hoſpiti appoſuit. His uerbis rex grauiter commotus, ſceleſtum hominem illum facinus hoc auſum pronunciauit, iuſtumque eſſe ut quadruplum pro adempta ouicula reſtituatur, & ipſe inſuper capite plectatur. Tum Nathan ſubiecit, ipſum eſſe qui hac pœna dignus ſit, ſuopte iudicio nefarij ſceleris damnatus. ac tum demum illi expoſuit in quantam indignationem numinis incurriſſet, cuius fauore uniuerſæ gentis Hebræorum rex conſtitutus, circumquaq; uicinarum etiam gentium, earumq; multarum & magnarum dominium cõſecutus eſſet: itemq; antea liberatus è Saulis manibus, nũc cum eiuſdem benignitate legitimas uxores habeat, contempto omni humano ſimul atq; diuino iure, alienam eum duxiſſe uxorẽ, marito ipſius interfecto, & hoſti prodito. Igitur affore diuinã ultionẽ, & ipſius quoq; uxores ab uno è filijs per uim conſtuprandas, & ipſum inſidijs ab eodem appetendũ, ut pro clàm admiſſo peccato, in propatulo pœnas perſoluat. quin & puerum ex ea natum ſine mora eſſe interiturum. Territo autem per hanc denunciationem rege, uehementerq; perturbato, & cum lachrymis fatente ſe peccaſſe in Deum (erat enim uir planè pius, & qui hoc uno excepto in tota uita nihil admiſerat) placatus Deus recepto in gratiam promiſit, & regnum & uitam ei ſeruaturum ſe eſſe. poſt pœnitentiam enim non ampliùs ſe iraſci.

Vrias ex mandato regio in hoſtes ablegatur; atq;

à ſuis conſortib. deſeritur moriturus; necnon demum

mortuus regi nũciatur.

Dauidi uxor Vriæ minimè moleſta.

Dauid Bethſabeam coniugem ſibi aſciuit.

Nathan uates Dauidis flagitiũ reprehendit.

Dauid propria ſententia damnatur.

Dauid peccata confeſſus, remiſſionem conſequitur.

Atque

A Atque ita Nathan poſtquam futura regi aperuiſſet, domum reuertitur. Porrò infans ex uxore Vriæ natus Dauidi, immittente Deo graui morbo corripitur, cuius uicem mœſtiſſimus pater dolenter ferens, per ſeptem dies à familiaribus induci non potuit ut ullum cibum deguſtaret: ſed atratus & ſacco amictus, humi proſtratus iacebat, & à Deo ſalutem pueri precabatur. uehementer enim eius matrem diligebat. Septima uerò die mortuo puero, familiares non audebant hoc regi indicare, ueriti ne re cognita pertinaciùs etiam à cibo reliquaque cura corporis abſtineret deſiderio defuncti infantis, cuius morbum tam impatienter tuliſſet. Qui cum turbatam familiam ſentiret, & ea facere quæ ſolent qui aliquid celare uolunt, intellexit extinctum puerum: accitoq; uno è famulis, poſtquam ueritatem comperit, confeſtim ſurrexit: lotus deinde, ſumptaq; ueſte candida, ad Dei taber-
B naculum iuit. Poſthac iuſſis famulis ut cœnam ſibi apponerēt præter omnem opinionem, admirationi fuit omnibus cognatis & domeſticis, ſtupentibus quòd, cùm nihil horum ægrotante puero feciſſet, nunc poſt eius obitum omnia ſimul faceret: impetrataq; priùs licētia, cauſam ſciſcitabantur. Tum ille: Non intelligitis, inquit, quòd dum puer uiueret, de ſalute eius ſperans, nihil non faciebam, quo Deum flecterem? nunc poſtquam is obijt, ſuperuacaneum ſit inaniter mœrore confici. His auditis, omnes ſapientiam eius laudauerūt. Nec ita multo pòſt Bethſabe grauida filiū ei peperit, quem Nathanis monitu Salomonem nominauit. Interea Ioabus Ammanitas acri obſidione premebat, præciſis aquæductibus, & commeatibus interceptis, ita ut fame ſimul & ſiti laboraretur. ab unico enim puteo ſpes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad ſatietatem utebantur, parcè aquam diſpenſantes,
C ne fortè in totum deficeret. Hæc Ioabus per literas regi ſignificauit, hortans ut ad excidium urbis ipſe ueniret, quò uictoria ipſi aſcriberetur: qui collaudata ducis beneuolentia fideq; aſſumpto ſecum exercitu ad deuaſtandam Rabatham proficiſcitur: eamque mox ui captam militi diripiendam permiſit. ipſe uerò ex præda nactus eſt Ammanitarum regis auream coronam talentum pendentem, & precioſo ſardonyche inſignem: quam poſtea capite geſtare ſolitus eſt. necnon & alia multa ac magni precij præda in ea urbe potitus eſt: uiros uerò eius excruciatos interemit, nec mitiùs alias Ammanitarum urbes tractauit, pari modo expugnatas. POST hanc uictoriam domum reuerſo graue quiddam accidit, ex tali cauſa: Filiam habebat adhuc uirginem, formoſiſſimas quaſque mulieres pulchritudine uincentem, Thamaram nomine, ex eadem qua Abeſalomus genitrice natam. Huius a-
D more correptus Amnon filiorum Dauidis natu maximus, cùm propter uirginitatem ipſius & aſſeruationem potiri ea non poſſet, adeò paſſione hac conflictabatur, ut non aliter quàm ex morbo lentam tabem ac pallorem ſibi contraheret. Id malum deprehendit Ionathas quidam eius cognatus & amicus, uir prudens & magni conſilij. Videns igitur Amnonem à natiua corporis habitudine indies magis ac magis deficere, acceſſit illum, rogans ut cauſam ſibi indicaret. Suſpicari enim ſe, amatoriam quandam eſſe hanc cupidinem. Quo fatente ſororem germanam ſibi adamatam, conſilium dat quomodo optatis potiri ualeat. Suaſit enim ut ſimulata ægritudine, ubi pater uiſendi cauſa illum acceſſiſſet, roget ut ſororem ad ſe mittat, cuius miniſterijs releuatus eo citiùs conualeſcere poſſit. Paruit Amnon, &
E cùm decubuiſſet, ſimulare morbum cœpit. Dein cùm pater officioſè inuiſens percontaretur de ualetudine, petijt ſororem ad ſe mitti. Ea poſtquam iuſſu patris accita uenit, poſtulauit ut ſuis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libentiùs ſe comeſturum. Quæ in conſpectu fratris farina ſubacta, formatisque colyphijs ac frixis, ei obtulit. at ille non ea guſtauit, ſed famulis mandauit, ut quotquot pro foribus cubiculi obuerſarentur, ſubmouerent, dicens ſe abſque ſtrepitu quieſcere cupere. quo facto, iuſſit ſororem in intimum conclaue paratam cœnam inferre. quod cùm puella feciſſet, apprehenſæ ſuadere cœpit ut ſui copiam faceret. At puella exclamat: Abſtine uim frater, abſtine, nefas eſt, & contra leges, te rem tam turpem perpetrare. Deſine à tam flagitioſa concupiſcentia, quæ nihil præter dedecus & infamiam toti familiæ noſtræ afferre poteſt: aut ſi reſiſtere ei nō uales, à patre tibi hoc impetrandum eſt, non per uim extorquendum. Hæc autem dicebat, ut eius cupidinis im-
F petum in præſentia effugeret. at ille amore feruens non paruit, ſed libidinis œſtro percitus reluctantem per uim opprimit: atq; poſt oblatum uitium in contrarium mox affectum uertitur, & exoſam ac faſtiditam conuicijs aggreſſus, iubet ut eueſtigiò inde faceſſat. Quæ cùm hanc iniuriam priore grauiorem diceret, quòd conſtupratam uel uſque ad noctem illic manere non patiatur, ſed confeſtim extrudat clara adhuc luce, ut turpitudinis ſuæ teſtibus occurrat: mandauit famulo ut eam eijceret. Illa uerò oblato per uim ſtupro uehemen-

Dauidis filius ſpurius moritur.

Dauid filiū morbo correptū deplorat.

Dauid puerum extinctum ſentiens, ad Dei tabernaculum properat, necnō ſibi cibum apponi præcipit.

Salomon Dauidi naſcitur.

Rabathæ excidium.

Præda hoſtibus erepta Ammanitis.

VIII. 2. Reg. 13.

Amnon Dauidis filius Thamaræ ſorori ſuæ uim inferre cogitat.

A.M. 2912. Ante Chr. nat. 1059.

Ionathæ Amnonis cognati conſilium.

Amnon ſororī approbēſæ ſuadere cœpit, ut ſui copiam faceret.

reluctāti autem uim infert.

ter dolens, ſciſſa talari tunica, qualibus tum regiæ puellæ ex more uelabantur, & cinere caput ſparſa, per mediam urbem diſcedebat, uim ſibi illatam quiritando. In quam ſic affectam cum Abeſalomus frater incidiſſet, ſciſcitatus eſt quid mali haberet quòd ita ſeſe afflictaret. Cumque illa de ſtupro ei narraſſet, ſolatus eam hortabatur ut æquo animo factum hoc ferret, nec ad iniuriam ſuam pertinere putaret, cùm à fratre eſſet uitiata. quibus uerbis placata puella, uociferari ac ſtuprum diuulgare deſijt: & deinde multo tempore in cœlibatu apud Abeſalomum fratrem perſeuerauit. His cognitis Dauid pater uehementer indoluit, ſed quia diligebat Amnonem ut filiorum natu maximum, non ſuſtinuit illi moleſtus eſſe. Porrò Abeſalomus graue odium eius in pectore celabat, opportunitatem iniuriæ expectans. iamque alter annus abierat, ex quo pudicitiæ ſororis eius illuſum fuerat: & cùm eſſet iturus in Belſephon, quod eſt oppidum tribus Ephræmiticæ, ad tõdendos ſuos greges, inuitauit patrem ac fratres ad ſolenne conuiuium. Quo excuſante quòd nollet eum grauare, rogauit ut pace eius liceret filijs proficiſci. quo impetrato ſuis iniunxit, ut quam primum animaduertiſſent Amnonem temeto grauatum, neminem ueriti ad nutum ſuum illum trucidarent.

Abeſalomus ſororem conſolatur, quæ apud Abeſalomum in cœlibatu uixit, at Abeſalomus iniuriã cogitat ulciſci.

A.M. 2915. Ante Chr. nat. 1056.

Amnonis nex.

A

B

Quomodo per inteſtinum familiæ diſſidium Dauid à filio ſuo Abeſalomo regno pulſus & eiectus eſt.

CAP. VIII.

C

Dauidi omnes filios ab Abeſalomo cæſos eſſe indicatur.

NT uerò perpetratum eſt quod mandauerat, ſtupor & trepidatio fratres occũpat: & ſibi quiſque timens, correptis equis curſu ad patrem ferebantur. Interim quidam præueniens, omnes ab Abeſalomo cæſos nunciat. qui non aliter q̃ par erat amiſſis ſimul tot filijs, idq́ue fratris ſcelere, graui dolore ictus, ne cauſam quidem rogauit: neque expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, totum ſe luctui tradens, conſciſſa ueſte humi proſtratus iacebat, deplorans non magis quos peremptos acceperat, quàm ipſum interfectorem. Ionathas uerò Samæ fratris eius filius hortabatur ut moderatiùs doleret, negans ſe de morte cæterorum credere: nec.n. cauſam facti inuenire poſſe: de ſolo Amnone dicens diligentiùs perquirendum. nam de hoc probabile eſſe, quòd memor iniuriæ ſororis frater in eum tale aliquid auſus ſit. Interea ſonitus aduentantium equorum, & quorundam eos præcurrentium, illos in ſe conuertit. hi fuêre filij regis, qui relicto conuiuio profugerant. Ibi pater occurrit flens flentibus, ex inſperato uidens quos paulo antè extinctos acceperat. denuoq́; gemitus ac lachrymæ inſtaurantur, his fratrẽ rege filium fœdè trucidatum deplorantibus. At Abeſalomus in Geſura ad maternum auum fugit, eius regionis dynaſtam, ibiq́; toto triennio permanſit. Cùm autem Dauidi animus eſſet Abeſalomum ad ſe uocare, non ad ſupplicium, ſed ut eum apud ſe haberet: iam enim ira tempore reſederat: ultrò huc propenſum Ioabus imperator ſuis artibus impulit. Mulierculam.n. quandam grandi natu ſubornat, quæ lugubri cultu ad regem accedens, aiebat inter duos ſuos filios rure agentes rixam exortam adeò increuiſſe, ut cùm ſoli eſſent, ac nemo adeſſet qui dirimeret, alter ab altero ictus expirauerit, rogabatq́ue hanc gratiam, ut quoniam cognati eius qui interfectus eſſet alterum ad cædem expeterent, ſaluti eius conſuleret, ne reliqua ſpe ſuæ ſenectutis orbaretur. neque enim aliud remedium ſupereſſe, ſi nullum apud regem inueniret. nam nihil eſſe quod illos compeſcere queat; præter maieſtatis regiæ reuerentiam. Cumque rex poſtulatis eius annuiſſet, hæc uerba ſubiecit: Tuæ quidem benignitati rex gratias ago, quòd ſenectutem meam, & tantùm non orbitatem miſeraris: ſed quò certior ſim de tua clementia, tuum ipſius filium priùs in gratiam recipe, & indignationem contra eum depone. Alioqui quomodo poſſem de conceſſa hac mihi gratia non dubitare, cùm ipſe adhuc ob ſimilem iniuriam filio infenſus eſſe pergas? At cuius eſt prudentiæ, uno contra uoluntatem amiſſo, ultrò necem alterius addere? Tetigit mox regis animum ſuſpicio, perſonam à Ioabo eſſe ſubornatam: & cognito ex anicula rem ita ſe habere, accerſit Ioabum: dicens, eum aſſecutum quod cupiebat, licereq́; ut Abeſalomum reducat. Non.n. ampliùs ſe in eum ſtomachari, ſed totã indignationem præterijſſe. At ille adorato rege, & uerbis eius libenter acceptis, eueſtigiò Geſura properauit, & aſſumptũ ſecum Abeſalomũ Hieroſolyma reduxit. Rex uerò audiens filiũ adueniſſe, miſit qui ei denũciaret, ne ad ipſum accederet. nondum.n. ita ſe affectũ, ut reuerſum uidere ſtatim ſuſtineat. Ille ita

Ionathas Dauidem conſolatur.

D

Abeſalomus auũ adit.

2. Reg. 14.

Ioabus Dauidi arte perſuadet, ut Abeſalomum reuocet.

Thecuitis mulier pro Abeſalomo intercedit.

A. M. 2918. Ante Chr. nat. 1053.

E

Abeſalomus reuocatur.

F

ut

A ut iussus est, deuitato patris cõspectu, intra domesticos parietes cum suo famulitio se continebat. nec tamen aliquid eius pulchritudini decessit, uel propter mœrorem, uel quòd non ea tractatione uteretur, qua uti regium iuuenem par erat: sed adhuc tam forma quàm statura quoslibet in maximis delicijs agentes superabat. Tanta autem fuit eius cæsaries, ut intra octauum quemque mensem ad ducentos siclos, hoc est, ad quinque pondo accresceret. Ad hunc modum per biennium Hierosolymis habitauit: natique sunt ei filij tres, & una filia formosissima, quę Solomonis filio Roboamo posteà nupsit, & filium ei, nomine Abiam, peperit. Deinde misit ad Ioabum, rogans ut se penitùs in paternam gratiam reducat, & impetret, ut sibi liceat patrem inuisere & alloqui. Quod quùm Ioabus facere cunctaretur, agrum

B eius uicinum per quosdam è suis incendio uastari iussit. Is quùm re cognita ad Abesalomũ ueniisset, expostulanti quo suo merito damnum ab eo accepisset: respondit se hoc stratagemate illum ad se elicere uoluisse, quandoquidem mandata de conciliando sibi patre negligeret. Quam ob rem, inquit, nunc te præsentem obsecro, ut placatum mihi reddas genitorem, quandoquidem molestior est mihi reditus in patriam quàm exiliũ fuerat, dum ille in indignatione est pertinax. Tum Ioabus his uerbis inductus, & uicem eius miseratus, deprecatus est regem pro illo, & tam accuratè & feliciter eius causam egit, ut flexus ad pietatem confestim eum accíri iuberet. Qui cum supplex illi ad genua ueniam peccati petens procidisset, sua manu erecto obliuionem omnium anteactorum est pollicitus. PORRÒ Abesalomus in integram gratiam patris receptus breui, magnum equitatum & multos currus sibi

C comparauit, & satellitium armatorum quinquaginta: & per singulos dies manè regiam frequentans, eos qui ius illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat: dictitansque malos adesse patri consiliarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat, dicens si ipse potestatem eam haberet, sese magnam eis legum æquitatem esse præstiturum. His artibus conciliatis sibi populi studijs, certus iam de eius fauore, quarto post reconciliationem anno orauit patrem, ut cum bona eius gratia Hebronem, ad uota quæ in exilio concepisset, persoluenda, abire sibi liceret: permissuque eius profectus, mox undique plurimos ad se acciuit, ita ut cateruatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Dauidis consiliarius Achitophel, Gelmonæus, & ducenti Hie-

D rosolymitæ, non quidem conscij conspirationis, sed quasi ad sacrificium euocati: nec mora stratagemate succedente, Rex ab uniuersis consalutatur. Cæterùm Dauid audita ex insperato filij sui tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatæ prioris noxæ, multo sceleratiora consilia cœpisset, primùm usurpandi regni, quod patri diuinitùs datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decreuit ultra Iordanem in loca tutiora se recipere: conuocatisque amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filij, totum negocium iudici Deo committens, reliquit regiæ custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cùm alia multitudine, magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saulo à latere fu-

E gitantis nusquam discesserat. Abiatharum uerò & Sadocum pontifices, & quicquid Leuitici generis aderat, simul abire cupientes, arcamque asportare, manere persuasit: dicens, sine arcæ præsidio diuina ope è periculis se seruandũ: simulque mandauit ut de omnibus quæ inciderent, per clancularios nuncios se certiorem facerent. fidelem enim operam in talibus negocijs præstiterunt filij pontificum, Sadochi Achimas, & Abiathari Ionathas. Ethæus quoque Gittæus nullis regis monitis adduci potuit, ut maneret, quo magis illustris fuit eius erga regem fides ac beneuolentia. Ascendenti autem per cliuum Oliueti montis,

F omnibus circa eum lachrymantibus, renunciatum est etiam Achitophelem, mutatis studijs, in partes Abesalomi concessisse: quo uix aliud tristius ei in hac calamitate accidit. quamobrem precatus est Deum, ut Abesalomi animum ab Achitophele abalienaret. uerebatur enim, ne eius consiljs contra se uteretur, uiri prudentissimi & oculatissimi in dispiciendo quid facto opus esset. Quumque in uerticem montis peruenisset, respiciebat urbem, & cum multis lachrymis non aliter quàm regno iectus, Deum precabatur. Ibi offendit uirum in amicitia constantem, nomine Chusim. hunc conspicatus scisso amictu & caput cineribus oppletum, & mutationem rerum deplorantem, solatus est pro tempore, iussum æquo animo præsentem statum ferre: ac postremò precatus est, ut simulato

Abesalomi cæsaries.

Abesalomus impetrat, ut in patris conspectum admittatur.

Abesalomus reconciliatur patri. A.M. 2920. Ante Chr. nat. 1051. IX. 2. Reg. 15.

Abesalomi in patrem conspiratio.

Abesalomus à plurimis salutatur.

Dauidis fuga.

Dauid sacerdotes non fugituros, arcamq; nec deportaturos, in urbe permanere iubet.

Ethæus Dauidici exilij comes.

Achitophel mutatis studijs Dauidicis ad Abesalomum deficit.

Chusis rerũ mutationem deplorans Dauidem consolatur, & ut se Achitophelii apponeret à Dauide sollicitatur.

ut ſe Achitophe li oponeret à Da uide ſolicitatur; ac ſe Hieroſoly ma contulit.

Abeſalomi partium ſtudio, ſecreta eius perſcrutaretur, & Achitophelis conſilijs ſe opponeret: ſic enim eum magis partibus profuturum, quàm ſi unà maneret. atque ita perſuaſus à Dauide, eo relicto Hieroſolyma ſe contulit: quò paulo pòſt Abeſalomus etiam peruenit. Interim Dauid paululum progreſſus, obuiam habuit Sibam Memphibosthi ſeruum, quem ipſe ad curam prædiorum amici filio donatorum miſerat, agentem præ ſe duos aſinos neceſſarijs ad uictum onuſtos. Is obtulit ei ut quicquid uellet ſibi ac ſuis acciperet, ſimulque rogatus ubiham Memphibosthum reliquiſſet, Hieroſolymis relictum reſpondit: ſperare enim eum rebus turbatis, fore ut ob Sauli meritorum memoriam ipſe ſuffragijs populi rex crearetur. Quam ob rem indignatus, omnia quæ priùs domino eius conceſſerat, Sibæ eſt largitus: dicens hunc digniorem quàm illum ut talibus poſſeſſionibus fruatur. Hac liberalitate Siba gauiſus eſt. Dauidi uerò iuxta locum Bachoram ſuperuenit cognatus Sauli, nomine Semeis, filius Geræ, ſaxis eum ſimul & conuicijs impetens: cumq; amici eum protegerent, magis etiam exaſperatus ad conuicia, ſanguinarium & multorum malorum cauſam appellabat, iubens ut impurus ac execrabilis regione excederet: gratiasq; agebat Deo, quòd per proprium filium pœnam peccatorum ab illo exigeret, & eorum quæ olim in dominum ſuum commiſerat. Hac tam ſæua petulantia concitatis omnibus ad indignationem, Abiſæo uerò etiam interficere Semeim uolente, Dauid eos cohibuit, negans addendam ad præſentia mala noui alicuius motus occaſionem. Nihil, inquit, moror hunc rabidum canem, & Deo cedo, qui eum in nos immiſit. Mirum uerò ſi hæc ab iſto patimur, quãdo etiam filius pietatis eſt oblitus. Sed hæc miſericordi Deo forſan curæ erunt, cuius fauore tandem inimici nobis ſuccũbent. His dictis cõtinuabat iter, contempto Semei parte alia mõtis curſim cum conuicijs aſſectante. Delatus deinde ad Iordanem, ſuos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abeſalomo cũ Achitophele cõſiliario Hieroſolyma ingreſſo, concurſu populi ſalutantis ad eos facto, inter cæteros etiam Dauidis amicus ad eos uenit, & adorato nouo rege, precatus eſt illi perpetuum hoc imperium. Rogatus deinde ab eo, quid ita cùm hactenus inter præcipuos ac fidiſſimos patris amicos eſſet habitus, nunc deſerto illo ad ſe tranſiret: cordatè reſpondit, Non eſſe Dei uoluntati & populi conſenſui repugnandum. Hos, inquit, tibi domine ſtudentes ego quoque meritò ſequor. à Deo enim regnum accepiſti. quòd ſi in tuorum numerum recipere dignatus fueris, quam fidem & beneuolentiam patri tuo me præſtitiſſe noſti, eandem tibi præſtabo. Nemo enim præſentem ſtatum iniquè ferre debet, quando non in aliam familiam regnum tranſlatum eſt: ſed in eadem manet, filio ſuccedente. His uerbis iuueni omnem ſuſpicionem exemit. Aduocato deinde Achitophele, conſultabatur quidnam eſſet agendum. Is ſuaſit ut cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum conſtantiùs in partibus perſeueraturum, ſublata reconciliationis ſpe: & promptè contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos ſe illi profiteri, ueritos ne pax inter patrem & filium coeat. Paruit iuuenis, iuſſitque famulis, ut in regia tentorium ſibi erigerent, inſpectante populo, in quod ingreſſus cum pellicibus patris concubuit. Idque ſecundum Nathanis prophetæ uaticinium euenit, quod Dauidi futurum, ut ab uno è filijs oppugnaretur, prædixerat.

Siba herũ apud Dauidem calumniatur.

2. Reg. 16.

Semeis Dauidi conuiciatur.

Peccata commiſſa pœnarũ cauſæ.

Dauid Semeim uita ſpoliari; ro hibet.

Dauid Deo ſuã cauſam commẽdat.

Chuſis Abeſalomum decipit.

Abeſalomus patris concubinas ſtuprat.

A

B

C

D

Abeſalomus contra patrem profectus, cum exercitu perit. CAP. IX.

A.M. 2923. Ante Chr. nat. 1048. 2. Regum 17.

OC Achitophelis conſilium executus, iterum poſtulat quid de belli ratione cenſeat? Reſpõdit ille, oportere ſibi attribui decem millia lectorum militum. Cum his ſe profectũ interfecturum patrem, atque ita partibus ſuis incolumitatem, & ipſi ſecurum imperium eadem opera Dauide ſublato pariturum. Hac ſententia delectatus, accerſit Chuſim Dauidis amicorum principem (ſic enim eum ille uocabat) & expoſito Achitophelis conſilio, quid ipſi uideretur quærebat. At ille intelligens quòd hoc modo Dauid in poteſtatem redactus facilè occidi poſſet, contrariam ſententiam afferre conatur. Scis, inquit, rex uirtutem patris & eorum qui illum ſequuntur, quòd in multis conflictibus ſemper uictor euaſit. Profectò ueteranus bellator non manebit in caſtris: ſed intelecto noſtrorum aduentu, noctu uallem aliquam cum parte militum inſidebit, aut poſt rupem aliquam deliteſcet. Deinde noſtris exercitum eius inuadentibus, paulatim illi pedem referent, expectãtes occaſionem, dum regi propiores facti totis uiribus in pugnam redeant. interim ille ex improuiſo ſuperueniens, ſuis animum addet, noſtris uerò metum ac conſternationem afferet. Expende igitur meũ quoq; conſiliũ, ſanè melius, & Achitophelis opinionem miſſam fac. ac potiùs edicto per totam Hebræorum regionẽ cõpias cõtra patrẽ collige:

Chuſis Achitophelis conſilium reddit irritum.

E

F

quæ

A quæ ubi in unum conuenerint, imperium earum tu ipſe aſſume, néue alterius fidei committas. Facilè.n. illum deuinces, ſi in aperto aſſequaris, quòd ille paucos circa ſe habeat: tu uerò tam multa millia uirorum, qui dari ſibi occaſionem cupiũt declarandi quàm ſint tui nominis ſtudioſi. Quòd ſi pater intra mœnia cuiuſpiam oppidi ſe conclauſerit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In huius ſententiã itum eſt, Abeſalomo autore conſilio Achitophelis prælatam: ſed hoc ipſum Deus effecit, ut Chuſis conſultor magis placeret. qui properè ad pontifices Sadocum & Abiatharum ueniens, ſuũ & Achitophelis conſilium eis expoſuit: quodq; ipſius cõprobatum ſit: petijt deinde ut hæc Dauidi per nũcios ſignificarẽt, adhortarenturq; eum, ut ſine mora Iordanem tranſiret: ne fortè filius mutata ſententia perſequatur eum, & priuſquam in tutum ſe recipiat, comprehendat. Pontifices autem iàm an-

Chuſis Sadoco & Abiathare ſuum & Achitophelis conſilium exponit.

B tè curauerant, ut extra urbem latêrent filij, renunciaturi Dauidi quid in urbe ageretur. Ad hos igitur fidam famulam miſerũt, afferentem quid Abeſalomo decretum ſit: mandarũtq; ut quantùm poſſent properarent Dauidi hęc indicaturi. qui eueſtigiò cum patrũ mandatis, ut pios ac fidos miniſtros decebat, nihil ſibi ad ſummã celeritatem reliquũ facientes, ad Dauidem properabãt. Vix duo ſtadia promouerant, quùm à quibuſdam equitibus conſpecti, apud Abeſalomum deferuntur: qui mox ad capiendum eos miſit. Senſerunt hoc maturè pontificum filij, & diuertentes à uia publica in propinquũ uicum agri Hieroſolymitani, nomine Bocchuram, ſe dederũt, ibiq; mulierem quandam rogauerunt ut ſe abſconderet. Ea

Pontificum filij Dauidi decreta relaturi, in puteo occultantur, deinde autem

mox demiſſis per funem in puteum, os eius uelleribus contexit: rogataque à ſuperuenientibus perſecutoribus num eos uidiſſet, conſpectos ſibi non negauit. accepto enim à ſe potu

C ſtatim abiuiſſe dicebat: & ſi modò alacriter perſequantur, fore ut eos comprehendant. Illi diu fruſtra perſequuti, retrò ſunt reuerſi. Mulier uerò ubi hoc animaduertit, & non eſſe amplius periculum iuuenibus ne capiantur, per funem rurſum extractos cœptum iter continuare iuſſit. Illi quanta potuerunt feſtinatione ad Dauidem peruenerũt, & omnes Abeſalomi conatus illi renunciauerunt: qui ſuos confeſtim Iordanem tranſire edicit, quamuis nox eſſet nihil cunctari paſſus. Porrò Achitophel ubi ſuum alterius conſilio poſthabitum uidit, conſcenſo iumento, Gelmonem patriam petijt. Ibi conuocatis omnibus domeſticis,

ad Dauidem perueniunt, omnes Abeſaloni conatus manifeſtates.

Achitophel ſibi-ipſi manus affert.

expoſuit eis quæ Abeſalomo conſuluerat, addens quoniam non perſuaſiſſet, certò illum breui periturum. Dauidem enim omninò ſuperiorem hoc bello fore, & amiſſum regnum recepturum eſſe. Præſtat igitur, inquit, magno animo, ut uirum ingenuum decet, è uita

D exire, quàm Dauidi ob filio nauatam contra eum operam excarnificandum ſe præbere. His dictis in penitiſſimas ædes digreſſus, ſe ipſe ſuſpendit. atque ita Achitophelem, ſuopte iudicio tali morti addictum, cognati eius laqueo demptum funerauerunt. Cæterùm Dauid

Dauid fugiens trajcit Iordanẽ, ſumma beneuolentia ab omnibus excepta.

ſuperato ut diximus Iordane, peruenit Caſtra, pulcherrimam ac munitiſſimam eius tractus urbem. Ibi cum ſumma beneuolentia ab omnibus eius regionis optimatibus exceptus eſt, partim præſenti hominis fuga motis, partim reuerentia priſtinæ felicitatis. Fuerunt autem hi Berzellæus Galadita, & Siphar Ammanitidis dynaſtes, & Machirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad uictum pertinebat, largiter regi cum ſuis præbebant, ut nec lecti ſtrati eis deeſſent, nec panis ac uinum; quin & carnium copia ſemper aderat, & quicquid uel ad alimoniam, uel ad laſſitudinis refectionem opus eſſet. INTERIM Abeſalomus

X.

Abeſalomus Iordanem trajcit.

E coacto Hebræorum grandi contra patrem exercitu, & traiecto Iordane amne, conſtitit non longè à Caſtris oppido Galaditidis, loco Ioabi præpoſito exercitui cognato eius Amaſa. prognatus enim erat patre Iotharſa, & matre Abigæa. hæc uerò & Saruia Ioabi mater, ſorores erant Dauidis. Rex autem recenſitis qui circa ſe erant, comparatoque numero circiter quatuor millium, decreuit non expectare dum Abeſalomus prior ipſum aggrederetur,

2. Regum 18.

Exercitus Dauidici diuiſio.

ſed creatis tribunis, diuiſoque in tres partes exercitu, unam Ioabo imperatori attribuit, alteram fratri eius Abiſæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem & familiari, ſed è Gitta oriundo. Ipſum autem uolentem adeſſe in exercitu amici prohibuerunt, idque prudentiſ-

Dauidem uolentem in exercitu adeſſe, amici detinent.

F ſima ratione. Si enim eo præſente uincerentur, nihil ſpei reliquum fore: quòd ſi una parte exercitus uicti fuiſſent, cùm cæteri ad ipſum refugiſſent, reparandarum uirium facultatem non defore. alioquin etiam hoſtem ſuſpicaturum, alium exercitum circa regem eſſe. Placuit hoc conſilium, itaque perſuaſus apud Caſtra manſit. Sed dum amicos ad pugnam dimitteret, obteſtabatur ut memores omnium acceptorum beneficiorum, ſtrenuam ac fidelem operam ſibi nauarent: & ut ſi uiciſſent, filio parcerent, ne occiſo illo, aliquid mali in ſeipſum ſtatueret. atque ita precatus illis uictoriam, exercitum emiſit.

Dauid Abeſalomo parcendum eſſe præcipit.

Cæterùm cùm Ioabus ex aduerſo hoſtium aciem ſuam explicuiſſet in planicie inagna,

Ioabi & Abeſalomi congreſſus.

ſyl-

ſyluam à tergo habente, Abeſalomus quoque ſuos contrà eduxit: & congreſſi, acriterque A
pugnántes multa utrinque præclara facinora edebant: his dummodo Dauid regnum recipiat, quiduis periculi magno animo contemnentibus: illis contrà ne Abeſalomus & hoc priuetur, & patri inſuper audaciæ pœnas det, nihil non uel facere uel pati paratis. Ijdem cùm numero longè præſtarent, ignominioſum ducebant, tanto paucioribus Ioabi militibus ſuccumbere. Contrà regij ut tot millia profligarent, omni ope connixi, tandem, ut erat dignum, ueteranis & rei militaris peritiſſimis hoſtem terga uertere coegerunt. fugientes deinde per ſaltus & abrupta inſequendo, alios captiuabant, alios trucidabant, ita ut multò plures in fuga caderent quàm in prælio. Interfecta ſunt enim ea die fermè uiginti millia. Omnes autem Dauidiani in Abeſalomum ferebantur, inſignem tam pulchritudine quàm B
ſtatura corporis. Is ueritus ne caperetur, conſcenſa mula regia effuſo curſu fugiebat. Cumq; per agitationem uentilaretur capillitium, aſperæ arboris prominenti ramo inopinatè implicitum iuuenem ſuſpendit. Iumentum enim uehementi impetu ferebatur, non aliter quàm ſeſſorem gerens. at ille ſublimis in ramo retinebatur, ne hoſtem effugeret. Quod animaduerſum quidam è militibus Dauidis, indicauit Ioabo: eoque quinquaginta ſiclos ſe illi daturum fuiſſe dicente, ſi illum cõfodiſſet, reſpondit: Nec, ſi duo millia dediſſet, feciſſem hoc Domini mei filio, maximè cum omnibus nobis audientibus parci iuueni fuerit precatus. At ille iuſſit ut indicaret ubinam pendentem uiderit, moxque defixo in cor telo eum interemit. Armigeri uerò Ioabi circumſiſtentes ab arbore eum detraxerunt, & proiectum in hiatũ profundum ac obſcurum congeſtis ſaxis obruerunt, ita ut tumuli forma extaret. Deinde quùm C
receptui cecinifſet Ioabus, ſuos à perſequendo cohibuit, parcendum ciuili ſanguini ratus. Porrò Abeſalomus erexerat ſibi in ualle regis columnam marmoream, duobus ſtadijs à Hieroſolymis diſſitam, quam uoluit uocari Manum Abeſalomi: dicens, quòd etiam ſi liberos eius perire contingeret, in hac tamen nomen ipſius eſſet manſurum. Habuit enim tres mares, & unam filiam Thamaram, quemadmodum iam antè diximus: quæ Dauidis nepoti Roboamo nupta, Abiam eius ſucceſſorem peperit: ſicut pòſt loco ſuo dicetur.

Abeſalomus unà cum toto exercitu ſuo turpiter fugit.

Abeſalomus ſuſpenſus:

telo interimitur:

ab arbore detractus congeſtis ſaxis obruitur.

Abeſalomi ſtatua.

Quomodo Dauid regno reſtitutus fœliciter uixit. CAP. X.

DEfuncto Abeſalomo, populus eius domum quiſque ſuam dilapſus eſt. Achimas uerò Sadoci pontificis filius adito Ioabo, rogauit, ut ſibi permitteret ad Dauidem ire, nunciaturo læta omnia, quodque diuina ope ac prouidentia uictoriam ſit conſequutus. Negauit hoc imperator, dicens, non conuenire ut antehac aſſuetus, nunc de morte filij regem certiorem faceret: iuſſitq; eum ibi manere. Sed uocato Chuſi illi mandauit, ut quę uidiſſet ad regem perferret. Achima uerò denuò rogante, ut ipſe mitteretur, uictoriam tantùm nũciaturus, non etiam Abeſalomi mortẽ, paſſus eſt eum hoc facere. Is uiam compendioſam ingreſſus ſoli ſibi notam, Chuſim anteuertit. Sedente autem rege in porta, & expectante aliquem de prælio nuncium, ſpeculatorum unus conſpecto Achima currente, necdum ualens eum agnoſcere: ait ad regem, uidere ſe quempiam aduenientem. Cumque rex bonum eſſe nuncium ominaretur: paulo pòſt ſequi illum alterum quendam indicauit. Reſpondente rege, hunc quoq; bonum fore nuncium, ſpeculator iam propiorem Achimam noſcitans, Sadoci pontificis filium ait præcurrere. Tum Dauid dixit: Profectò hunc bonum & optatum nuncium afferre de prælio. Vix hæc uerba finierat, dum E
Achimas regem adoratum ſalutat: & ſciſcitante de pugna, lætam uictoriam annunciat. rogatus deinde quid filio factum ſit: ait, ſe uerſis in fugam hoſtibus confeſtim iter arripuiſſe, audiſſe tamen clamorem militum Abeſalomum perſequentium: nec prætereà quicquam cõperti habere, quòd iubente Ioabo properè diſcedendum fuerit ut uictoriam renunciaret. iamq; & Chuſis aderat regem adorans, & uictoriam annuncians. qui ſimiliter de filio rogatus: Inimicis, inquit, tuis eueniat idem quod Abeſalomo. Hæc uerba in cauſa fuerunt, ut nullam ex ea uictoria uoluptatem nec rex perciperet, nec milites. Ipſe enim conſcenſa editiſſima urbis parte deflebat filium, plangens pectus, & capillitium lacerans, & modis omnibus ſeſe afflictans, ac uociferans: Fili mi, utinam mihi tecum mortem oppetere contigiſſet. F
Cum enim eſſet natura ſuorum amantiſsimus, prę cæteris hunc maiore affectione proſequebatur. Exercitum autem & Ioabum, audito quòd rex filium ita lugeat, puduit triumphabundos in oppidum ingredi: ſed emiſſo capite lachrymantes, non aliter quàm clade accepta ueniebãt. Cęterùm cùm rex operto capite gemere de ſiderio filij perſeueraret, Ioabus cõſolandi cauſa ad eũ ingreſſus: Quid facis, inquit, ô Domine, an neſcis quòd hoc pacto tibi ipſe claumniã ſtruis, quaſi amicos pro tua ſalute periculis ſe exponẽtes, atq; adeò ipſum & familiam

filij ſui Abeſalomi mors reuelatur.

Dauid Abeſalomum luget.

Ioabus Dauidẽ obiurgat, qui Abeſalomum lugeat.

familiam tuam oderis: ames uerò tibi infestissimos, & iustissima pœna absumptos desiderare non desinas? Nam si Abesalomus uicisset, & regnum suum constabilijsset, nihil ex nobis omnibus reliquum feciſſet: sed à te ac tuis liberis initio facto, ad unum miserabilem in modum perdidisset, non deflentibus nos inimicis, sed gaudentibus, & punientibus eos qui nostram uicem miserarentur. Te uerò non pudet hæc facere propter hominem inimicissimum, qui quùm esset tuus filius, tantoperè in te fuit impius? Desine igitur ab iniusto luctu, & da te in conspectum tuorum militum, & gratias illis age, quòd sua uirtute hanc uictoriam nobis pepererunt: alioqui si quà cœpisti pergas, hodie regnum ac exercitum alteri tradam, efficiamque ut iam grauiùs ac uerè lugeas. Talibus uerbis Ioabus regi mœsticiam excussit, eumque ad cogitandum de negotio adduxit. Sumpto enim habitu alio, quo gratior esset militi eius conspectus, pro foribus portæ consedit, ita ut hoc audito uniuersus populus ad salutandum eũ concurreret. D V M hæc ita geruntur, qui ex Abesalomi exercitu cladi superfuerant, domum reuersi nuncios oppidatim dimiserunt: admonentes quãtum beneficiorum à Dauide accepissent, & quomodo post multa ac magna bella in libertatem ab eo uindicati fuissent: & quàm iniquè hoc eiecto alteri regnum commisissent. Itaq; debere eos, extincto quem elegerant, Dauidem rogare, ut omissa ira in gratiam populum suum recipiat, & quemadmodum antea curam reipublicæ recepto regno suscipiat. De hac re crebri nuncij ueniebant ad Dauidem: isq; mox Sadoco & Abiatharo pontificibus significatum misit, ut principes tribus Iudæ compellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Dauidem reponere, maximè cùm is tribulis sit ac consanguineus. pari modo Amasam imperatorẽ eos alloqui iussit, quî fieret quòd cùm esset ipsius ex sorore nepos, exercitui non persuaderet, ut Dauidi regnum in manus redderet. Sperandam autem illi non solùm ueniam, quæ iam contigisset, uerùm etiam uniuersarum copiarũ præfecturam, quam Abesalomus ei concesserat. Pontifices uerò tum principes dictæ tribus sunt alloquuti, tum Amasam ostentata regis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac primùm eius suasu tribules Dauidis incunctanter per legatos eum in regnum reuocant: quorum exemplo simul & Amasæ autoritate moti cæteri Israëlitæ & ipsi idem faciunt: atque hæ legationes ad eum Hierosolymis excipiendum confluebant. Sed singulare Iudæ tribus officium extitit, quæ usque ad Iordanem amnem illi occurrit. eódem præstò fuit Semeis filius Geræ, sequentibus mille uiris è tribu Beniamitica: necnon Siba libertus Sauli comitatus quindecim filijs & seruis uiginti. Hi unà cum tribu Iudæ ponte ripas fluminis iunxerunt, ut rex cum suis absque negotio transire posset. Vt uerò ad Iordanem peruenit, salutatus est à tribu Iudæ: & Semeis in pontem progressus, accidensq; ad regis pedes, rogabat ueniam commissorum, utque infensus sibi esse desineret, néue recepta potestate in se primum animaduerteret: reputaretq; id quoque, quòd erroris pœnitentia ductus, primus ipse reuertẽti occurrisset. In hunc modum supplicanti ac misericordiam imploranti Abisæus Ioabi frater: Satin' hoc, inquit, putas ad effugiendum supplicium, quòd maledico in regem diuinitùs electum ore es cõmeritus? Tum rex ad eũ uersus: Desinite Saruiæ filij, néue nobis nouas turbas ac seditiones excitate. Sic.n. uos existimare uolo, hanc esse mihi aditialem regni diem. quamobrem iuro me omnibus omnẽ pœnã remittere, qui quocũq; modo in maiestatem meam peccauerũt, neq; in quenquã ea de causa animaduersurum esse. tu quoq; Semei bono animo esto, nihil de supplicio solicitus. At ille adorato rege, cœpit eum præcedere. Post hęc Memphibosthus Sauli nepos ei uenit obuiam, sordidatus & promisso ac neglecto capillitio. ex quo.n. rex profugerat, neq; comam totonderat, neq; uestẽ purgauerat, calamitatem eius non secus quàm propriam ferens, fuerat aũt à suo procuratore apud regem falsò delatus. Is post salutatum & adoratum regem interrogatus ab eo, qua de causa non simul exisset, socius fugæ futurus: respondit, Sibam esse in culpa. Hunc iussum parare ad profectionem necessaria, uerba sua non aliter quàm alicuius mancipij cõtempsisse. alioquin, inquit, si pedibus integris fuissem, & ad profectionem his uti potuissem, nunquam abs te relinqui passus fuissem. Nec contentus in eo meam erga te Domine pietatem læsisse, insuper malicioſe ac mendaciter me detulit. Sed bene noui quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quùm sis iustus, & Deum ac ueritatem, cui tantoperè studes, diligas. Cùm enim in grauioribus periculis aui mei temporibus uersatus sis, liceretque tibi de tota familia nostrà eo nomine pœnas sumere, quæ tua bonitas est ac modestia, omnes acceptas iniurias obliuioni tradidisti, recenti etiam tum earum memoria summam potestatem assecutus: præterea me in amicorũ ordinem allectum, & mensæ tuæ quotidianũ conuiuam adhibitũ nihi-

XI. *Israelitæ Dauidem in regnum reuocant.*

Dauid Amasæ non solùm ueniam, uerumetiam uniuersarum cõpiarum præfecturam concedit.

Dauid Semei ueniam largitur.

Memphibosthus Dauidi obuiam uenit, &

se à calumnijs Sibæ iniquis purgat.

nihilo deteriore conditione,quàm unumquemuis è maximè neceſſarijs apud te eſſe uoluiſti.His auditis,neque Memphibosthum punire libuit,neque an Siba calumniator fuerit,cognoſcere: ſed præfatus cuncta ſe eius bona Sibæ largitum,ueniam tamen illi & dimidiæ partis reſtitutionem promiſit.Tum Memphibosthus: Habeat ſibi totum Siba, mihi ſatis eſt te in tuum regnum reſtitutum eſſe. Berzellæum deinde Galaditam uirum magnum ac bonum,cuius benignitate belli tempore multùm adiutus fuerat,deducentem ſe Iordanem uſque,rex rogauit,ut ſimul Hieroſolyma proficiſceretur: pollicitus eũ parentis loco ſe habiturum,nihilque illi defore,quo extremæ eius ætati refouendæ ſit opus. At ille excuſauit, rem domeſticam conuictui regio præferens: dicens ſe iam octogenarium non poſſe regiæ uoluptatibus perfrui,iam de abſoluendo extremo uitæ actu & ſepultura ſollicitum: rogansque ut ſibi cum bona regis gratia liceat ſuo more domi uiuere: quandoquidem iam per ætatem non ampliùs ullam è potu aut cibo uoluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad ſonos tibiarum cæterorumque inſtrumentorum,quibus aulici regij ſe oblectare ſolent. Quo ita inſtanter rogante: Te, inquit, dimitto,hunc uerò Achimanum filium mecum abire ſinito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Berzellæus relicto filio, & adorato rege,omniaque fauſta illi precatus,domum eſt reuerſus.Dauid autem Galgala peruenit,iam dimidium totius populi circa ſe habens,& Iudæ tribum.Eò uenerũt ad illum primores eius regionis,ſequente magna hominum multitudine,incuſabantque Iudę tribum,quòd inſcijs cæteris ad regem ſe contuliſſet,cui omnes ſimul unanimiter occurrere debuerint.Principes uerò tribus Iudæ rogabant,ut æquo animo ferrent,quòd præuenti eſſent. Exhibitum enim hoc officium propter cognationem,qua deuinctum ſibi feruentioribus ſtudijs proſequerẽtur.Neque enim ſe hac de cauſa ulla munera accepiſſe, ut meritò ægrè ferre debeant,ſeriùs ſe ad illum peruenisſe.Non tulerunt hoc dictum cæterarum tribuum principes: Demiramur, inquiunt,fratres,quòd regem uobis propriè cognatum uindicatis, quaſi non omnium noſtrũm cognatus ſit habendus,quem omnibus nobis ex æquo Deus præeſſe uoluit.Ergò cùm totus populus undecim partes habeat,uos unicam,tantóque potiores ſimus,præter æquum feciſtis,quòd nobis neſcientibus ad regem ueniſtis. In hac principum altercatione exortus eſt uir quidam malus ac ſeditioſus, Sabæus filius Bochoriæ, tribus Beniamitidis, qui ſublata uoce in medio multitudinis exclamauit: Non eſt nobis pars apud Dauidem, nec hæreditas apud Ieſſæi filium. Simulque cornicine iuſſo canere bellicum, omnes relicto Dauide illum ſunt ſecuti,ſola Iudæ tribu circa eum manente,à qua mox in regiam Hieroſolymorum eſt deductus. Vbi concubinis cum quibus filius Abeſalomus congreſſus fuerat, in alias ædes traductis, omnia benignè adminiſtrari iuſſit, ipſe uerò poſthac non ampliùs eis eſt uſus.Amaſam deinde exercitui præpoſuit,dignitate in hunc collata, quæ priùs Ioabi fuerat: iuſſitque ut collectis quãtis poſſet è tribu Iudæ copijs poſt triduum ad ſe ueniret,ut cum tradito exercitu cum imperio contra Bochoriæ filium mitteret. Quo ad colligendum militem profecto, quùm in ea re occupatior maturè non rediret, tertia die rex Ioabo dixit, non eſſe conducibile dilationem Sabæo concedi: ne fortè inſtructior factus plus dãni det,plusq; exhibeat negocij,quàm modò Abeſalomus exhibuiſſet. Non eſt,inquit, ulteriùs expectandum,ſed cum his quæ nunc ad manum ſunt copijs,& ſexcentorum cohorte,cum Abiſæo fratre hoſtem perſequere: & ubicunque illum adeptus fueris,da operam ut prælio decernatur: & caue ne occupatis munitis urbibus multorum nobis certaminum & laborum materiam præbeat.Ioabus nihil cunctatus paruit, & aſſumpto fratre ac cohorte, reliquisque qui tum Hieroſolymis aderant militibus,contra Sabæum raptim exercitum ducit. Cumque Gabaonem,qui uicus quadraginta ſtadijs à Hieroſolymis abeſt,peruenisſet, obuiam ei factus eſt Amaſa,magnum exercitum adducens.Ibi Ioabus thorace munitus,accinctusque gladio,accedente ad complectendum Amaſa, de induſtria gladium ſibi è uagina elabi paſſus eſt: eoque mox à terra ſublato,& altera manu barba Amaſæ ceu deoſculandi prehenſa, improuiſo ictu uẽtrem ei perfodit,hominemq; confecit: facinus ſanè impium, quòd bonum & cognatum iuuenem immerentem propter æmulationem ſummæ præfecturæ & regiæ gratiæ ſuſtulit. Hac enim de cauſa iam ante Abeneri quoque cædem perpetrauerat. Sed illud facinus propter honeſtum prætextum fraternæ ultionis dignius uenia uidebatur: in Amaſæ uerò cæde nihil tale habuit,quod prætenderet.Cæſo autem imperatore pergebat ad Sabæum debellandum,uno relicto apud cadauer. hunc iuſſit proclamare ad exercitum, Amaſam iure cæſum meritas pœnas dediſſe: qui uerò partes regis fouerent,Ioabum & fratrem Abiſæum eius ductes ſequi debere.Iacente uerò in uia corpore,& tota multitudine ad id confluente,&,ut fieri ſolet;

Dauid Memphibosthoignoſcit.

Berzellæus Dauidi obuiã uenit.

Achimanus filius Berzellæi,relicto domi patre,cum Dauide proficiſcitur.

Seditio inter Iſraelitas ob reuocatum à Iudæis Dauidem.

2.Reg.20. Sabæus ſeditionis author.

Concubinarum Dauidicarum traductio.

Amaſam Dauid exercitui præponit.

Ioabus Sabæo repugnat.

Ioabus Amaſam dolo interficit.

A ſolet, cum admiratione circumſtante, cuſtos tranſlatum illud in locum quendam longè à uia remotum depoſuit, & ueſte contexit: quo facto omnes Ioabum ſunt ſecuti. Is quùm per totam Iſraëliticam regionem Sabæum eſſet perſecutus, indicio cuiuſdam cognouit eũ eſſe in munita quadam urbe, nomine Abelmachea. qua obſeſſa & circumuallata, iubet militem muros eius ſuffodere & euertere: ualde enim iraſcebatur quòd portas ei clauſiſſent. Mulier autem quædam honeſta & prudens, uidens patriam in extremo periculo, conſcenſis mœnibus Ioabum per milites ad colloquium euocat. qui poſtquam proceſſit: Deus, inquit, reges & imperatores creat, ut deletis Hebræorum hoſtibus, in pace Iſraëlitas contineant: tu uerò nulla in re læſus, primariam Iſraëlitarum urbem expugnare conaris. Tum ille abominatus eius uerba, & meliorem ſibi mentem precatus, negauit ſe uel unum è ple-

B be occiſum cupere, tantum abeſſe ut urbem tam egregiam exciſam uelit: & ſi ad ſupplicium dedatur Sabęus Bochoriæ filius, regi rebellis, omiſſa oppugnatione ſe inde exercitum abducturum. His auditis mulier Ioabum rogat ut pauliſper ſuſtineat, pollicita illi caput hoſtis ſtatim è mœnibus deijciendum: moxq; ad ciues reuerſa: Vultis, inquit, mali malè perire cum liberis ac coniugibus propter hominem malum & ignotum, eumque pro Dauide, cuius tanta in uos extant beneficia, regnare, & unam hanc urbem tam ualido exercitui reſiſtere? Quibus rebus perſuaſi, præciſo capite Sabæi, ad milites Ioabi hoc deijciunt: confeſtimq; ſigno receptui dato, dux obſidionem ſoluit, & Hieroſolyma reuerſus, denuò uniuerſis copijs imperator præficitur. Banaias quoque ſatellitibus & ſexcentorum cohorti

C à rege præponitur. Adoramus quæſtor tributis recipiendis conſtituitur. Sabathes & Achilaus Commentarienſium fiunt principes. Suſa ſcribis prępoſitus, pontificatus quoque Sadoco & Abiatharo manſit. POST hæc fame regionem premente, rex ſupplex à Deo petijt, ut populum miſeratus cauſam atq; remedium mali oſtendere dignaretur. Reſponſum eſt per prophetas, poſtulare Deum ut Gabaonitæ uindicẽtur, quos Saulus rex deceptos prę-

D ter ius & fas interfecerat, & iuſiurandum quod illis olim Ieſus imperator & ſenatus iurauerat, uiolauerat. Quamobrem ſi Gabaonitis pro cæſis ciuibus pœnas quas ipſi uoluerint exigere permittat rex, fore ut placatus Deus populum è præſenti calamitate eximat. Quod poſteaquam ex prophetarum relatione compertum eſt, accitis Gabaonitis percontatus eſt quid à ſe peterent? qui cùm ſeptem è Sauli progenie depoſcerent ad ſupplicium, rex perquiſitos eis tradidit, Memphibooſtho tamen Ionathæ filio parcens. His acceptis Gabaoni-

E tæ, ut libitum eſt in eos animaduerterunt: confeſtimq; pluente Deo terra poſito ſqualore ad priſtinam felicitatem redijt, populusq; copia rerum, ut antè, fruebatur. Aliquanto pòſt rex bello Palęſtinos adortus, & prælio cum eis congreſſus, dum uictos auidiùs perſequitur, ultra cęteros ſolus eſt longiùs prouectus. hunc iam laſſum conſpicit Acmon filius Araphi, unus è gigantum ſobole, indutus loricam circulis conſertam, & lanceam gerens trecentos ſiclos pendentem, accinctusq; gladio: & conuerſus è fuga hauddubiè confeciſſet defeſſum regem, ni Abiſæus Ioabi frater repentè ſuperueniẽs eum protexiſſet, iam proſtratum, & hoſtem trucidaſſet. Quo regis periculo grauiter commotus eſt exercitus, & duces iureiurando

F eum deuinxerunt, ne in poſterum cum alijs intereſſet prælio, ne ſi propter fortitudinem & audaciam humanum aliquid ei contingeret, populus ea felicitate, quam ex ipſius adminiſtratione uel iam perceperat, uel deinceps, ſi diu uiueret, percepturus eſſet, orbaretur. Cũq; poſt hanc pugnam Palęſtini ad Gazã urbem conueniſſent, rex ubi hoc cognouit, exercitum contra eos ire iuſſit. In hac expeditione egregiam laudem ob præclara facinora edita meruit Sobachis Chettæus, unus è fortiſſimis Dauidis militibus. Complures enim qui ſe de gigantum genere iactabant, & uiribus eximijs inſoleſcebant, interfecit præcipuus autor uictoriæ, quam tunc Hebræus de hoſte reportauit. Redintegrantibusq; bellum Palæſtinis, & nouo exercitu in eos miſſo à rege, optimè ſe geſſit Nephanus cognatus ipſius. Singulari.n. certamine cum fortiſſimo Palæſtinorum congreſſus, occiſo illo effecit ut reliqui terga uerterent: multique hoſtium in ea pugna ſunt deſiderati. Nec ita multo pòſt rurſum caſtrametati ſunt ad quoddam oppidum non procul ab Hebræorum finibus: fuitque in eo exercitu uir ſtatura cubitorum ſex: cui ſeni digiti erant in manibus ac pedibus. Huic ex regis exercitu Ionathas Samæ filius ſolus ſe oppoſuit, ſtratoq; aduerſario maximum monumẽtum ad uictoriam attulit, & ipſe fortiſſimi uiri laudem retulit. nam & hic Palæſtinus oriundum ſe à gigantibus iactabat. Hoc prælium cum gente fuit ultimum, non auſa poſtea ſe contra Iſraëlitas mouere. Cæterùm Dauid perfunctus iam bellis ac periculis, & in altiſſima pace degens, uario genere carminum odas & hymnos in honorem Dei compoſuit, partim tri-

Ioabus Abelmacheam obſidione cingit.

Mulieris prudentia ſeruatur oppidum Abelmachea.

Sabæi mors. Abelmachea ab obſidione ſoluitur.

Dauid officia militaria diſtribuit.

XII.

2. Regum 21. *Fames Iudæam infeſtat, ob læſos à Saulo Gabaonitas.*

Gabaonitis ſeptem è Sauli progenie trucidandi traduntur.

A.M. 2924. Ante Chr. nat. 1047.

Dauid in prælio periclitatus, & repentè ab Abiſæo Ioabi fratre liberatus.

Dauid ut prælijs non adeſſet, monetur.

Chettæus miles fortiſſimus Dauidicus.

Sobachis egregium facinus.

Nephani egregium facinus.

Ionathæ ſedigitum uincit.

2. Regum 22. *Dauid muſicam curat.*

metro uerſu, partim pentametro: inſtrumentisque muſicis comparatis docuit Leuitas ad A
pulſum eorum laudes Dei decantare, tàm ſabbatis diebus quàm in cæteris feſtiuitatibus.
Dauidis inſtrumenta muſica. Genera autem inſtrumentorum hæc fuêre: cinnyra decem chordis intenditur, & plectro
pulſatur: nabla duodecim ſonos continet, ſed digitis carpitur: cumque his aderant & cym-
bala ærea, magna atque lata: quod ſanè de prædictorum inſtrumentorum natura, ne prorſus ignorentur, dixiſſe ſufficit. Porrò rex fortiſſimos uiros circa ſe habuit, ſed maximè inſi-
2. Reg. 23. *Dauidis heroes.* gnes præclaris facinoribus XXXVIII, quorum quinque tantùm uirtutem commemorabo, facili ex his de reliquis coniectura. Tales enim erant hi qui poſſent uel regiones ſubige-
Iſſæmus. re, uel magnas gentes debellare. Primus Iſſæmus filius Achemæi, qui non ſemel in aciem hoſtium irruens non priùs à cæde abſtitit, quàm nongentos occideret. Poſt hũc Eleazarus,
Eleazarus. filius Dodiæ, qui fuit cũ rege in Araſamo. Hic in quodam prælio Iſraëlitis multitudine ho- B
ſtiũ territis, & in fugam uerſis, ſolus locũ ſuum non deſeruit: & congreſſus cum hoſtib. mul
tos interfecit, adeò ut cruore gladius eius ad dexterã adglutinaretur: quo uiſo reuerſi in prę
liũ Iſraëlitæ, cedẽtem iam hoſtem urgendo admirãdam ac celebratam uictoriam retulerũt,
Sebas. *Maxilla, locus.* Eleazaro ſternente, uulgo uerò militum proſtratos ſpoliante. Tertius erat, Ili filius Sebas:
hic quoque cùm bello Palæſtino in loco, qui Maxilla dicitur, acies ex aduerſo conſtitiſſent,
Hebræique rurſum territi lòco cederent, ſolus in aciei uicem hoſti ſe oppoſuit: & non pau-
cis letho datis, reliquos impreſſionem eius non ſuſtinentes, & in fugam effuſos inſectatus
eſt. Hæc fuerunt facinora, quæ hi tres in prælijs ediderunt. Eo uerò tempore, quo rege Hie-
roſolymis agente Palæſtinorum exercitus uſque ad urbem acceſſit, & dum ille conſultu-
rus Deum de bello arcem aſcendit, in ea ualle caſtrametatus eſt, quæ XX. ſtadiorum ſpa- C
cio uſq; ad Bethlehema pertinet, dicente ad amicos: O quàm bonam aquam habemus in
patria mea, maximè in ciſterna portæ uicina: ô ſi quis de ea mihi ad bibendum afferret, id
certè mallem quàm multum argenti accipere: tres iſti his auditis eueſtigiò excurrerunt, &
cùm per media hoſtium caſtra Bethlehema peruenirent, hauſta aqua per eandem uiam ad
regem ſunt reuerſi, attonitis audacia tanta Palæſtinis, nec auſis paucitatem eorum contem-
nere. Eam aquam rex bibere noluit, dicens periculo ſanguinis emptam, & ob hoc ſibi non
conuenire: ſed Deo inde libauit, gratias agens pro uirorum incolumitate. Poſt hos erat
Abiſæus. *Banaias.* Ioabi frater Abiſæus, qui una die ſexcentos hoſtes interemit. Quintus Banaias, genere ſa-
cerdos: hic prouocatus à duobus fratribus uirtute inter Moabitas illuſtribus, utrumq; con
fecit. Rurſum ex prouocatione cum miræ ſtaturæ AEgyptio certans, inermis cum armato, D
haſta ex ipſius manibus extorta hominem cõfodit: quo inſignior fuit uictoria, quòd adhuc
uiuenti ademptis armis, priùs eum ſpoliauit, mox proprijs armis occidit. Eſt & aliud eius fa-
cinus, quod iam dictis quantũ ad animoſitatẽ uel præferri poteſt, uel certè conferri. Quùm
enim ningeret, leo in quẽdam puteum illapſus eſt: cuius os quòd anguſtũ eſſet, ſine dubio
periturus erat, impactus niuibus: atq; ita deſperato exitu & ſalute rugire occœpit. Banaias
autem fortè fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum beſtiæ: & cùm deſcendiſſet in puteũ,
repugnantem ictu baculi quem gerebat exanimauit. Nec deteriores uirtute fuerũt reliqui
XIII triginta tres. CAETERVM Dauid uolens cognoſcere quantus millium numerus re-
2. Regum 24. *Dauid populum recenſeri iubet.* cenſeri poſſet in populo, oblitus præceptorũ Moyſis, qui prædixerat quoties cenſeretur po-
pulus, in ſingula eius capita pendẽdum Deo ſemiſiclum, iuſſit Ioabum imperatorem ire ad E
cenſum peragendum, quo excuſante nihil opus eſſe, nihil motus coëgit ſine mora ad impe
rata exequẽda proficiſci. Ioabus aũt aſſumptis ad hoc negotium principibus tribuũ & ſcri-
bis, obita tota Iſraëlitarum regione, & cognito quanta eſſet populi multitudo poſt nouem
menſes & uiginti dies Hieroſolyma reuerſus ad regem, numerum ei populi reddidit, abſq;
tribu Beniamitica: quã nõdum ad cenſum uocauerat, ſicut nec Leuiticã. Regem.n. interim
Populi Iſraëlitici numerus. pœnituit, agnoſcẽtem in Deum ſe peccaſſe. Erat autem reliquorum Iſraëlitarum numerus
nongenta millia, duntaxat eorum qui ad militiam eſſent idonei. In Iudæ uerò tribu qua-
dringenta millia cenſebantur. Prophetis deinde referentibus ad Dauidem quòd Deum
offendiſſet, ſupplex orare cœpit, ut propitius redditus facti huius daret ueniam. Qui Ga-
Dauid triũ malorũ optione data peſtem eligit. dum prophetam ad eum miſit, tres optiones offerentem, ut ex his quam mallet eligeret: F
aut famem per ſeptennium duraturam, aut bellum per tres menſes iniquo marte cũ hoſte
gerendum, aut peſtilentiam per triduum inter Hebræos ſęuituram. Illo uerò hęrente ac tur
bato propter difficilem inter hęc mala electionem, & propheta urgente ad celerem reſpon-
ſionem, ut Deo renunciare poſſet: rex cogitans quòd ſi famem peteret, ſui magis quàm ali-
orum rationem habuiſſe uideri poſſet, quandoquidem ipſi nihil periculi eſſet, multum

fru-

A frumenti in horreis habenti, illis non item: quòd ſi per tres menſes ab hoſte uinci elegiſſet, ſic quoque ſibi conſuluiſſe, qui arces & fortiſſimam circa ſe cõhortem haberet: optauit malum regnantibus æquè ac regnatis commune, in quo omnibus par metus imminet: præfatus, meliùs eſſe incidere in manus Dei, quàm in manus hoſtium. Hæc ita ut audiuit Propheta, Deo poſtquã renũciauit, peſtilentia in Hebræos ingrũit, ita ut uarijs modis abſumerentur, nec facilè eſſet morbum cognoſcere. Mors enim una erat, ſed plurimis & incompertis cauſis homines rapiebat. alius enim poſt alium peribat, & clanculùm obrepens malum celeriter exitium afferebat. Quidam enim repentè cùm uehementi dolore & amaro cruciatu animam exhalabãt: alij morbo tabentes ne ad ſepulturam quidem reſtabant, ſed inter ęgrotandum prorſus abſumebantur: alij ſubitò tenebris ob oculos obortis, præ ſuffocatione

Peſtis ſubitanea.

B gemebant: nonnulli interim dum aliquem domeſticorum funerant, ſepultura nondũ abſoluta commoriebãtur. Quo factũ eſt, ut à matutina hora uſq; ad prandiũ hac peſte ſeptuaginta millia hominum ſint abſumpta. iamque genius à Deo miſſus Hieroſolyma petebat, eam quoque urbem ſimili malo afflicturus. Tum rex ſaccum indutus, & humi proſtratus, ſupplex orabat Deum ut peſtem ſedaret, & iam mortuis contentus, decæterò quieſceret. Inter has preces ſublatis oculis, cernens genium per aërem ſtricto gladio Hieroſolyma petentem exclamat ad Deum, ſe eſſe paſtorem pœna dignum, cæterùm greges nihil commeruiſſe. Effunderet omnem iram in ſe ac ſuam familiam, & populo parceret. Deus autem admiſſa ſupplicatione peſtem ſedauit, miſſoq; ad eum Gado propheta, mandauit ut cõfeſtim aſcenderet in aream Oronnæ Iebuſęi, & extructo altari, inibi ſacrificaret: qui mãdatum hoc

Dauid Deum, ut pœnam mitiget, orat, populi innocentiam teſtans.

C non neglexit, ſed mox ad deſtinatum locum ſe contulit. Oronna uerò circa triturã frugũ occupatus, ut regem una cum omnibus filijs accedẽtem uidit, occurrẽs adorauit eum. Erat aũt genere quidem Iebuſæus, ſed inter præcipuos amicos Dauidis: quæ cauſa fuit ut capta urbe nihil illi moleſtum acciderit, quemadmodum paulò antè diximus. Hoc percontante, quamobrem herus ad ſeruũ accederet, ait ſe uelle aream eius emere, ut in ea Domino altare conſtrueret, & ſacra faceret. At ille & aream & aratra & boues & holocautomata gratis largiri ſe dixit, precariq; ut Deus libens ac propitius hoc ſacrificium admittat. Rex uerò gratam ſibi eius ſimplicitatem ac magnanimitatem profeſſus, uoluit ut preciũ acciperet. Iniquum enim eſſe de gratuitis offerre ſacrificium. Oronna uerò dicente facturũ ſe quicquid rex uellet, aream hanc de eo quinquaginta ſiclis emit: extructoq; ibi altari, ſacrificia & ho-

Dem ſibi extrui altare, & ſacrificia offerri, mãdat.

Oronna Iebuſæum.

Oronna Dauidi aream donat.

Dauid non ſibi aream gratuitò dari petens precium exhibet.

D locautomata ſuper eo perfecit, & hoſtias pacificas obtulit. quo facto Deus placatus, propitius ut antè eſt redditus. Erat autem is locus in quem olim Abramus filium, ut holocautoma faceret, adduxerat: & cùm iamiam iugulandus eſſet puer, aries repentè aſtans altari apparuerat: qui pueri uice fuerat mactatus, ut iam antè ſcripſimus. Dauid aũt cùm animaduertiſſet ſe exauditum, & gratum fuiſſe ſacrificium, decreuit totum illum locum altare uniuerſi populi appellare, & Deo templum ibi ędificare: quam eius uocem Deus in futurũ ratam eſſe uoluit. Mox. n. propheta ad eum miſſo, illic templum extruendum prędixit à filio, quem regni ſucceſſorem eſſet relicturus. POST hanc prophetiam iuſſit rex numerari in-

Dauid Deum placat.

Altaris extructi locus. Gen. 22.

XIIII.

Dauid materiã præparat ad templi ſtructuram.

E quilinos, & inuenta ſunt eorum centum octoginta millia. ex his conſtituit lapicidarũ octoginta millia: reliquos ad conuehendos lapides deputauit, ex quibus tria millia & quingentos operarijs præfecit. Magnam quoq; uim ferri ac æris ad horum operum uſum congeſſit: materiemq; cedrinam multam & prægrandem, Tyrijs & Sidonijs hanc ſuppeditantibus, à quibus huius copiam impetrauerat. dicebatque ſuis amicis hæc ideò ſe apparare, ut filio ſucceſſuro materiam ad ædificandum relinqueret, & non tum demùm eam comportare neceſſe haberet, adhuc per ætatem rudis talium negotiorum, ſed omnibus in promptu ſitis, opus perficeret.

Dauid ſe uiuente Solomonem filium ſuum regnum auſpicari uoluit. CAP. XI.

A.M. 2031. Ante Chr. nat. 1040.

F ACcito deinde Solomoni filio, mandauit, ut quùm regnum adeptus eſſet, templum Deo conſtrueret, dicens ſe id uoluiſſe quidem, ſed oraculo prohibitum, quòd propter crebra bella cruentus haberetur: prædictumque ſibi id ędificium deſtinatum filiorum natu minimo, qui Solomon eſſet appellandus: quem non aliter quàm filiũ patri ipſi Deo curæ futurum: atq; etiam totam Hebræorum regionem hoc principe felicem fore, & inter cętera bona id quod omnium eſt potiſſimum, pacem habiturum, utpotè alienam nõ tantùm ab externis bellis, uerùm etiam ab inteſtinis ſeditionibus. Ergò, inquit, quandoquidem à Deo deſignatus es rex, antequam natus, da operam ut alio. quin etiam dignus ſis eius prouidentia, pietatem colẽs, & iuſticiam atq; fortitudinẽ, & præ-

Dauid Solomõni præcepta dat de conſtruendo templo.

cepta eius,legesq; per Moyſem traditas obſeruans,& ab alijs eas uiolari non permittens: & A
inſũper templum quod te regnante ſtrui ſibi uoluit,cura, ut ſicut debes,ei reddas, nihil de-
Theſaurus ad templi ſtructuram collectus. territus operis magnitudine. omnia.n. ante obitum parata tibi relinquam. Scito ſanè auri
quidem collecta decem millia,argenti uerò talentorũ centum millia: æris item ac ferri tan-
tum congeſſi,quantum uix numero comprehẽdi poſſit: & adhæc lapidum ac lignorũ ma-
teriam copioſiſſimam. Habes præterea multa millia fabrorum lignariorum & cęmentario-
rum: & ſi quid his defuerit,tu ſupplebis. Quapropter hoc opere abſoluto charus eris Deo,
cumq; protectorẽ habebis. Poſt hæc adhortatus eſt principes populi,ut in ea ſtructura filiũ
Auxiliatores in templo extruendo. adiutarent, & ſecuri de omnibus malis cultui tantùm diuino uacarent: percepturos enim
pro hoc pacem & bonum ac legitimum reipublicæ ſtatum, quæ præmia pijs ac iuſtis Deus
De arca ædificata in templo reponenda præceptum. ſolcat reddere. Poſtquam autẽ abſolutum fuerit templum, iuſſit arcam in eo reponi, cæte- B
ramq; ſacram ſupellectilem. cuius receptaculo iam pridem templum debuiſſet extrui, niſi
patres mandatũ Dei neglexiſſent, qui pręcepiſſet ut quàm primùm hoſtilem terram occu-
paſſent,templum illi ędificarent. Hæ fuerunt Dauidis adhortationes, tam ad filium, quàm
XV. ad principes. PRAEGRAVANTE aũt iam ſenio,& corpore per ętatem frigeſcente,alſi-
3. Regum 1. Dauid præ ſenio alſioſus. oſus factus eſt, ut ne iniectis quidem multis ſtragulis calefieret: cumq; ex communi medi-
corum cõſilio decretum eſſet, ut lectiſſima è formoſis totius regionis uirginibus cum rege
cubaret: hoc enim fore contra frigus remedium, fouente eum puella: inuenta eſt in urbe
una fœmina omnium eius ætatis pulcherrima, Abiſace nomine, quæ cum rege cubitans,
nihil aliud quàm recalefaciebat eum.iam enim præ ſenio ad uenereas res elanguerat.ſed de
hac uirgine paulo pòſt incidet mentio. Cæterùm quartus filius Dauidis iuuenis pulcher & C
Adonias regnũ affectat. magnus,ex uxore AEgiſtha ei natus,nomine Adonias,Abeſalomo quod ad ambitionẽ attinet ſimilis,de occupando regno cogitare cœpit,& cum amicis egit ut ſibi principatum deferrẽt: parauitq; ſibi currus multos & equos, & quinquaginta uiros ſtipatores: id quod pater uidens,nec obiurgauit eum,nec compeſcuit, ac ne ſciſcitatus quidem eſt, quid ſibi uellet talis apparatus. Adiutores autem habebat Adonias Ioabum imperatorem,& põtificem
Adoniæ ſuffragatores duo. Abiatharum. Soli aũt conatibus eius reſiſtebant, pontifex Sadochus, & propheta Nathan,
& Banaias præfectus ſatellitum, & Semeis Dauidis amicus,& fortiſſimi quiq;. Porrò Ado-
Adoniæ epulum. nias paratis in ſuburbano epulis,ad ſontem qui erat in hortis regijs, & inuitatis illuc omni-
bus fratribus, excepto Solomone, aſſumpſit ſecũ & imperatorem Ioabum,& Abiatharum,
& principes tribus Iudæ: pontificem uerò,& Nathanem prophetam,& Banaiam ſatellitum D
Nathan Bethſabæ Adoniam regnare indicat. præfectum ad hoc conuiuium non uocauit. Hoc Solomonis matri Bethſabæ propheta Na-
than indicauit,Adoniam regnare inſciente Dauide: ſuaſitque ut tam propriæ ſaluti, quàm
filij ſui regno conſuleret: ingreſſaque ad Dauidem ſola diceret ei, quòd ipſe quidem iuraſ-
ſet poſt ſe regnaturum Solomonem,& interim Adonias regnum occupaſſet. Hęc loquenti
cum rege ſe quoq; ſuperuenturum propheta pollicitus eſt, & uerbis eius teſtem futurum.
Bethſabe Solomoni filio regnũ à Dauide adiudicari poſtulat. Paruit Bethſabe, & regem adijt. Quo adorato impetrataq; dicendi copia, omnia ſicut pro-
pheta ſubmonuerat indicauit, expoſuitq; ordine quemadmodum Adonias epulum ador-
nauerit,& Abiatharum põtificem Ioabumq; principem exercitus uocauerit,& filios regios
abſq; Solomone ac eius neceſſarijs amicis. addebat etiam totũ populum ſuſpenſum expe-
ctare,quemnam eſſet ſucceſſorem declaraturus: ut cogitet rogans, quòd ſe defuncto mori E
neceſſe eſſet tam ipſam quàm Solomonem filium. Adhuc ea loquente cubicularij nunciãt
Nathanem ueniſſe ut regem uiſeret: & admiſſus percontabatur, num hodie regem decla-
ret Adoniam,& principatum ſuum in illum transferat.Parato.n.ſplendido conuiuio,uoca-
tos ab eo filios eius omnes excepto Solomone,& præter hos Ioabum imperatorem: hos o-
mnes ſuauiter epulãtes cum plauſu & alacritate fauſtis acclamationibus perpetuum impe-
rium nouo regi ominari. Sed neq; me,inquit,uocauit,neque Sadocum pontificem aut Ba-
naiam ſatellitio tuo præpoſitum. quare ęquum eſt ut ab omnibus ſciatur, num hæc gerantur ex tua ſententia. His auditis rex iubet acciri Bethſaben, exceſſerat enim cubiculo pro-
Bethſabe poſtulata receptat. pheta ueniente. qua introgreſſa: Iuro,inquit, tibi maximum Deum, regnaturum tuum fi- F
liũ,ut iam antè iuraui,eumq; in ſolio meo ſeſſurũ,idq; hac ipſa die.Ad quæ uerba cùm mu-
lier adorato rege lõgam ei uitam eſſet precata,Sadocum accerſit pontificem, & Banaiã præ-
fectum ſatellitũ: quibus mox uenientibus iubet ut aſſumpto Nathane propheta & cohor-
te regia,impoſitoq; filio ipſius Solomone in mulam regiam extra urbem illum deducerent
Gion fons. ad fontẽ qui uocatur Gion: unctumq; ſacro oleo regem declararẽt. hoc aũt munus Sadoco
põtifici & Nathani prophetæ iniũxit: mãdauitq; ut inuecto per mediã urbẽ pręcinẽte tubi-

cine

A cine proſequentium multitudo acclamaret: In æternum Solomon rex in ſolio regio ſedeat, ut notum fiat uniuerſo populo, regem eum à patre declaratum. Solomoni uerò præcepta imperandi dedit, ut iuſtè ac piè præſit tum Iudæ tribui, tum uniuerſo Hebræorum populo. Poſt hæc Banaias Deum Solomoni propitium fieri precatus, cum cæteris ſine mora eum in regiam mulam imponit: & deductũ extra urbem ad fontem, oleoq; unctũ, rurſum in eam cum fauſtis acclamationibus introducunt, ut multos annos in hoc principatu fœliciter exigat: moxq; adductum in regiam in ſolio collocant. Quo facto, populus totus ad conuiuia feſtiuitatemq; animum aduertit, choris & tibijs ſeſe oblectans, ut præ concentu inſtrumentorum terra ſimul ac aër reſonaret. Vt uerò has uoces Adonias & eius conuiuæ audiuêre, ſunt perturbati, & Ioabus imperator negauit ſibi placere uel ſonitũ illũ uel tubam. Cumq; B nemo frueretur appoſitis, ſed omnes cogitabundi accumberent, accurrit ad eos pontificis Abiathari filius Ionathas: & cùm Adonias libenter uiſum iuuenem bonum nũcium ominatus eſſet, ordine illis rem totam de Solomone & regis uoluntatem expoſuit. Quo audito, proripiunt ſe omnes è conuiuio, & ſuam quiſq; domum diffugiunt. Adonias autem ueritus ne rex factũ eius iniquo animo ferret, ſupplex ad altare confugit, & hoc apprehenſo ſe tutabatur. Quod ubi ad Solomonem eſt perlatum, quodq; rogaret fidem ſibi dari de obliuione huius iniuriæ, & ſecuritate impunitatis: clementer ſimul ac prudenter præteriti erati quidem ueniam ei conceſſit, ſed prȩmonito ut caueret in poſterum: alioqui ſi ampliùs aliquid nouare deprehenderetur, ipſum ſibi cauſam exitij futurum. miſit deinde qui illum ex aſylo educerent. qui cùm ueniſſet, nouumq; regem adoraſſet, iuſſit eum domum ſuam C abire nihil ſolicitum, ac in reliquũ curare ut uir bonus ſit, quandoquidem hoc ipſi maximè expediat. Dauid aũt uolens cum totius populi regem declarare, cõuocat principes Hieroſolyma, unà cum ſacerdotibus ac Leuitis. quibus recenſitis inuenit eorum qui trigeſimum annũ excederent XXXVIII millia: ex quibus deſignauit curatores ȩdificij templi ter mille ſupra uiginti millia: iudices uerò populi & ſcribas eorum ſex millia: ianitorum uerò domus Dei quatuor millia: tantundemq; eorũ qui hymnos Deo canerent, & inſtrumẽtis muſicis à Dauide, ut diximus, in hoc præparatis uterentur. Hos diuiſit in cognationes, & ſeparatis à reliqua tribu ſacerdotibus, uigintiquatuor eorũ cognationes inuenit: ex Eleazari familia ſexdecim, ex Ithamari octo. inſtituitq; ut una cognatio miniſtraret Deo per dies octo à ſabbato uſque ſabbatum: atq; ita ſortitio facta eſt omnium cognationũ in præſentia Da- D uidis & Sadoci ac Abiathari pontificum & omnium principum. & cuius prima ſors exijt, deſcripta eſt ȩognatio prima, & poſt hanc ſecũda, deincepsq; uſq; ad uigeſimã quartã: quæ quidem diuiſio durat uſq; in hodiernũ diem. Leuiticam quoq; tribũ in partes uigintiquatuor diuiſit: & ſortitione facta, & illis quemadmodum ſacerdotibus octoni miniſterij dies obuenerunt. Præcipuus autem honos Moyſis poſteris eſt habitus. Conſtituit enim eos cuſtodes theſaurorum Dei & donariorũ, quæ reges ſolent dedicare. inſtituitq; ut uniuerſa Leuitarũ tribus & ſacerdotes per ſuas quiſq; uices interdiu noctuq; circa cultum diuini numinis uerſarentur, ſicut olim à Moyſe præſcriptum fuerat. Poſt hæc totas copias in duodecim partes digeſſit, eisq; tribunos, centuriones & præfectos aſſignauit. continebat quæque pars millia uigintiquatuor, uoluitq; ut ſingulæ ſingulis menſibus ſtationem agerent circa regiã E Solomonis, unà cum tribunis ſuis ac centurionibus: & cuiq; ſuum ducem præfecit, uirum iuſtum & ſpectatæ bonitatis, quin & theſauris & uicis & agris, eorumque cultoribus, & armentis cum ſuis paſtoribus præfectos attribuit, quos nominatim recenſere neceſſe non habeo. Poſtquam autem omnia ſicut diximus ordinauit, aduocatis in concionem magiſtratibus Hebrȩorum & tribuũ principibus & ducibus, quos ſingulis exercitus ſui partibus præpoſuerat, adhæc omnibus qui negotijs & facultatibus regijs præerant, è ſuggeſtu celſiore in hunc modum multitudinem eſt allocutus: Fratres & populares, notum uobis eſſe uolo, ȩ cùm uoluiſſem templum extruere, multum auri eum in uſum & argenti centum millia talentorum comparaui. ſed Deus ipſe per prophetam Nathanem me uetuit, eo quòd bellis quæ pro uobis geſſi dextram hoſtili cruore contaminauerim: & filium meum regnique F ſucceſſorem templum ſibi iuſſit extruere. Nunc igitur quãdoquidem ſcitis quòd etiã maiores noſtri Iacobi filij cùm duodecim eſſent Iudas principatum obtinuit, & mihi cum ſex fratres eſſent, poſthabitis illis Deum ad me regnũ detuliſſe, nec eorum quenquam id factũ iniquè tuliſſe: ita ego quoque poſtulo, ut Solomone imperium conſecuto, cæteri mei filij nec contra illum, nec inter ſe inuicem ſeditiones agitent: ſed ſcientes hunc diuinitùs electum, libenter eius dominio ſint ſubiecti. Cùm enim ȩquum ſit, ſi Deus ita uelit uel exter-

Solomon uiuo patre inauguratur, & ungitur.

Adonias à Solomone ueniam impetrat.

Dauid populum in claſſes diuidit, uidelicet Sacerdotes in cognationes 24. 1. Paralip. 24.

Leuiticam tribũ in 24. partes.

Cuſtodes theſaurorum Dei. 1. Paralip. 26.

Copiarum partes. 1. Paralip. 27.

Dauidis concio ad populum de conſtruẽdo à Solomone templo. 1. Paralip. 28.

nos ferre dominos, quanto magis gratulari & fauere decet fratri, non ſecus quàm eiuſdem honoris participes. Ego ſanè nihil magis in uotis habeo, quàm ut promiſſiones Dei deducantur ad effectum, & felicitas, quæ hanc regionem ſub Solomonis regno manet, quampriùm totam eam occupet, & in perpetuum in ea duret. Quod quidem dubio procul ita futurũ eſt, & omnia rectè euenient, ſi tu fili mi pietatis & iuſticiæ patriarumq; legũ cuſtodem geras: alioquin ſi hæ non ſeruentur, nihil niſi triſte eſt expectandum. Hoc ſermone finito, inſpectantibus omnibus Solomoni templi deſcriptionem ac formam dedit, in qua fundamenta & cellæ tam inferiores quàm ſuperiores earumq; numerus & magnitudo ac capacitas deſignabatur: tum quo pondere quæque uaſa tam aurea quàm argentea fieri deberent præfiniuit, hortatusq; eſt eum ut ſummam diligentiam ad hoc opus adhiberet: ſimulque principes & tribum Leuiticam, ut eum adiuuarent, tum propter ætatem nondum ſat maturam, tum quia diuinitùs & ad regnum eſſet electus, & ad templum ædificãdum, quam quidem fabricam nequaquam fore difficilem, præparata per ſe iam antè materia, multis auri talentis, plurimis item argenti, & trabibus fabrorumq; ac cæmentariorum multitudine, & ſmaragdis alijsq; omnis generis gemmis. Poſtremò nunc ſe in hunc uſum ex proprio fiſco erogare alia tria millia talentorum auri puriſſimi, ad exornandum adytum & currum Dei Cherubinos, quos oporteret ſupra arcam ſtare, eamq; protegere. Poſtquam Dauid finem loquendi fecit, ſecuta eſt magna alacritas principũ & ſacerdotum, & tribus Leuiticæ, de ſuo quoq; cõferentium, & multa liberaliter ac magnificè pollicentium. Promiſerunt .n. ſe contributuros talentorum auri quinq; millia, & ſtateres decies mille: argenti uerò centũ millia, ferri quoq; talentorum multa millia. & ſi cui lapillus aliquis erat precioſus, afferebat & tradebat in theſauros reponendum: quorum curæ præpoſitus erat unus è Moyſis poſteris nomine Ialus. Ea res magna uoluptate affecit totum populum, & maximè Dauid uiſa principum ac ſacerdotum reliquorumq; omniũ promptitudine, elata uoce Deum laudauit, patrem ac conditorem huius uniuerſitatis appellitans, fabricatoremq; rerum tam humanarũ quàm diuinarum, & præſidem ac gubernatorem generis Hebræorum, eorumq; felicitatis & regni ab ipſo ſibi commiſſi. Poſthæc precatus omni populo bona omnia, priuatimq; filio mentem bonam & iuſtam, omniq; uirtute præditam: iuſſit ut populus quoq; Deo laudes perſolueret. Illi uerò proſtrati humi Deum adorauerũt. uerſi deinde ad Dauidem, pro omnibus ei bonis, quæ ipſo regnante perceperant, gratias egerunt. Sequenti uerò die ſacrificia ſunt inſtaurata, mille uitulis, mille arietibus, mille agnis in holocautoma oblatis: ad pacifica quoque ſacrificia multis millibus uictimarum mactatis: & tota ea die rex unà cum omni populo feſtiuitati operam dedit: Solomonq; denuò eſt inunctus & legitimus rex declaratus: ſimulq; Sadocus pontifex totius multitudinis deſignatus. Deducto deinde in regiam Solomone & in ſolio paterno collocato, ex ea die in poſterum obedientes ei fuerunt.

Deſcriptio ac forma templi erigendi Solomoni demonſtrata.

Theſaurus ad templi ædificationem contributus.

2. Paralip. 29.

Sacrificat populus.

Solomonis inſtio.

A.M. 2930. Ante Chr. nat. 1041. XVI

Mors Dauidis, quantum filio ad ſtructuram templi reliquerit. CAP. XII.

PAulo autem pòſt Dauid accedente ad ſenium morbo, uidens iam inſtare ſibi mortem, accito Solomone, ſic illum eſt affatus: Ego, fili, fato uocante ad patres meos abeo, & uiam omnibus qui nũc ſunt, quiue pòſt erunt, communem ingredior: quam remetiri non licebit, nec quid in hac uita geratur reuiſere. Quapropter uiuens adhuc & morti uicinus iterum atque iterum te moneo, quæ & antè cõſului, ut iuſtus ſis erga ſubditos, & pius erga Deum qui te hoc regno cohoneſtauit: utq; cuſtodias præcepta eius & leges, quas nobis per Moyſen demiſit: & caue ne uel gratia uel aſſentatione aut cupiditate aliáue affectione ad neglectum earum deflectas. Nequaquam .n. Dei fauorem poteris retinere, niſi ſeruatis eius legibus, alioqui ſuam prouidentiã à te auertet. Quòd ſi talem te exhibueris qualem decet & qualem optamus, efficies ut regnum in familia noſtra maneat, & nulla unquã alia domus præter noſtram in Hebræos dominationẽ obtineat. Memẽto etiam ſceleris Ioabi, qui propter æmulationem duos duces iuſtos ac bonos interemit, Abenerũ Neri filiũ, & Amaſam filiũ Iethranis. Eorum tu mortem tuo arbitratu ulciſci tor, quandoquidem hactenus pœnam euaſit Ioabus, quòd meipſo eſſet potentior Commendo tibi etiam Berzellæi Galaditæ filios, quos mea cauſa omni honore ac ſtudio proſequêris, non cõferens in eos beneficium: ſed referẽs, pro officiis quæ pater illorũ in me exulem liberaliter congeſſit, & per quæ nos ſibi debitores effecit. Præterea Geræ filiũ Semeim Beniamitã, qui me pulſum multis affecit conuicijs, quando Caſtra petebã, moxq; ad Iordanem occurrens fidem incolumitatis tunc à me impetrauit, nũc occaſione æqua quæſita punito. His mandatis filio de Republica, & amicis, & eis quos pœna dignos ſciebat, expirauit,

Ioabi Abneri et Amaſæ interemptor.

Dauidis mors et laudes.

exa-

A exactis ſeptuaginta uitæ annis, poſtquã regnaſſet apud Hebronem, tribui Iudæ imperitans annos ſeptem, & menſes ſex, Hieroſolymis uerò uniuerſæ regionis rex annos triginta tres: uir optimus, & omnibus uirtutibus præditus, quas regem tot gentium incolumitati proſpicientem habere oportebat. Nam fortis erat ut nemo alius: & in certaminibus pro ſubiectorum tutela ſuſceptis primus ſe periculis obijciebat, exemplo ſuo militem ad præclara facinora excitans, & non tanquam dominus pro imperio ad officium cogens. Idem in conſilijs prudentiſſimus, & egregiè callens quid in præſens, quíduc in futurũ conduceret. adhæc ſobrius, mitis, benignus erga calamitoſos, iuſtus, humanus, quæ quidem præcipuæ ſunt regum uirtutes. nec in tanta poteſtate unquam ab æquitate deflexit, niſi quòd ad Vrię uxorem attinet. Tantas præterea diuitias reliquit, quantas nullus alius rex uel Hebræorum uel aliarũ gentiũ. Sepeliuit autem eum filius Solomon Hieroſolymis magnificè, præter ſolennia illa in regum funeribus, illatis etiam in monumentum eius maximis diuitijs, quarum magnitudinem facilè ſit coniectare ex hoc quod dicemus. Nam poſt annos M C C C. Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrij filio, uolens pecuniam ei dare, ut abducto exercitu obſidionem ſolueret, nec ualens aliunde ſumere: aperta cella monumenti Dauidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumque parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo ſe exemit, ſicut & alibi indicauimus. Ac rurſum poſt multos annos elapſos, Herodes rex alia cella aperta magnam pecuniam ſuſtulit: ad loculos tamen qui regum cineres continebant, neuter eorum peruenit. ſingulari enim arte ita erant ſub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inueniri nequirent. Sed de his hactenus dixiſſe ſufficit.

Dauidis anni uita, et regiminis.

Regum uirtutes præcipuæ.

Dauidis ſepultura.

Theſauri in ſepulchro Dauidis reconditi.

Herodes monumẽtum Dauidis ſpoliat.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER OCTAVVS.

Quomodo Solomon regnum adeptus inimicos expulit. CAP. I.

A.M. 2031. Ante Chr. nat. 1040.

DE Dauide igitur & eius uirtute, quantorumque bonorum ſuæ genti autor fuerit, & quantis bellis fœliciter geſtis ſenio confectus deceſſerit, in proximo uolumine docuimus. Cæterùm poſteaquam Solomon eius filius, ætate etiam tum iuuenis, regnum adeptus ex ſententia patris & decreto diuini numinis in ſolio conſedit, populus quidem totus, ut nouis regibus ſolet, fauſtis acclamationibus precatus eſt ei perpetuam rerum fœlicitatem, utque eius imperium lautum beatiſſimumque duraret uſque ad ſenectutem. Adonias uerò qui etiam uiuente patre occupare conatus fuerat regnum, acceſſit ad regis matrem, eamque blandè ſalutauit. Qua quærente, nunquid ueniſſet quòd opera ſua opus haberet? omniaque benignè pollicente, orſus eſt dicere, ipſam quoque noſſe, quòd tam ætatis prærogatiua, quàm populi conſenſu regnum ſibi deberetur: ſed quoniam Deo uiſum ſit id transferre in filium eius Salomonem, ſe quoque libenter ferre illius dominationem, & contentum eſſe præſenti conditione. rogauit deinde, ut apud fratrem, pro ſe ageret, eique perſuaderet, ut ſibi nuptum daret Abiſacen, cum patre cubare ſolitam. Eſſe enim adhuc uirginem, quòd pater prę ſenio congreſſus cum ea nõ eſſet. Bethſabe uerò promittit operam ſuam in hoc negocio, & de hoc coniugio benè eum ſperare uoluit, tũ quòd rex ultrò fratri gratificari cuperet, tum quòd eò preces matris eſſent acceſſuræ: atque ita plenum ſpe hominem dimiſit: moxque ipſa ad filium properauit, collo quutura de eo, quod Adoniæ petenti promiſerat. cui cùm filius occurriſſet, complexuque eam excepiſſet, deducta in cubiculum, in quo tum erat regia ſella, ſedit; iuſſitque alteram matri à dextris poni. Quæ poſtquam conſedit: Vnam, inquit, gratiam fili petenti mihi annue, ne que tuo renutu triſtiorem facias. Reſpondit ille, iuberet, quicquid uellet: pium enim eſſe, matri quidlibet concedere: nec oportuiſſe eam ſic præfari, quaſi negaturũ ſuſpicaretur, ſed certam impetrandi ſpem habere. Tum illa rogat, ut uirginẽ Abiſacen Adonię fratri nuptum tradat. At rex iratus dimiſit matrem, dicens Adoniam maiora moliri, mirariq; ſe, quòd non eam

Solomõ poſt Dauidis obitum rex Iſraelit.

Adonias Abiſacem poſtulat, in matrimonium.

Bethſabea pro Adonia apud Salomonem filiũ ſuum intercedit.

dem opera poſtularet, ut regnum ei tanquam natu grandiori cederet, quando Abiſacæ con- A
iugium expetat, habens amicos potentes, Ioabum imperatorem copiarum, & Abiathari
Adonias occiditur. ſacerdotem. Moxque accito Banaia præfecto ſatellitum, mandauit ei ut Adoniam fratrem
interficeret. Vocato deinde Abiatharo ſacerdote: Te, inquit, ſupplicio eximunt tum alij la-
Abiathar ablegat Solomon. bores acti cum meo patre, tum illud præcipuè, quòd unà cum eo arcam tranſtuliſti. Hæc au-
tem pœna tibi erit Adoniæ partes ſequuto, ut neque hîc maneas, neque in conſpectum meũ
uenias: ſed abi in patriam tuam, & illic ruri uiue, atque ibi uſque ad mortem dege, quando-
quidem talia commiſiſti, propter quæ indignus es, ut honoribus fruaris. Ob hanc igitur cau
Sacerdotalis dignitas à domo Ithamari, in genus Phineeſſis traducitur. ſam ablatus eſt ſacerdotalis honor à domo Ithamari, ſicut Deus Eli prædixerat auo Abiatha- B
ri, & translatus eſt in genus Phineeſſis ad Sadocum. Cæterùm eo tempore quo pontificatus
in Ithamari domo fuit, poſt Elim primùm ex ea familia pontificem, ex Phineeſſis gente pri-
uatam uitam egerunt hi: filius Ioſephi pontificis Boccias, & huius Ioathamus, Ioathami ue-
rò Maræothus, & Maræothi Arophæus: Arophæi Achitobus, cuius fuit Sadocus, qui pri-
Ioabus Adoniæ nece intellecta extimuit. mus Dauide regnante pontifex eſt creatus. Porrò Ioabus imperator audita nece Adonię ual
de extimuit. eius enim amicitiam magis quàm Solomonis regis coluerat, & ideo non imme
rito malè ſuſpicans ad altare confugit, impunitatem ſe inde quæſiturum exiſtimans, propter
regis erga Deum pietatem. Qui poſteaquam de Ioabo renũciatum eſt, miſit Banaiam, qui ci-
taret eum ad tribunal cauſam dicturum: Ioabus autem negabat ſe fanum relicturum, ſed i-
Ioabus in tẽplo interficitur. bi potius quàm aliàs moriturum. Hoc eius reſponſo per Banaiam accepto, rex iuſſit ut inibi
caput eius ita ut uellet abſcinderetur, & hãc pœnam lueret pro duobus imperatoribus, quos
contra omne fas peremerat. Corpus uerò ſepeliri, ut peccata eius apud poſteros manerent, C
ipſe uerò ac pater innocentes eſſent, quòd ad Ioabi mortem attineret. Banaias uerò exe-
Pontificatum Abiatharo abrogatur. quutus mandatum, ipſe in imperium copiarum ei ſucceſſit. Poſt hæc abrogato Abiatharo
pontificatu rex ſolum Sadocum id ſacerdotium obtinere uoluit. Semei deinde imperauit
domo Hieroſolymis extructa inibi apud ſe manere, interdicto Cedronis torrentis trãſitu: aut
ſi ſecus fecerit, eſſe capite mulctandum. nec contentus graui interminatione, iureiurando
hominem ad id mandatum ſeruandum adegit. Semeis uerò profeſſus gratiam ſe habere So-
lomonis mandato, & iuratus facturum ſe imperata, patria relicta Hieroſolymis domicilium
habuit. Triennio dein exacto, cùm audiſſet duos fugitiuos ſuos apud Gittam agere, retra-
cturus eos illuc proficiſcitur. Rex autem poſteaquam intellexit eum unà cum illis reuer-
ſum, ægrè tulit non præſcriptum modò ſuum contemptim habitum, ſed ſacramentum e- D
Semei mors. tiam Dei uiolatum. Accitoque mox: Nónne tu, inquit, iuraſti te nunquam me derelicturum,
A.M. 2933. neque ex hac urbe in aliam cõmeaturum? non euades pœnam periurij, uir peſſime: ſed lues
Ant. Chr. etiam illa quæ olim per petulantiam in patrem meũ iectum es debacchatus: ut ſcias quòd
nat. 1038. nihil lucrentur nocentes, etiamſi non ſtatim poſt peccatum puniantur, ſed per omne tem-
Pœna quæ differtur, nõ auferetur. pus, quo propter impunitatem ſecuri ſibi uidentur, creſcit illorum pœna, quam iam pridie
ſunt meriti. atque ita Semeim iuſſu regis Banaias interfecit. Solomon autem ſublatis iam
II. inimicis, regnoque conſtabilito, Pharaonis AEgyptiorum regis filiam duxit uxorem: inſtau-
Solomõ uxorem ducit. ratisque Hieroſolymorum mœnibus maioribus multo & munitioribus, in tranquilliſſima
pace Rempublicam deinde adminiſtrauit, nihil impeditus iuuenili ætate, quo minus uel iu
ſticiam coleret, & leges cuſtodiret, uel mandata, quæ à patre morituro acceperat, exequere- E
tur: ſed non ſecùs ac ſi grandis natu eſſet, maturæque iam prudentiæ, omnibus rebus dili-
gentiſſimè proſpiciebat.

De ſapientia Solomonis & prudentia & diuitijs, quodq; primus Hieroſolymis templum ædificauit.

CAP. II.

3. Reg. 3. 2. Paralip. 1.

Deus Solomoni in ſomnis cõſpectus eũ quicquid cuperet, petere iubet.

IIſum eſt autem ei Hebronem petere, & ſuper altare æreum à Moyſe fabricatum ſa
crificare, mille uictimarum holocautomatis cœleſti numini oblatis: qui honor
Deo fuit acceptiſſimus. illa ipſa enim nocte cùm in ſomnis ei conſpiciendum ſe
præbuiſſet, iuſſit eum poſtulare quicquid donorum pro hac pietate rependi ſibi
Solomõn à Deo ſapientiam petit. cuperet. Solomon uerò pulcherrimum quiddam ac maximum petijt, quod & Deus liben- F
Deus Solomoni nõ tantum ſapientiã poſtulatã, uerum etiam diuitias & gloriã pollicetur. tiſſimè largitur, & homini eſt utiliſſimum. Non enim aurum aut argentum aut alias id ge-
nus diuitias, ut & homo & iuuenis petijt. nam hæc ſola uulgò hominum uidentur expeten-
da, hæc ſola diuina munificentia digna. Sed da mihi, inquit, Domine, mentem ſanam, & in-
tellectum bonum, ut his acceptis populum hunc uerè ac iuſtè iudicare ualeam. Hac poſtu-
latione delectatus Deus pollicitus eſt ſe etiam alia quæ non petierat, additurum, diuitias &
gloriam;

A gloriam: ſed ante omnia talem intellectum ac ſapientiam, qualem antehac nemo habuerit uel regum uel priuatorum. Adhæc conſeruaturum regnum in eius familia per multas ætates, modò iuſtus eſſe pergat, Deoque parêre, & paternis ueſtigijs incedere, præcipuas eius uirtutes imitando. His diuinitùs auditis, Solomon è ſtratis ſe proripit, & adorato Deo, Hieroſolyma eſt reuerſus: & mactatis ante tabernaculum plurimis uictimis, epulum omnibus ſuis exhibuit. Per eoſdem dies iudicium ad eum delatum eſt arduum, cuius exitum inuenire erat difficilè. Rem autem controuerſam, de qua lis erat, neceſſarium duxi indicare, ut qui hæc legent, difficultatem decernendi intelligant: & ſi quando tale quippiam inciderit, ad exemplar ſolertiæ regiæ facilitatem diſquirendi ſibi comparent. Duæ mulieres quæſtus meretricij uenerunt ad eum, quarum altera, quæ iniuriam pati uidebatur, ſic B eſt exorſa: Ego, rex, & mulier hęc habitamus in eodem cubiculo. Accidit autem ut ambæ eadem die, eademque horâ infantes maſculos pareremus. Poſt triduum iſta iuxtà cubantem ſuum infantem per ſomnum oppreſſit, & ſublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in ſinum impoſuit. Illuceſcente die mammam præbere uolens infanti, meum non inueni, ſed iſtius mortuum uidi iuxta me iacentem: id quod certiſſimis indicijs deprehendi. & quia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium, domine, confugi. nam quia propter ſolitudinem nemo eſt qui coarguat, pertinaciter quod meum eſt abnegat. Tum rex interrogat alteram, ecquid habeat, quod accuſationi huius opponat? Illâ negante ſe hoc feciſſe, & aſſeuerante, ſuum eſſe ſuperſtitem infantem, alterius uerò mortuum: neminequę inueniente, quid decerni poſſet, ſed omnibus, ut in re obſcuriſſi- C ma cæcutientibus, ſolus Rex tale quiddam excogitauit. Iuſſis afferri infantibus, tam uiuo quàm mortuo, uocat quendam è ſatellitibus, imperatque ut ſtricto gladio puerum utrumque ſecet in duas partes: quò utraque dimidium accipiat tam uiui, quàm mortui. Hanc ſententiam totus populus tacitè deridebat, ut puerilem: ſed interim cùm uera mater exclamaſſet, non ita faciendum, ſed potiùs alteri addicendum infantem, ſibi enim ſat eſſe ſi uiuum uideat, etiamſi alienus exiſtimetur: altera uerò parata eſſet uidere infantem diuidi, & inſuper poſtularet ut ipſa quæſtioni ſubijceretur. rex animaduertens utriuſque uoces à uero profectas, ei quæ exclamauerat, infantem adiudicauit, quòd hæc reuerà mater eſſet: alterius uerò malitiam damnauit, quòd & ſuum perdidiſſet, & amicæ infantem perdere conaretur. Vi- 3. Reg. 4.
ſum eſt hoc populo inſigne argumentum regiæ prudentiæ ſimul & ſapientiæ, & ex illa die D non ſecùs, quàm diuina mente prædito obtemperabant. In tota autem ſua ditione præfectos & duces habuit hos: Toparchiæ Bethlemis, quæ ſortem Ephræmi complectebatur, præerat Vres. Ea uerò in qua Dora ſunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat ſub Banaia filio Achili, cuius præfecturæ contributa erat, & ea regio quæ uſque ad Iordanem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam ad uſque montem Libanum, urbesque in eis ſexaginta magnas ac benè munitas Gabaris adminiſtrabat. Achinadabas Galilææ toti Sidonem uſque præerat, habens & ipſe in matrimonio Solomonis filiam nomine Baſiman. Maritimam uerò quæ eſt circa Arcen, Banacates obtinebat: Saphates Itabyrium montem & Carmelum, totamque uſque ad Iordanem fluuium Galilæam. Subeæ Beniamitica ditio fuit commiſſa. Tabares regionem trans Iordanem ſitam ſub ſe habuit, & E rurſum his omnibus unus præerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctæ ſunt res Hebræorum, & tribus Iudæ, populo ad agrorum colendorum ſtudium conuerſo. Pace enim fruentes, & nullis bellicis tumultibus diſtracti, ad hæc optatiſſima libertate auidè perfruentes, in hoc potiſſimum erant intenti, ut ſuas quiſque facultates augeret, & maioris precij faceret. Erant præterea regi alij præfecti, qui Syrorum cæterorumque barbarorum Euphratem inter & AEgyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi extranei conferebant in quotidianos regiæ menſæ ſumptus ſimilæ coros triginta, farinæ ſexaginta, ſaginatos boues decem, & paſcuales uiginti, & ſaginatos agnos centum: præter capturas uenationum, quæ conſtabant ceruis ac bubalis, præterque aues & piſces. Tantam etiam curruum multitu- F dinem habebat, ut quadraginta millia præſepium numerarentur, in quibus equi iugales alebantur. Et præter hæc equitatus ei fuit duodecim millium, quorum media pars Hieroſolymis circa regem uerſabatur, reliqui uerò ſparſim per agros regios degebant: & qui regijs impenſis præerat, idem etiam equis neceſſaria ſuppeditabat, eò conuehendo, ubi Rex habitabat. Tanta autem fuit ſapientia & prudentia præditus, quam Solomon rex diuinitùs acceperat, ut omnes priſcos ſuperaret, atque etiam AEgyptios, qui

3. Reg. 3. Solomonis diuinum iudicium ſuper duarum mulierum controuerſia.

Solomon utrumque puerum gladio ſtricto diſſecari imperat, atque ueram eius matrem deprehendit.

Solomonis præfecti.

Solomonis filia Baſiman Achinadabæ nupta.

Pax Hebræis Solomonis tempore fulſit.

Sumptus Solomonis quotidianus.

2. Paralip. 1. uer. 14. 15. 16. 17.

Solomonis ſapientia.

Sapientes Hebræorum. qui omnium sapientissimi habentur, longè post se relinqueret. præcellebat etiam eos, qui A
per idem tempus, in maxima opinione sapientiæ fuerunt ad Hebræos, quorum nomina non
tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, AEmanus, Chalceus, Dodanus, filij Hemaonis. Com-
Solomonis scripta. posuit etiam libros Odarum & Carminum quinque supra mille, & parabolarum ac simili-
tudinum libros ter mille. cuilibet enim speciei plantarum suam adhibuit parabolam, ab hy-
sopo usque ad cedrum: idem fecit de pecoribus & cæteris terrestribus animantibus, natati-
libus que & quæ per aerem feruntur. nullius enim horum naturam ignorauit, aut inscruta-
tam reliquit: sed circa omnes philosophatus est, & scientia proprietatum earum summam
præstitit. quin & eam rem diuinitùs consecutus est ad utilitatem & medelam hominum,
Solomonis incantationes. quæ aduersus dæmones est efficax. Incantationes enim composuit, quibus morbi pellun-
tur, & coniurationum modos scriptos reliquit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, ut B
in posterum nunquam reuertantur: atque hoc sanationis genus nunc usque plurimùm a-
Eleazarus dæmonum incantator. pud nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præsentia
Vespasiani & filiorum & tribunorum reliquorumque militum multos arrepticios percu-
rantem. Modus uerò curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, sub cuius si-
gillo inclusa erat radicis species à Solomone indicatæ, ad eius olfactum per nasum extrahe-
bat dæmonium: & collapso mox homine, adiurabat id ne amplius rediret, Solomonis in-
terim mentionem faciens, & incantiones ab illo inuentas recitans. Volens autem Eleaza-
rus his qui aderant ostendere suæ artis efficaciam, non longè inde ponebat poculum aut po-
lubrum aqua plenum, imperabatque dæmonio hominem exeunti, ut his subuersis signum
daret spectantibus, quòd reliquisset hominem. Quo facto, nemini dubium erat quanta fuis- C
set Solomonis scientia & sapientia: quamobrem libuit hoc quoque narrare, ut omnibus
nota sit eximia regis huius natura: quamque charus Deo fuerit, & in omni genere uirtu-
3. Reg. 5. tum excellentissimus. Porrò Tyriorum rex Iromus audito quòd Solomon patri in regnum
successisset, uehementer est gauisus: nam Dauidis amicus fuerat: & per legatos salutato gra-
tulatus est præsentem fœlicitatem, per quos Solomon scripsit ad eum in hunc ferè mo-
Solomonis literæ ad Iromum. dum. Solomon Iromo regi. Scito patrem meum cùm uoluisset ædificare templum Deo, bel-
lis assiduis impeditum. neque enim priùs à subiugandis hostibus destitit, quàm omnes sibi
Solomon ab Iromo fabros sibi transmitti expetit. tributarios redderet. Ego uerò gratias ago Deo pro pace, qua nunc fuimur, & præsenti ocio
decreui uti ad extruendum cœlesti numini domicilium. Id enim à me fabricandum, iam an-
tè patri meo Deus prædixit: quamobrem rogo ut aliquos unà cum meis mittas in montem D
Libanum ad materiem cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonij meliùs callent,
quàm nostrates. Mercedis autem quanta huiusmodi operarijs persoluenda sit, te arbitrum
Iromi literæ ad Solomonem. facio. Eam epistolam Iromus libenter legit, Solomonique in hunc modum rescripsit. Rex I-
romus regi Solomoni. Gratia Deo debetur, quòd tibi paternum principatum tradidit, uiro
sapienti & omni uirtutum genere prædito. Quare cùm mihi gratum sit istud, uoluntati tuæ
obsequar. Excisis enim multis & magnis trabibus cedrinis atque cypariſſinis, per meos ad
mare deducendas curabo: eosdemque iubebo ut compactis ratibus ad quemcunque uolue-
Iromus à Solomone remitti sibi frumentum requirit. ris tuæ regionis locum eas appellant, unde post per tuos Hierosolyma deportentur. Tu ue-
rò hanc nobis gratiam repones, ut nobis frumentum suppedites, quo utpote insulares indi-
gemus. Harum literarum exemplaria hodieque durant, tam in nostris, quàm Tyriorum an- E
nalibus: & si cui libuerit hæc certius cognoscere, impetrata à publicorum commenta-
riorum conseruatoribus uisendi copia, comperiet Tyriorum scripta consonare cum his quę
à nobis produntur. quod ideo admonui, ut qui hæc legunt, sciant nos nihil ueris affingere,
neque uerisimilia quædam, & ad delectationem accommoda narrationi nostræ interse-
rere, atque deinde postulare, ut lector nihil amplius disquirendo fidem nobis habeat: quā-
doquidem in hac commentatione à decoro discedere absque nefario scelere non licet. Qua
propter non recusamus, quin scripta nostra reijciantur, nisi talia sint, ut eorum ueritas uali-
Solomon Iromo frumentum, oleum, unumq; mittit. dissimis argumentis approbari possit. Cæterùm Solomon rex acceptis regis Tyriorum lite-
ris, & facilitatem eius, & beneuolentiam collaudauit. & insuper quibus ipsum cupere intel-
lexit, præmijs eum est remuneratus, frumenti annuos bis mille coros mittendo, & totidem F
olei bados. badus autem capit sextarios L X X I I. parem quoque uini modum illi exhibuit.
Et ab his initijs amicitia regum horum exorta, maioribusque incrementis aucta, in tantum
Solomonis operarij ad templi structuram. adoleuit, ut in perpetuum firma duraverit. Solomon autem à populo suo milia X X X. ope-
rariorum exegit, prudenter inter eos operas partitus, quo minus labor sentiretur. Decem e-
nim millia iussit in Libano syluam per mensem integrum cædere, ac deinde per duos alios-

domi

A domi interquieſcere, dum reliqua uiginti millia ſuum opus abſoluunt, ita ut quarto demum menſe labor ad primos illos decies mille rediret. His omnibus Adoramus eſt præpoſitus. Præter hos erant in opere inquilini illi, quos Dauid eò deſtinauerat, conuectores ſaxorum cæteræque materiæ LXX M, & cæmentarij LXXXX M. magiſtrique horum ter mille & CC. ijs mandatum fuerat ut ſaxa prægrandia exciderent in uſum fundamentorũ templi, eaque in monte prius in quadrum dedolata, ita demum in urbem conuehèrent: idque non modò indigenis, ſed & miſſis ab Iromo opificibus erat iniunctum. EXORSVSQVE eſt Solomon fabricam hanc anno regni ſui quarto, ſecundo menſe, quem Macedones Artemiſium uocant, Iar uerò Hebræi, annis DXC. duobus, poſtquam Iſraelitæ AE- 3. Reg. 6. 2. Paralip. 3.

B gypto exceſſerant: mille & XX annis poſt Abraami ex Meſopotamena regione in Chananæam migrationem: poſt diluuium uerò annis MCCCCXL. quòd ſi ab Adamo creato uſque ad templi ædificationem temporum ratio ſubducatur, comperiẽtur anni MMMCII. *Templum ædificari quãdo cœperit.*

Initium uerò fabricandi templi in annum undecimum regni Iromi incidit, apud Tyrum regnantis, quæ condita eſt CCXL. annis antequam templum extrueretur. Iecit igitur rex in altiſſimam terræ profunditatem fundamenta templi è ſaxis ualidiſſimis, quæ contra omnem temporum iniuriam reſiſtere poſſent, ita ut cum contigua terra coalita ſolum ac firmamentum imponendis ſubſtructionibus præberent, & propter inconcuſſam ſoliditatem facilè molem ædificij cum paratu ornamentorum ſumptuoſiſſimo perferrent, non minorem admirationem habitura, quàm quæ ſupernè ad amplitudinem, pulchritudinem & magnificentiam operis per artifices elaborata ſunt. extruxeruntque illud uſque ad lacunar ex *Solomon templũ conſtruit.* A.M. 2934. Ante Chr. nat. 1037.

C albo lapide. Huius ædificij altitudo fuit cubitorum ſexaginta, & totidem longitudo, latitudo uerò uiginti. Super hoc autem erat aliud ædificium pari menſura, ita ut tota altitudo templi centum uiginti cubitis conſtaret. uerſum autem erat ad Orientem. Et ueſtibulum in aditu eius erat uiginti cubitorum longitudinis, ſecundum menſuram latitudinis templi, latum cubitos decem, ſurgens in altum cubitis centum uiginti. In circuitu deinde templi conſtruxit triginta cellas, quæ inter ſe conſtipatæ externè parietes templi fulciebant. erantque earum aditus per alias in alias. & patebant ſingulæ in longum quinque cubitos, ac totidem in latum, & uiginti cubitis attollebantur. Super has alia ſeries cellarum erat extructa, ſuper quam rurſum aliæ, omnes inter ſe numero & amplitudine pares, ita ut coniunctæ inferius ædificium æquarent altitudine. Nam ſuperiùs non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ quidem ſuum quæque tectum habe- *Tẽpli altitudo, longitudo, & latitudo. Porticus. Cellæ.*

D bant, nõ proximo contiguum. reliquum ex longiſſimis trabibus erat conſertum, ad utrumque latus pertingentibus, ita ut ipſi parietes hoc pacto confibulati firmiores redderentur. His trabibus ſubnexa erant laquearia polita, cælaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiã cedrinis tabulis auro illitis erant incruſtati, ita ut omnia reniterent auro, & intrantium oculos fulgor undique occurrens perſtringeret. Tota uerò ſtructura ex lapidibus politiſſimis conſtabat, ita ad unguem inter ſe quadrantibus, & commiſſuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum uſquam mallei aut cuiuslibet fabrilis inſtrumenti ueſtigium appareret, ſed connata potius omnia quàm arte congeſta uiderentur. Porrò aſcenſum in ſuperiorem tem- *Trabes. Parietes auro obducti. Aſcenſus.*

E pli partem commentus eſt rex in craſſitudine muri. Hæc enim pars non habebat ab oriente magnam ianuam ut inferior, ſed à lateribus inerãt parua hoſtiola. nec parùm ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ intus foriſque adhibitæ, ſe inuicem complectentes, & craſſis catenis inter ſe conſtrictæ. Diuiſo deinde in duas partes fano, penetrale eius uiginti cubitorum nulli fecit acceſſibile, reliquum quadraginta cubitorum ſpacium ſanctum templum: & in pariete adytum à reliquo corpore ſeparante fores appoſuit cedrinas, has quoque cælatas & inauratas, eas prætexuit uelis picturatiſſimis, hyacintho, purpura, cocco, byſſoque ſplendidiſſimo ac molliſſ. diſtinctis. Poſt hæc in adyto uiginti cubitos quaquauerſum patente dedica- *Templi duæ partes diſtinctæ. Cherubini duo:*

F uit duos cherubinos ex auro ſolido, utrunque quinque cubitorum altitudine. Vterque duas alas habebat ad quinq; cubitos protenſas: quapropter nõ longo ſeiunctos interuallo ſtatuit, ut una ala auſtralẽ parietem attingeret, altera ſeptentrionalẽ: reliquæ duæ ſeſe contingẽtes in medio ſitam arcam protegerent. Hæ cherubicæ effigies qua nam ſpecie fuerint, nemo uel conijcere poteſt uel eloqui. Pauimentum etiam templi conſtrauit laminis aureis. Ianuæ demum fores altitudini parietis proportione conuenientes addidit, latas cubitos uiginti, & auro illitas. Atq; ut compendio dicam, nihil tam intùs, quàm foris omiſit, quod non inauraret. Oppãſum eſt præterea aulæũ & huic ianuæ, ſimile illi quod interior ianua habuit. Cæterùm ueſtibuli porta nihil tale habebat. Accerſiuit autem Solomon Tyro ab Iromo artificem *Pauimentum. Fores.*

nomine

Chiramus opifex Tyrius, quo uſus eſt Solomõ. Columnæ.

nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Iſraelitis oriundo, opifi- A
cem inſignem in quauis materia, ſed præcipuè in auro & argento ac ære. Huius opera uſus
eſt in omnibus quæ artificioſe in templo fieri uoluit. Is fecit duas columnas æreas craſſitudi-
ne quatuor digitorum, altas decem & octo cubitos, quarum circumferentia duodecim cu-
bitos cõplectebatur, his impoſita erant capitella fuſilia liliata, proceritate quinque cubito-
rum: quibus circundata erãt retiacula ærea quæ operiebant lilia, dependebantque inde duæ
ſeries malorum punicorum ducentorum numero. Has columnas poſuit in aditu ueſtibuli,

Mare uas aheneum. Labrum fuſile.

alteram à dextris nominatam iachin, alteram à ſiniſtris nominatam boaz. Fecit etiam uas a-
heneum fuſile ſemiorbis ſpecie, quod propter capacitatem appellatum eſt mare. Erat enim
labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, craſſitudine palmari. eius medi- B
tullium ſuſtinebatur ſpira decies replicata, cuius dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum cir
cumſtabant duodecim iuuenci ad tractus quatuor uentorum obuerſi terni, quorum poſti-

Baſes æreæ.

ca introrſum uergebant, ut eis orbiculare illud uas incumberet, in medio ſui depreſſius. Ca-
piebat autem hoc mare congiorum tria millia. Fecit præterea labrorum decem baſes æreas
quadrangulas. harum quæque longitudine fuit cubitorum quinque, latitudine quatuor, al-
titudine trium. huius operis partes ſeorſim fabricatæ ſic compingebantur. Quatuor erant co
lumellæ per totidem angulos diſpoſitæ quadrangulæ, quibus latera baſium utrinque inſere
bantur. erant autem hæc tripartita, & inter iuncturas cælaturis diſtincta, alibi leonis effigie,
tauri alibi aut aquilæ. Columellæ quoque eiſdem cælaturis erant ornatæ. Totum uerò opus
quatuor rotis ſuſpendebatur, quæ fuſiles erant, habebantque modiolos & radios, ſeſquicubi
tali inter utramque extremitatem interuallo. eratque mirum uidere rotarum circumferen- C
tias, quomodo lateribus baſium coaptatæ cantis ſuis inſiſtebant. Angulos autẽ ſupernè con
tinebãt fuſiles humeruli manuum extenſarum. his impoſita erat ſpira, cui labrum inſerebatur, ita ut manibus ſuſtineri uideretur: qua parte effigies leonum & aquilarum ſic erant ada-
ptatæ, ut connatas putares, interuenientibus inter eas palmarum arbuſculis. Atque hæc fuit

Labra.

decem baſium ſtructura. Deinde ex eodẽ ære fecit decem labra rotunda conchæ ſpecie, quo-
rum quodq; capiebat congios quadraginta. erat enim altitudo quatuor cubitorũ, & tantum
dem ſpacij patebat inter margines. Ea labra decem illis baſibus impoſuit, quas mechonoth
ſua lingua appellabant. horũ quinq; ad ſiniſtrum latus templi ſeptentrionale collocauit, to-
tidem ad dextrum auſtrale, ita ut orientem ſpectarent: quo loco etiam mare illud dedicauit.

Maris & labrorum uſus.

Omnibus deinde aqua repletis, mare quidem in eum uſum aſſignauit, ut inde ſacerdotes tẽ- D
plum ingredientes, manus ac pedes abluerent, ad altare aſcenſuri: labra autem, ut eorũ aqua
purgarentur inteſtina ac pedes animantium ad holocautoma deſtinatorum. Fabricauit etiã

Altare æreum.

altare æreum uiginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine decem, in quo

Supellex ſacra.

holocautomata incenderentur. Fecit item uaſa eius ex ære omnia, lebetes & amulas, tenacu-
la & harpagones & reliqua, auri fulgorem referentia. Menſas quoque multas dedicauit rex,

Miſa panis Deo dicati.

& in his unam magnam auream, in qua proponebantur Dei panes: reliquæ non multo dete
riores diuerſo modo factæ ſuſtinebant phialas & pateras aureas uigeſies mille, argentearum

Candelabra.

quadraginta millia. Candelabrorum item fecit decem millia, ſecundum præceptum Moyſis:
ex quibus unum in templo dedicauit, ut interdiu luceret ſecundum legem: & menſam unã
impoſitos panes habentẽ, ſitam ad ſeptentriole templi latus ex aduerſo candelabri (id enim E
ad auſtrale latus collocauit) medium autem inter utrunque locum obtinebat altare illud au
reum. Hæc omnia continebat anterior illa templi pars quadraginta cubitos longa, & uelo di

Cantharí & phialæ.

ſparata ab adyto. illò enim arca erat inferenda. Cantharorum autem uinariorum octoginta
millia rex confecit, & phialarum aurearum millia centum, argentearum uerò bis totidẽ. Lan

Lances.

cium item aurearum, ad offerendam in eis ſimilã maceratam ad altare, octoginta millia, du-

Crateres.

plum uerò argentearum. Craterarum quoque in quibus ſimilam oleo ſubigebant, ſexaginta

Menſura.

milia aurearum, & bis totidem argẽtearum. Menſurarum uerò quales Moyſi hin uocantur,

Acerræ.

& aſſaron, aurearum erant uiginti millia, & duplicatus numerus argentearum. Acerræ quo-
que aureæ, quibus odoramenta in templum inferri ſolent, erant numero uiginti millia: & a- F

Veſtes ſacerdotum.

liæ quibus deferebatur ignis à maguo altari in paruum intra templum ſitum quinquaginta
millia. Paratæ erant & ſacerdotales ueſtes in uſum pontificum, annumeratis talaribus & epo

Corona.

midibus atq; logio cum ſuis gemmis in uniuerſum mille. Corona uerò in qua Moyſes Dei
nomen inſcripſit, unica fuit, & uſque in hodiernum diem permãſit. Stolas autem ſacerdota-

Stolæ.

les è byſſo fieri curauit, cum decies mille zonis purpureis, & tubarum quales Moyſes præſcri
ſerat ϵ ϵ M. Item alias ſtolas byſſinas Leuitis hymnorum cantoribus, numero ducenta mil.

lia:

A lia. Instrumentorum præterea musicorum, quæ nabla & cinnyræ uocantur, in usum hymnodiarum ex electro confecit quadringenta millia. Quæ omnia Solomon ad honorem Dei magnificè parauit, nullis parcens sumptibus: sed omni liberalitate usus hæc in thesauris Dei condidit. Circumdedit deinde templo septum quoddam trium cubitorum altitudine, quod nostra lingua gisum uocamus, excluſurum profanam multitudinem, & solos sacerdotes admissurum. Extra hoc septum erat fanum, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens: quarum singulæ singulos uentos spectabant, & foribus auratis claudebantur. in hoc fanum cuilibet è populo, puro modo ac casto, & præscriptorum legis obseruanti, accessus patebat. Dici autem non potest, ac uix etiam oculis credi, quàm mirandum fuerit illud exterius fanum: uallibus enim expletis, tam profundis, ut ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad quadringentos cubitos terra, eam uertici montis in quo templum extructum est, æquauit: atque hoc modo factum est ut area fani cum solo templi æquaretur. hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ è natiuo saxo sustentabant, & laquearia cedro expolita tegebant. FORES uerò habebat totum hoc fanum ex argento fabricatas. His tam magnis ac pulchris operibus & donarijs septennio perfectis, non ad opulentiæ modò, sed & celeritatis ostentationem: quæ enim ætatem integrã hominis poscere uidebantur, tam breui, si ad magnitudinem conferatur, tempore erant absoluta: Solomon rex per literas iussit magistratus ac seniores Hebræorum totum populum Hierosolyma congregare, ad spectandum templum, & ad transferendam illuc arcam Deo sacratam: denunciataq; omnibus profectione Hierosolymitana, septimo demum mense conuenerunt, qui nostratibus est thuri, C Macedonibus hyperberetæus: inciditque in idem tempus scenopegia, festum apud Hebræos sanctissimum & maximum. Tollentes igitur arcam, & tabernaculum quod Moyses construxerat, & omnia uasa ad ministerium sacrificiorum Dei parata, transportauerũt in templum: accesseruntque illò cum uictimis tam rex quàm uniuersus populus ac Leuitæ, libaminibus & multo hostiarum sanguine uiam perfundentes, & infinitam uim odoramentorum adolentes, ut circumquaque totus aer suauitate repletus etiam longè remotis sentiretur, cõstanti omnium opinione, aduentare Deum ad inhabitandum receus extructum ac dedicatum sibi locum. nam neque hymnos canentibus, neque choreas ducentibus lassitudo est obortа; dum ad templum peruenirent. atque in hunc modum arca est translata. Quum uerò iam in adytum inferri deberet, reliqua quidem multitudo abscessit: soli uerò baiulantes sacerdoD tes inter duos cherubinos eam deposuerunt: quæ effigies coniunctis alarum extremitatib. (sic enim artifex eas fecerat) arcam uelut sub umbella aut tholo protexerunt. Continebat hæc nihil aliud quàm duas tabulas lapideas, quæ decem præcepta Dei ore in mõte Sina prodita, insculpta eis conseruabant. Candelabrum autem & mensam & altare aureum statuerũt in templo ante adytum, eisdem locis in quibus in tabernaculo priùs sita fuerant, ubi quotidianas hostias offerebant. Cæterùm altare æreum pro foribus templi est positum, ut apertis illis in conspectu esset sacrificiorum magnificentia. Reliquum uerò uasorum instrumentum omne in unum congestum, intra templum est repositum. Postquam autem omnibus quæ ad arcam attinebant ritè peractis sacerdotes sanctuarium exiuerunt, repentè globus nebulæ, non asper, nec qualis hyberno tempore grauidus pluuia condensatur, sed diffusus ac E temperatus in templum influxit: & primò sacerdotum uisum ut uix se inuicem cernerent obscurauit, deinde in omnibus eam cogitationem excitauit quòd Deus in templum descendisset, & præsens ac libens hoc domicilium sibi optaret. His talia uoluentibus animo, rex quitum fortè sedebat, assurrexit: uerbisque & se & Deo dignis cœleste numen est allocutus: Tu quidem, inquit, sempiternam domum habes Domine, nec ignoramus te tibijpsi hanc uniuersi molem condidisse, quæ cœlo, aere, terra & mari constat: quam totam imples, nec tamen ab ea caperis. Hoc uerò templum ideò tuo nomini adornauimus, ut in hoc sacrificijs ac precibus in cœlum missis tibi propitio litaremus, certò persuasi quòd & hic ades, & nusF quam interim abes. Cùm enim omnia uideas, audias omnia, nihil obstabit hæc ædes quo minus ubicunque te dignum est habites, à nemine alienus, & omnibus proximus, præcipuè his qui te desiderant nocte dieque præsens ac propitius. His uocibus Deum precatus, uertit orationem ad populum, docens eos de potentia Dei simul & prouidentia. Hunc Dauidi suo patri futura, quæque iam euenerint, quæque euentura sint prædixisse: hunc ipsi nondum nato nomen imposuisse, quo uocandus esset: quodque paterni regni successor templum ei ædificaturus esset, prænunciasse. Ergo cùm uaticinium magna ex parte euentu sit comprobatum, debere eos Deo laudes afferre cum gratiarum actione, & de promissionibus futuræ

Musica instrumenta.

Templi septum.

Fanum.

Valles, in quibus templum fuit ædificatum.

IIII. 3. Reg. 6.

Templi dedicatio.

A.M. 2941. Ant. Chr. nat. 1030.

Templum mense Octobri consecratum.

Arca Dei in templum transportatur.

Candelabrum, mensa & altare aureum.

Nebula.

Solomonis precatio in dedicatione templi.

Deus immensus.

Prouidentia & potentia Dei.

fœlicitatis nihil dubitare, quibus iam nunc fidem adſtrui conſpicerent. His affatus multitudinem rex, rurſum ad templum uertit oculos, & extenſa ad multitudinem dextera: Operibus quidem, inquit, impoſſibile eſt hominibus gratiam Deo pro acceptis beneficijs referre. Nullius enim rei diuinum numen indiget, nimirum maius quàm cui tales remunerationes conueniant. ſed hoc quo nos cæteris animantibus præſtantiores eſſe, Domine, uoluiſti, laudare nos maieſtatem tuam decet, & pro his, quibus familiam meam atque Hebræorum populum dignatus es, neceſſe eſt gratias agere. Qua enim re magis uel parùm propitius placandus, uel in fauore es retinendus, quàm uoce? quam ex aere haurimus, & per hunc rurſum aſcendere nouimus. Quapropter gratias tibi ago, primùm quòd patrem meum ex obſcuro loco ad tantam gloriam euexiſti: deinde quòd mihi ipſi in præſentem diem omnia quæcunque promiſeras præſtitiſti: precorque ut in poſterum largiaris quæ Deus hominibus charis largiri poteſt, & familiam noſtram in ſempiternum augeas, quemadmodum patri meo & uiuo & mortuo es pollicitus, quòd apud nos regnum ſit permanſurum, & per innumeras ſucceſſiones propagandum. Hæc igitur nobis concede, ſimulque meis omnibus uirtutem, qua potiſſimum delectaris. Ad hæc ſupplex oro, ut aliquid de tuo ſpiritu ad hoc templum incolendum deducas, ut nobis appareat, in terris quoque te degere. Alioquin tibi paruum eſt domicilium uniuerſum hoc cœli conuexum, nedum hoc qualecunq; templum. Tu tamen hoc ut proprium integrum ſeruato à ui hoſtium, oro, & tanquam poſſeſſionis tuæ curam gerito. Et ſi quando populus in peccatum prolapſus, ob hoc te affligente aut ſterilitate terræ, aut peſtilentia, ſimiliue malo mulctatus fuerit, qualibus in pietatis uiolatores ſoles animaduertere: ac deinde affluens ad tuum templum ſupplex confugerit, ſalutem uotis expetens, exàudi tanquam præſens, & miſeratus eos è calamitatibus eripe. Nec ſolis Hebræis lapſis hanc opem à te precor: ſed etiam ſi ab extremis orbis finibus aliqui uenerint, aut undecunque profecti in hoc loco boni quippiam impetrare à te uoluerint, exoratus illis largire. Sic enim omnibus erit euidens, quòd & tu hanc ædem apud nos tibi extrui uoluiſti, & nos nec inhumani ſumus, nec alienigenis iniqui, ſed libenter ferimus te communiter omnibus tum opitulatorem eſſe, tum bonarum rerum omnium largitorem. Hæc locutus & pronus humi ſtratus, cùm aliquandiu adorauiſſet ſurrexit, hoſtiasque ad altare adhibuit: quumque id ſolidis uictimis repleuiſſet, litatum Deo manifeſto argumento cognouit. Ignis enim ex aere emicans, omnibusque inſpectantibus in altare delapſus, correptas uictimas abſumpſit: ad quod prodigium populus haud dubiam coniecturam fecit, in eo templo numen eſſe habitaturum: & præ gaudio procidens in ſolum, adorauit. Rex autem ad laudes Dei uerſus, multitudinem ad idem hortabatur, quandoquidem ſigna uidiſſent eius beneuolentiæ: precandum admonens, ut perpetuò talem ſe exhibeat, & mentem eorum puram ab omni peccati labe cuſtodiat in iuſticia & religione, quo poſſint præcepta, per Moyſem diuinitùs tradita, conſtanter obſeruare. Sic enim fore genus Hebræorum feliciſſimum omnium, & cæteris mortalibus beatius. Simulque iubebat eos meminiſſe, quòd quibus artibus parauiſſent tanta bona, ijſdem & hæc retenturi eſſent, & alia maiora atque cumulatiora quæſituri. Neque enim aliter exiſtimandum, quàm iuſticiæ ac pietatis merito hæc illis contigiſſe. eſſe autem hominibus æquè magnum parare quæ deſint, ac parta tueri, & cauere ne ullum detrimẽtum admittatur. His affatus multitudinem rex concionem dimiſit, ſacris primùm factis tam pro ſe quàm pro uniuerſis Hebræis: mactauitque uitulorum duodecim millia, agnorum centum & uiginti millia. nam tum primùm templum uictimarum cruore imbutum eſt, & omnes Hebræi cum liberis ac uxoribus epulo ſunt excepti. Præterea ſcenopegiæ feſtum ante templum ſplendidè ac magnificè rex per quatuordecim dies celebrauit, cum uniuerſo populo epulans. Peractis autem his omnibus, & nullo pietatis officio prętermiſſo, dimiſſi ſunt ſuam quiſque domum; actis priùs regi gratijs, pro bene curata republica, & pro tantis operibus abſolutis, precatique ut eis omnipotens Deus in longum tempus Solomone rege frui concederet. Faciebant autem iter gaudentes ac geſtientes, hymnosque ſacros canentes, ita ut præ gaudio nullum uitæ tædium in reuertẽdo ſentirent. Cæterùm illata in templũ arca, & ſpectaculo tam elegantis & ampli ædificij publicè exhibito, feſtisq; dieb. inter ſacra & epulas exactis, cũ iam ſinguli ad ſuas urbes eſſent reuerſi, rex in ſomnis eſt admonitus, eius uota à Deo exaudita eſſe: quodq; ſeruaturus eſſet ſuũ templũ, & ſemper inhabitaturus, donec ipſius poſteri omnisq; multitudo iuſticiã colerent: in primisq; ipſum, ſi à paternis præceptis nuſquam diſcederet, ad ſummum fœlicitatis faſtigium euehendũ, & genus eius per continuatas ſucceſſiones ei regioni præfuturum, nec unquam

Deus nullius indigens.

Solomon Deo agit gratias beneficiorum acceptorum cauſa.

Deus bonarum rerum largitor. Solomon litat.

Solomon multitudinem comno refacit.

Scenopegiæ feſtum.

Populus dimittitur.

3. Reg. 9.

Deus in ſomnis Solomonem alloquitur denuò.

A quam è Iuda tribu regem defore. Quòd ſi prodito & obliuioni tradito pietatis ſtudio, ad externarum religionum ritus ſe transferret, radicitùs eum excidendum: & neque generis ipſius reliquias manſuras, neque Iſraelitas calamitatem euaſuros: ſed bellis & alijs innumeris cladibus afflictos, & è patrio ſolo extorres, peregrè apud exteras gentes oberraturos. Templum uerò quod tum recēs extructum eſſet, Dei permiſſione ab hoſtibus direptum atq; incenſum iri, urbe inſuper hoſtili manu diruta: ita ut ubiq; ſparſo earum calamitatum rumore, & multis ob earum magnitudinem ægrè credentibus, finitimi demiraturi ſint, & interrogaturi, qua de cauſa Hebræi in tantum nunc Dei odium incidiſſent, quùm anteà eius ope ad diuitias & gloriam eſſent euecti. Quibus reliquias gentis reſponſuras, quòd propter peccata ſua & patriarum legum uiolationem hæc omnia contigiſſent. Hæc illi per

B ſomnium denunciata hymni continent. ABSOLVTA autem templi fabrica, quæ ſeptennio, ut dictum eſt, durauit, regiæ ſtructuram eſt aggreſſus, quam uix tertiodecimo anno conſummauit. neque enim tantam curam huic operi, quantam ædificando templo impendit. Sed illud quidem amplum licet, & plus quàm credi poſſit celebre, cooperanti Deo intra iam dictum tempus perfectū eſt: regia uerò tametſi multum magnificentiæ templi cederet, quòd neque materia eius tanto antè præparata fuiſſet, & regi, non Deo ſtrueretur domicilium, eo tardius ad finem eſt perducta. Et hæc tamen pro dignitate fortunarum regis ac gentis eſt exædificata. Operæprecium autem fuerit, totum eius ordinem ac diſpoſitionem indicaſſe, ut ex eius deſcriptione totam amplitudinem Lector colligere ac conſiderare poſſit. Baſilica erat magna & pulchra, multis columnis ſuffulta, quam ad cau-

C ſas forenſes agitandas, & lites decernendas condidit, capacem multitudinis quæ eò ius peteret, longam cubitos centum, latam quinquaginta, altam triginta. hanc ſexdecim columnæ quadrangulæ ſuſtinebant, tectam opere Corinthiaco, additis parilibus poſtibus cum ualuis cælatis ad ornamentum loci ſimul & munimentum. In eius medio fuit ædes alia quadrata, lata triginta cubitos, columnis ualidis ſuffulta: & in ea tribunal magnificum, ubi Rex iura ſolebat reddere. Huic ædificio coniuncta erat domus in uſum reginæ facta, & aliæ aulæ quò ſe negocijs peractis animi cauſa conferebant, omnes cedrinis tabulis conſtratæ: partim ſaxo quadrato decem cubitali conſtructæ, partim ita, ut ſolent regiæ, uel templa, incruſtatæ precioſo marmore, quod è locis eo nomine celebribus apportatur. Et tribus quidem ordinibus aulæis Babylonicis prætexebantur: quartus uerò ſculptorum admirabi-

D le artificium oſtentabat, in quo effictæ erant uariæ arborum ac plantarum ſpecies, frondibus & folijs tanta ſubtilitate expreſſis, ut agitari quodammodo uiderentur. Reliquum uerò, quod ſupererat uſque ad lacunar, opere albario tectum, & diſcoloribus picturis erat uariegatum. Præter hæc erant & alia cubicula ad uoluptatem facta, & porticus ad ornatum regiæ longiſſimæ, in quibus ſplendidiſſima triclinia referta auro, ut quæ aurea ſupellectili ad omne regij conuiuij miniſterium erant inſtructa. Difficile eſt enumerare amplitudinem ac uarietatem aularum, tam maiorum, quàm mediocrium, tum quæ ſub terra latebant, quæúe in aerem elegantiſſimè attollebantur. In ſumma, totum ædificium è marmore candido & cedro, & auro atque argento conſtabat: diſpoſitis per parietes & laquearia uarijs lapillis auro incluſis, quemadmodum & in ornatu templi factum fuerat. Quin & ex e-

E bore factum eſt prægrande ſolium cælatum, ſpecie tribunalis, quod ſex gradibus aſcendebatur, in quorum ſingulis extremitatibus duæ leonum effigies erant impoſitæ, totidem alijs ſupernè imminentibus: qua uerò parte rex inſidebat, manuum effigies eum excipiebant: & quà reclinabatur, dimidiatus erat iuuencus, tergum ſuum reſpiciens: totumque tribunal auro coagmentatum erat. Hæc opera Solomon uiginti annis perfecit, conferente magnam auri uim, maiorem argenti Iromo Tyriorum rege, & præter hæc cedri atque pinus materiem. Sed & ipſe maximis donis Iromum eſt remuneratus, ſingulis annis frumentum ei mittens & uinum atque oleum, quibus maximè opus habebat, ut diximus, eo quòd inſulam incoleret. Prætereà Galilææ oppida numero uiginti non procul à Tyro diſſita ei donauit: quæ cùm ille perluſtrata ſatis conſideraſſet, & non ualde probaſſet, renunciari iuſſit

F Solomoni, ſibi non eſſe opus eis oppidis. & ex eo terra Chabalon eſt appellata: uoce Phœnicum lingua, id quod diſplicet, ſignificante. Quæſtiones etiam ænigmaticas Tyrius rex ad Solomonem tranſmiſit, rogans ut eas explicaret, & dubitationem ſibi eximeret. At ille callens huiuſmodi rerum ac prudentiſſimus, nihil inexplicatum relinquebat: ſed omnia ratione peruincens, & perſcrutatus eorum intellectum, apertiſſimè declarabat. Meminit horū duorum reguni & Menander, qui è Phœnicum lingua annales Tyriorum in Græcum ſermo-

V.

Solomon regiā extruit. 3. Reg. 7.

Baſilica.

Tribunal.

Domus reginæ.

Cubicula ad uoluptatem confecta.

Solium eburneum.

Iromi munera. A.M. 2953. Ant. Chr. nat. 1018.

Solomō Iromum remuneratur. 3. Reg. 5.

Chabalon quid denotet.

Solomō Iromi ænigmata explicat.

Menandri teſtimonium de Solomone et Iromo;

nem eſt interpretatus,in hunc modum ſcribens: Defuncto Abibalo ſucceſſit in regnum filius Iromus,qui uixit annos quinquaginta tres,& regnauit annos xxxiiii.hic aggeſſit ād inſulam agrum, qui dicitur amplus,& aūream columnam in Iouis delubro dedicauit.idem materiem multam in monte Libano excīdit ad contegenda templa: & demolitus antiqua templa,Herculi & Aſtartæ noua inſtaurauit: primusque Herculi ſtatuam erexit menſe Peritio.Deinde ex petitione contra Eyceos ſuſcepta,quòd debita tributa non perſoluerent, ſubactis illis uictor eſt domum reuerſus. Huius temporibus erat Abdemonus adoleſcens, qui problemata à Solomone Hieroſolymorum rege iniuncta ſemper diſſoluebat. Meminit & Dius,ſic ſcribens: Abibalo defuncto filius eius Iromus regnum excepit. Is orientalem urbis partem aggeribus auxit, & eo pacto pomœria protulit. templum quoque Iouis Olympij, quod antè ſeparatum erat, medio ſpacio repleto aggeribus cum urbe coniunxit, & aureis donarijs ornauit: conſcenſoque Libano materiem ad ſtructuram templorum cæcidit. Addit que Solomonem Hieroſolymorum regem ad hunc Iromum ænigmata miſiſſe, ſolutionem eorum poſtulantem: quòd cum ille non ualuiſſet,magna pecunia mulctatum eſſe. Deinde per Abdemonem quendam uirum Tyrium propoſita explicuiſſe,& ipſum alia propoſuiſſe: in quibus ſoluendis cùm Solomon hæreret,maiorem etiam pecuniam eum illi remiſiſſe.Et Dius quidem ita ſcribit. Cæterùm rex cùm uideret mœnia Hieroſolymorum turribus & propugnaculis ad ſecuritatem egere,nec ea dignitati urbis ſatis reſpondere, & muros inſtaurauit,& turres magnas in eis erexit. CONDIDIT etiam urbes uel præcipuis annumerandas Aſorum & Magedonem, & tertiam Gazara Palæſtinæ urbem, quam Pharao rex AEgypti bello aggreſſus expugnauerat, occiſiſque ad unum habitatoribus diruerat, ac deinde filiæ ſuæ Solomoni nuptæ dono dederat. quamobrem denuò rex eam exædificauit,quòd eſſet natura munita,& ad bella rerumque nouitates opportuna.Nec procul inde alias duas urbes condidit,quarum altera Betachora, altera Baleth uocabatur. necnon & alias ad ſeceſſus uoluptarios aptas ob aeris temperiem,fructuumque ubertatem,& perennibus aquis irriguas. Ingreſſus deinde in deſertum, quod eſt ſuper Syriam, eiusque regionis potitus, urbem ibi maximam condidit, duorum dierum itinere à ſuperiore Syria diſtantem, ab Euphrate uerò unius: ad magnam autem Babylonem inde ſex dierum uia protendebatur. Quare autem à reliquis cultæ Syriæ partibus hæc urbs tam procul habitetur, cauſa eſt hæc, quòd in inferioribus eius regionis partibus nuſquam eſt aqua, atque ibi demum fontes ac putei reperiuntur. Hac igitur urbe extructa, & mœnibus ualidiſſimis cincta, Thadamoram eam appellauit,quo nomine etiam nunc à Syris uocitatur.Græci Palmiram nominant. Atque hæc fuerunt per id tempus Solomonis opera. Nunc quoniam uideo nonnullos quærere,quî factum ſit ut omnes AEgyptiorum reges à Minæo illo qui Memphin condidit, quiq; multis annis æuum noſtrum Abramum præceſſiit,uſque ad Solomonis tempora, per mille trecentos & ampliùs annos Pharaones dicti ſint,à quodam rege nomine deſumpto: operæpretium exiſtimo eorum ignorantiæ mederi, & manifeſtam huius appellationis cauſam reddere.Pharao regem AEgyptijs ſonat. Opinor autem ipſos à pueritia nominibus alijs diſcretos,quamprimùm reges creati fuerint, poteſtatis eius nomen patriæ linguæ uernaculū aſſumere.Nam & Alexandrini reges alijs priùs nominibus uocati,poſt aſſumptum regnum uocati ſunt Ptolemæi, à primo eius urbis rege: & Romanorum imperatores alioquin gentilia nomina habentes, Cæſares appellantur, principatus & honoris uocabulo, poſthabito illo priore,quod à parentibus hæreditarium in eos demanauit. Et hinc eſt,ni fallor,quòd Herodotus Halicarnaſeus, cum ccc xxx. reges poſt Minæum Memphis conditorem deinceps ſucceſſiſſe dixerit, nomina eorum non recenſuit: quia Pharaones uocati ſint.Cùm enim poſt hos mulier imperium obtinuiſſet, nomen eius ponit Nicaulen: nimirum ea de cauſa, quòd ſoli mares huius appellationis eſſent capaces, & non etiam fœmina, oportuit peculiare ipſius nomen dicere. Ego uerò in noſtræ gentis commentarijs reperi, quòd poſt Solomonis ſocerum Pharaonem, nemo AEgyptiorum regum ampliùs hoc nomine ſit uocatus: & quòd poſt illum uenerit ad Solomonem iam dicta mulier,quæ tum AEgypti ſimul ac AEthiopiæ regnum obtinebat. Sed de hac paulo poſt dicemus: nunc uerò ideò hæc memoraui,ut oſtenderem noſtros libros & AEgyptiorum in multis conſentire. Solomon autem rex reliquias Chananæorum,quæ Libanum montem uſq; ad urbem Amathen incolebant,& imperiū eius detrectabant,ſub ditionem ſuā redactas tributa pēdere coegit, & per ſingulos annos certum numerum ſeruorum & colonorū,qui per agros diſtribuerentur exegit.Hebræorum.n.nemo ad ſeruiles operas adigebatur:nec erat æquū,ut cū tā multas gentes

Dij teſtimonium de Solomone.

Hieroſolyma inſtaurata.

VI.

Solomon urbes condit.

3.Reg.9.

Solomō Thadamoram urbem condit.

Ægypti reges cur Pharaones dicti.

Pharaonis ſignificatio.

Ptolemæi. Cæſares.

Herodotus Ægyptiorum regum nomina non recenſuit.

Solomonis opes.

Deus

A Deus ſub eorum imperium ſubdidiſſet,ex his potiùs quàm deuictis,eiuſmodi cõditionis ho
mines cenſerentur: ſed omnes arma & currus atque equos & rem militarem potiùs tracta-
bant,quàm ſeruiebant.Chananæis uerò quos ad ſeruitutẽ abduxit, ſexcentos præfectos præ-
poſuit,qui procuratores eſſent regij,& ſua cuiq; operà atq; negocia preſcriberẽt.Quin & claſ- *Solomonis claſſis.*
ſem rex in AEgyptio ſinu ædificauit,in quodam loco ad mare rubrũ, qui nominatur Aſion-
gaber.Hæc nunc Berenice uocatur,non procul ab Ilana urbe,quæ regio anteà in Iudæorum
ditione erat.Et in hac quoq; claſſe munificentia Iromi regis amici fuit uſui. Viros enim gu-
bernatores & nauticæ rei peritos ei miſit,quotquot uoluit: qui nauigantes cum regijs pro-
curatoribus in regionem Indiæ,olim Sophiram,nunc Auream terram nominatam, aurum
illi adferrent.hi collectis circitèr quadringentis talentis,retrò ad regem ſunt reuerſi.Interim 3.Reg.10.
B ad AEgypti AEthiopiæq; reginam, mulierem ſapientiæ ſtudioſam,& cæterà quoq; egregiã, *Ægypti regina Solomonem uiſit ob eius ſapientiam.*
Solomonis uirtutum ac ſapientiæ fama delata, cupiditas eam inceſſit coràm hominẽ uiſen-
di: ſic enim fore ut experimento,non rumoribus crederet,qui ſæpenumero falſi,eo quòd to
ti à fide renunciantium pendeant,paulo pòſt euaneſcunt: decreuitq; ſuſcepta longinqua pe A. M. 2954.
regrinatione illius ſapientia perfrui,& de rebus arduis cum eo differere. Venit igitur Hiero- Ante Chr.
ſolyma cum ſplendido & opulẽto apparatu.Adducebat enim ſecum camelos onuſtos auro nat.1017.
& uarijs aromatibus lapillisq; precioſis.Rex uerò honorificentiſſimè exceptam,& in cæteris
comiter ac liberaliter habuit,& propoſitiones illius p ſua prudentia facilè explicans,opinio-
ne citius diſſoluebat.At illa ſtupebat ad regis ſapientiã, tanto maiorem expertà quàm audie-
rat: maximeq; admirabatur regiam tam elegantem ac magnificam, & tam bellè diſpoſitum
C ædificiorum ordinem,quòd hic quoque ingenium regis contemplaretur. Sed nihil magis *Saltus Libani.*
mirata eſt quàm aulam,cui cognomẽ Saltus Libani, & quotidianos conuiuiorum ſumptus
tam dapſiles,apparatumq; miniſterij.nam & cultu erant decentiſſimo,& perquàm ſcitè om-
nia miniſtrabant.Nec minor fuit admiratio,dum quotidiana ſacrificia uideret,quantaq; cu-
ra & religione ſacerdotes ac Leuitæ circa ea uerſarentur.Hæc quotidie contemplando uehe-
menter admirabatur,id quod nec diſſimulare potuit: ſed apud regem ingenuè faſſa eſt,quã-
topere huiuſmodi ſpectaculis afficeretur.Omnia,inquit, rex quæ auditu percipiuntur, cun-
ctantiùs credere ſolemus: ſed de tuis bonis,quæ uel intra te ſunt repoſita,ſapientia uidelicet
ac prudentia,uel tam amplum regnum tibi ſuppeditat,non uana fama ad nos perlata eſt:ſed
quùm eſſet uera,non reſpondiſſe tamen eam tuæ fœlicitati nunc præſens uideo. Quamuis
D enim auribus perſuadere conabatur,non potuit tamen res ita pro dignitate repræſentare,ſi-
cut nunc oculis noſtris ſubijciuntur.de me quidem fatendum eſt,quòd cùm de fide eius hę-
ſitaſſem,ne fortè aliquid affingeret,nunc longè maiora eis conſpexi.Macti tãta fœlicitate He
bræi,macti amici ac familiares tui,quibus perpetuò ſapientia tua frui datum eſt: laudandus
Deus,qui regionem hanc & habitatores eius adeò dilexit,ut te regem eis præficeret. Nec cõ-
tenta uerbis indicaſſe quanti regem faceret,etiam muneribus ſuam ergà illum obſeruantiã
teſtari uoluit. Viginti enim auri talenta ei donauit,& aromatum uim immenſæ æſtimatio- *Solomoni regina munera donat.*
nis,lapillorumque precioſiſſimorum.Aiunt etiam quòd balſami plantam, cuius hodieque
ferax eſt noſtra regio,illius reginæ munificentiæ ferri acceptam oporteat.Nec minorã fuêre *Solomon regina liberalitatem cõpenſat.*
quæ ipſa à rege recepit, optione etiam illi permiſſa. nihil enim roganti negatum eſt: ſed ad
E plura parator quàm quæ ultrò largiebatur,omnia illi poſtulata concedebat,& in eo magni-
ficum ſe præbebat. Atque ita AEgyptiorum regina datis ſimul & acceptis ampliſſimis mu-
neribus in patrium ſolũ reuertitur. PER idem tempus allatis ex Aurea, ſicut uocant, terra VII.
gemmis & lignis pineis,ex hac materie rex fulcra templi ac regiæ fecit,eiusque parte uſus eſt *Ligna pinea nõ ui generis.*
ad inſtrumenta muſica, cinnyras & nabla, quibus Leuitæ diuinos hymnos ſolent accinere.
nunquam autem antehac tam elegans apportata fuerat.Sed nemo ſic cogitet, quæ nunc pi-
nea ligna uocantur, quæúe ad alliciendos emptores hac appellatione mangonizant nego-
ciatores,illis eſſe ſimilia.illa enim aſpectu ficulnam materiem referunt, niſi quòd candidio-
ra ſunt & fulgentiora: id quod admonere officij noſtri duximus,ne quis per ignorantiam in
his diſcernẽdis fallatur, quandoquidẽ res Solomonis in huius materiei mentionem nos in-
F duxerunt.Eadem claſſis attulit regi auri talenta DCLXVI.non annumerato quod priuatim
negociatores mercati ſunt: nec eo quod toparchę & reges Arabiæ dono illi mittebant. Ex eo
fecit ducenta ſcuta fuſilia ſingula ſexcentos ſiclos pendentia,& trecentos clypeos,quorũ ſin
guli trecentas minas penderent: atq; hæc omnia in aula Saltus Libani uocata repoſuit. Sed
& pocula ex auro ſolido parauit,& è lapide precioſo,& in uſum conuiuij ſingulari arte fabre
facta,reliquamq; omnem ſupellectilem regiam ex auro fieri curauit. Nullum enim tum ar-

Solomonis opes & fama.

gento in commercijs erat precium. Multa enim nauigia rex in mari, quod uocatur Tarsicum, habuit, quæ ad remotas gentes merces uarias deferre iussit, pro quibus exportatis aurum & argentum regi referebant, multumque eboris, & mancipia AEthiopica & simias. Ea nauigatio in itu ac reditu triēnium absumebat. Fama etiā celeberrima per omnes circūquaque regiones de Solomonis uirtutibus ac sapientia diuagabatur: qua exciti plerique reges, quo certiores de iam dictis fierent, uisendi eius cupidine flagrabant, & exquisita munificētia studiosos eius se declarabant. Mittebantur uasa tam aurea quàm argentea, & uestes purpureæ, & omne genus aromatum: equi præterea currusq; & muli subuehendis sarcinis, qui uel robore uel pulchritudine regi placituri uidebantur: ut ad eum equorū ac curruum numerū quem iam antè habebat, ex donaticijs quadringenti currus accederent. Habebat enim priùs currus mille, equorū uiginti millia. Hi cùm pulcherrimi fuêre, tum ad cursum exercitatissimi, ut collati ad cæteros, omnes post se relinquerent. His decus addebant equites, flos iuuentutis, procera cæteros longè supereminenti statura, promissoq; capillitio cōspicui, & tunicas è sarrana purpura induti. adhæc ramentis auri capillū quotidie spargebāt, ut ad solariū radiorū contactū fulgorà capitibus eorū reflecteretur. Hi armati & pharetris succincti regiū currū stipabant, quo sublimis inuectus, & amictus ueste cādida, manè solebat urbē egredi. Aberat ab Hierosolymis duorū schœnorū spacio prædium nomine Hettan, hortis & inductis fontibus amœnū, simul ac opulentū. in eum locū uectabatur. Diuina aūt quadā diligentia ac prouidentia rebus in omnibus utebatur, & cùm esset elegantiarū amator, ne uiarū quidem curā prætermisit, sed & harum quotquot Hierosolyma regiæ sedem ducebant, nigra silice constra uit, tum ut ultrò citroq; cōmeantibus essent faciles, tum ad ostentandā hac quoq; parte principatus sui magnificentiā. Distributisq; oppidatim curribus, & in singula certo numero ad alendum præfinito, circa se quidem paucos reseruauit: loca uerò ubi alebantur, curruū oppida appellauit. Argenti etiam tantam copiam Hierosolymis esse fecit, quanta fuit saxorum: & cedros arbores antehac nunquam in Iudæa uisas, in campis eius adeò multiplicauit, ut moros numero æquarent. Mandauit etiam negociatoribus AEgyptiacis, ut equos uenales ad se adducerent, in singulas bigas sexcentarum argenti drachmarum precio constituto: quos deinde ad Syriæ reges & Transeuphratenses mittere solebat. Cumque esset omnium regum glorioſissimus, & Deo chariſſimus, & opibus ac prudentia omnes superaret qui ante illum rem Hebræorum administrauerant, deterior factus est ante obitum: & à patrijs moribus desciscendo, indignum antè gestis rebus uitæ exitum habuit. Nam insaniens in mulieres, & in rebus uenereis immodicus, non contētus suæ regionis mulieribus multas externæ originis duxit, Sidonias, Tyrias, Ammanitidas, Idumæas: atque ita contemptis Moysi institutis, quæ non nisi gentis eiusdem coniuges permittebāt, illarū deos colere cœpit, amori earū hoc tribuens. Atqui hanc ipsam rem legislator præcauere uoluerat, ne per hanc occasionem peregrinis implicarentur ritibus, néue relicto patrij numinis cultu, ad illarum religiones se transferrent. Sed hæc Solomon neglexit uoluptate irrationabili uictus: ductisq; uxoribus è principibus, uirisq; illustribus prognatis septingentis numero, & concubinis trecentis, & in his AEgyptiorum regis filia, adeò cōsuetudine earum est captus, ut ritus earum imitaretur, quo magis illis hoc argumento fidem amoris ac beneuolētiæ faceret. Aetate deinde prouectior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patriæ religionis oblitus, cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assueuit: quamuis iam ante quoque à præscripto legum discessérat, quando æreas boum effigies basi maris illius addiderat, sicut solio suo leonum pòst apposuit. nam neq; illa fas erat facere. Cumq; domesticum haberet exemplū pulcherrimum parentis uirtutem, & gloriam quam propter pietatem ad posteros reliquerat, di scedēs ab eius imitatione, idq; bis in somnis monitus sequi paterna uestigia, mortem inglorius oppetijt. Venit itaq; ad illum propheta missus à Deo, dicens neque clàm esse eius impietatem, neque diutiùs impunitam fore: uiuo tamen regnum non auferendum, quando patri eius diuinitùs sit promissum non alium successorem futurum: sed post hunc defunctum, filium pœnas daturum: ita tamen ut non uniuersum regnum deficeret, sed decem solæ trib. seruo ipsius cederent, reliquæ duæ penes nepotem Dauidis remanerent, idq; ipsius aui respectu, & urbis Hierosolymorum in qua Deus templum sibi elegisset. His auditis Solomon uehementer perturbatus indoluit, omni fœlicitate, qua hactenus suspiciebatur, in contrarium uergente. Nec multū temporis post hāc prophetę denunciationem est elapsum, dum hostis ei Deo sic uolente exortus est, cui nomē Aderus, regi infensus ob causam hanc. Idumæus fuit genere, & è regio stemmate. Cumq; Ioabus copiarū Dauidis imperator Iudumęā subegisset,

omnibus

Nauigatio triennalis.

Solomoni reges pleriq; munera mittunt.

Hettæ prædiū.

Viæ silice stratæ regiæ.

Oppida curruū. Argenti copia.

3. Reg. 11. *Solomon degenerat, uictus amoribus.*

A. M. 2969. Ante Chr. nat. 1002. *Solomon idololatra.*

Solomonis uxores & concubinæ.

Solomon ætate prouectior religionem patriam & Dei cultum neglexit.

Solomonem propheta reprehendit.

Aderus Solomoni infestus.

A omnibus eius gẽtis qui per ætatem arma ferre poſſent interneccione intra ſemeſtre deletis, hic etiamnum adoleſcentulus ad Pharaonem AEgyptiorum regem euaſit. ab eo comiter exceptus,& domum,& agros,ex quorũ reditibus uiueret,munificẽtia illius eſt conſecutus: & poſtquam adoleuit,tam charus ei factus eſt,ut rex coniugis ſuæ ſororem,nomine Taphinen,nuptum ei traderet: ex qua filius natus,cum regis liberis eſt educatus. Porrò accepto in AEgypto de Dauidis & Ioabi morte nuncio,Pharaonem adiuit,rogans ut ſibi in patriam reuerti permitteret. Rege autẽ percontante quid illi deeſſet,quáue ſua iniuria prouocatus relinquere ſe cuperet, & ſi non ſemel impetitum,impetrare tamen tunc nequaquã ualuit. Sed cùm iam res Solomonis labare inciperent, Deo impietatem eius non ampliùs ferente, cuius nutu Pharao difficilem ſe hactenus præbuerat,Aderus impetrato à ſuo rege commeB atu in Idumæã reuertitur. & cùm nõ poſſet gentem ſuam ad defectionem à Solomone perpellere, eo quòd multis præſidijs impoſitis in officio contineretur, nec liceret impunè res nouas ibi moliri, profectus inde in Syriam ſe contulit. Vbi cùm incidiſſet in quendam Razarum qui aufugerat à Sophonæ rege Adrazaro,& eas terras cum latronum manu incurſionibus populabatur,ſocietatem cum homine inijt: cuius ope occupatã ea parte Syriæ, rex declaratus,Iſraëlitarũ ditionẽ crebrò irrumpẽdo,uiuo adhuc Solomone rapinis omnia miſcebat,& cædibus. Et quaſi parum eſſet Hebræis unus hoſtis externus,domi extitit qui Solomonem infeſtaret,Hieroboamus Nabatæi filius,ueteri quodã oraculo ad res nouandas excitatus. Cùm enim patre orbatus adoleſcens adhuc à matre educaretur,Solomon animadC uerſa generoſa eius indole, præfecit eum fabricæ murorum, quando Hieroſolyma mœnibus cingebat. Eius operis curam tanta ſolertia geſſit,ut rex comprobata hominis induſtria, præmio dignum ducens, eum Ioſephi tribui præficeret. Abeunti autem illo tempore Hieroſolymis,obuiam fit propheta nomine Achia,Silunte oppido oriundus.is ſalutatum eum de uia paulùm ſeduxit, in rus quoddã diuertens, in quo tum nemo alius aderat: ſciſſoq; in duodecim fruſta pallio quo ipſe amictus erat, iuſſit Hieroboamũ decem inde ſumere, præD fatus Deum hoc iubere. Ille,inquit,ſciſſo imperio Solomonis, eius filio propter promiſſionem Dauidi factam,tribum unam cum altera ei contigua daturus eſt: tibi uerò decem propter Solomonis peccatum,qui mulieribus & dijs earum ſe dediderit. Quare ſciens cauſam propter quam Deus ab illo eſt alienatus,iuſticiam colito, & legum perpetuus cuſtos ac cõſeruator eſto,cùm pietatis ac religionis præmium maximum tibi ſit propoſitum,nimirum ut tantus euadas,quantum ſcis Dauidem priùs fuiſſe. His prophetæ uerbis erectus ad ſpes magnas Hieroboamus, cùm eſſet alioqui ardenti & inquieto ingenio, quamprimùm in ſuam prouinciam peruenit, non immemor præſagij prophetici ſolicitare populum cœpit, ut à Solomone deficeret, ipſique principatum deferret. Cuius conatibus & inſidijs cognitis Solomon uolebat eum comprehenſum occidere. At ille ad Suſacum AEgypti regem profugus & præſens periculum euaſit, & manendo illic uſque ad Solomonis obitum regno ſe Iſraëlitico incolumem ſeruauit. Solomon autem iam admodum ſenex moritur, exactis regni annis octuaginta, uitæ uerò nonaginta quatuor: ſepeliturque Hieroſolymis, omnium regum feliciſſimus & opulentiſſimus atque prudentiſſimus, excepto peccato, ad quod iam ſeneſcens deceptus à mulieribus eſt pertractus,de quo & conſecutis mox Hebræ-
E orum calamitatibus ſatis dictum eſt.

Aderus in Aegyptum profugit.

Aderus in Idumæã reuertitur.

Razarus & Aderus Solomoni infeſti.

Hieroboamus Solomoni aduerſatur.

Hieroboamus præfectus murorum fabricæ.

Achia Hieroboamo regnũ prædicit.

Hieroboamus interficiẽdus quæritur quidẽ, ſed in Ægyptum cõfugit.

Solomonis mors.

A.M.2970. Ante Chr. nat.1001.

Solomone defuncto populus à Roboamo eius filio deficiens, Hieroboamum decem tribuum regem facit. CAP. III.

A.M.2971. Ante Chr. nat.1000.

VIII.

3. Regum 12.

Solomonis regni diſtractio.

AEterùm defuncto Solomone, & ſuccedente in principatum eius filio Roboamo,quẽ è Nooma Ammanitici generis muliere ſuſceperat,mox quidam è próceribus in AEgyptũ miſerũt,qui Hieroboamũ reuocarent. qui cùm ad eos in urbẽ Sicima uenisſet,etiam Roboamus eodem peruenit.Placuit.n. conuentui Iſraëlitarũ illic habito, regnũ de populi cõſenſu accipere.Accedũt itaq; illũ principes populi unà cum Hieroboamo,rogantes ut aliquid de ſeruitio remitteret,& patre ſuo uellet eſſe mitior. graui enim illius iugo ſe preſſos fuiſſe. Futuros autem ſe erga eum beneuolentiores, & ſerF uitutem modeſtia libentiùs quàm metu eſſe laturos. Ille poſt triduum ad poſtulata reſpõſurũ ſe pollicitus,ſtatim in ſuſpicionẽ uenit, quòd ſine mora uotis eorũ non annuiſſet. Decere.n. eius ætatẽ putabãt,procliuam eſſe ad bene merẽdum: nonnihil tamẽ ſpei ſuberat,q deliberaret,ac nõ ſtatim eſſent repulſam paſſi. Interim ille cõuocatis paternis amicis cõſultabat quale reſponſum populo dari oporteret. qui quùm benè ipſi cuperẽt,& ululgi naturã pbè callerẽt, ſuaſerũt ut comiter populũ alloqueretur, & poſito aliquãtiſper faſtu regio ad

Roboamum iuuenum conſiliũ ſecutum regni partem amittit.

Senum conſilia ſalutare.

captandam multitudinis gratiam ſe accommodaret. hac enim arte captos facilè illum amaturos, quòd natura ita comparatum ſit, ut ſubiecti delectentur regibus manſuetis, & de ſuo faſtigio nonnihil ſe demittentibus. Ibi Deus ſine dubio mentem ademit homini, cui tam utilis in omne tempus ſententia, certè ad præſens ambienti regnum neceſſaria, non probabatur: ſed accitis æqualibus ſuis iuuenibus, & expoſito ſeniorum conſilio, quid ipſis uideretur, proferre iuſſit. Illi, quia nec per ætatem poterant, nec Deus ſinebat utiliora cernere, autores ei fiunt ſic ad populum reſpondendi: minimum digitum ipſius craſſiorem eſſe, quàm patris lumbi fuerint: & ſi ab illo duriter habitos ſe putarent, duriùs etiam in poſterũ tractandos eſſe: & ſi ab illo ſcuticis cæſi fuiſſent, expectandũ ut ab ipſo ſcorpionibus flagellarentur. His delectatus rex, & ratus decere maieſtatem principatus tale reſponſum, poſtquam tertia die populus ad audiendum conuenit, omnibus expectatione ſuſpenſis, & exiſtimantibus benignum aliquid ſibi proponẽdum, omiſſo amicorum conſilio ex iuuenum ſententia reſpondit, non ſine Dei uoluntate, ut Achiæ uaticinium ſuus euẽtus ſequeretur. Icti enim uelut ferro tam duris uerbis, non ſecus ac ſi à minis ad rem iam eſſet peruentum, per indignationem uno ore exclamant, nihil ſibi futurum ampliùs cum Dauidis progenie, haberet ipſe templum quod pater extruxiſſet, manifeſtè defectionem præ ſe ferentes. Adeoq; pertinax ira fuit, ut Adoramum quæſtorem regium, miſſum ad excuſandum iuuenilis linguæ petulantiam, placandosq; concitati uulgi animos, ne auditum quidem lapidibus obruerint. Quo facto Roboamus ratus, id quod erat, ſe in famulo ſaxis impetitum: ueritusq; ne conceptũ ſemel odium in ipſius caput effunderetur, trepidè conſcenſo curru quãtum potuit Hieroſolyma properauit. Et Iudæ quidem ac Beniaminis tribus communibus ſuffragijs regem eum eligunt: reliqua uerò multitudo, ex illo die alienata à progenie Dauidis, Hieroboamo imperium detulit. Id Roboamus ęgrè ferens, conuentu duarum tribuũ ſibi ſubditarum indicto, & delectu CLXXX milliũ habito, conaturus erat reliquas decem ui ad officium retrahere, niſi Deus per prophetam interceſſiſſet: admonens nefas eſſe ciuile bellum mouere, præſertim cùm Deo uolente populus ab eo defeciſſet. Nunc priùs Hieroboami Iſraëlitarum regis geſta, ac tum demum res Roboami duarum tribuum regis dicemus, ſerie narrationis ita poſtulante. Ergo Hieroboamus regia Sicimis cõſtructa, inibi domiciliũ habuit, & apud Phanuelam urbem aliud ędificauit. Nec multo pòſt inſtante Sceno-pegia, cogitans ſecum, quòd ſi permitteret populo Hieroſolymitanam profectionem, & feſti illic celebrandi poteſtatem faceret, populus captus religione templi & ceremonijs, facilè mutata uolũtate, ſeq; relicto ad priorẽ regem accedere poſſet: idq; nõ dominationi ſuæ tãtùm, uerùm etiã uitæ periculoſum foret, ſtatuit hoc modo rebus ſuis cõſulere: Duas uitulas ex auro fecit, & conſtructis totidẽ delubris, altero apud Bethela, altero apud Danam, quod oppidum ſitũ eſt ad minoris Iordanis fontem, effigies illas utrobiq; conſecrauit: & cõuentu indicto decem tribuũ, quibus ipſe præerat, pro cõcione in hunc modũ eas eſt allocutus: Viri populares, notũ uobis exiſtimo, quòd nullus locus Deo eſt uacuus, & quòd is nullo certo loco includitur: ſed ubiq; uota exaudit, ubiq; cultores ſuos reſpicit. Quare nõ placet mihi, hoc tempore uos Hieroſolyma urbem diſſitam longo itinere proficiſci religionis ergô. Homo illud templum ſtatuit: quemadmodum & ego duas aureas uitulas conſecraui, alteram in Bethelis, alteram in Dana, ut pro locorum opportunitate ex propinquioribus oppidis ad eas confluentes, illic Deum adoretis. Nec deerunt ſacerdotes & Leuitæ ex uobis per me deſignati, ne quid Leuiticam tribum & Aaronis progeniem deſideretis. Ergo quicunq; ex uobis ſacerdotium ambit, uitulũ & arietem Deo mactet, quo ritu ferunt etiam primum ſacerdotem Aaronem creatum eſſe. His uerbis populum decepit, autor ei factus patriæ religionis deſerendæ: quæ cauſa fuit Hebræis omnium calamitatum, ut bello ab exteris gentibus deuicti, poſtremò in captiuitatem abducerentur, ſicut ſuo loco dicetur. Porrò appetente iam ſeptimi menſis feſtiuitate, uolens & ipſe apud Bethela eam celebrare, ſicut à duabus tribubus Hieroſolymis celebrabatur, ante uitulam altare poſuit: moxque aſſumpta pontificis perſonâ, cum ſuis ſacerdotibus ad illud aſcendit. Cumque iam holocautomata in conſpectu totius populi pararet incendere, Deo mittente ſuperuenit à Hieroſolymis propheta, nomine Iadon. Is in mediam multitudinem progreſſus, audiente rege ad altare ſermonem uertit: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Deus fore quendam prædicit de genere Dauidis, Ioſiam nomine, qui mactabit ſuper te falſos ſacerdotes illius temporis, & impoſtorum ad impietatem populum ſeducentium oſſa ſuper te incẽdet. Et ut nemini dubium ſit prædictionem hanc non eſſe uanam, prodigio confirmabitur. Rumpetur protinus altare

Iſraelitæ à Roboamo deficiũt.

Hieroboami Iſraelitarum regis geſta.

Hieroboamus aureas uitulas facit.

Deus ubiq; præſens, nullo certo includitur loco.

Idololatriæ introductio.

3. Regum 13. Iadon in aram Hieroboami uaticinatur.

A tare hoc, & adipes uictimarum in eo congesti in humum effundentur. His prophetæ uerbis irritatus rex, intendit in eum manum, iubens hominem comprehendi: moxq; sideratum brachium diriguit, ut reducere manum non posset, torpente morbo exanimi. Altare quoq; diruptum impositas uictimas effudit, ita ut uates Dei prædixerat. Ibi rex uidens hominem ueridicum esse ac diuinum, rogauit eum ut Deum exoraret, quò affectæ dextræ uigorem pristinum redderet. Quod cùm ita factum esset, lætus recepta sanitate, rogabat prophetam ut cum eo cibum sumere dignaretur. Excusauit Iadon, negans se ad eum diuersurum, aut in ea urbe panem aut uinum sumpturum. id enim sibi contra interdictū Dei non licere. uetitum etiam, ne per eandem uiam reuertatur qua uenerat. Rex autem miratus uiri continentiam, eo magis de se cœpit esse solicitus: ex his quæ suprà dicta sunt, parum felicem rerum suarum exitum augurans. ERAT in ea urbe malus quidam pseudopropheta, quem Hieroboamus in honore habebat, seductus ab illo omnia ad gratiam loquente. hic tum decumbebat, quòd esset senio languidus. cumq; audisset à filijs de aduentu prophetæ à Hierosolymis, & prodigijs per eum patratis, & quòd Hieroboamus emortuam dextram ad illius preces sanam recepisset: ueritus ne rex de hospite meliùs quàm de se opinaretur, mãdauit filijs ut uestigiò asinum stratum ad iter sibi expedirent. quibus impigrè iussa executis, cõscenso iumẽto per uestigia prophetæ properabat. quem assecutus interquiescẽtem sub quercu patula & umbrosa primò salutauit: deinde expostulauit cum eo quòd nõ ad se diuertisset, hospitalitate fruiturus. quo referente, uetitum se à Deo ne apud quenquam in ea urbe cibum sumeret. Certè apud me, inquit, licuit sumere. nam ego quoq; propheta sum eiusdem cuius tu cultor numinis. & nũc ipsius iussu uenio te ad nos adducturus, & prãdio hospitali excepturus. Tum uates mentienti credens reuertitur. Adhuc aũt illis prandentibus, & familiari sermone se oblectantibus, Deus apparuit Iadoni, pœnam inobediẽtiæ pœnæq; modum denuncians. Fore enim ut in itinere à leone discerpatur, nec in paternũ monumentum inferatur. Hæc autem Deo uolente contigisse opinor, quò minus apud Hieroboamum Iadonis uerba fidem inuenirent, de mẽdacio suspecti. Nam redeunti Hierosolymam leo factus obuiam, detractum de iumento necauit, nihil læso asino. imò & illum & prophetæ cadauer seruabat accubans, donec uiatores quidam rem uisam pseudoprophetæ renunciauerũt. Tum ille filijs in hoc missis corpus eius in urbem reportauit, inibiq; magnifice sepelijt, monitis filijs ut se quoq; post mortem in idem monumentum inferrent. Vera enim esse quæcunq; ille prædixisset de urbe illa & altari & sacerdotibus ac pseudoprophetis: ad se autem nullam post mortem iniuriam peruenturã, propter communem cum illo sepulturam confuso ossium discrimine. Post iusta funebria prophetæ reddita, & iniuncta filijs mãdata, cùm esset uir malus & impius, Hieroboamum adit: Et quid ita, inquit, istius fatui turbatus es sermonibus? Illo uerò de altari & sua ipsius manu referente, ac uerè hominem Dei uatemque optimum uocirante, cœpit hanc eius opinionem malicioſè labefactare, & probabilibus rationibus rei ueritatem offuscare. Aiebat enim præ lassitudine manum eius obtorpuisse, dum altari inferret uictimas, ac deinde post quietem pristinum uigorem recepisse. Altare quoq; recentis etiã tum structuræ quòd tot ac tantarum uictimarum molem non ferret, disruptum concidisse. Postremò uatis mortem indicat, à leone esse necatũ: adeò nihil diuinum nec in uita nec in uerbis eius fuisse. His dictis regi persuasit, & mentem eius à Deo & iustis ac pijs operibus in totum auersam in extremam impietatem præcipitauit. In tantum enim posthac contra omne ius ac fas debacchatus est, ut nihil aliud quæreret, quàm quomodo indies magis ac magis semetipse nouis sceleribus superaret. SED hoc omisso de Solomonis filio Roboamo iam dicendum. Is duarum tribuum regno potitus, urbes munitas & magnas condidit, quarum nomina hæc: Bethleem, Ethame, Thecos, Bethsur, Socho, Odolam, Ipa, Maresa, Zipha, Adoram, Lachis, Azeca, Saręm, Elom, Hebron; omnes in tribu Iudæ sitæ. Alias deinde magnas in Beniamitica sorte muniuit, singulisque sua præsidia & præfectos imposuit, frumento, uino, oleo, cæterisque commeatibus abundè instructis. Scutorum etiam & lanceartum tantum numerum fabricari curauit, quantus multis millibus sufficeret. Ad hunc Hierosolymis degentem è tota Israëlitarum ditione confluxerunt sacerdotes & Leuitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni ac iusti, patrias suas relinquebant, ut Hierosolymis Deum colere liceret, offensi Hieroboami tyrannide, qui eos ad suarum uitularum adorationem ui adigere uolebat. quo factum est, ut Roboami regnum triennio talibus accessionibus crescceret. Qui cùm ex priore matrimonio cognatæ cuiusdam mulieris tres liberos suscepisset, superduxit postea cognatam aliam,

Altare diruptum.

IX. *Pseudopropheta prophetã decipit.*

Inobediẽti prophetæ pœna præscribitur.

Propheta inobediens Deo à leone necatur, & sepelitur.

X. *Roboami gesta.*

Vrbes à Roboamo condite.

Israelitarum ad Roboamum reditus.

A. M. 2973. Ante Chr. nat. 998.

aliam, Macham è Thamare Abeſalomi filia primogenitam, ex qua Abiæ pater factus eſt. Et quamuis etiam ex alijs uxoribus liberos haberet, præ omnibus tamen amauit Macham. Erant enim ei legitimæ uxores octodecim, concubinæ uerò triginta: & ex his uigintiocto filij, filiæ uerò ſexaginta. Abiam uerò Machæ filium ſucceſſorem ſibi deſignauit, eiusq; fidei theſauros ſuos & munitiſſimas quaſque urbes credidit. Sed ut plerunque ſolent mortales fortuna blandiente corrumpi, Roboamo quoque idem accidit. Videns enim ſui regni tanta incrementa, ad iniuſtas & impias actiones deflexit, factus contemptor ueræ religionis, ita ut etiã populum in imitationem ſui pertraheret: quandoquidem ea eſt rerum humanarum natura, ut cum principum ac magiſtratuum moribus etiam ſubditi deprauentur, quorum modeſtia ceu norma corrigi debebant, & pro uirtutibus uitia eorum ſequantur: alioquin niſi eadem quæ reges faciant, improbare facta illorum uidentur: ſicut ſub Roboamo contigit, populo leges ac pietatem contemnente, ne iuſticiæ ſtudijs regem ſuum offenderet.

Roboami uxores & concubinæ.

A.M. 2975. Ante Chr. nat. 996.

Suſacus AEgyptiorum rex captis Hieroſolymis, diuitias eius urbis in AEgyptum tranſportauit. CAP. IIII.

Suſacus Iudæam inuadit. 3. Regum 14.

HAnc contumeliam Deus per Suſacum AEgyptiorum regem ultus eſt, cuius res geſtas Herodotus per errorem Seſoſtri adſcribit. hic enim Suſacus quinto anno Roboami regni numeroſiſſimum exercitum contra illum adduxit: in quo fuêre currus MCC, equitum LXM, peditum CCCCM: eius miles maximè ex Afris cõſtabat ac AEthiopibus. Irrumpens igitur in Hebræorũ regionem, munitiſſimas Roboami urbes ſpontè deditionem facientes in fidem ſuam recepit, quibus præſidio firmatis poſtremò Hieroſolyma eſt aggreſſus. Roboamus uerò unà cum ſuis à Suſaci exercitu obſeſſus, uerſus ad ſupplicationes exorare Deum non potuit, ut uictoriam annueret. Sameas quoq; propheta eos terruit, dicens Deum minari deſerturum ſe illos qui cultũ ipſius priores deſerucrant. Quamborem conſternati, & uidentes nullam ſalutis ſpem reliquam, omnes confiteri cœperunt, iure ſe à Deo propter impietatem ac legum neglectum deſtitutos. Deus aũt uidens eos ſic affectos, & peccata ſua confitentes, per prophetam denunciauit nolle ſe eos perdere: ſubditurũ tamen AEgyptijs, ut experiantur utrum commodiùs ſit Deo ſeruire, an homini. Suſacus aũt Roboamo propter metũ dedente urbem, conditiones non ſeruauit: ſed depręda tus templum, theſauros tum Deo ſacros tum regios expilauit, exportata innumera auri atq; argenti multitudine, ac ne ſcrupulo quidem relicto. Detraxit etiam aurea ſcuta & clypeos, quos Solomon rex fecerat: ac ne pharetras quidem aureas reliquit, quas Dauid dedicauerat, à Sophenæ rege acceptas: atque ita domum eſt reuerſus. Meminit autem huius expeditionis etiam Halicarnaſſenſis Herodotus, in nomine tantùm errans, & quòd peruaſis multis alijs gentibus etiam Palæſtinam Syriam ſubiugârit, hominibus non expectata ui deditionem facientibus. Apparet autem, quòd noſtram gentem dicere uelit ab AEgyptio ſubactam. Narrat enim hunc columnas reliquiſſe apud eos, qui priùs quàm Martem experirentur, deditionem feciſſent, in quibus pudenda mulie bria inſculpta fuerint. Roboamus autem is fuit rex noſter, qui urbem antequam oppugnaretur dedidit. Idem ait, AEthiopes quoque ab AEgyptijs circumciſionem uiriliũ didiciſſe. Phœnices enim & Syri Palæſtini fatentur ſe hanc ab AEgyptijs accepiſſe. Conſtat aũt quòd nulli alij circumcidantur in Palęſtina Syriæ, præter quàm nos. Sed de his quiſque ſuo arbitratu ſentiat. Poſt Suſaci diſceſſum, Roboamus pro ſcutis & clypeis aureis parem ęreorum numerum fecit, eaque ſcutarijs & excubitoribus ſuis aſſignauit: & ſine ulla memorabili expeditione aut præclaro facinore quietus regni ſui tempora elabi paſſus eſt, metu cohibẽte, eò quòd perpetuum illi eſſet cum Hieroboamo diſſidiũ. Vixit annos LVII, ex quibus decem & ſeptem in principatu exegit, uir arrogans ac inſipiens, & qui propter ſpretum paternorum amicorũ conſilium imperium amiſit. Sepultus eſt Hieroſolymis in regijs conditorijs. In regnum paternũ Abias ſucceſſit, octauum iam ſupra decimũ annum Hieroboamo apud decem tribus regnante. ET quoniã huius regis exitũ diximus, ſupereſt ut quis Hieroboami finis fuerit cõſequenter ſubnectamus. Is nullũ neq; modum neq; finem impietatis faciẽs ſingulis diebus aras in excelſis lucis extruebat, & ſacrificos his è uulgo aſſignabat. Hanc ſuam contumeliã, dignamq; tanta impietate pœnam, non multo pòſt Deus in caput ipſius atq; familiæ uertit. Cumq; filius eius Obimes illo tempore ęgrotaret, iuſſit uxorem ſuam mutato cultu ſumptoq; priuato habitu ad Achiam prophetam proficiſci. eſſe enim hunc uirum in prędicendis futuris mirificũ, à quo ipſe olim regnũ ſibi deberi cognouiſſet: mandauitq; ut quaſi peregrina de filio percõtaretur, eſſẽtne præſentem morbũ euaſurus.

Samęas ex Dei mandato populum conſolatur.

Suſacus urbem Hieroſolymitanam occupat, et templum deprędatur.

Herodoti teſtimonium de Ægypti rege Suſaco.

A.M. 2987. Ante Chr. nat. 984.

Roboami mors & ſepultura.

Roboamo ſuccęſſit Abias.

XI.

3. Reg. 14.

Hieroboami impietas.

Hieroboami filio ægrotante uxor mutato habitu priuato ad

Illa

A Illa habitu mutato, ita ut à marito iussa fuerat, in Siluntem ubi tunc Achias degebat peruenit. Iamq; aduentante ad illius ædes muliere, cæcutienti præ senio Deus apparuit, indicans & quòd Hieroboami uxor ad eum ueniret, & quid ad interrogata responderidum esset. Et cùm iam pro foribus esset priuatam hospitem simulans, exclamat: Ingredere Hieroboami coniunx, quid teipsam celas? Deum certè non lates, qui me de aduentu tuo præmonuit, mandauitque quid tecum loqui debeam. Vade igitur ad maritum, & hæc Dei uerbis ei renuncia: Quoniam te magnum è paruo & nihili reddidi, & abscisso à Dauidis familia regno, tibi illud dedi: tu contrà immemor horum beneficiorum fusiles deos quàm me colere maluisti: ideò delebo te & tuum genus, & cadauera uestra à canibus atq; alitibus deuorabũtur. Constituam.n. regem super populum meum, qui neminem è Hieroboami genere
B superstitem est relicturus. Nec populus erit expers ultionis, sed excidet è terra bona hac, & in Transeuphratenses regiones dispergetur: quia regis impietatem est imitatus, & deos ab illo factos adorat, relictis meis ceremonijs. Tu uerò mulier ad maritum propera, hæc illi renunciatura. Filium autem mortuum reperies. nam te urbem ineunte ille è uita exiturus est: sepelieturque deflctus à toto populo, & publico luctu honoratus. Solus enim hic è Hieroboami familia bonus erat. Hoc oraculo mulier territa se proripit, & toto itinere futuram filij mortem iam tum deplorans plangensque misera properat propter maritum: eadem opera filio fatum accelerans, quem non nisi mortuum uisura erat: reuersaque domum, illum quidem, ita ut propheta prædixerat, exanimem reperit, regi uerò cuncta renunciauit.

Achiam prophetam proficiscitur consultum.

Hieroboami uxor seipsam dissimulans, ingredi iubetur.

Hieroboamo ingratitudinis & idololatriæ reprehenso pœna denunciatur.

Pœna populo euentura.

C *Hieroboami contra Abiam filium Roboami expeditio & clades, & quòd Basanes Hieroboami generis extirpator, ipse regnum occupauerit. CAP. V.*

AT Hieroboamus nihil his motus, magnis delectibus habitis contra Abiam filiũ Roboami, duarum tribuum regem, qui tum patri successerat, duxit exercitum, propter ętatem eius eum contemnens. Ille uerò audito aduentu Hieroboami, haudquaquam est perterritus: sed supra ętatem, & supra quàm hostis sperauerat, collecto è duabus tribubus exercitu, occurrit Hieroboamo in quodam loco qui appellabatur mons Samaron, & prope illum castrametatus ad prælium se & suos parabat. Habebat autem in castris quadringẽta millia militum: Hieroboami copiæ duplo numerosiores fuêre. Vt uerò pugnandi studio acies instructæ ex aduerso constitêre, Abias occupato editi-
D ore quodam loco, manu mota silentium tum à multitudine tum ab Hieroboamo petijt. Quo impetrato, sic orsus est dicere: Quòd Dauidi atq; eius posteris regnum in omnes ætates duraturum diuinitùs sit concessum, ne ipsi quidem ignoratis: quo magis mitor cur deserto meo patre, Hieroboamo eius seruo adhærere malueritis, & nunc ab illo contra nos stetis iusto Dei suffragio principatum obtinentes, impugnaturi nos, & reliqua regni parte depulsuri. Maiorem enim eius partem Hieroboamus hactenus iniustè occupat. Sed nõ diu fruetur sua tyrannide, dabit Deo pœnas perpetratorum scelerum, qui finem imponet eius nefarijs facinoribus: quandoquidem ipse non uult imponere, atque etiam uos ad omnem iniquitatem incitare non desinit. Hoc .n. autore nulla iniuria prouocati à meo patre, tantùm quia malis consilijs seductus, parũ comiter uos allocutus est, irati deseruistis, ut quidẽ
E uidemini, illum: sed reuera Deum optimum maximum, legesq; eius. Atqui ęquũ erat ueniam dedisse non solùm uerbi durioris homini iuueni & concionandi non admodum perito, sed etiam si re aliquid per ętatem peccasset, uel propter Solomonem patrem, & illius in hanc gentem beneficia. Par enim est parentum meritis posterorum errata condonari. Vos uerò nullam eorum rationem habuistis, ac ne nunc quidem habetis, sed tam numeroso exercitu contra nos uenitis. qua quæso re freti? num aureis illis uitulis, & aris ac lucis celsioribus? quæ non religionis, sed impietatis uestræ argumẽta sunt. An fortè multitudo qua potiores estis, spem uobis facit uictoriæ? At nihil pollet quantumlibet innumera uis exercitus, pro iniusticia contra ius arma ferentis. In sola enim pietate ac iusticia spes uictoriæ sita est, quæ profectò penes nos est, qui constanter in seruandis legibus & ueri numinis cultu
F perseueramus: quem non manus artificis è materia fragili sculpserunt, neque sceleatus rex commentus est ad imponendum uulgo: sed qui conditor est omnium, & principium huius uniuersitatis simul & finis. Quamobrem nunc quoque suadeo ut resipiscatis, & secuti meliora consilia desinatis contra instituta patria bellum gerere, per quæ ad tantam felicitatem peruenistis. Dum in hanc sententiam Abias uerba facit ad Israëliticum populum, interim ab Hieroboamo pars copiarum occultè missa à tergo Abianorum conspicitur:

Hieroboamus contrariatur Abiæ.

Abias exercitu Hieroboamo occurrit.

Samaron locus.

Abias Israelitarum copias ad obsequium pelli cere conatur oratione.

Abias Hebræis confidentiã humanam idololatriam & exprobrat.

Victoriæ spes in quibus consistat potissimum declarat.

Deus principiũ & finis omnium.

qui

qui circumuentos ſe uidentes, non mediocriter ſunt territi. Ibi Abias bono animo ſuos eſ- A
Abiani animis receptis in hoſtem irruunt. ſe iubet, omnemq; fiduciam in Deo ponere: illum certè nullis hominum inſidijs circumueniri. Ad hanc regis uocem redditus eſt militi animus: & inuocata ope numinis, ad ſacerdotum claſſica ingenti clamore ſublato alacritatis indice in hoſtem irruunt. Nec defuit cœleſte auxilium, quod hoſtium uigorem retudit, Abianis longè præpollentibus. Tantam enim
Abias Hieroboamum prælio uincit. ſtragem ediderunt, quanta in nullis uel Græcorum uel Barbarorum inuenitur commentarijs. Cæſis enim quingentis hoſtium millibus memorabilem apud omnes poſteros uictoriam retulerunt, & urbes eorum munitiſſimas ui captas diripuerunt, Bethelem cum ſua præfectura, itemq; Iſanam & huic cõiunctam præfecturam. Poſt eam cladem Hieroboami
Abias moritur. uires omninò fractæ fuêre, quandiu Abia fuit ſuperſtes. Defunctus enim eſt nõ multo poſt
A. M. 2988. Ante Chr. nat. 983. uictoriam, exacto tertio principatus ſui anno: ſepultusq; eſt Hieroſolymis in maiorum ſuo- B
Aſan⁹ rex Iudæ. rum conditorijs, relictis filijs uiginti duobus, filiabus ſexdecim. Is liberorũ numerus è muli
Hieroboam mortuus. eribus XIIII. ei ſuſceptus eſt. In regnum ſucceſſit filius Aſanus, matre Machæa genitus,
A. M. 2992. Ante Chr. nat. 979. quo regnante Iſraëlitarum regio decenni pace potita eſt. Atque hæc ſunt quæ de rebus Abię ſunt prodita. Mortuus eſt deinde etiam Hieroboamus rex decem tribuum, cùm regnaſſet annis uigintiduobus, ſecundo iam anno regni Aſanici exacto. Eius loco imperauit filius
Nadabus Iſraelitarum rex. Nadabus, paternæ maliciæ ac impietatis æmulus, eoq; in principatu biennium exegit.
Nadab⁹ occiſ⁹. Quo tempore ducto exercitu ad Gabatho Palęſtinorum urbem, putabat ſe eam obſidione
A. M. 2993. Ante Chr. nat. 978. poſſe capere. Interim quidam è domeſticis eius amicis Baſanes Macheli filius inſidijs interceptum occidit, & occupato regno totam eius ſtirpem excidit, euenitq; ſecundum pro- C
phetæ uaticinium, ut qui ex Hieroboami cognatis in urbe trucidabantur, à canibus laniati abſumerentur: qui uerò in agris, ab alitibus. Atque in hunc modum Hieroboami familia debitas impietatis & ſcelerum pœnas exoluit.

AEthiopum expeditio in Hieroſolymitanum agrum regnante Aſano, & exercitus eorum interitus. CAP. VI.

XII *Aſanus pius 3. Reg. 15.* ASanus autem Hieroſolymorum rex, uir erat moribus honeſtiſſimis præditus; & cœleſtis numinis obſeruantiſſimus, quique nihil uel cogitaret uel faceret niſi pietati ac naturæ legibus conſonum. Is correxit quicquid erat in ſuo regno uitioſum, ſublatis omnibus exoticis immundicijs. habuitq; in exercitu lectiſſimorũ uirorum ſcutatorum ac haſtatorum ex tribu Iudæ trecenta millia: ex tribu item Beniamitica ſcutatorum & ſagittariorum ducenta quinquaginta millia. Eius regni anno decimo Za- D
Zaræus Æthiopum rex ab Aſano Iudæorum rege profligatur. ræus AEthiopum rex cum maximo exercitu contra eum uenit, ducens peditum nongenta millia, equitum centum millia, adiunctis trecentis curribus. Huic progreſſo uſque ad Mareſam, quæ eſt urbs ditionis Iudæ, occurrit Aſanus: & inſtructa contra eum acie non procul ab urbe in quadam ualle, cui nomen Saphatha, ut uidit ingentem AEthiopum multi-
Saphatha uallis. tudinem, exclamauit, Deum inuocans, oransq; ut uictoriã ſibi contra tam multa hoſtiũ millia dignetur annuere. Veniſſe ſe ad dimicandũ cum Zaræo ſola illius ope fretũ, qui paucos
Aſanus victoriæ ſignũ à Deo accipit. plurium, & imbecilles fortium uictores poſſet reddere. Hæc precãti Deus uictoriæ ſignum obtulit: quo uiſo rex alacris cum hoſte cõflixit, cęſisq; plurimis, reliquos terga uertẽtes uſq; in agrum Gerarenum perſecutus eſt. Verſi deinde à cædibus ad rapinas Gerara capiũt ac diripiũt. Idem & in caſtris hoſtiũ factum eſt: unde multum auri egeſtum eſt, prædaq; abacta E
camelorum, iumentorum, & greges pecorum. Tanta uictoria diuinitùs parta ditati omnes,
Azarias uictores Iudæos ad pietatem cohortatur. reuertũtur Hieroſolyma: iamq; non longè aberant, quùm illis propheta Azarias fit obuiã. is poſteaquam agmen conſiſtere iuſſit, orſus eſt dicere, hanc uictoriam diuino fauore eis contigiſſe propter ſeruatam iuſticiam ac pietatem, & quia ſemper Dei uoluntati obtemperauiſſent. Quòd ſi ita, ut cœperant, pergerent, in poſterum quoq; uictorias de hoſte & uitam fortunatam eiuſdem fauore illis expectandam: ſin uerò à religione deſciuerint, omnia
2. Paralip. 15. cõtraria illos manere: ſequuturũq; tale tempus, in quo neq; propheta uerax in populo reperiatur, neq; ſacerdos iuſticiæ cultor. Tuncq; & urbes eorum ſubuertendas eſſe, & gentem per omnes terras diſpergẽdam, erronumq; more uitam acturam nullis certis ſedibus. Quapropter hortabatur, ut dum tempus eſſet probitati ſtuderent, & diuinum fauorem ſi- F
Religio renouata. bijpſis non inuiderent. His auditis rex unà cum populo gauiſi ſunt, dederuntq; operam & publicè & priuatim ut religio ſarta tecta maneret, dimiſſis à rege per totam regionem à
Baſanes Iſraelitarum rex impius. quibus hoc negocium diligenter curaretur. Nunc relictis in hoc ſtatu Aſani duarum tribuũ regis rebus, reuertor ad Baſanem Iſraëlitarũ regem, qui Nadabo Hieroboami filio cęſo regnum eius occupauerat. Hic in Tharſe urbe relicto domicilio, uigintiquatuor annis regnauit,

A gnauit, scelerati or magisq; impius quàm uel Roboamus uel illius filius, afflictor populi, & aduersus Deum contumax. Quapropter misso ad eum Gimone propheta, prædixit se totum ipsius genus exciturum, & eisdem quibus priùs Hieroboamũ cladibus profligaturum: eo quòd rex à se constitutus ingratus fuisset, nulla in administrando regno pietatis aut iusticiæ ratione habita, quibus uirtutib. nulla uel utilior populo, uel Deo gratior: sed sceleratissimi Hieroboami factus imitator, omnibus eius uitijs sese contaminasset. Cui quùm similis esse uoluerit, meritò etiam similem exitum habiturum. At Basanes posteaquam cognouit imminentes pro scelere sibi ac suo generi calamitates, nón hoc curauit ut correctior in posterum & anteactorum pœnitens placato numine uitaret exitium: sed uelut proposito præmio si strenuè pergeret, perinde ac si per prophetam ampla spes proposita, non calami-

3. Reg. 16. Gimon propheta ex iussu diuino Basani regi pœnam denunciat.

B tas denunciata esset, sciplo factus nequior, indies data opera scelus scelere cumulabat. Postremò cum exercitu aggressus est urbem non ignobilem Ramathonem, distãtem quadraginta stadijs ab Hierosolymis. quam captam muniebat, ut eam sedem belli faceret, unde sui milites excursionibus regnum Asani uastarent. Veritus aũt eius conatum Asanus, & cogitans quàm multa damna suæ regioni relictus apud Ramathonem exercitus inferre posset: misit ad regem Damascenorũ legatos cum pecunijs, ambiens eius societatem, & admonẽs quòd paterna inter ipsos intercederet amicitia. At ille & pecuniam libẽter accepit, & societatẽ cum eo inijt, relicta Basanis amicitia: moxq; suos duces iubet cum exercitu in illius ditionem proficisci, & urbes hostiliter infestare: qui sine morà alias incenderunt, alias diripuerunt, uidelicet Achionem, Danam & Abelmaën. His auditis Israëlitarum rex, omissa mu-

Basanes Ramathonem munit.

A.M. 3006. Ante Chr. nat. 965.

Basanus Asano societate iungitur.

C nitione Ramathonis, ad suas res tuendas festinanter reuersus est. Asanus aũt è confecta ab illo materiâ duo firma oppida in eo loco condidit, quorum alteri nomen Gaba, alteri Massepha. Nec postea Basanes bellum instaurare ualuit, fatali morte præuentus: sepultusq; est in Arsane oppido. In regnum successit filius Elanus. Hic post alterum regni annum perijt per insidias, cæsus à Zamare sui equitatus dimidiæ partis magistro. Epulantem enim apud Osam suum procuratorem immissa equitum turma facilè oppressit, per absentiam tam præfectorum quàm militum, qui tum omnes in obsidione Gabathonis Palæstinorum urbis occupati fuêre.

Asanus oppida condit.

Basanes moritur.

A. M. 3016. Ante Chr. nat. 955.

Elanus creditur.

A. M. 3017. Ante Chr. nat. 954.

Basanis stirpe sublata apud Israëlitas, Zamares, & post hunc Amarinus & Achabus filius regnum obtinent. CAP. VII.

D  Einde ex magistro equitum factus rex, totam Basanis stirpem secundum Gimonis uaticinium extinxit. Eodem enim modo eius familia radicitùs interijt propter impietatem, quo Hieroboami progeniem internecione absumptam diximus. Interea qui Gabathonem obsidebat exercitus, audito regis casu, & quòd Zamares occisi à se regnum inuasisset, & ipse Amarino imperatori suo regnum detulit: qui soluta Gabathonis obsidione ad Tharsen regiam uenit, eaq; expugnata ui potitur. Zamares uidens urbem sine præsidio, in intimam regiam se recepit, subiectoq; igne simul cum ea se quoq; cõcremauit, regni sui die septimo. Quo facto cõfestim populus in diuersa studia scissus est, alijs Thamanum, alijs Amarinum regnare uolentibus. Cuius factio quùm tandem uicisset, occiso Thamano solus totius populi regnum obtinet. Trigesimo anno regni Asa-

Zamares Israelitarum rex Basanis stirpem sustulit.

Zamares igne interit.

Amarinus Israelitarum rex.

E ni regnauit Amarinus annis duodecim, sex Tharsæ, reliquos sex Mareonę, quæ à Græcis Samaria dicitur. Ipse Samaræum uocauit à Samaro, de quo montem emerat, in quo urbs sita est. Hic nihil à prioribus regibus differebat, nisi q̃ illis fuit sceleratior. Omnes .n. hoc agebant, ut populum quotidianis impietatibus à Deo abalienarent. Quapropter iratus Deus effecit ut alius alium tolleret, & cum toto suo genere extirparentur. Hic Samariæ diem suum obijt, succedente Achabo filio. Hinc autem uidere licet, quàm curæ sint Deo res hominum: & quomodo bonos diligat, malos contrà funditùs eradicet. Israëlitarum enim reges propter impietatem breui tempore alius ab alio cum totis familijs sublati sunt. Asanus uerò Hierosolymorum duarumq; tribuum rex ob pietatem ac iusticiam feliciter Dei fauore uiuens, ad extremam peruenit senectam, & post unum & quadraginta regni annos bona

A.M. 3028. Ante Chr. nat. 943.

Deum bonis bene, malis malè facere.

Asanus bene moritur.

F morte decessit. cui mox Iosaphatus successit filius, ex Abida matre natus, omnium testimonio proauitæ pietatis ac fortitudinis æmulus, quibus Dauidem sanctissimũ regẽ retulit. Sed de hoc quidem rege nũc dicere non est necesse. CAETERVM Achabus Israëlitarum rex habitauit Samariæ, ubi uigintiduobus annis regnũ tenuit, nihil de priorũ regũ institutis mutãs, nisi si quid deterius commẽtus est. Omnium .n. impietates repręsentauit ac scelera, sed Hieroboami præcipuè. nam & uaccas ab eo cõsecratas adorauit, & alias super hãc im-

A.M. 3031. Ante Chr. nat. 940. Iosaphatus XIII. Achabus Israelitarum rex impius.

pietates addidit. Vxorem præterea duxit filiam Ithobali, Tyriorum ac Sidoniorum regis, A
Iezabela Achabi uxor impia. cui nomen Iezabela: moxq; ab ea domeſticos illius deos colere didicit. Erat hæc mulierecula audax & temeraria, adeoque impotentis inſaniæ, ut non uerita ſit templum Beli deo Tyriorum ędificare, & lucum omnis generis arborum plantare: cui etiam ſacerdotes & falſos uates inſtituit. Quin & ipſe rex hoc genus hominum frequens circa ſe habebat, dementia & malitia omnes ante ſe reges ſuperans. Hunc propheta quidam Dei maximè Theſbone
3. Reg. 17. Elias ſiccitatem prædicit. Galaditica urbe oriundus adijt, dicens Deum prænunciare, quòd nec pluuiam illis annis daturus ſit, nec rorem, donec ipſe uates compareret. Additoque iureiurando quo magis rem
A. M. 3037. confirmaret, ſeceſſit ad tractum auſtralem, ubi ad torrentem quendam degebat, unde potũ
Ante Chr. haberet. Nam cibus ei quotidie per coruos afferebatur. qui poſtquam ob inopiam imbriũ
nat. 934. exaruit, iubente Deo profectus eſt Sareptam, quod oppidum Tyrum inter & Sydonem ſi- B
Elias Sareptam uenit à coruo nutritus. tum eſt. Illic enim ſe mulierem uiduam inuenturum præmonitus fuerat, quæ ipſi alimenta ſuppeditaret. Iamque non longè à porta aberat, quùm uidet mulierem operariam ligna colligentem: & ſignificante Deo hanc fore eius altricem, ſalutatã priùs rogauit, ut aquam ad bibendum afferret: abeuntemque iam reuocans, & panem apportare iuſſit. Iurauit illa nihil ſibi domi eſſe præter unicum farinæ pugillũ, & olei paululum: ueniſſeq; ſe cò, ut collectis lignis ſibi ac filio panem coqueret: quem ubi comediſſent, fame abſumerentur, quã-
Sareptana uidua cibo neceſſario non deſtituitur. doquidem nihil ſupereſſet aliud. Tum propheta: Vade, inquit, bono animo lætiora ſperans: & primùm mihi paululùm paratum affer. Polliceor enim tibi nunquam in uaſe illo farinam defore, nec oleum in phiala, donec Deus det pluuiam. Paruit mulier, & quæcunq; propheta petierat fecit: deinceps que & ſibi & filio & hoſpiti ſat alimentorum habuit. Neu- C
Menandri teſtimonium de Eliæ ſiccitate. trum enim horum defecit, quandiu durauit ſiccitas. Meminit autem huius inopiæ pluuiarum etiam Menander in geſtis Ithobali Tyriorum regis, ſic ſcribens: Hoc regnante etiam pluuiarum defectus fuit ab Hyperbereteo menſe uſque ad inſequentis anni Hyperbereteum continuus: qui cùm ſupplicationes indixiſſet, ſequuta eſt magna uis fluminum. Hic Botrym in Phœnice condidit, & Auzaten in Africa. His uerbis dubio procul ſiccitatem factam ſub Achabo, cuius tempore Ithobalus apud Tyrum regnauit, Menander in ſuos commentarios retulit. Mulier autem illa prophetæ hoſpes, cùm filius eius morbo præualente, expiraſſet, eiulans, & uoces quas dolor exprimebat emittens, querebatur de aduentu hominis qui peccata eius detexiſſet, ideò mulctatam ſe filij morte dictitans. Ille cõſolabundus iu-
Elias puerum in uitam reuocat. bet eam ſibi tradere filium, breui receptura uiuum: acceptumq; mox in propriũ cubiculum detulit, quo depoſito ſuper ſuum lectulum, exclamauit ad Deum, non bonam hoſpitij D
gratiam altrici relatam extincto ipſius puero: rogabatq; ut remiſſo ſpiritu uitã ei reſtitueret. Itaq; Deo genitricem miſerãte, & prophetæ gratificante, ne uideretur infortunium ſecum in hoſpitium intuliſſe, præter omnem expectationem recepit puer ſpiritum. At illa gratias
3. Regum 18. Elias ad Achabum redit. egit uati, dicens nunc apertè ſe agnoſcere diuinæ mẽtis interpretem. Paulo deinde poſt Dei iuſſu ad Achabum proficiſcitur, indicaturus ei uenturam pluuiam. Erat tum fames per totam regionem, & magna rerum ad uictum neceſſariarum penuria, ut nõ ſolùm hominibus panis deeſſet, uerùm etiam equis cæterisq; iumẽtis terra negaret pabulum, tanta erat ubiq;
Obedias. ſiccitas. Rex igitur uocato diſpenſatore Obedia, cui iumẽtorum curam mandauerat, iuſſit ubiq; fontes & torrentes perquirere, ſicubi inueniretur herba ad ſecãdum iumentis pabu- E
Achabus Eliam quærit. lum. Cumq; multùm quæſitus propheta Helias nuſquã compareret, iuſſit Obediam quoq; ſe ſequi. Partitis deinde itineribus, aliam rex, aliam diſpenſator uiam ingreditur. Erat autẽ
A. M. 3040. uir pius, & quo tempore Iezabel regina in prophetas ſæuiebat cędibus, centum ex eis in cauernis ſubterraneis abdiderat, pane & aqua ſuſtentandos. Huic à rege digreſſo Elias occur-
Ante Chr. rit, & ex percontatione agnitus, à uenerabundo ſalutatur. Mox propheta mandante ut ad-
nat. 931. uentum ſuum regi nunciet: Quo, inquit, meo merito me mittis ad eum, qui te ubiq; gen-
Iezabelis in prophetas ſæuitia. tium ad necem perquirit? Quis enim locus eſt, ad quem attracturos te ad necem non miſerit? Nunc fieri poteſt, ut dum ego regem adeo, te Dei ſpiritus, quo agitaris, aliò rapiat: & rex te non reperto fruſtratus, in caput meum ſæuiat. Noli eſſe in meo periculo tam ſecurus, F
quùm ſcire poſſis quàm ſim ſtudioſus tui ſimilium, qui centum Dei homines furori Iezabelis eripui, cæteris omnibus ab ea interfectis. Propheta contrà iubet, ut nihil metuens regem adeat, ſacramẽto interpoſito ſe quoq; eadem die in eius cõſpectum uenturũ. Quo in-
Achabi in Eliam conuitia. Elias Achabum idololatriæ redarguit. dicio, poſtquam Achabus Eliam adeſſe didicit, in occurſum eius uenit, & cum indignatione: Tũne ille es, inquit, Hebræorum turbator? tũne ſterilitatis huius autor? At ille nihilo blandior, ipſum & eius familiam cum ſuis externis ſacris cauſam malorum omnium

aſſe-

A aſſeuerat,inuectis peregrinis numinibus,& pro abrogato ueri Dei cultu ſuppoſitis. Mox iubet ut eat, & totum populum in Carmelum montem ad ſe conuocet, ſimulq; ſuos & uxoris uates,quorum numerum etiam non tacuit: præterea lucorum prophetas quadringentos plus minus. Vt uerò omnes acciti à rege ad conſtitutum locum confluxerunt, Elias in medio conſiſtit: Et quouſque,inquit, inter utrunq; uacillabitis? Si enim Deum noſtrũ ue- *Elias populi mã liciam taxat.*
rum & ſolum creditis,hunc & mandata eius ſequimini: quòd ſi non huic,ſed externis diuinos honores deberi exiſtimatis, illos igitur recipite. Populo uerò nihil ad hæc reſpondente, Elias poſtulat, ut quo certiore argumento uel proprij uel alienorum probetur potentia, ſolus ipſe Dei ſui uates contra illorum trecentos contendat, ſumpto boue, & in lignorum ſtruem impoſito, ſed nullo igne ſubdito. idem oportere & illos facere, atque ita inuo-
B care ſuos deos,ut ligna uelint accendere. Hoc.n. pacto ueram Dei naturam dignoſci poſſe. Quæ ſententia poſtquã placuit, iubet Elias prophetas illos electo boue priores ſacram rem *Baalis uates ab Elia uicti & illuſi.*
facere,& ſua nominatim inclamare numina. Cumq; ſuis precibus & inuocationibus nihil proficerẽt,ludens Elias altiùs eos iubet uocem attollere,ſi fortè aut peregrè abſint,aut dormiant. Illis uerò à manè uſq; ad meridiem fruſtra inclamantibus,& more patrio cultris ac lanceolis ſua corpora incidentibus: cùm iam ſuæ uices ſacrificandi ueniſſent, amotis illis iuſſit uulgum propiùs obſeruare,ne fortè clàm ignem admoueret: qui poſtquam acceſſit, ſumptis duodecim lapidibus ſecundum numerum tribuum Iſraëliticarum,altare ex eis cõſtruxit, foditq; circum illud foſſam bene profundam: & coaptata ſuper altare ſtrue lignorum,uictimaque deſuper impoſita,quatuor hydrias fontana aqua plenas ſuper altare iuſſit
C effundi,ita ut foſſa quoq; repleretur aquis ſuperfluentibus. Quibus peractis,cœpit inuoca- *Elias doctrinam miraculo confirmat.*
re Deum, precariq; ut erranti iam diu populo oſtendat ſuam potentiam: & ecce adhuc illo orante,ignis repentè de cœlo in altare lapſus inſpectante populo,tum uictimam tum aquã omnem circumfuſam abſumit,ita ut locus fieret aridus. Quo uiſo Iſraëlitæ,proſtrati in terram unum Deum adorant, hunc maximum & ſolum uerum confitendo: cæteros nihil a- *Dij alieni.*
liud eſſe,quàm nomina uanis ſtultorum hominum opinionibus conficta: moxq; comprehenſos eorum prophetas interficiunt,Elia ſic iubente: qui & regem abire ad prandium iuſſit,nec eſſe ampliùs ſolicitum. breui enim uiſurum pluuiam. Quo abeunte, Elias uerticem *Baalis prophetæ interfecti.*
Carmeli conſcẽdit: & cùm humi deſediſſet, caput genibus applicuit, iuſſitq; famulũ aſcẽ- *Elias pluuiam impetrat.*
ſa quadam ſpecula ad mare proſpicere,& indicare ſicubi nubem excitari uiderit: nam hac-
D tenus ſerenum erat cœlum. Paruit ille non ſemel aſcenſa ſpecula,ſed nihil ſe uidere retulit. Tandem ſeptimò reuerſus ait,ſe uidiſſe in aëre neſcio quid nigricans,humano ueſtigio nõ amplius. Quo audito,Elias mittit eum mox ad Achabum, iubens ut rex properè in urbem redeat, priùs quàm profuſus imber occupet. Qui poſtquam ad Ieſraëlam urbem cœpit tẽdere, ſine mora offuſcato aëre & inuoluto nubibus, procella mixtus imber ſuperuenit: & propheta correptus numine,regiũ currum uſq; Iezraëlam Azari urbem currens proſequutus eſt. Iezabela uerò, Achabi uxor, audito prodigio per Eliam patrato, quodq; prophetas *3. Reg. 19.*
ipſius interfeciſſet,miſit ad eum nuncios,minando ſe illum occiſuram,quemadmodũ ipſe prophetas occidiſſet. Et Elias territus fugit in urbem Berſube,quæ eſt in extremis tribus Iu- *Elias Iezabelem fugit.*
dæ finibus,Idumęæ contermina: relictoq; ibi famulo,ipſe in deſertum abijt. Cumq; preca-
E tus eſſet mortem,quòd non eſſet cęteris melior,ut illis abſumptis ipſe uitæ cupidus eſſe debeat, ſub arbore quadam obdormijt: & excitatus à quodam,ſurgens inuenit aquam ac ci- *Elias ab angelo nutritur.*
bum appoſitum: & cùm comediſſet,collectis ex hoc cibo uiribus,ad Sinæum uſq; mõtem peruenit,in quo Moyſes à Deo legem accepiſſe proditur: ubi nactus amplum quendã ſpecum, ingreſſus habitat illic. Allapſa deinde ad aurem eius uoce incertum unde profecta, percontante quamobrem relicta urbe deſertum coleret: ait,ſe occiſis externorum deorum uatibus perſuaſiſſe populo,quòd unicus ſit Deus,qui ab omnibus coli debeat: & ob id factum ad ſupplicium ſe à regina expeti. Mox eadem uoce iuſſus in craſtinum ſub dium prodire,auditurus quid opus facto ſit: ſequenti luce è ſpelunca prodijt. Ibi & terræ motus eius *3. Regum 19. Sinæus mons. Eliæ habitatio in deſerto, per 40. dies ac noctes.*
aures perculit,& oculis ſe candens ignis fulgor obtulit: ſequutoq; mox ſilentio,diuina uo- *Eliam Deus alloquitur.*
F ce nihil terreri præſentibus iuſſus eſt. neminem enim inimicorum fore illius compotem: mandatumq; mox,ut domũ reuerſus declaret populi regem Ieum Nemeſſæi filium: apud Damaſcum uerò Syrorum Azaëlem: & pro ſe prophetam Eliſçum cõſtituat,ex Abela urbe oriundum. Impios.n. pœnam daturos,alios Ieu regi,alios Azaëli. His auditis Elias in regionem Hebræorũ reuertitur: & quùm offendiſſet Saphati filiũ Eliſçum, arantẽ cum quibuſ- *Ieus rex Iſraelis.*
dam alijs impellẽtibus iuga duodecim,acceſſit,& ei pallium ſuũ iniecit: qui ueſtigio pro- *Eliſæi ortus & uocatio.*

Eliſæi prophetiæ initium.

phetare occœpit, relictisq; bubus ſectator Eliæ factus eſt. Rogauit tamen, ut priùs ſibi liceret parentibus ualedicere: quo impetrato illum ſequutus eſt, indiuiduus poſthac miniſter ac comes. Et prophetæ quidem huius res ita ſe habuerunt. CAETERVM Nabuthus quidam ciuis urbis Azari, quùm prædium haberet regijs fundis contiguum, rogatus ab Achabo, ut ei quantolibet precio uenderet rus finitimum, adiungēdum regio: aut ſi mallet, unū aliquod è regijs pro eo ſibi eligeret: negauit ſe id facturū. gratius .n. ſibi eſſe, è paternis agris fructus percipere. Rex non aliter quàm ſi ſuam poſſeſſionem amiſiſſet, quia non licebat alienam occupare, contriſtatus, nec lauare uoluit, nec cibum ſumere. Iezabela uerò ſciſcitante quid acciderit, ut nec balneū admittat, & cœnam çquè ac prādium faſtidiat, quàm ruſticus ſit Nabuthus ei denarrat: uſum ſe apud eum comi ſermone, & infra regiam maie ſtatem demiſſo, pro qua humanitate nihil niſi repulſam retuliſſe. Mulier contrà hortatur ut magno ſit animo, & mœrore miſſo ad conſuetam corporis curam redeat: ſe daturam operam, ne Nabuthus hanc contumeliam impunè auferat. Moxque literas Achabi nomine ſcriptas mittit ad Iſraëlitarum præcipuos, hoc argumento: Iubebantur indicto ieiunio cōcionem aduocare, & in ea primum locum Nabutho propter illuſtre genus attribuere. Deinde ſubornatis tribus uiris nihil non auſuris, horum teſtimonio conuictum eum blaſphemiæ populo lapidandum obijcere, atq; hoc modo de medio tollere. Id quod ita, ut regina ſcripſerat, factum eſt: & Nabuthus tali teſtimonio conuictus Deo ac regi feciſſe conuiciū, à populo eſt ſaxis obrutus. Quod ubi Iezabelæ relatum eſt, regem accedit, ſuadetq; ut ſine ſuo ſumptu uineæ Nabuthi hæreditatem capeſſat: & ille exiliens præ gaudio, ad uiſendum id prædium eueſtigiò ſe confert. Deus autem iratus Eliam mittit, ut regi in eo rure occurrat, rogetq; quid ita occiſo uero domino eius prædij hæreditatem iniuſtè ſibi uſurpet. Qui ubi ad eum uenit, dixit rex ſe uti uelle illo prędio. Nabuthum enim, fœdum hominem, ſceleris à ſe fuiſſe conuictum. Tum uates prædicit, eo loco ubi Nabuthi ca dauer à canibus abſumptum eſt, fundendum & regis & reginæ ſanguinem, & totum eorum genus delendum propter tam crudele ſcelus, quo ciuem contra ius per calumniam oppreſſiſſet. Tum demū Achabum eius facinoris pœnitentia ſubijt, & indutus ſaccum, nudisq; pedibus, à cibo abſtinuit, peccatum confitens, & Deum ita placare cupiens. Deus uerò per prophetam denūciat, ſe quidem uſque poſt eius obitum dilaturum uindictam, quandoquidem ſceleris pœniteat: minas tamen uanas non fore, ſed Achabi filium pro commiſſis pœnas daturum. Et hæc quidem regi propheta indicauit.

De Nabutho ab Achabo ob uineam per calūniam occiſo.

Elias Achabi facinus reprehendit, prædicēs regi & reginæ pœnam.

Achabi pœnitentia.

Adadus Damaſci & Syriæ rex bis contra Achabum ducto exercitu profligatur. CAP. VIII.

1. Regum 20. Adadi filius Achabo aduerſatur.

VM hæc circa Achabum geruntur, eodem tempore Adadi filius, Syrorum & Damaſci rex, contractis è toto regno ſuo copijs, aſcitisq; ultra Euphratem triginta duobus ſocijs regibus, contra Achabum duxit: qui intelligens ſe imparem eius copijs, à congreſſu quidem abſtinuit: ſed coactis ex agris in urbes munitiſſimas omnibus, ipſe manſit intra Samariam Cincta enim erat mœnibus firmiſſimis, & alioquin uidebatur expugnatu difficilis. Syrus autē cum exercitu eò uenit, & obſeſſam urbem oppugnare cœpit. miſſoq; caduceatore ad Achabū, petijt ut ſibi liceat legatos ad eum mittere, propoſituros quídnam peteret: quo impetrato quùm ueniſſent legati, ita ut illis mandatum erat, aiunt Achabi diuitias & liberos & uxores eſſe Adadi. quòd ſi ipſe quoq; fateatur, & permittat ei quicquid libuerit ex his ſumere, abducto exercitu regem obſidionē ſoluturum. Achabus uerò iubet legatos regi ſuo renunciare, & ipſum & ſuos omnes, facultatesq; uniuerſas in poteſtate eius fore. Poſt hanc legationem rurſum aliam Syrus miſit, poſtulans, ut quādoquidem ipſius confeſſione omnia ſua eſſent, admitteret craſtina luce mittendos in hoc famulos, eisq; liberum faceret regiam & amicorum ac cognatorum domos ſcrutari, & auferre quicquid in eis inuentum fuerit pulcherrimum. Reliqua quæ illis non placuerint, ſibi habere. Achabus lætus ſecunda legatione Syri, aduocata concione, dicit ſe libenter pro pace & ciuium incolumitate uxores ac liberos ſuos, omnesque facultates proprias fuiſſe traditurum. hoc enim prima legatione Syrum petijſſe. Nunc uerò uelle eū mittere famulos, qui omnium ędes ſcrutētur, & nihil in eis quod ſit pulcherrimum relinquāt, nimirum belli anſam quęrentem: ut quandoquidem ſciat propter amorem ciuium paratum rebus ſuis non parcere, occaſionem belli ex illorum rebus arripiat: facturum ſe tamen quicquid ipſis uiſum fuerit. Reclamauit tota concio, contemnendum eſſe cum ſuis mandatis illum, & bellum alacriter gerendum. Accitis igitur legatis hoc reſponſum referendū dedit,

Adadus Samariam obſidet.

Syri ad Achabū legatio.

Achabi reſponſum Syri legatis redditum.

A dedit, quòd primis poſtulatis nunc quoq; conſentiat ſalutis ciuium gratia, poſteriora non admittat. atq; ita eos dimiſit. Hoc reſponſo commotus ad iram Adadus, tertiò legatos mittit cum minis: ferocem eum eſſe fiducia mœnium, ſe uerò parem illis aggerem excitaturum, ſi uel pugillum terræ ſinguli milites conferant: uolens eum copiarum multitudine perterrefacere. Achabo uerò reſpondente, gloriari debere non armatum, ſed pugna ſuperiorem factum: legati reuerſi cœnanti tum fortè cum triginta ſocijs regibus reſponſa referunt. Ille eueſtigiò mandat circumuallari urbem & aggerem erigi, & nullam oppugnandi rationem prætermitti. Interim Achabus cum omni populo minimum à deſperatione aberat. Sed hunc timorem ei propheta quidam ſuperueniens exemit, dicens Deum polliceri, daturum ſe uictoriam de tam multis hoſtium millibus. Rogatus deinde, per quos hæc uictoria continget? Per pueros, inquit, ducum, ſed te regente illorum imperitiam. Accitis igitur principum filijs, qui trigintaduo erant ſupra ducentos, cognito quòd Syrus ad epulas & luxum ſe dediſſet, patefactis portis emittit iuuenes. Id poſtquam ei per ſpeculatorem eſt ſignificatum, mittit quoſdam eis obuiam cum his mandatis, ut ſiue pacati ueniant, ſiue pugnatum, uinctos ad ſe pertrahant. Interim Achabus etiam reliquum militem intra mœnia paratum cum armis habuit. Filij uerò principum congreſſi cum excubijs, multis occiſis reliquos uſque ad caſtra perſequuti ſunt. Quod ubi ſuccedere Iſraëlitarum rex animaduertit, uniuerſum reliquum exercitum emittit. At illi repentino impetu in Syros delati, facilè eos profligant, nihil tale expectantes. quo factum eſt, ut in ebrios & inermes impingerēt, ita ut relicta in caſtris armatura fugerent, & rex ipſe præceleri equo uix euaſerit. Achabus uerò longo ſpacio Syros perſequutus eſt, cædendo quotquot aſſequi datum eſt. Direptis deinde opulentis caſtris, auro & argento refertis, captis etiam equis Adadi & curribus, domum in urbem reuerſus eſt. Cæterùm propheta monente, ut in ſequentem etiam annum paratus ſit, & exercitum in promptu habeat (reuerſurum enim Syrum iterum) rex omni ope bellum apparat. Porrò Adadus ſeruatus è clade cum reliquijs exercitus, aduocatis amicis conſultabat, quomodo cum Iſraëlitis bellum gerere debeat. Illi ſuaſerunt non eſſe poſthac cum eis in montanis cōfligendum. Deum enim eorum in talibus locis pollere, & ideò ſe nunc ab eis uictos: ſed ſi in campeſtribus committatur prælium, ſe ſuperiores fore. Præterea conſuluerunt, ut dimiſſis regibus quos ſecum in expeditionem duxerat, copias eorū retineret, & ſatrapas illis præficeret, ſupplementumque in ſua ditione tam equitum quàm peditum conſcriberet. Placuit regi conſilium, deditque operam ut talis apparatus fieret. Mox ubi primum ueris ſignum ſe protulit, exercitum in Hebræos duxit: & quùm peruenisſet prope oppidum Apheca, in magno campo caſtra poſuit. Achabus uerò cum ſuis copijs obuiam illi progreſſus, caſtra cùm caſtris contulit; quamuis numerò militum longè inferior. Superueniente deinde propheta, & uictoriam pollicente, ut hoſtis contrà quàm opinabatur, ſentiret Deum Iſraëlitarum non minùs potentem in campis quàm in montibus, per ſex dies à neutris caſtris quicquam motum eſt. Septima uerò, quùm hoſtis pro caſtris aciem explicuiſſet, Achabus quoque ſuos ex aduerſo inſtruxit. Nec mora collatis ſignis acriter utrinque pugnatum eſt, donec Syri non ferentes Hebræorum uim, terga uerterent. quibus impigrè uictoriam proſequentibus, confuſum agmen trepidè fugientium equitum, peditum, curruum, à ſeipſis proculcatum obterebatur, non multis pro tanto numero in Aphecam amicam urbem euadentibus, qui & ipſi murorum ruina oppreſſi ſunt uigintiſeptem millia: in prælio uerò centum millia hoſtiū ceciderunt. Adadus aliquot fidiſſimis famulis comitatus in quandam ſubterraneam cellam ſe abdidit. quibus clementiam Iſraëliticorum regum prædicantibus, & ſpem ueniæ facientibus, ſi conſueto ſupplicum habitu ad eum mitterentur, permiſſi ſunt hoc facere. Illi induti ſaccos, & reſtibus capita rediimiti, qui tum priſcus apud Syros ſupplicandi mos fuit; Achabum adeunt, & ſalutis tantùm gratiam petere Adadum ſignificant, deditiūm eius in perpetuum futurum. Tum ille gratulari ſe ei dixit, quòd è pugna euaſiſſet, fratriſq; loco eum ſe habiturum pollicitus eſt. Famuli accepta ſacramenti fide nihil mali paſſurum, producunt è latebris hominem, & adducunt ad Achabum, qui tum ſublimis curru uehebatur. Et quùm adoraſſet Achabus, porrecta dextra in currum eum ſuſtulit, exceptumq; oſculo iuſſit eſſe bono animo, & nihil ſe indignum timere. Adadus actis gratijs quàm longa ſibi uita daretur memorem ſe fore huius beneficij profeſſus eſt, reddituramque Iſraëlitici iuris urbes, quas maiores eius armis occupauerant: & facturum ei liberam poteſtatem commeandi Damaſcum, ſicut pater ipſius idem ius Samariæ habuerat. Fœdere deinde icto, & iureiurando firmato, Adadus egregiè dona-

Fiducia Adadi humana.

Achabum timore perculſum, promiſſione diuina erigitur.

Syri ab Iſraelitarum iuuenib⁹ uicti.

3. Regum 20.

Achabus uictoria potitur, Syri exercitu ſubacto.

Adadus bellum denuò inſtaurare conatur.

Syri Iſraelitarū Deum montanū eſſe dicentes, ab eiſdem iterū uincuntur in campeſtribus.

Apheca oppidū.

Supplicandi conſuetudo apud Syros.

Achabus Adado Syrorum regi parcit; cūq; eo

fœdus icit.

Michæas prophetа uulnerari ſe iubet, & Achabum reprehendit.

tus in ſuum regnũ remiſſus eſt. Poſt talem Syrorum contra Iſraëlitas expeditionis exitum A
propheta quidam, nomine Michæas, acceſſit ad quendam Iſraëlitam, iuſſitq; eum ut uul-
nus ſibi in capite infligeret, addens Deum ita uelle. Qui cùm parêre nollet, daturum inobe-
dientiæ pœnam prædixit, & leonis incurſu periturum. Quod quùm ita euenisſet, alterum
propheta adijt, idem imperans. A quo ictus, & uerticem ſaucius, obligato capite uenit
ad regem, dicens ſe cum eo militaſſe, & è tribuno captiuum quendam aſſeruandum acce-
piſſe: quo fuga elapſo periclitari ſe nunc ne interficiatur ab eo qui illum tradiderat, quan-
doquidem hoc interminatus ſit, ſi captiuus effugeret. Reſpondente uerò Achabo meritò
id paſſurum, ſoluto capite agnoſcendum ſe Michæas præbuit. Hac autem arte uſus eſt, quò
maiorem uim uerbis ſuis adderet. Ait enim Deum in regem animaduerſurum, quòd Ada-
dum cõtra ſe contumelioſis dictis inuectum elabi permiſiſſet. Futurum enim ut ipſe ab eo B
cui pepercit interficiatur, & populus eius ab exercitu. Rex libertate prophetæ offenſus, iu-
bet eum in carcerem conijci, & uehementer ea prædictione contriſtatus domum ſe recipit.

De Ioſaphato rege Hieroſolymorum. CAP. IX.

Ioſaphati pietas.

2. Paralip. 17.

HActenus de Achabi rebus, nunc ad Ioſaphatum Hieroſolymorum regem re-
uertor: qui aucto ſuo regno, & præſidijs per urbes ditionis ſuæ diſpoſitis, ne il-
las quidem ſine præſidio reliquit, quas Abias auus in ſorte Ephræmitica de
Hieroboamo decem tribuũ rege cœperat. Hic rex perpetuò propitium & au-
xiliatorem Deum habuit, quòd eſſet uir iuſtus ac pius, & per ſingulos dies da-
ret operam ut aliquid gratum Deo faceret. Quo factum eſt, ut & ipſi à circumquaque uici-
nis regibus multus honos haberetur, id quod miſſitandis ad eum muneribus declarauc- C
runt, ut hinc quoque tam diuitiæ regis quàm fama non mediocre incrementum caperent.
Anno autem regni ſui tertio cõuocatis principibus & ſacerdotibus eius regionis, iuſſit eos
obire uniuerſam ditionem, & populum oppidatim leges Moyſis earumque obſeruantiam
atque religionis cultum docere: quod adeò libenter ciues complexi ſunt, ut certamen hu-
ius ſtudij inter eos ſuſceptum uideri poſſet. Finitimæ quoq; gentes conſtanter hunc regem
amabant, pacem inuiolatam cum eo ſeruantes. Palæſtini etiam ordinaria tributa perſol-
uebant, & Arabes annuos ſexcentos triginta agnos, paremq; hœdorum numerum. Muni-

Ioſaphati potẽtia.

uit etiam magnas urbes ac ualidas, & exercitus armis bene inſtructos contra hoſtem aluit:
ex tribu Iudæ ſcutatorum trecenta millia, quibus præerat Edræus, Ioannes uerò ducentis
millibus. Idem dux habebat ex tribu Beniamitica ſagittariorum peditum ducenta millia. D

Ochobati ducis potentia.

alius præterea dux, nomine Ochobatus, ductabat cẽtum octoginta ſcutatorum millia, præ-
ter milites qui per munitiſſima oppidorum præſidia fuêre diſpoſiti. Duxit deinde filio ſuo
Ioramo Achabi decem tribuum regis filiam Gotholiam. Cumq; libuiſſet ei Samariam in-
uiſere, benigniſſimè ab Achabo exceptus eſt, atque etiam exercitus, qui ſuum regem comi
tabatur, publicè exhibito frumento, uino & carnibus: rogatusq; eſt ab Achabo, ut cõtra Sy-

Ioſaphati cum Achabo fœdus. 3. Regum 22. A.M. 3047. Ante Chr. nat. 924.

rorum regem arma cum eo coniungeret, ad recipiendam urbem Ramathana in regione
Galaditica, quam ipſius patri illius pater eripuiſſet. Ioſaphato uerò auxiliũ pollicito, quòd
non minorem quàm ille haberet exercitũ, & Samariam accitis à Hieroſolymis copijs, pro-
greſſi extra mœnia duo reges, & ſedentes in ſuo uterque ſolio, ſtipendia militibus numera
bant. Ioſaphatus uerò cenſebat, ſi qui prophetæ eſſent, accerſendos & conſulendos de ex- E
peditione, quæ contra Syrum parabatur, an & illis uideretur eo tempore ſuſcipienda. Et-
enim Achabo amicitia cum Syro intercedebat triennio continuo, ex quo captum eum di-
miſerat uſque in illam diem.

Achabus à Syris bello laceſſitus prælio uictus. CAP. X.

3. Regum 22.

Pſeudoprophetæ ad gratiam loquuntur.

AChabus uerò accitis ſuis prophetis numero quadringentis, iuſſit eos ex Deo ſci-
ſcitari, an daturus ſit regi bellum contra Adadum mouenti uictoriam, & urbis
dominium propter quam bellum illaturus eſſet. Prophetis uerò bellum ſuaden
tibus: uincendum enim Syrum, & in poteſtatem uenturum, quemadmodum
antea: Ioſaphato ſuboluit fucus ex eorum uerbis, & quòd falſi uates eſſent: percontatusq;
eſt Achabum, num quem alium præterea prophetam habeat, ut certiùs etiam futura præ- F
ſcire ualeant. Reſpondit ille, eſſe quidem & alium, ſed ſibi inuiſum, quòd malũ euentum

Michæas uerus propheta ad Achabum uaticinaturus è carcere adducitur.

prædixerit, foreq; ut ipſe à Syrorũ rege occiſus pereat: & ob eam cauſam in carcerem eum
nunc eſſe incluſum. eum uocari Michæam Iembleæ filium. Ioſaphato uerò poſtulante eũ
produci, miſſus cubicularius propheram adduxit: qui inter eundum ei indicauerat, cæte-
ros omnes prophetas uictoriã regi prædicere. Reſpondit uates ſibi non licere contra quàm

Deus

A Deus moneat mentiri, ſed dicturum ſe quicquid ex Deo de rege cognouerit. Vbi uerò ad regem peruenit, adiuratus ut uera loqueretur: ait, ſibi Deum oſtendiſſe Iſraëlitas fugientes, & inſequentibus Syris diſperſos, non aliter quàm greges ſublatis paſtoribus: Hoc quoq; ſignificare Deum dicebat, quòd cæteris incolumibus redeuntibus, ſolus Achabus in prælio caſurus eſſet. Hæc loquuto Michæa, uerſus ad Ioſaphatum Achabus: Nónne, inquit, modò tibi dixi quàm malè mihi uelit iſte? Michæa uerò conſtanter aſſeuerante, ſe nihil niſi iuſſu Dei prædicere, illum uerò ſpe uictoriæ ſolicitari à pſeudoprophetis ad bellum, in quo ipſi cadendum ſit, rex attentiùs cogitare cœpit. Interea Sedecias quidam unus è pſeudoprophetis in medium progreditur, negans curandum quid Michæas dicat. nihil enim ueri eum prædicere, argumento eſſe prædictionem Eliæ, qui ſine dubio meliùs quàm iſte futu-
B ra cerneret. illum enim prædixiſſe, apud Iezraëlam in Nabuthi ſuburbano lambendum à canibus regis ſanguinem, quemadmodum lambiſſent cruorem Nabuthi opera ipſius lapidati à populo. Perſpicuum igitur eſſe iſtum mentiri, qui longè præſtantiori prophetæ non uereatur contrarium dicere, quòd perituru ſit rex abhinc die tertia: ſed mox fore euidentiùs etiam quàm uerax ſit, aut afflatus diuino ſpiritu. Percuſſus, inquit, à me in faciem, arefaciat mihi dexteram, ſicut Iadon fecit Hieroboamo, cùm comprehendi eum prophetam iuſſiſſet. Puto enim te audiuiſſe quòd hoc ita factum ſit. & cum dicto inflixit ei alapam. Cumque ei nihil mali propter hoc accidiſſet, ſecurus iam Achabus non ampliùs dubitauit copias contra Syrum ducere. Vincebat enim, opinor, fati uis, plus fidei falſis quàm ueris prophetis adſtruens, & cauſas ad futurum euentum præſtruens. Sedecias uerò aptatis ſibi
C ferreis cornibus dicit Achabo, Deum ſignificare euertendam cornibus uniuerſam Syriam. Michæa contrà aſſeuerante breui fore ut Sedecias è cella in cellam fugiat latebras quæritãs, ne luat pœnas uaniloquij: iratus rex iubet eum apud Achamonem prætorem urbis haberi in cuſtodia, nec aliud quicquam præter panem & aquam ei præberi. ATQVE ita duo reges uerſus Ramatham cum copijs profecti ſunt. quo audito rex Syriæ cum exercitu eis occurrens, non procul à Ramatha caſtra poſuit. Conuentum autem erat inter reges ſocios, ut Achabus priuato habitu uerſaretur in prælio: Hieroſolymitanus uerò ſumpto Achabi cultu ſtaret in acie, quò faciliùs Michææ uaticinium eluderent: ſed inuenit eum fatum etiam ſine inſignibus. Adadus enim mandauit per tribunos militi, ut neminem alium occiderent, ſed ſolum regem Iſraëlitarum. Syri uerò primo cõgreſſu uidentes Ioſaphatum ſtan-
D tem ante aciem, rati eſſe Achabum, impetu facto eum circumuenerunt: ſed poſtquam è propinquo cognouerunt eſſe alium, omnes ſe retrò receperunt. A mane autem uſque ad ueſperam pugnantes & uincentes, occidebant neminem, ſicut eis mandatum fuerat, ſolum Achabum ad necem quærendo, nec tamen inueniendo. tandem unus ex Adadi famulis, Amanus nomine, miſſa in hoſtes ſagitta, regem per thoracem in pulmonem ſauciat. Achabus autem noluit hoc ſcire ſuum militem, ne terga uerteret: ſed aurigam iuſſit currum extra prælium euehere, quòd graue ac lethale uulnus accepiſſet. Cumq; uehemẽter cruciaretur, perſtitit tamen in curru uſq; ad ſolis occubitum, & tandem profluuio ſanguinis uiribus deficiens interijt. Iamque appetente nocte Syri ſeſe in caſtra recipiunt: & quamprimùm per caduceatorem de Achabi morte cognitum eſt, ſolutis caſtris domum quiſque re-
E uertitur. Cadauer regis Samariam relatum, illic ſepulturæ traditur: & cùm currus regius cruore fœdatus ad Iezaræ fontem eſſet ablutus, ueritatem Eliæ prædictionis euentus comprobauit. Canes enim lambebant eius ſanguinem: & meretrices reliquum abluerũt. Mortuus autem eſt apud Ramatham, ſecundum Michææ uaticinium. Ergo quoniam utriuſq; prophetæ prædictionem euentus conſecutus eſt, uenerandum eſt numen, eique ſemper plus oportet tribuere, quàm eorum qui ad gratiam loquuntur ſermonibus: nec aliter exiſtimare, quàm quòd nihil ſit diuinatione & huiuſmodi futurorũ prædictione utilius, quãdoquidem per ea diuinitùs monemur quid caueri debeat. Quin & ea reputatio hoc loco ſubit animum, quòd inſuperabilis ſit fati neceſſitas: quæ etiamſi præſciatur, caueri tamen non poteſt: ſed tamdiu homines ſibi uana ſpe blandiuntur, donec in illius caſſes in-
F cidant. nam hoc quoque Achabo fatale fuerat, ut prænunciantibus cladem non crederet, & à prophetantibus ad gratiam deceptus in mortem rueret. cui in principatum Ochozias filius ſuccedit.

Sedecias prophetа falſus Michææ reſiſtit uera dicenti uerbis; & facto.

Sedeciæ pœnã denunciatur. Michæas carcere detinetur.

XV.

3. Reg. 22. *Achabus & Ioſaphatus in Syros profecti.*

Achabi mors. A.M. 3047. Ante Chr. nat. 924.

Autoris digreſſio de diuinatione. Prophetarũ uerorum uaticinia minimè deſpicienda.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER NONVS.

Ioramus Achabi filius Moabitas bello petitos ſuperat. CAP. I.

A.M.3048. Ante Chr. nat. 923. 4. Regum 3. 2. Parali. 19. 21.

Ioſaphatus à uate reprehenditur, ob impiolatas ſuppetias.

IOSAPHATO autē regi poſt ſuppetias contra Adadum Achabo latas, Hieroſolyma reuertenti propheta Ieus occurrens, reprehendit eum, & cum homine impio & ſcelerato arma coniunxiſſet. Deum.n. indignè tuliſſe hanc ſocietatem: ſeruaſſe tamen eum ex hoſtibus propter ſuam bonitatem, licet peccaſſet. Poſt eam admonitionem rex ſupplicationibus & ſacrificijs Deo cōciliato, uniuerſam ſuam ditionem perluſtrauit, populum leges diuinitùs per Moyſem traditas, & cultum pietatis docendo: conſtitutisq; oppidatim iudicibus, hortatus eſt eos, ut ſolius

Ioſaphati religio.

iuſticiæ reſpectu habito ius populis dicerent, nec muneribus corrupti, nec magnatum aut diuitum captantes gratiam, omnibusque quod æquum eſt redderent: ſcientes quòd etiam

Deus omnia uidet.

occulta Deus inſpiciat. Hæc cùm per ſingulas duarum tribuum urbes docuiſſet, Hieroſolyma reuerſus hic quoque iudices è ſacerdotum ac Leuitarum ordine, & è primatibus conſtituit, & hos priùs monitos, ut iuſtè & accuratè iura populo redderent. Quòd ſi grauiores controuerſiæ deferrentur ad eos ex alijs cognatis urbibus, de horum negocijs maiore etiam diligentia decerni uoluit: quòd eam urbem maximè æquitatis ſeruātem eſſe deceat, in qua

Magiſtratus populi Iſraelitici.

& templum ſimul haberetur, & regia. eis ſummos magiſtratus ex amicorum numero præpoſuit Amaſiam ſacerdotem, & ex Iudæ tribu Zabadiam. Et rex quidem in hunc modum res conſtituit. Per idem tempus Moabitæ & Ammanitæ cum Arabum auxilijs ei bellum in-

Ioſaphatus bello impetitur, &

ferunt, & ad Engaddam urbem Aſphaltitæ lacui uicinam caſtrametantur, trecentis ſtadijs à Hieroſolymis diſſitam, cuius ager egregia palmeta fert, & balſamum. Ioſaphatus autem

Dei opem implorat.

cùm audiſſet hoſtes ſuperato lacu in regnum ſuum iam irrupiſſe, territus concionem aduocat: & ad templum uerſus Deum inuocat, ut tantum uirium & roboris ei ſuggerat, quantum ſatis ſit ad ſumendam de hoſte pœnam. In hoc.n. templum id extructum à maioribus, ut quoties ab externo hoſte immineat periculum, ibi populus coràm numen præſens inuocet, diuinaq; ope adiutus inuaſores ſuos malè mulctatos arceat, uolentes datam ab ipſo terram ad poſſidendum eis auferre. Sic precatus eſt lachrymans, accedente eòdem

Iaziel uates Ioſaphato victoriam ſpondet.

totius populi cum uxoribus & liberis ſupplicatione. Ibi Iaziel quidam propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiuiſſe, & ipſum pugnaturum ſe polliceri cum hoſtibus. Mox edicit ut in craſtinum ſe parent, ituri obuiam hoſtibus, & occurſuri eis Engaddam inter & Hieroſolyma, ad quendam cliuum, cui nomen Sis, uoce Hebræis ſignifi-

Sis quid ſignificet.

cante eminentiam. Ibi non fore opus ut cum hoſte confligant, ſed pugnantem tantùm pro ſe Deum, quieti ipſi ſpectatores conſiderent. Poſt hoc oraculum rex & totus populus proſtrati in faciem, gratias agendo adorabant Deum, & Leuitæ organis ſuis hymnos canebant.

Organorum uſus.

Diluculo uerò progreſſus rex in ſolitudinem ſubiectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendū eſſe prædictioni propheticæ: & nō ſtruendā quidē aciem, ſed in primo agmine cōſtituendos ſacerdotes cū tubis, & Leuitas cum cantoribus: agēdasq; Deo gratias, non aliter quàm liberata iam ab hoſte patria. Placuit regis conſilium, idq; mox etiam exequuti ſunt. Deus uerò terrorem & conſternationem immiſit Ammanitis, ita ut alij alios

Ammanitæ mutuis uulneribus cadunt.

hoſtes eſſe putantes, interficerent tanto furore, ut ne unus quidem ex tot millibus reliquus fieret. Ioſaphatus uerò proſpiciens in uallem in qua caſtra hoſtium fuerant, cùm totam uideret refertam cadaueribus, lętus tàm inopinato Dei auxilio, & ſibi citra ſudorem & ſangui-

Ioſaphati victoria;

nem uictoria cōtigiſſet: permiſit ſuo militi caſtra diripere, & ſpoliare cadauera. tantaq; fuit multitudo, ut ægrè per integrū triduū omnia ſpolia legerēt. Quarta uerò die cōgregatus totus populus in quandam conuallem, potentiam & auxiliū Dei debitis cōcelebrauit laudi-

cultus Deo attributus;

bus: à quo facto poſtea locus nomē inuenit, ut Conuallis laudationis appellatus ſit. Inde reuerſus cū exercitu rex Hieroſolyma, per aliquot dies in ſacrificijs occupatus fuit, ac epulis.

Quin

A Quin & in exteras gentes tam mirificæ uictoriæ fama perlata, eam regi ſanctitatis ac pietatis opinionem conciliauit, ut res eius ſub diuini numinis tutela deinceps eſſe crederent: & Ioſaphatus quidem deinceps iuſticiæ ac pietatis nomine erat in magna gloria. Erat aũt amicus & Achabi filio, qui tum Iſraëlitis præerat: cum quo inita ſocietate parandarum nauiũ, quæ merces in Pontum peterent, ac emporia Thraciæ, iacturam fecit haud minimam. Nauigia.n. abſumpta ſunt naufragijs, quòd non bene regerentur præ magnitudine. Quo factũ eſt, ut hac cura uacauerit in poſterum. Atq; hactenus de Ioſaphato. ACHABI uerò filius II.
Ochozias regnauit apud Iſraëlitas, & regiam Samariam, uir peſſimus, & utriq; parenti omninò ſimilis, & Hieroboami primi Iſraëlitarum ſeductoris æmulus. Eius regni anno ſecundo Moabitarum rex defecit, & tributa quæ patri eius ſolitus erat pendere, amplius detrectaB uit. Accidit autem, ut Ochozias de tecto domus ſuæ deſcendens per gradus prolaberetur, morboq; ex hoc caſu contracto Accaronem ad Muſcæ (id deo nomen erat) oraculũ ſciſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorũ uerò Deus Eliæ prophetæ mandauit, ut nũcijs ab eo miſſis occurrens percontaretur, an Iſraëlitæ proprium Deum non haberent, quandoquidem rex ad alienum mitteret de ſalute interrogaturus: iuberetq́ue eos reuerti, & regi dicere, eum non reualiturum. Quod quùm Elias feciſſet, nuncij his auditis cõfeſtim ad regem reuerſi ſunt. Quo demirante celeritatem reditus, & cauſam quærente, aiunt ſibi occurriſſe uirum quendam, & uetuiſſe ulteriùs progredi: iuſſiſſeq;, renunciarent ſuo regi, Iſraëlitarum Dei nomine, quòd morbus in peius proficeret. Rege uerò iubente ut ſibi figurã hominis illius deſignarent, dicebant hominem eſſe hiſpidum, & cingulo coriaceo præcinC ctum. Qui cùm intellexiſſet Eliam per hæc deſcriptum à nuncijs, miſit ad eum attrahendũ, centurionem cum quinquaginta militibus. Is repertum in montis uertice deſcendere iuſſit, & ad regem uenire. In hoc.n. ſe miſſum, ut ni ſponte ſua faciat, ui coactum eò pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum, quo uerus propheta noſceretur, & igne ad ſuas preces cœlitùs miſſo, ipſum unà cum militibus conflagraturum, malum hoc eis imprecatus eſt: moxq́ue candens turbo delatus centurionem & eius comitatum perdidit. quorum clade ad regem perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliam mittit: qui & ipſe cùm prophetæ minatus uim eſſet, ni uolens ſequeretur, & hunc ad preces eius ignis abſumpſit, quemadmodum alterum. Quo cognito, rex miſit tertiũ Is quòd eſſet cordatus & mãſuetis moribus, poſtquã peruenit ad locũ ubi tum erat Elias, & amicè eum ſalutauit:
D Non ignoras, inquit, quòd, ut regis mandato paream, inuitus ad te uenio, ſicut & illi qui ante me uenerunt. Miſertus igitur mei, & horum militum, uolens ac libens deſcende, nosq́ue ad regem ſequere. Tum Elias delectatus uiri ciuilitate & modeſtis moribus, deſcendit ac ſecutus eſt. Perductus deinde ad regem, afflatus numine: Hæc, inquit, dicit Dominus: Quia me pro Deo non habuiſti, quem de morbo tuo ueri nihil prædicere poſſe putaſti: & ad eum qui Accaronitis colitur, de ualetudine conſulendum mittere maluiſti, ſcito te moriturum. Nec multum exinde tempus elapſum, dum ita ut Elias prędixit decedens (quòd liberis careret) Ioramo fratri ſuccedenti locum fecit, homini patrem cùm alijs uitijs, tum maximè impietate referenti. Omiſſo enim ſui Dei cultu, ſe externis religionibus dedidit, uir alioqui ſtrenuus. Hoc regnante Elias ex hominibus exemptus eſt: nec in hodierE num uſque diem mortalium quiſquam ſcire potuit, quiſnam fuerit eius exitus. Diſcipulũ reliquit Eliſæum, ſicut iam antè diximus. De hoc Elia & Enocho qui fuit ante diluuium, in ſacris libris legimus quidem euanuiſſe è conſuetudine mortalium: mortuos tamen eſſe nemini unquam fuit cognitum. CAETERVM Ioramus accepto poſt fratrem regno, III.
Moabitarũ regi Miſæ bellũ inferre ſtatuit, tributum nolẽti reddere, quod Achabo patri antea ſoluebat, intonſarum pecudum annua ducenta millia. Ergo poſtquam domi parauit exercitum, Ioſaphatũ quoq; per nũcios ſolicitauit, ut quãdoquidem amicus eſſet paternus, auxilia mitteret paranti bellum cõtra Moabitas, qui à ſuo regno defeciſſent. At ille non ſolùm ſe uenturum auxilio promiſit: ſed Idumæorum etiam regem, ſibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturum. Ioramus, ubi renunciatum eſt ei de talibus auxilijs, uenit HieF roſolyma: & ſplendidè ab eius loci rege exceptus, cùm de communi ſententia uiſum eſſet per Idumęæ deſerta, quà minimè hoſtis expectaret, iter facere, cum alijs duob. regib. Hieroſolymis profectus eſt, uidelicet cum hoſpite & cum rege Idumæorum: & circuitu facto, die ſeptima ducibus itineris aberrãtibus, in tantã iumenta & milites aquarũ penuriam inciderunt, ut omnib. tantùm non deſperantibus Ioramus doloris impatiens exclamaret ad Deũ, quánam ſua culpa tres reges ſine prędio in Moabitarũ regis manus traderet? Ioſaphatus cõtrà,

fama, &

claſſis naufragium.

Ochoziæ Iſraëlitarum rex.

4. Regum 1.

Ochoſiæ caſus. Accaron deus fictitius.

4. Regum 1.

Eliæ ægrotanti Ochoziæ mortẽ prædicit.

Eliæ forma.

Eliæ precanti ignis in ultionem cœlo mittitur.

Elias Ochozię accedit; idololatriæ accuſat; atque eundẽ breui moriturum uaticinatur.

Ioramus Ochoziæ in regno ſuccęſſit.

Eliæ & Enochi raptus.

Ioramus Moabitarum regi bellum infert.

4. Regum 3.

Ioramus à Ioſaphato ſubſidiũ petit.

Ioſaphatus Ioramo auxiliũ pollicetur.

Aquarum penuria.

trà,ut uirũ piũ decebat,cõſolabatur eum: iuſſitq; perquiri, num quis in exercitu propheta A
adeſſet, per quem quid faciendũ eſſet,Deus poſſet cõſuli. & indicante quodam famulo,uidiſſe ſe ibi Eliæ diſcipulum Eliſæum Saphati filiũ: ſuaſu Ioſaphati tres reges ad illũ uadunt: quumq; ad illius tabernaculum ueniſſent,quod fortè extra caſtra fixerat,rogabãt quid futurum eſſet de exercitu, præcipuè Ioramus. At ille iuſſit ut abſiſteret,nec moleſtus eſſe pergeret,ſed potiùs patris ac matris prophetas cõſuleret. illos enim eſſe ueridicos. Rex precib.urgebat,ut reſponſum daret,& eos ſeruaret. At ille iurauit ſe ei non fuiſſe reſponſurũ,niſi hoc
Eliſæus pluuiã prædicit: & faceret in gratiam Ioſaphati,uiri probi & pij. Accito deinde pſalte quodam (ſic enim uates poſtulârat)eo pſallente correptus diuino ſpiritu,iuſſit reges in alueo torrentis multas foſſas facere. nam abſq; nube & uento & pluuia uiſuros alueũ repletum aquis, ita ut militi & iumentis abundè potu ſuppetente,nullũ ampliùs à ſiti periculum timeatur. Nec hoc ſolùm, B
uictoriam. inquit,uobis à Deo cõtinget,ſed & copias hoſtiũ eius ope profligabitis,& arbores excidetis, & regionem uaſtabitis,& fontes ac riuos obturabitis. Hæc loquuto propheta,ſequenti die priuſquàm ſol oriretur,torrens magno impetu ferri cœpit,auctus imbribus,qui in Idumeã triũ dierũ itinere inde diſtãtem demiſſi fuerãt: ut & iumẽtis & militi largiſſima adeſſet potus copia. Rex aũt Moabitarũ,ut audiuit tres reges cõtra ſe aduẽtare,à deſerto inuaſuros,excita omni ſua militia,iuſſit eos per montes occurrere, ne clàm in ditionem ſuam impetum
Aqua ſanguinea. facerent. qui uidentes exoriente ſole aquã in torrente (non procul.n. à terra Moabitide aberat) colore ſanguineã,quòd eo tempore maximè aqua radijs icta rutilet: falſò opinati ſunt hoſtes propter ſitim in ſemetipſos arma uertiſſe, & eorũ ſanguinẽ per torrentem defluere: & cum hac perſuaſione regem ſuum rogabãt,ut eos ad diripienda hoſtilia caſtra ire permit- C
teret. quo impetrato ruentes uelut ad paratam prædam, ad Hebræorum caſtra perueniunt.
Moabitæ ab Hebræis uincũtur. Sed ualde eos ſua ſpes fruſtrata eſt. Coorientibus.n. in eos undiq; hoſtib. partim cẽſi ſunt, partim diſpalati fugiendo ẽgrè in terram ſuam euaſerunt. Reges uerò agros Moabitarũ ingreſſi,dirutis oppidis totam regionem prædis abactis exhauſerũt, & rura eorum glarea torrentis operuerunt,& optimas quaſq; arbores exciderunt,fontesq; aquarum obturauerunt, mœnibus ubiq; ſolo ẽquatis. Rex ipſe compulſus in quãdam urbem,& obſeſſus,ueritus ne expugnata illa caperetur, erumpere cum ſeptingentis equitibus tentauit, qua parte negli-
Moabitarũ rex filium ſuum immolat. gentiores excubiæ uiſæ ſunt. Quod ubi præter ſpem non ſucceſſit,in urbem reuerſus rem extremæ neceſſitatis & deſperationis aggreditur: ſeniorem.n. filiũ, qui regni ſucceſſor deſtinatus fuerat, productũ in mœnia,toto hoſtili exercitu inſpectante holocautoma Deo ſa- D
crificat. Reges uerò hoc uiſo tantam neceſſitatem miſerati,& humanarum uiciſſitudinum
Ioſaphatus è uiuis exceſſit. memores,ſoluta obſidione domũ quiſq; ſuã reuerſi ſunt. Ioſaphatus uerò poſt hãc expedi-
A.M. 3055. tionem pacatus quidẽ, ſed non diu Hieroſolymis ſuperuixit, exacto uitæ anno ſexageſimo,
Ante Chr. nat. 916. regni uigeſimoquinto: ſepultusq; in ea urbe magnificè,quemadmodum Dauidis imitatorem ſepeliri decuit.

Ioramus Hieroſolymorum rex principatum adeptus, fratres & paternos amicos interficit. CAP. II.

A.M. 3056. Ante Chr. nat. 915. *Ioramus Iudæorum rex.* Filijs,quos complures reliquit ſuperſtites, Ioramus natu maximus patris uoluntate in regnum ſucceſſit,cum Iſraëlitarũ rege commune nomen habens, uxoris ſuæ fratre,qui Achabi fuit filius,& tum recens à Moabitico bello Samariã reuer- E
Eliſæi facta. 4. Reg. 4. ſus Eliſçum ſecum adduxerat.Eius prophetæ res memorabiles è ſacris libris huc tranſcriptas inſerere noſtræ narrationi operæ precium duximus. Obediæ uxor, qui Achabi diſpenſator fuerat,tunc uidua Eliſæum adijt,dicens nec ipſum ignorare,quòd ea perſecutione, qua Iezabela in prophetas ſæuiebat, maritus eius centum ex eo numero ſeruauerat: quos ut alere clàm poſſet,æs alienum contraxerat,nũc illo defuncto, creditores & ipſam & liberos in ſeruitutem uelle rapere: quapropter orabat, ut ob hoc mariti benefactũ eius miſertus opem aliquam præſentem afferret. Quo ſciſcitãte ecquid domi haberet? nihil ſe ha-
Eliſæus oleum multiplicat. 4. Regum 6. bere ait, præter olei paululum in fidelia. tum propheta iubet illam ire, & acceptis commodatò à uicinis uacuis uaſis compluribus,foribusq; cubiculi clauſis, in omnia oleum id inderc. Deum enim repleturum omnia. Paruit mulier, & repletis ad unũ omnibus, ad pro- F
phetã reuerſa,rem totã illi retulit. Ille cõſuluit, ut diuendito oleo debitũ creditorib.redderet: aliquantũ.n.de olei precio ſuperforc,quod ad liberorũ alimẽta ualeat. atq; in hũc mo-
Eliſæus Ioramũ de inſidijs præmonet. dũ mulier opera Eliſçi à creditorũ moleſtia liberata eſt. Idẽ Ioramũ p nũcios admonuit, ut locũ quendã caueret,in quo à Syris occidere eũ uolentib. inſidiæ poſitæ fuerãt. Quo factũ eſt,ut ille prẽmonitus uenatũ non iret. Adadus aũt fruſtratis inſidijs indignatus eſt,ratus à

ſuis

A fuis detectas: & uocatis domesticis per conuicium proditores appellauit, minatus etiã mortem, eo quòd rem solis creditam hostis per eos cognouerit. Quodam autem respondente, non rectè eum facere quòd proditionis amicos insimularet, & suspicaretur ab ipsis detectos qui ad hostem intercipiendum missi fuerant: sed scire debere, quòd Elisæus propheta nihil non indicet, prodatq; consilia: iussit eos per nuncios explorare, in quánam urbe Elisæus habitet: renunciatumque est apud Dothaim hominem degere. Ac mox illuc aliquot equitũ turmas misit cum curribus, qui Elisæum comprehenderent: qui noctu urbem circumuentam circumquaque custodiebant. Diluculo autem minister prophetæ re cognita, quòd hostes uellent eum capere, trepidè accurrens hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, & bono animo esse hortatus est, & ipse interim securus & fidens diuino auxilio: rogauitque
B Deum, ut ad confirmandum famulum præsentem se & auxiliatorem, quoad eius fieri posset, ostenderet. Tum Deus exoratus speciem magni equitatus & curruum circa Elisæum famulo uidendam exhibuit, ita ut animatus his suppetijs, nec ipse quicquam timeret amplius. Post hæc uates iterum Deum orauit, ut obscuraret oculos hostiũ, caligine immissa, præ qua agnoscere ipsum nequeant: & impetrato hoc quoq;, dedit se in mediũ illorum, interrogans quem quærerent? Quibus respondẽtibus, Elisæum prophetam se quærere, pollicitus est hũc se traditurum eis, si ad urbem in qua esset, ipsum sequerentur. Atque ita, qui & oculis & mente à Deo cæcati fuerant, ducentem incunctanter secuti sunt. quos ubi Samariam perduxit, Ioramum regem iussit portas claudere, & Syris suum militem circũdare: precibus deinde rursum ad Deum missis impetrat, ut hostiũ oculis caliginẽ illã tolleret. At illi recepta oculorũ
C acie, conclusos se animaduertunt in medijs hostibus. Cumque attoniti & inopes consilij hærerent, in tam prodigioso negocio, rege quærente ex propheta, an iaculis eos deberet configere? id quidem facere uetuit. solos enim bello superatos hostes occidi fas esse. at hos ne læsa quidem ipsius ditione, Dei uoluntate & potentia ignaros omniũ eò loci esse productos. consuluit igitur ut hospitali mẽsa refectos incolumes abire permitteret. Itaq; Ioramus prophetæ monitis obsequẽs, liberaliter ac splẽdidè tractatos Syros ad regẽ eorũ Adadũ remisit. ILLI IIII
reuersi omnia quæ eis contigerãt suo regi renunciãt: qui in tãto prodigio manifestã Dei potentiã admiratus, simulq; uatis diuinitatem, nihil posthac cõtra Israelitarũ regem clàm moliri tus est: sed decreuit aperto Marte rẽ gerere, potentiorẽ se ratus, & numerosioris exercitus dominum: comparatisq; ingentib. copijs, uniuersas contra eum educit. Qui putans se imparẽ,
D si collatis signis res ferro gerenda sit, intrà Samariã se continuit, fretus urbis munitionibus. Adadus uerò cogitans, si nõ machinis, fame tamen eam se in potestatem redacturum, oppugnationem aggreditur. Tanta aũt Ioramus laborabat rerũ inopia, ut propter nimiã indigentiam intra Samariam ueniret octoginta denarijs argenteis caput asini, & quinq; denarijs Hebræi columbini stercoris sextariũ uice condimẽti emerent: nihilq; magis uerebatur rex quã ne quis fame adactus, & nõ ferẽs inopiã urbẽ hostib. proderet. Quamobrẽ per singulos dies obibat ipse mœnia, & excubias, dispiciens ne quis in urbem clàm admitteretur, & singulari diligentia huiusmodi occasiones adimẽs. Cumq; mulier quædã exclamasset, Miserere domine, putans eam aliquid cibi petere, cõmotus ira, malè precatus est ei, negãs sibi esse uel areas uel torcularia, unde ipsi impartiri posset aliquid. Illa uerò dicente nihil se eiusmodi petere,
E nec ob cibũ molestã esse, sed ut litẽ inter se & aliã mulierẽ finiat: iubet quid rei sit exponere. Mulier ait se cum amica quadã uicina pactã, ut quandoquidem nullum aliud adsit contra famem remedium, iugulatis infantibus (nam utrique erat filiolus) unum atq; alterũ diẽ hoc cibo se alerent. Se priùs suũ occidisse, quo hesterna die cõsumpto in cõmunem alimoniã, alterã illam mulierẽ à pacto discedere, & suũ abscondisse filiũ. Perculsus uchementi dolore Ioramus uestem sibi conscidit, & horribiliter exclamans, ira contra prophetã accenditur, tollẽdum dictitans qui in tantis malis nullũ dignaretur à cœlesti numine impetrare subsidiũ: cõfestimq; mittit qui caput illi amputet. Et ille quidẽ ad cædem eius properabat, Elisçũ uerò regis ira non latuit, sed domi sedẽs cũ discipulis: Ioramus, inquit, homicidæ filius misit qui caput mihi adimat. nunc aduentum eius obseruate, ut dum erit pro foribus, opponatis uos, &
F obiectis foribus illum prematis ac remoremini. mox enim rex ipse aderit, mãdati iam pœnitẽs. Illi ita ut iussi sunt, hominẽ uenientẽ excludũt: moxq; Ioramus ad se reuersus, & ueritus ne cædes acceleretur, quantũ potuit, ad Elisæũ properat, interuẽtu suo cohibiturus missum à se hominem, & uatẽ periclitantẽ seruaturus. Quò ut uẽtum est, incusare eum cœpit, quòd in tantis calamitatibus se cum ciuibus despiceret, nec ullum à Deo peteret remedium. Tum propheta promittit in crastinum eadem hora qua tum rex ad se uenerat, futuram magnam

Elisæum obsessum.

Elisæi famulus uisione corroboratur, uerùm

hostes infesti cæcitate obruuntur, & in Samariam ducuntur.

Elisæi hostes cibis & potu refecti incolumes dimittuntur.

Adadus Samariam obsidet.

Fames Samariæ ingens.

Iorami in Elisæum indignatio.

rerum

Eliſæum ſummã annonæ uilitatem promittit in poſterum diem.

rerum ad uictum neceſſariarum abundãtiam, ita ut publicè in foro uno ſiclo ueniret ſatum ſimilæ, & uno itẽ ſiclo duo ſata hordei. His dictis rex cum ſuo comitatu exhilaratus eſt, ppter expertam toties prædictionum fidem, tum quoque nihil addubitans, & præſentem difficultatem ſpe futuri ſubleuans. amicus autem quidam regius, tertiæ copiarum eius parti præpoſitus, cui tum rex fortè familiariter incumbebat: Non credibilia, inquit, polliceris mi uates, & ſicut abſurdum ſit ſperare ſimilæ ac hordei pluuiam, ita nec quod tu dicis, mihi fit ueriſimile. Tum propheta: Videbis ipſe, ne dubita, ſed uidebis modò, non fruêris etiam. Hæc prædictio effectum talem habuit. Mos erat apud Samaritas, ut lepra impurati extra mœnia degerent: & tum quoque quatuor numero hac de cauſa extra portas habebant domicilium. Hi cum propter ſæuientem famem nihil ex urbe ciborum acciperent, & ſiue in urbem reditus daretur, ſiue ibi ſe cõtinerent, fame ſibi pereundum certò intelligerent, decreuerũt ſe hoſtibus committere: ut ſiue eis parceretur, uiuerent: ſiue ſæuire hoſtis mallet, certè leuius mortis genus incurrerent. Hæc ſententia poſtquam comprobata eſt, noctu eunt ad caſtra hoſtiũ. Ea nocte Deus Syros exterruit, immiſſo in aures eorum ſonitu quaſi curruum & armatorũ aduentantium, adeò ut creſcente magis ac magis ſuſpicione conſternati è totis caſtris ad regem ſuum concurrerent, dicentes adeſſe reges à Ioramo cõductos, regem AEgypti & regem inſularum. iam enim exaudiri eorum ſtrepitum. Hæc nunciantibus Adabus credidit, quòd & ipſi aures inani ſonitu pulſarentur ut cæteris: & per ſummam trepidationem omnes ſine ordine ad fugam ſe expediunt, relictisq; intra caſtra & equis, & iumentis, & diuitijs maximis totam ſpem ſalutis in fugiendo collocant. Leproſi uerò illi Samaritæ uenientes in caſtra Syrorum, in ipſo ualli aditu ingens ſilentium & magnam rerum copiam deprehendunt: progreſſique ulterius, & ad quodpiam tentorium delati, poſtquam ne unum quidem adeſſe uiderunt, refecti primùm cibo ac potu, ueſte & multo auro ſe onerant, eam prædam extra uallum elatam in quodam loco abdunt: mox alterum tentorium aggreſſi faciunt ſimiliter ut prius: idque quater fecerũt, nemine interim conſpecto. Vnde coniectantes de abitu hoſtiũ, damnabant ſuam negligẽtiam, quòd non hæc Ioramo & ciuibus indicarent. quapropter ad mœnia Samariæ properant, & inclamatis cuſtodibus diſceſſum hoſtium eis ſignificant. illi porrò excubitoribus regijs idem renunciant. Rex cognito negotio amicorum & ducum conſilium aduocat: ait rem ſibi ſuſpectam, ne aſtu ſimulato abitu Syri ſibi inſidias ſtruant, deſperantes fame urbem expugnari poſſe: ut ſi ad diripienda caſtra quaſi fuga deſerta procurrant, repentè coorti cæſis direptoribus urbem etiam ſine pugna occupent. quare ſuam ſententiã eſſe, ut diligenter eam contra inſidias muniant, & cauti ſint, neque temerè credita fuga hoſtium procurrendo periculo ſe obijciant. Hoc conſilium quidam laudauit ut prudens: addiditque ſibi uideri mittendos duos equites qui omnia Iordanem uſque explorent: qui ſi fortè intercipiantur, cautiores fore cæteros, ne & ipſi temerè progreſſi circũuenian tur: nec duorum equitum fore grauem iacturã, quos fortaſſis alioquin fames abſumeret. Id regi placuit, & eueſtigiò miſit qui omnia diſpicerent. Illi renunciant nihil ſe per uiam reperiſſe hoſtium, ſed paſſim iacere arma iactata, & frumentum reliquasq; ſarcinas, quo expeditiores fugerent. His auditis rex multitudinem ad caſtrorum direptionẽ emittit. nec fuit uulgaris præda, ſed auri & argenti plurimum, & uaria iumentorum genera. præterea tantũ inuenerunt frumenti atque hordei numerum, quantum nec in ſomnis ſperare poterant, ut mox omnes præteritæ famis obliuio caperet. tanta enim fuit abundantia, ut duo ſata hordei ſiclo emerentur, & eodem precio ſatum ſimilæ ſecundum Eliſæi uaticinium. ſatum autem continet modium Italicum & dimidium. ſolus autem hac copia non eſt adiutus præfectus ille tertiæ partis militiæ. Conſtitutus enim ad portam à rege, ut cohiberet proruentis multitudinis impetum, ne ſe inuicem concul~~cando obter~~erent, ipſe hoc paſſus eſt: atque ita interijt, quemadmodum Eliſæus prædixerat, cum prænuncianti annonæ abundantia nollet credere. Rex autem Syrorum Damaſcum reuerſus incolumis, ubi cognouit diuinitùs immiſſo terrore ſe unà cum exercitu in fugam coniectum, & uanum fuiſſe quòd de aduentu hoſtium crediderant, ratus omninò aduerſum ſe habere numen, per animi ægritudinem in morbũ etiam corporis incidit. Cumque per idem tempus Eliſæus Damaſcum ueniſſet, hoc cognito fidiſſimum è familiaribus ſuis Azaelem ei miſit obuiam non ſine muneribus, ſciſcitatum quiſnam futurus eſſet morbi exitus, & num euaſurus eſſet hoc periculum? Azael aſſumptis XL. camelis quicquid optimum ager Damaſcenus fert, & quicquid in regia fuit eximium, in eos impoſuit: & obuiam factus Eliſæo, reuerenter eum ſalutat, dicens ſe ab Adado rege miſſum ut offerret ei munera, & de morbo conſuleret, num quod leuamen ſperare debeat? Propheta nũcio nihil

Leproſi ſamaritani habitatio conſueta.

Syri panico terrore fugati.

Leproſi hoſtium diſceſſum Samaritanis annunciant.

Ioramo conſiliũ.

Adadi caſtra direpta.

Satum quid in ſe contineat.

Eliſæo uaticinanti non credens interit.

4. Reg. 8.

Adadus in morbum incidit,

de morbi exitu Azaelem, ad Eliſæum inquiſitum mittit, & mortis uicinum affirmatur.

mali

A mali renunciare iusso, tantùm moriturum regem indicat, id famulus regius dolenter accepit. Elisæus uerò flebat, & multis manabat lachrymis, prospiciens quanta mala passurus esset eius populus post Adadi obitum. Azaele deinde rogante causam tristitiæ: fleo, inquit, quòd me Israelitarum misereat, tam multis à te afficientur cladibus: nam optimos ex eis interficies, & munitissimas eorum urbes incendes, & infantes ad saxa allides, & dissecabis prægnantes mulieres. Azaele uerò dicente, & unde mihi uires ut hæc faciam? ait sibi diuinitùs significatum, quòd ipse regnaturus sit in Syria. Itaque Azael reuersus ad suum dominum, meliùs eum habiturum nunciat: & sequenti die reti uuido in eum iniecto, præfocat, & imperium occupat, uir alioquin strenuus, & gratiosus apud Syrorũ ac Damascenorum multitudinem: quo factum est ut usque in præsens tam Adadus, quàm Azael eius successor diuinis

Azaelis imminentes Israelitis obuentura.

Adadi uitæ finis.

Azael Adadi regnum occupat.

B apud Syros colantur honoribus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magnificè templis extructis Damascenorum urbem ornatiorẽ reddiderint. Eorum enim effigies quotidianis pompis honorant, & antiquitatem iactant, nescientes quòd non admodum sint ueteres, & nondum centum supra mille anni ab eorum ætate intercesserint. CAETERVM Ioramus Israelitarum rex audita morte Adadi, à continuis pauoribus respirauit, lætus tandẽ aliquando licere sibi in pace uiuere. Alter uerò Ioramus, qui Hierosolymis imperitans, eodem ut dixi nomine censebatur, mox ut principatum inijt, à cædibus fratrum & paternorũ amicorum potestatem auspicatus, uidebatur cum Israeliticis regibus certamen suscepisse, ne inferior haberi posset (quantum ad impietatem attinet) nactus ad hoc magistram idoneam Gotholiam uxorem, quæ fuit Achabi filia, à qua externorum numinum cultum di-

Adadus & Azael celebres apud Syros habiti

V.

4. Reg. 8.

Ioramus Iudææ rex sceleratus.

C dicit. Et Deus quidem, ob promissa Dauidi, eius genus abolere nolebat: Ioramus uerò indies nouis superstitionibus irritare eum, & populi mores deprauare non destitit. Accidit interim ut Idumæi ab eius imperio deficerent, cæso rege suo, qui Iosaphato hactenus paruerat, & notuo in eius solium imposito: quam iniuriam ulturus Ioramus cum equitatu, qui tum ad manum erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit: & exustis uicis finitimis non est ausus ulteriùs progredi: nec tamẽ hac expeditione quicquam profecit, nisi quòd plures defectiones secutæ sunt, excutientibus eius iugum & illis qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, ut adigeret populum lucos in editis montibus sitos conscendere, & aliena numina colere. Cui sic insanienti, & prorsus oblito instituti patrij, affertur ab Elia

Idumæi à Iudæis deficiunt, & bellicis incommodis exagitantur.

Elias per literas Ioramum Iudææ regem reprehendit.

D propheta epistola, uindictam Dei minitans, quòd contempto patrum suorum exemplo, ad sectandam Israeliticorum regum impietatem se contulerit: nec hoc contentus, etiam Iudææ tribum, & Hierosolymorum ciues impulerit, relicta patria religione, ad externos ritus desciscere, & effigies colere, quemadmodũ & Achabus sibi subditos compulerat: ad hæc quòd fratres & alios uiros bonos ac iustos interfecisset: pœna etiam qualis immineret, in eisdem significabatur literis, hostilis manus, quæ in populum regis, & domesticam familiam desæuiret, nec liberis parcens nec uxoribus. Ipsum quoque lento uentris profluuio uexatum, intestinis simul paulatim effluentibus, serò per hoc peccatum agnoscentem, miseram efflaturũ animam. atq; hoc fuit argumentum epistolæ, quæ illi Eliæ nomine est reddita.

Exercitus Ioramí deletur ab hostibus, & filij perimuntur, unico excepto: postremò ipse misera morte tollitur. CAP. III.

E NEc multò pòst exercitus Arabum, qui uersus AEthiopiam incolũt, cum alijs Barbaris Ioramí regnum inuadit, qui & regionem omnem, & ipsam regiam diripuit, iugulatis etiam uxoribus eius ac liberis, unicus tantùm superstes, ægrè elapsus è manibus hostium, Ochozias nomine: post hanc publicam calamitatem & ipse in morbum incidit, sicut ei iam antè prædictum fuerat. Id malum in uentrem eius ingruit, ut manifesto diuinæ iræ indicio miserabiliter periret, cùm uidisset per uẽtrem intestina defluere. Quin & populus insultauit eius cadaueri. Coniectantes enim, ut opinor, eum ira Dei sic obijsse, nec regio funere dignati sunt, nec paterno monumento intulerunt. Vixit annos quadraginta, regnauit octo. Populus Hierosolymitanus Ochoziam in paternum solium imposuit.

Arabum in Ioramum conspiratio.

Ioramus moritur.

A. M. 3059. Ante Chr. nat. 912.

F *Damascenorum rex Israelitarum regem bello impetit. Cap. IIII.*

ISraelitarum autem rex Ioramus, sperans post Adadi mortem Ramatham Galaditicam urbem se posse recipere, magno priùs facto apparatu exercitum ei admouet. In ea oppugnatione sagitta ictus à quodam Syro non lethaliter, in Azaram urbem se recepit curandi uulneris gratia, relicto in obsidione Ramathę toto exercitu, cui Ieum Amasis filium præfecerat, qui illam ui expugnatam recepit. Erat autem ei propositũ

VI.

Ioramus Ramathem militè circumgens telo petitur.

4.Reg.9. percurato uulnere Syros bello aggredi. Interim Elisæus dato uni è discipulis suis sacro oleo, A
Elisæus discipulum mittit ad Ieum ungendum regem. misit eum Ramatham, ut eo delibutum Ieum regem appellaret, diceretque se autoritate diuina regem eum eligere: & mandatis etiam quibusdam alijs, iussit eum fugientis more iter facere, nemine abitus eius conscio. Ille ubi ad destinatã urbem peruenit, offendit Ieum fortè sedentem medium inter duces exercitus, ita ut Elisæus fore prædixerat: accedensq; ad illum
Ieus in conclaui rex unguitur, &c. ait se cum eo uelle colloqui, & cùm surgens secutus ipsũ esset in conclaue, iuuenis depromptum oleum in caput eius effudit: Deus, inquit, te regem elegit in perniciem Achabi generis: & ut ulciscaris prophetarum eius sanguinem, qui à Iezabela contra omne fas occisi sunt: ut quemadmodum priùs Hieroboami Nabati filij & Basæ familiç propter impietatem interiêre funditùs, ita nunc nullum semen maneat reliquum ex Achabi genere. Atque hæc locutus, è conclaui se proripuit, nolens à quoquam duce conspici. Ieus autem in consessum B
ducum redijt. Percontantibus autem illis qua de causa ueniisset iuuenis, & insanum uideri dicentibus: Rectè, inquit, coniecturã facitis, nam insani uerba locutus est. Illis uerò magis etiam exponi sibi quid esset orantibus, regnum populi sibi à Deo delatum, ait illum dixisse.
à ducibus salutatur. Hæc ubi prolocutus est, unusquisque ducum detraxit sibi pallium: quibus congestis, & ipso superimposito, tubis & cornibus iusserunt signa canere, Ieum nouum regem consalutantes faustis acclamationibus. Ille decreuit coacto exercitu Iezraelam urbem petere, ubi tum, ut
Ioramus uulneris accepti curã habet. iam diximus, Ioramus curabat uulnus, quod in Ramathensi oppugnatione acceperat. Veneratque eò per officium cognationis etiam Hierosolymorum rex Ochozias, quòd esset sororis eius filius, ut quo modo se haberet uulnus inuiseret. Quos ut Ieus repentino accessu opprimeret, edixit ut è suis militibus nemo Ioramo indicium faceret: hoc enim eximium C
fore argumentum, quòd bona fide regnum sibi detulerint.

Ioramus à Ieu magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanus rex Ochozias. CAP. V.

4.Reg.9.10. Milites uerò læti imperata faciunt, & omnes uias obsident, ne quis ad Ioramũ illis insciis peruenire, & quid agatur renunciare ualeat. Ieus interim stipatus equitum lectissimis, ad Iesraelam sublimis curru uehitur: quo iam appropinquante, speculator à rege constitutus, ut uenientes in urbem obseruaret, ubi uidit Ieum cum turmis aduehi, renunciauit Ioramo aduentare agmen equitum. Ille euestigiò mittit quendam equitem qui occurrat, & cognoscat quisnam ueniat. Ad
quos ubi accessit eques, rogat quid agatur in exercitu, regem enim scire cupere. Ieus iubet D
illũ nihil de hac re esse sollicitũ, & ut sequatur se cũ alijs: hoc speculator cũ uidisset, renũciat Ioramo, equitẽ illũ admixtũ agmini iter facere cũ illis, mox & alterũ à rege missũ Ieus idem iubet facere. Vt uerò & hoc per speculatorẽ Ioramus didicit, postremò ipse cõscẽso curru cũ Ochozia Hierosolymorum rege, quem ut cognatum inuisendi gratia illò ueniisse diximus, exiuit illi obuiam: nam lentè & composito agmine Ieus incedebat. Hunc Ioramus in suburbano Nabuthi nactus, rogat, satin saluæ sint res in exercitu? à quo amarulento cõuicio exceptus, & ueneficę meretricis filius appellatus, facilè cogitans nihil sani eum habere in animo,
Ioramus è uiuis excedit. flexis habenis cœpit fugere, dicens Ochoziæ, circumuentos se dolo ac insidijs. Ieus uerò, sagitta per cor transfixum de curru cum præcipitat. Et Ioramus quidem protinus in genua E
lapsus, animam exhalat. Ieus uerò Badaco tertiæ partis exercitus præfecto imperat, ut cadauer Iorami in Nabuthi agrum proijciat: prophetiam Eliæ in mentem ei reuocans, qua patri huius Achabo prędixerat, fore ut aliquando ipse & eius familia in eo loco periret: id enim se tum ex ore prophetæ audisse, cùm post tergum Achabi in eodem curru sederet, id quod etiam, ita ut prædictum fuerat, euenit. Cæso autem Ioramo, Ochozias suæ quoq; saluti me-
Ochozias letha li uulnere stratus. tuens, currum in aliam uiam deflexit latêre se Ieum existimans. At ille assecutus eum, ad quendam cliuum sagitta ictum sauciat, qui relicto curru, equum properè conscendit: & continuato cursu delatus est in Magedonem oppidum, ubi paulò pòst ex eo uulnere mortuus, relatusq; Hierosolyma, illic sepultus est, cùm regnasset annum unum, patre suo sceleratior.

Ieus inter Israelitas regnat apud Samariam, & post eum usque ad quartum genus eius progenies. CAP. VI F

Iezabela mors. A. M. 3059. Ante Chr. nat. 912. 4.Reg.9. Ieu uerò ueniente Iesraelam, Iezabela ornatu regio stans in turri: O seruum egregium, inquit, qui dominum suum occidit. Ille suspiciens, rogauit eam quænam esset, iubens ad se descendere: tandem eunuchis ipsius imperat, ut eam de turri dent præcipitem: quæ inter cadendum cruentatis mœnibus, ubi solum attigit, ab equitibus conculcata & obtrita perijt. Post hæc Ieus ingressus regiam cum amicis, refecit se

ab iti-

A ab itinere: mandauitque famulis, ut Iezabelam ſepelirent in honorem generis, quòd nata eſſet è regibus: qui nihil reliquum inuenerunt de cadauere, præter extrema membrorum, conſumptis cæteris à canibus. His auditis, Ieus admiratus eſt Eliç oraculum qui eam reginã in hac ipſa urbe ſic perituram prædixerat. Et quia ſeptuaginta liberi Achabi apud Samariam educabantur, binas eò literas Ieus, alteras ad eorum pædagogos, alteras ad urbis magiſtratus, miſit: in quibus dicebat, ſeſe fortiſsimum natorum Achabi creaturum eſſe regem. Etenim curruum eos multitudinem habere, & equorum, & armorum, & militum, & urbes munitas: quo facto, parentaturos eſſe Domino. Id faciebat, ut experiretur, quomodo Samaritæ erga ſe animati eſſent. Magiſtratus autem & pædagogi lectis literis extimuerunt: & cogitantes ſe huic qui duos maximos reges oppreſsiſſet, eſſe impares, reſcripſerunt ipſum
B eſſe dominum, ſe uerò imperata eius paratos facere. Ille rurſum reſcripſit: ergo Achabi filiorum capita præciſa ad ſe mitterent. Tum magiſtratus accerſitis adoleſcentum altoribus imperant, ut occiſis illis præſecta capita ad Ieum trãſmittant. Illi nihil miſerti, iuſſa peregerunt: & congeſta in uaſis quibuſdam plexilibus capita Ieſraelam miſerunt. Quæ cum eò perlata eſſent, renunciatur cœnanti cum amicis regi, adeſſe Achabi filiorum capita: ille ante portam ex utroque uiç latere aceruos ex eis iuſſit conſtrui: quo facto, diluculo ad ea uiſenda pro greſſus, uertit ſe ad populum: Et ſi ego, inquit, cum coniuratis dominum meum interfeci, iſtos omnes ego non interfeci. Volebatque eis perſuaſum, quicquid Achabi generi acciditſet, non uolente ſolùm, ſed prænunciante etiam Deo factum, qui hoc fore iam antè per Eliam uatem oſtendiſſet. Deinde occiſis quotquot etiam apud Ieſraelitas ex ea cognatione
C inuenirentur, uerſus Samariam iter ingreſſus eſt. Et cùm incidiſſet in cognatos Ochoziæ regis Hieroſolymorum, rogauit quónam tenderent? Aiunt ſe uenire ſalutatum Ioramum, & cum eò regem ſuum Ochoziam: neſciebant enim utrunq; ab eo necatum. Ille hos quoque comprehenſos iubet interfici, duos & quadraginta numero. Paulò pòſt occurrit ei uir bonus & iuſtus, nomine Ionadabus, uetus amicus ipſius: qui poſt mutuam ſalutationem prædicauit eius facinora, quod ex ſententia Dei fecerit omnia, dum impiam Achabi familiam extirpat radicitùs. Ieus uerò hortatur, ut conſcenſo curru quo ipſe uehebatur, ſimul intraret Samariam. Viſurum enim quòd nemini malo parceret, ſed falſos uates ac ſacerdotes, qui populo ſeducto autores fuerint, relicta patria religione, externa ſacra ſuſcipiendi, ſupplicio dederet: iucundiſsimum ſpectaculum fore uiro bono, inſpicere malos dantes meritas
D pœnas anteactorum ſcelerum. Paruit his Ionadabus, & eodem curru cum eo Samariam peructus eſt. At Ieus quantum cognatorum Achabi diligenti inquiſitione facta reperit, omnes ad mortem adegit. Cumque cuperet neminem è falſis prophetis & ſacerdotibus deorum Achabi euadere, dolo uniuerſos circumuenit. Conuocato enim populo, ait ſe omnes Achabi religiones duplicare uelle: idque ut ex ſententia ſacerdotum ipſius & prophetarum fiat, debere omnes eius ordinis ad ſe conuenire. Celebrandum enim ſolennibus uictimis diem feſtum dijs Achabi. Vocabatur autem Achabi deus Baal, ab ea feſtiuitate ſiquis ſacerdotum abfuerit, capitale fore. Dimiſsis deinde per omnem Iſraelitarum ditionem qui ſacerdotes ad ſtatum diem Samariam deducerent, iuſsit omnibus ueſtes dari: eas cùm accepiſſent, uenit in ædem ubi erant, Ionadabo etiam comitatus, & adhibuit qui ſcrutarentur, ne quis alienus admixtus eſſet: nolle ſe dicens, ut ſacris eorum alienus ac profanus
E ullus ſeſe ingerat. illis uerò negantibus quenquam talem adeſſe, & iam ſacra ſua parantibus aggredi, foris octoginta uiros è fidiſsimis armat: quibus mandat ut pſeudoprophetas omnes interimant, & patrios ritus tamdiu neglectos ulciſcantur: interminatus quicunque aliquem eorum elabi permiſerit, uicarium pro illo moriturum. Illi uerò omnes ad unum necauerunt, & regia ipſa inceniſa urbem externis ſacris profanatam purificauerunt. Iſte Baal Tyriorum deus erat quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorum ac Sidoniorum regis ſoceri ſui coluit, templo ei Samariæ dedicato, & prophetis cum reliquo cultu aſſignatis. Huius ſacris abrogatis Ieus, aureas tamen uaccas Iſraelitis adorare permiſit. His ab illo perfectis, ſumptoque de impijs ſupplicio, Deus ei per prophetam ſignificauit, per quatuor genera
F poſteros eius apud Iſraelitas regnaturos.

4. Reg. 10. Achabi ſeptuaginta liberorum funera.

Ochozia cognatos Ieus interfecit.

Ieus Baalis ſacrificos necat.

Baal Achabi deus.

Baal Tyriorum deus.

Adoratio uaccarum permittitur.

Iei poſteritati regnum promittitur.

Gotholiã Hieroſolymis regnum occupat in annos quinque, eá que caſa pontifex Ochoſiæ filium regem conſtituit. CAP. VII.

VII.

DVm Ieus homines nefarios in hunc modum perſequitur, Gotholia regis Achabi filia cõperta filij morte & generis ſui pernicie decreuit è Dauidis familia neminẽ ſuperſtitem relinquere, ne quis huius ſanguinis poſthac Hieroſolymis regnum obtineret:

4. Reg. 11. Gotholia Dauidis ſemen extinguere conatur. Biblia Athaliã nominant. 4. Reg. 11. uerſũ 1. 3. 15. 20.

obtineret: id quod,ut ipsa putabat,perfecit. Seruatus tamen est unus Ochoziæ filius ad hunc ferme modum. Erat Ochoziæ germana soror, Iosabetha nomine pontifici Ioado nupta:hæc regiam ingressa,cùm inter exiorum cadauera latentem cum nutrice anniculum puerum Ioasum deprehendisset,ablatum cum nutrice domi in suo cubiculo abdidit,& solo marito conscio sex annis in templo clàm aluit quàm diu Gotholia Hierosolymorum & duarum tribuum regnum tenuit. Septimo anno Ioadus cum quinque centurionibus coniurat ut cõmunicatis operis ademptum Gotholiæ regnum ad puerum transferant: dataque & accepta per iusiurandum silentij fide,spei plenus negocium hoc modo aggreditur. centuriones Ioado ad hoc facinus adsciti,peragrata tota regione sacerdotes ac Leuitas, & aliquot in suis tribubus potentiores Hierosolyma nomine pontificis euocatos secum adducunt. ille habere se utile reipub. consilium ait,aperturumque eis,si id apud se continere uelint: opus enim esse non silentio tantùm, sed etiam auxilio. Cumque sacramentum ab eis accepisset, tutò se posse quicquid uellet dicere, producto puero Dauidici generis, quem alebat: Hic est, inquit,rex uester,ex illa natus familia,quam scitis Deum prædixisse regnaturam in perpetuum. Itaque censeo tertiam uestrûm partem custodiam eius in templo agere, tertiam item omnia templi loca opportuna occupare: eam uerò que supereſt, patentem portam,qua itur in regiam,seruare.reliqua uerò multitudo in templo inermis sit:neq; quenquam cum armis intrare sinite,qui non sit sacerdos.Præterea certos è sacerdotibus ac Leuitis mandauit satellitij more strictis gladijs regem stipare: & si quis armatus in templum irrumpere ausit, incunctanter occidere,& posito omni metu seruandi tantùm regis curam gerere, illi approbato pontificis consilio rem statim aggrediuntur. Ioadus uerò aperto armamentario, quod Dauid in templo instruxerat, distribuit centurionibus & sacerdotibus ac Leuitis quantum ibi hastarum inuenit,& pharetrarum, & si quod aliud armorum genus aderat: atque ita armatos templo circundedit consertis inuicem manibus ut ab ingressu,quos interesse non oportebat,excluderent.adductoque in medium puero, corona regia caput redimitum,& inunctum sacro oleo regem pronunciat.populus quoque gaudens simul & plaudẽs, faustis acclamationibus uitam & uictoriã nouo regi congeminat.Tumultus hic & acclamationes præter spem ad aures Gotholiæ uenientes effecerunt,ut uehementer perturbato animo cum satellitio prosiliret à regia.Venientem deinde in templum, ipsam quidem sacerdotes admittunt: sed armatos eam sequentes arcuerunt illi, qui ad hoc ipsum templo à pontifice circundati fuerant.Cæterùm Gotholia postquam puerum uidit in suggestu stantem, redimitumque corona regia, discissa ueste sua,magno clamore iubet interfici insidiatorem, & occupatorem imperij. Ioadus contrà accitis centurionibus iubet mulierem arripi, ducique in torrentem Cedronis, atque illic pœnas luere.neque enim fas esse templum ueneficę supplicio pollui.Mandauit etiam,si quis ei conetur ferre suppetias,& ipsum pariter interimi.Illi igitur quibus hoc demandatum est,eductam extra portam mulorum regis illic interficiunt. Vt uerò conspiratio contra Gotholiam successit,Ioadus conuocato populo ac militibus in templum,omnes sacramento ad fidem regis adegit, incolumitati ipsius tuendæ, regnoque augendo daturos operam.eodem iureiurando mox regem strinxit ad diuini numinis reuerentiam,& ad obseruationem legum,quas Moyses cœlitùs acceptas ad populum pertulisset. Post hæc ad ædem Baali sacram concurritur, quam Gotholia cum marito Ioramo construxerat in patrij Dei contumeliam,& Achabi gratiam: eam populus à fundamentis diruit, & Mathanem (qui tum sacerdotium eius tenuit) trucidauit. Templi uerò curam & custodiam sacerdotibus ac Leuitis ex Dauidis regis instituto Ioadus commisit, iussitque ut bis singulis diebus solenne offerrent sacrificium,& suffitum secundum præscripta legis facerent. Deinde quosdam è Leuitarum numero ianitores ad custodiam templi constituit, ne quis pollutus intrò subreperet.Hæc ubi ad hunc modum disposuit, cum centurionibus & ducibus totoque populo ex templo Ioasum in regiam deduxit: cumque collocato in solio denuò alacriter acclamatum esset,populus ad epulas conuersus festiuitatem per multos dies egit,omnibus sceleſtæ mulieris cædem libenter ferentibus. Erat Ioas cùm in regnum adscitus est, annorum septem,matre natus Sabia,ex oppido Bersabe oriũda. fuit autem legum & diuini cultus obseruantissimus, toto tempore quo Ioadus fuit superstes: duxitque uxores duas, postquam ætate maturuit, conciliante coniugium eodem pontifice: ex quibus utriusque sexus liberos suscepit.Atque hactenus de Ioaso, quomodo elapsus ex insidijs Gotholiæ regnum assecutus fuerit.

Ioas occultatur, &

Ioadi pontificis studio rex designatur.

A. M. 3065. Ante Chr. ann. 906.

Ioas in templo custoditur, &

oleo sacro inunctus rex pronunciatur.

Gotholia certis indicijs animo consternato accessit, & puerum rex adnunciari iussit.

Gotholia rex creat. & ab Ioade interficitur.

Ioadi populum sacramento obstrictum verba adigit, & religionem curat.

Baalis fanũ destruitur, & Mathanes trucidatur.

Cultus diuini restauratio.

4. Reg. 12. *Ioasi pietas.*

Aracelis

Azaelis Damaſcenorum regis contra Iſraelitas, ac mox contra Hieroſolymitas expeditiones. CAP. VIII.

VIII.

AZael autem Syrorum rex bellum cum Iſraelitis & Ieo rege eorũ gerens, regionis trans Iordanem ſitæ orientales tractus uaſtauit, qui à Rubenitis & Gaditis atque Manaſsitis colebantur: nec non Galaditicam & Batanæam, omnia rapinis miſcens, & incendijs, nec ab hominum cæde temperans, quotquot in eius manibus inciderent. Neque enim Ieus arcuit eum à populationibus, contemptor & ipſe factus numinis, religionumque, & legum. Regnauit annos ſeptem: quibus peractis mortuus, apud Samariam eſt ſepultus, Ioaza filio ſucceſſore principatus relicto. Ioaſum autem Hieroſolymorum regem inſtaurandi templi cupido ſubijt: uocatoque pontifice Ioado, iuſſit eum per totam ſuam ditionem Leuitas & ſacerdotes dimittere, qui in ſingula capita ſemiſiclum argenti exigerent, in uſum eius inſtaurationis, quòd ſub Ioramo & Gotholia, & eorum liberis tuendi & ſarciendi templi cura penitùs abiecta fuerat. Pontifex uerò hoc non fecit, ſciens neminem libenter argentum erogaturum: ſed anno regis uigeſimo tertio, cùm rex eum & Leuitas conuocaſſet, & incuſaret quòd uoluntati ſuæ non obtemperaſſent, & iuberet in futurum templi reparationi proſpicere, tale quiddam ad colligendam pecuniam commentus eſt, quod non grauatim tulit populus. Arcam parauit ligneam, in qua bene clauſa unum tantùm foramen ſupernè reliquit. eam cùm in templo iuxta altare depoſuiſſet, iuſsit quemque pecunię, quantum liberet, per foramen immittere, in templi inſtaurationem conferendæ: id populus tulit æquiſsimo animo, & multum auri atque argenti certatim contulit: arcam uerò ſingulis diebus præſente rege exinaniebant ſcriba gazophylacij, & ſacerdos eius cuſtos: numerata pecunia & recondita, rurſum unde ſuſtulerant, reponebant. Et cùm uideretur collatum, quantum ſat eſſet, pontifex & rex conduxerunt fabros & cæmentarios, & trabes magnas pulcherrimæ materiei comparauerunt. Inſtaurato deinde templo, quicquid ex collato auro, & argento ſuperfuit (ſuperfuit autem non parùm) id totum in crateras, cãtharos, pocula, & alia uaſa inſumptum eſt: inſuperque quotidianis ſacrificijs altare adolebatur. Atque hæc tantiſper dum Ioadus uixit, diligenter accurata fuerunt. Illo autem poſt annum ætatis centeſimũ & trigeſimũ defuncto, & tum ob probitatem ac iuſtitiam inſignem, tum quòd Dauidico generi regnum conciliaſſet, in regum monumenta illato, rex Ioaſus à priſtina religionis cura deſciuit: moxq; & primates populi ad eundem modum deprauati ſunt, ut in iura iuſticiamque delinquerent. Deus uerò indignatus, propter hanc regis & cæterorum mutationem, miſit prophetas, qui conteſtarentur eos, & à præſenti malitia compeſcerent. Illi uerò tam inſano affectu eam complectebantur, ut neque exemplis maiorum, qui propter cõtemptum legum cum totis familijs perierant, neque prophetarum comminationibus moti reſipiſcerent, & ad relicta honeſta ſtudia reuerterentur. Quin & Zachariam pontificis Ioadi filium rex in ipſo templo ſaxis iuſſit obrui, oblitus patris eius beneficiorum: tantùm quia propheta diuinitùs conſtitutus, pro concione populum & regem adhortatus ad iuſtitiam, graues pœnas illis minatus eſt, ſi moniti parêre contemnerent. Moriens tamẽ Zacharias teſtem & iudicẽ Deũ inuocauit, quòd pro bono conſilio & patris ſui beneficijs, à Ioaſo mortis amarum præmium ſibi rependeretur. Nec diu debita regi pœna dilata eſt. Azael enim Syrorum rex impreſſione in regnum eius facta, & Gitta primùm direpta atq; euerſa, mox ipſum Hieroſolymis deſidentem adortus eſt. Tum Ioaſus conterritus, omnes theſauros Dei priorumq; regum exhauſit, & cum eis detracta templo donaria miſit ad Syrum, tanti pacem redimens & ſecuritatem, ne oppugnatus in extremum rerum ſuarum diſcrimen adduceretur. Ille tam ingenti pecunia adductus, uim exercitus à regia urbe abſtinuit. Ioaſus tamen graui morbo implicitus, amicis Zacharię pœnas dedit: qui, ne filius pontificis maneret inultus, per inſidias eũ ſuſtulerunt. Sepultusque eſt Hieroſolymis: nec tamen propter impietatem dignus habitus, qui regijs monumentis inferretur, cùm uixiſſet annos XL & ſeptem.

4. Reg. 12. *Azaelis cum Ioo bellum.*

Ieus degenerans uita defungitur. A.M. 3086. Ante Chr. nat. 885.

Ioaſus templum inſtaurat. A.M. 3087. Ante Chr. nat. 884.

4. Reg. 12. *Arca lignea.*

Ioadus moritur A.M. 3093. Ante Chr. nat. 878.

Ioaſus mortuo præceptore Ioado degenerat.

Ioaſus Zachariã ſaxis obrui iuſſit. A.M. 3103. Ante Chr. nat. 868.

Azael Iudæos infeſtat.

Ioaſus oppugnatur, templũ thezauris ſpoliat, morbo implicatur, moritur, & ſepelitur. A.M. 3104. Ante Chr. nat. 867.

Amaſias rex Hieroſolymitarum, exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto victor euadit. CAP. IX.

4. Reg. 14. *Amaſias rex Hieroſolymitanus.*

TN regnũ ſucceſsit ei filius Amaſias. Anno autẽ Ioaſi uigeſimoprimo apud Iſraelitas & Samariam Ieo ſucceſſit filius Ioazas, in quo principatu exegit annos XVII patri nequaquã ſimilis: ſed magis primis eius regni regib. impius, qui palã omnẽ conteptum cœleſtis numinis prę ſe tulerunt. Huius copias rex Syrię tantopere attriuit, ut ex numeroſo exercitu nõ plus, quàm decẽ millia peditũ, equites quingenti ſupereſſent: qua expeditione multas & magnas urbes illi ademit, & hoſtium nõ mediocres ſtrages edidit.

A.M. 3105. Ante Chr. nat. 866.

Syriæ rex Iſraelitas infeſtat.

edidit. Hæc autem Iſraelitis acciderunt ſecundum Eliſæi uaticinium: quo tempore Azaeli etiam prædixit, quòd necato domino Damaſci ac Syriæ regnum eſſet occupaturus. In hac temporum difficultate Ioazas ad preces & ſupplicationes confugit, orans Deum, ut ſe è manibus Azaelis liberaret, nec ab eo ſubigi pateretur. Deus autem qui non ſolùm perpetuam innocentiam, uerumetiam reſipiſcentiam fauore complectitur, & cùm perdere poſsit ſi uelit, caſtigare mauult, exoratus eripuit eum è belli periculis: & regio pacem nacta ad priſtinum felicitatis ſtatum redijt. Poſt obitum Ioazæ, Ioas filius regno Iſraelitarum apud Samariam potitur, trigeſimoſeptimo anno regni Ioaſi, regnantis in tribu Iudæ: nam & iſte eodem quo Hieroſolymitanus nomine uocabatur: tenuitque regnum annis XVI. Hic bonus uir erat, nihil paterni ingenij referens: & cùm Eliſæus iam admodum ſenex in morbum incidiſſet, uiſendi cauſa eum adijt: quem animaduertens extremum ſpiritum ducere, flere cœpit, & lamentari, patrem & clypeum appellitans: quòd eo uiuo armis contra hoſtem opus non fuerit, ſed ipſius prædictionum beneficio ſemper inuicti euaſerint. Nunc illum è uita diſcedere, ſe uerò exarmatũ Syris & alijs hoſtib. obijci, quamobrẽ adempto tali præſidio ſibi quoque optabiliùs unà cum illo hanc etiam relinquere. His querimonijs motus Eliſæus, regem conſolatus afferri arcum poſtulat, eumque regem iubet intendere: deinde iniecta in eum manu iubet iaculari, & cùm emiſsis tribus telis deſtitiſſet: Si, inquit, plura miſiſſes, poteras totum Syrorum regnum ſtirpitùs excidere: nunc quia tribus ſolis contentus fuiſti, totidem prælijs uinces Syros, & regionem, quam tuo patri ademerunt, recipies. His auditis rex abijt: & propheta paulo pòſt defunctus eſt, uir inclytæ iuſtitiæ, & citra controuerſiam Deo longè chariſsimus: multa enim & miranda diuinæ mentis argumenta exhibuit, quorum memoria apud Hebræos durat clariſsima. ſepulchro etiam honoratus eſt magnifico, quale decuit hominem numini diuino acceptiſsimum. Contigit autem tunc, ut latrones occiſi à ſe uiatoris cadauer in monumentum eius proijcerent, quod mox reuixit à cõtactu prophetæ corporis. Atque hæc fuerunt & uiui & defuncti uatis opera. Azaele aũt rege extincto, ad Adadum filiũ Syriæ regnũ hæreditario iure peruenit. Huic Ioas Iſraelitarũ rex trib. prælijs uicto: oẽm eã regionẽ abſtulit, quæ urbes ac uicos de patre ipſius captos cõplexa eſt: quod & ipſum Eliſæus iã antè prædixerat. Poſtq; uerò etiã Ioas fato functus eſt, Hieroboã eius filius excepit imperiũ.

Ioazæ precatio.

Ioas filius Ioazæ Iſraelitarum rex.

Ioas ægrotantem uiſit Eliſæum.

Eliſæus ægrotãs regem conſolatur, & eidem uictoriam ternam prædicit, moritur, & ſepelitur.

Eliſæi defuncti miraculum.

Amaſias pugnans contra Ioaſum Iſraelitarum regem uincitur. CAP. X.

IX. *Amaſiæ profapia, & pietas. 4. Reg. 14.*

SEcundo aũt anno Ioæ regis Iſraelitarum, regnum accepit Amaſias Hieroſolymis in tribum Iudæ, matre natus urbis regiæ ciue, appellata Iudan. Mirum aũt in modum iuſtitiam colebat, tametſi ætate adhuc iuuenis, regni adminiſtrationẽ exorſus à necis paternæ uindicta, qui amicorũ inſidijs ſublatus fuerat, eosque omnes in poteſtatem redactos affecit ſupplicio: parcens tamẽ ipſorum liberis, ſecundũ leges à Moyſe præſcriptas: qui iniquũ cẽſuit, pro parentũ culpis à liberis eorũ pœnas repoſcere. Poſt hæc delectu habito in tribu Iudæ & Beniamitica, conſcripto flore iuuentutis, utpote ætatis annorum plus minus uiginti, centuriones his copijs idoneos attribuit. Deinde miſit ad Iſraelitarũ regem, qui uiginti ſcutatorũ millia conducerent, ſtipendio talentorũ argenti centum annumerato: decreuerat enim contra Amalecitarũ & Idumeorum atque Gabilitarũ gentes exercitum ducere. Iamq; propediem moturus erat in eos, cùm interueniens propheta dimittere Iſraelitas conſuluit: eſſe.n. hoc hominum genus impium, & cladem certam imminere oracu lo ſe monitum, ſi talibus rex utatur auxilijs: alioqui Deo fauente uel modica manu deuictum iri hoſtiles exercitus. Rege autem ægrè ferente, quia iam publicè ſtipendium Iſraelitis numerauerat, hortatus eſt propheta, ut Dei uoluntatẽ ſequeretur, quo propitio non defore pecuniã. Illos itaq; dimiſit, præfatus ſe donare illis quicquid mercedis nomine accepiſſent, & cũ domeſticis tantũ copijs cõtra prædictas gẽtes profectus eſt. Quibus uno prælio uictis interfecit x. millia, & totidẽ millia captiuorũ abducta in magnã petrã, quæ imminet Arabiæ, eo loco per rupes præcipitata necauit: atq; ita uictor cũ opima ex omnib. illis gẽtib. præda domũ redijt. Interea uiginti illa Iſraelitarũ mercenariorũ millia, ignominioſam rati ſuã miſsionem, perinde acſi pro inutili damnata eſſet eorum opera, impetum in eius regnum faciunt: & progreſsi uſque Bethſemera, regionem populati ſunt, abacto magno iumentorum numero, cæſisque tribus colonorum millibus. Amaſias uerò poſt uictoriam factus inſolens, autorem eius Deum cœpit habere contemptui, & pro eo uenerari aſportatos de Amalecitis deos. Quamobrem à propheta cõuentus eſt, mirari ſe dicente, ſi hos deos crederet, qui cultoribus ſuis nihil opis afferre ualuerint, nec eos ab Hebræorum ui tutos præſtiterint, ſed tanquam ad ſe non pertinentes cædi & captiuos trahi paſſi ſint. quin & ipſos belli iure

Amaſias Iudæ ſubactis.

Amaſias Amalecitarum deos colet, à uate reprehenditur, & ægrè fert.

abductos

A abductos inter reliquam captiuorum turbam Hieroſolyma peruenisse. Rex his uerbis ad iram percitus, iussit illum hac de re esse quietum minatus supplicium, si negotijs alienis miscere se pergeret. Tum ille se quidē quieturū dixit, Deum tamē ultorem huiusmodi nouitatibus non defore. NEC multo pòst Amasias felicitatem suam, cuius tamen autorem Deum non agnoscebat, non capiens, sed fastu inflatus, scripsit Ioæ regi Israelitarum, ut ipsius imperata faciat cum suo populo, sicut antehac idem populus maioribus eius Dauidi & Solomoni paruerit: quod si nolit facere officium, bello esse decernendum de imperij iure. Ad hoc Ioas in hæc uerba rescripsit: Rex Ioas regi Amasiæ. Olim in eodem monte Libano cupressus erat, & carduus. hic à cupresso filiam petijt filio suo dari coniugem. Interim bestia quædam superueniens conculcauit carduum. Hoc exemplum te moneat, ne maiora, quàm par est,
B appetas, néue propter recētem de Amalecitis uictoriam elatus, & te & regnum tuum incertæ committas aleæ. His lectis, Amasias magis etiam ad bellum concitatus est, Deo, sicut fas est credere, instigante, ut tandem meritas impietatis pœnas exolueret. Vbi uerò in conspectum hostium uenit, instructa utrinque acie, tantus repentè pauor ac cōsternatio diuinitùs milites eius inuasit, ut priusquam manus consererentur, iam terga uerterent: & alijs aliò diffugientibus, desertus à suis Amasias in hostis potestatem ueniret: qui mortem illi minatus est, nisi efficeret, ut Hieroſolymitæ apertis portis se cum uictore exercitu admitterent. Ea necessitate & uitæ amore adactus, persuasit ciuibus ut hostem reciperent. At ille dirutis ad trecentorum cubitorum spatium mœnibus, curru per id interstitium triumphabundus inuectus est, captiuum præ se agens Amasiam: & hoc modo factus urbis dominus, Dei thesauros
C abstulit, & quicquid auri uel argenti in regia repertum est, totum asportauit: ac tum demum dimisso illo reuersus est Samariam. Hæc Hieroſolymitis contigerunt, anno regni Amasiæ decimoquarto. Appetitus tandem amicorum insidijs fugit in urbem Lachis: nec tamen euasit, illuc quoque insecutis insidiatoribus, à quibus interfectus est. Corpus Hieroſolyma relatum, & regia magnificentia funeratum est. Tam miserum autem exitum habuit propter nouatas religiones, & pietatis contemptum, post exactum annum uitę quinquagesimum, regni uerò uicesimum nonum, Ozia filio regni successore.

X. *Amasius Ioam ad bellum literis missis prouocat.*

Ioas Amasiæ per literas respōdet.

Maiora uiribus non appetenda.

Amasias ab exercitu suo desertus, captiuus ducitur.

Ioas Hieroſolyma populatur,

Amasias occiditur, & funeratur.

Quomodo Ozias uicinas gentes subegerit: item de Iona propheta.

CAP. XI.

XI. 4. Reg. 14. *Hieroboamus regno potitus.*

Iona oraculum.

D DEcimoquinto autem anno regni Amasiæ, Hieroboamus Ioæ filius apud Israelitas regno potitus est, quod per annos quadraginta obtinuit Samariæ. Hic rex cùm esset uehementer impius, totusque idolis deditus, nihil sibi non permittens, Israelitis etiam innumeras calamitates attulit. Ei propheta Ionas prædixit, quod deuictis Syris ditionem suam esset ampliaturus, prolatis eius terminis ad septentriones usque Amathem urbem, ad meridiem uerò usque Asphaltitem lacum: his enim olim terminis Chananæa terra finiebatur, secundum Iesu imperatoris definitionem: quo oraculo excitatus Hieroboamus, totos eos tractus ademptos Syris ad suum regnum addidit, nihil fallente Ionæ uaticinio. Sed quoniam pollicitus sum me bona fide res Hebræorum proditurum, non dissimulabo, quid de hoc propheta in sacris codicibus inuenerim. Iussus. n. à
E Deo proficisci in regnū Nini, & illic prædicare, quòd imperium illud periturū esset, nō ausus est hoc facere: sed putās se posse Deū effugere, cōscenso apd Ioppē nauigio, petebat Tarsum Ciliciæ: exorta aūt uehemēti tēpestate, ita ut periculū esset ne nauis mergeretur, gubernator & nautę atque ipse etiam nauclerus uota pro incolumitate faciebant: Ionas uerò solus operto capite iacebat, nihil quemadmodū alij faciens. Cumque turbantibus procellis fluctus magis ac magis crescerent, suspicati aliquem è uectoribus esse in causa, decreuerunt sortito quærere quisnam ille esset. quo facto, sors prophetæ obtigit. percontantibus undenā esset, uel quid haberet negotij: ait se Hebręum esse, & prophetam Dei maximi, consuluitque ut ipsum in mare iacerent, si uellent præsens periculum euadere: se enim eū esse, propter quē tempestas sæuiat. At illi primū quidē non audebāt hoc facere, impiū facinus ducentes, hominē hospitē, qui uitā suæ fidei concrediſſet, in tā manifestū exitiū mittere. Tādem urgente
F periculo, & nauim tantū non mergente, partim prophetæ autoritate, partim suopte metu cōpulsi, in mare eum proijciunt. Et tēpestas quidem sedata est. Ionam autem ferunt à ceto deuoratum post tribuum in Euxinum pontū reuomitum, uiuū & toto corpore illæsum. Vbi petita à Deo erratorum uenia, ad Nini urbem profectus est: & cū in loco unde exaudiri poterat constitisset, prædicauit quòd paulò pòst amissuri essent imperiū Asiæ: & cū hoc dicto abijt. Hæc de eo sic retulim⁹, ut inuenim⁹ in cōmentarijs. Hieroboam⁹ autē exactis feliciter

Iona historia.

Iona à ceto reuomitur, & Ninuem proficiscitur.

4. Reg. 14. 15. *Hieroboamus extinctus atq; ſepultus.* A.M. 3159. Ant. Chr. nat. 812.

in ſuo principatu XLI annis mortuus apud Samariam ſepelitur, Zacharia filio ſucceſſore, Ozias item ſucceſſit Amaſiæ, anno regni Hieroboami decimo quarto, & apud Hieroſolyma duabus tribubus præfuit, natus matre Achia, ciue & ipſa Hieroſolymitana. Hic erat natura bonus ac iuſtus, & magnanimus, prouidendisque rebus ſolers & induſtrius: is ſuſcepta expeditione in Palæſtinos, prælio uictor urbes eorum ui cæpit, Gittam & Iamniam, & earum mœnia diruit. alia deinde expeditione duxit in Arabas AEgypto uicinos: & condita urbe ad mare rubrum, præſidium in ea poſuit. Poſt hæc Ammanitis ſubactis, tributoque genti præfinito, & omnibus locis, uſque ad AEgypti terminos in poteſtatem ſuam redactis, in poſterum ad curam urbis ſe contulit. Quicquid enim mœnium uel uetuſtate labefactatum erat, uel ſuperiorum regum incuria, totum inſtaurauit: atque eam etiam partem, quam Iſraelitarum rex Amaſia patre huius capto diruerat, quando urbem uictor ingreſſus eſt. His addidit non paucas turres, centum quinquaginta cubitorum altitudinis: & arces aliquot in locis minus frequentatis ad tutelam diſpoſuit: aquæ ductus quoque non paucos extruxit. Habuit etiam iumentorum aliarumque pecudum infinitam penè multitudinem, quòd regio eſſet apta paſcuis. cumque admodum eſſet agriculturæ ſtudioſus, terram uarijs arborum cæterarumq; plantarũ generib. excoluit. Habuit preterea ſelectorum militum trecenta ſeptuaginta millia, quibus præerant centuriones ac tribuni, uiri generoſi & inuicto robore præditi ad duo millia numero: edocuitque exercitũ phalangis ordinem ſtruere in aciem: & arma ſingulis diſtribuit, gladios, clypeos, & thoraces æreos, arcus etiam & fundas: præterea machinas fecit multas, ad expugnanda oppida, quibus uel ſaxa, uel tela emitteret, harpagones quoque & alia inſtrumnta his ſimilia. Dumq; in his ſtudijs & paratibus uerſatur, corruptus eſt arrogantia: & inflatus mortali potentia, immortalem illam ac ſempiternam cœpit non magnificere, nec religionis nec pietatis admodum obſeruans, ita ut ad paternã impietatẽ ui deretur procliuior, ad quam & ille prolapſus fuerat, quòd fortunæ fauorem & perpetuos ſucceſſus in rebus maximis moderatè ferre neſciret. Et cùm ueniſſet ſolennis feſti celebritas ſumpto ſacerdotali habitu, ingreſſus templum ad aureum altare Deo ſuffitum facturus aſtitit. Accurrit eò mox Azarias pontifex octoginta ſacerdotum globo ſtipatus, & regem compeſcuit: uociferans ac negans hoc illi fas eſſe, ſed ſolis ſacerdotibus datum ſuffire, qui ſint ex Aaronis genere: iubebatque ut exiret, & Deum talibus factis prouocare ad iram deſineret. Tum rex commotus mortem illis, ni quieſcerent, minatus eſt: & ecce ibi terra uehementer concutitur, fiſſoque ſupernè templo, radius ſolis os regis ferit, quod eueſtigiò lepra contactum eſt, acceſsit huic & aliud prodigium, quòd eodem terræmotu, ante urbem in loco qui dicitur Eroge dimidium montis ad occidentem uergentis reuulſum, per quatuor ſtadia uolutum, obiectu demum orientalis mõtis conſtitit, obſtructa uia publica, & oppreſſis ruina hortis regijs. Sacerdotes uerò poſtquam in facie regis lepram animaduerterunt, inflictã ei plagã indicauerũt, & ut tanquã pollutus & impuratus urbe cederet admonuerũt. At ille pudore calamitatis iam modeſtior, paruit, ſuperbiæ cum impietate coniunctę tam miſerabili pœna mulctatus: & cùm aliquandiu priuatus extra urbẽ uixiſſet, filio Iothamo rempub. adminiſtrante, mœrore tandem confectus obijt, anno ætatis ſexageſimo octauo, regni quinquageſimo ſecundo, ſepultusque eſt in ſuis hortis in monumento ſolitario. Iſraelitarũ autẽ rex Zacharias, Hieroboami filius, uix ſexto regni menſe exacto, ab uno è ſuis purpuratis per dolum occiditur. Seleſmus is fuit Iabeſi filius, qui occupata uacua Zachariæ cęde regia, trigeſima pòſt die regnum perdidit. Manaemus enim dux exercitus, qui per id tempus apud Thapſam urbem erat, audito Zachariæ caſu, cũ omnibus copijs uenit Samariam, & prælio uictum Seleſmum interfecit: dein autoritate propria ſumptis regni inſignibus, Thapſam profectus eſt. Oppidani uerò obfirmatis portis noluerunt regem admittere: at ille ut in defectores ſæuiens totum circumquaque agrũ uaſtauit, & poſtremò urbem quoq; ui cepit: & quòd eſſet Thapſenſib. infenſus, omnes ferro cõfecit, ne teneræ quidẽ ætati parcẽs, & nihil ſibi ad extremã crudelitatẽ reliquũ faciens. Quæ. n. ne in barbaros quidẽ deuictos perpetrare fas fuerit, ea in ſui generis homines ſibi permiſit: nec mitior fuit poſteà toto decẽnio quo Iſraelitis pręfuit. Petitus deinde bello ab Aſſyriorũ rege Phullo, non auſus eſt cũ eo in certamẽ deſcẽdere, ſed pactus M. talẽtis argẽti, pacẽ fecit. Hãc ſummã Manaemo populus cõtulit, exactis L. drachmis in ſingula capita. Nec multo pòſt mortuus, Samariæ ſepultus eſt, Phacia filio regni hærede relicto. Is patri crudelitate ſimilis, duob. tantũ annis regnauit: qb. exactis, in cõuiuio cũ amicis trucidatus eſt, inſidijs cuiuſdã Phacię tribuni, qui Romelię fuit filius. Obtinuit aũt hic Phacias principatũ annis XX. impius & iniuſtus. Huius tẽpore Teglaphalaſſar Aſſyrio-

Ozia ortus, gubernatio, & religio.

Hieroſolyma inſtaurata ab Ozia.

Ozię opulentia.

Ozię impietas.

Ozias ſacerdotis officiũ uſurpat, ab Azaria reprehenditur,

lepra inficitur, & demum

mœrore confectus obijt.

Zacharias Iſraelitarum rex occiditur à Seleſmo. A.M. 3183. Ante Chr. nat. 788.

Seleſmi interitus.

Manaemus Thapſam ui occupat, cum Phullo bellum mouente pacem facit, & moritur.

Phaceia. A.M. 3194. Ant. Chr. nat. 777.

Phaceiæ trucidatus. A.M. 3196. Ante Chr. nat. 775.

A Assyriorum rex Israelitas aggressus, subacta Galaditica regione, & quicquid trans Iordanem colitur, uicinaque Galilęa, & Cydida, & Asora, colonos abstractos in suum regnum traduxit, de quo hoc loco hactenus. Porrò Iothamus Oziæ filius regnauit in tribu Iuda Hierosolymis, natus matre urbani generis, nomine Ierasa. Huic regi nulla uirtus defuit, erga Deum pio, iusto erga homines, & reipub. studioso. quicquid enim instauratione opus habebat, diligenter farciendum curauit. in templo uestibulum refecit, & porticus. mœnium partem lapsam restituit, & additis magnis ac firmis turribus communiuit: & si quid præterea in regno neglectum fuerat, diligenter curauit. Ammanitas etiam prælio deuictos tributa pendere coegit, annua talenta centum, & tritici coros decies mille, & totidem hordei. In tantumque regnum auxit, ut tam domi felix esset, quàm foris formidabilis. Hoc regnante propheta quidam extitit, Naumus nomine, qui de Assyriorum & Nini subuersione hæc uerba uaticinatus est. Erit Niniue piscina aquarum fluctuans, ita & populus eius omnis turbatus & fluctuans fugiet. dicentque inter sese: State, state, rapite aurum, rapite argentum: & nemo uolet. malent enim uitam seruare, quàm facultates. occupabit enim eos graue diſsidium, & lamentatio, & dissolutio membrorum, & facies eorum præ pauore fient luridæ. Vbi erit posthac domicilium leonum, & mater catulorum leoninorum? Dicit tibi Niniue Deus: delebo te, nec posthac ampliùs leones ex te egressi mundo imperitabunt. & alia multa de Niniue in hanc sententiã prophetauit, quę nunc non est necesse repetere: alioquin molestus uideri possem, lectorem plus æquo onerans. Euenerunt autem omnia quæ de Niniue prædicta sunt, post annum CXV. Et de his quidem hactenus.

Tegłphalassar Assyriæ rex Israelitas in suum regnum transfert.

Iothamus Iudææ rex.

A.M. 3197. Ante Chr. nat. 774.

XII.

B *Naumi de Ninę oraculum.*

Nahum 1.

Rasę Damascenorum rege Hierosolymitas bello uexante, Achazes eorum rex coactus est Assyriorum regem in Damascenos immittere. CAP. XII.

C Othamus autem è uiuis abijt ætatis anno XLI. cùm regnasset annos sexdecim: quo in regijs conditorijs depositо, regnum ad Achazen eius filium hæreditario iure peruenit. qui erga Deum impijssimus, & patriarũ legum desertor, ad imitationem Israeliticorum regum se contulit, aras Hierosolymis erigens, & in eis idolis sacrificans, quibus etiam proprium filiũ holocautoma obtulit ritu Chananæorum, & his similia multa perpetrauit. Hunc ita insanientem duo simul reges, Rases Damascenorum & Pharias Israelitarum, bello aggrediuntur: erant enim amici & socij: & compulsum Hierosolyma multùm diuque frustrà oppugnauerunt, quòd urbs esset munita egregiè. Intereà Syriæ rex ad mare rubrum Elam urbem occupat, & necatis eius habitatoribus Syrorum coloniam eò deduxit. Multis item arcibus expugnatis, & magno Iudæorum numero interfecto, cum exercitu ex manubijs ditato Damascum reuersus est. Hierosolymitanus autem rex postquam cognouit Syros abijsse domum, putans se Israelitarum rege non inferiorem uiribus, eduxit contra eum copias: & cùm irato Deo commisisset prælium, propter tot impia facinora uictus est. centum enim & uiginti millia tunc ceciderunt de eius exercitu. In eodem prælio Zacharias, supremus dux Israelitarum, cum Amia filio Achazæ congressus, superatum occidit, & pari modo Ericam prætorianorum præfectum interemit, & Elcanam tribus Iudæ copiarum ducem uiuum in potestatem suam redegit. magnum præterea captiuorum utriusque sexus numerum è Beniamitica tribu abegerunt, & opimâ præda ditati reuertuntur Samariam. Obelas autem quidam, qui in ea urbe per id tempus propheta erat, occurrens illis ante mœnia, magna uoce hanc uictoriam non ipsorum uirtute partam asseuerabat, sed quòd Deus regi Achazæ iratsceretur. incusabatque eos, quòd non contenti præsenti felicitate, ausi essent homines ex tribu Iudæ ac Beniamitica consanguineos suos captiuos abducere: & suadebat ut hos illæsos domum remitterent. quod ni facerent, Deum ab illis pœnas exacturum. Post hanc admonitionem Israelitę in concionem conuenientes deliberant, quid facto opus esset. Exurgens autem quidam magnę inter suos autoritatis, Barachias nomine, cum alijs tribus, negabant se passuros, ut ciues sui captiuos in urbem introducerent, ne fortè omnes diuina ultio perderet. satis esse præteritorum peccatorum, in quæ prophetæ clamitent, etiamsi nulla noua accedat impietas. His auditis, milites permiserunt illos, quicquid cõducere uideretur, agere. Tũ prædicti uiri assumptos captiuos exemerunt uinculis, & curatis eorum corporibus, adiutos uiatico remiserunt domum incolumes. nihilo minus quatuor illi deduxerunt eos usque Hierichuntem & ulterius: cumque non longè abessent à Hieroſolymis, repetierunt Samariam.

A.M. 3212. Ante Chr. nat. 759.

XIII.

4. Reg. 16. Achazes idololatra, filij proprij immolator, bello sollicitatur.

Hierosolyma ob sessa.

Esaiæ 7.

Ela urbs occupata.

Achazes uictus.

4. Reg. 16. Obelas uates Israelitas à Iudæis captiuos duci prohibet.

Barachiæ consilium.

F

Aſſyriorum rex ui expugnata Damaſco, & occiſo rege, populum traducit in Mediam, alijs gentibus Damaſcum in coloniam deductis. CAP. XIII. A

A.M. 3215. Ant. Chr. nat. 756.

ACHazes autem rex hac clade ab Iſraelitis affectus, miſſa ad Aſſyriorum regem Teglaphalaſſarem legatione, auxilium ab eo petijt contra Iſraelitas & Damaſcenos atq; Syros, magnam pecuniam illi pollicens, in preſens etiam magnifica munera mittendo. Quam legationem poſtquam audiuit, ipſe in auxilium Achazæ profectus eſt, & uaſtata Syria, expugnataque Damaſco, Raſem quoque regem occidit. Damaſcenos uerò in ſuperiorem Mediam populariter traduxit: & pro illis quaſdam Aſſyriorum gentes in agrum Damaſcenum poſuit. Iſraelitarum deinde terram populatus, multos ex ea captiuos comprehendit. Poſt Syros ad hunc modum tractatos, rex Achazes ſublato quantum erat auri & argenti in regijs theſauris, atque etiam in ipſo templo, & donarijs B quotquot erant pulcherrima, hæc ſecum deferens uenit Damaſcum, & ſicut antè pactus fuerat, omnia regi Aſſyriorum tradidit. actisque pro beneficio gratijs reuerſus eſt Hieroſolyma. Erat autem hic rex tam ſtultus & incogitans, ut quanuis à Syris oppugnaretur, illorum tamen deos colere non deſineret, ſed eos uenerari, tanquam uictoriam ſibi præſtituros pergeret. poſt cladem uerò acceptam, Aſſyriorum uenerari cœpit numina, quiduis potiùs adoraturus, quàm uerum & à maioribus acceptum Deum, cuius indignatione, ut tum uinceretur, factum erat. In tantum autem religionis contemptum prolapſus eſt, ut ſpoliatum priùs donarijs templum clauderet, ne illud ſolennibus ſacrificijs honorare liceret. poſt has inſanas impietates tandem moritur, cùm uixiſſet annos triginta ſex, & ex his regnaſſet C ſedecim, relicto hærede Ezecia filio. Quo tempore etiam Phacias Iſraelitarum regnum cum uita amiſit, cæſus per inſidias cuiuſdam amici, cui nomen Oſeas. qui cùm regnum per annos IX obtineret, uir fuit peſsimus, nihil pietatis Deo deferens. IN hunc duxit exercitum Aſſyriorum rex Salmanaſarus: & quia Deum forſan non habebat propitium, deſtitutũ eius auxilio ſubiugauit, & præfinita tributa coegit pendere. Quarto autem anno regni huius Oſeæ, Ezecias Hieroſolymis regnum adeptus eſt, Achazæ ex Abia Hieroſolymitana muliere filius. Is erat ingenio bono & iuſto ac pio præditus. nam ſtatim ab inito principatu nullam magis neceſſariam uel utilem tam ſibi, quàm ſubditis curam exiſtimauit, quàm religionis ac diuini cultus. quamobrem aduocata populi & ſacerdotum Leuitarumque concione, ſic ad eos uerba fecit. Ne ipſi quidem ignoratis, quòd propter peccata patris mei, & non redditos Deo debitos honores, in multas & magnas calamitates incidiſtis: quia per demen- D tiam paſſi eſtis uobis perſuaderi, ut eos quos ille deos putabat coleretis. Ergo quandoquidem ueſtro malo didiciſtis quàm pernicioſa res ſit impietas, hortor ut illa obliuioni tradita, purificetis uos à præteritis pollutionibus, unà cum ſacerdotibus & Leuitis: ac tum demum conuenientes aperiatis templum, & luſtratum priùs expiatumque ſacrificijs legitimis in priſtinum honorem & reuerentiam reſtituatis. Hoc enim pacto placatum Deum & propitium habebimus. His regis monitis accenſi ſacerdotes, templum aperiunt: & eiectis inde inquinamentis, adornatisq; ſacris uaſis, uictimas patrio ritu in altare inferunt. Rex uerò dimiſsis per totam ditionem ſuam nuncijs, populum Hieroſolyma ad Azymorum celebritatem conuocat, multo iam tempore intermiſſam, propter impiam ſuperiorum regum incuriam. Quin & Iſraelitas per nuncios hortatus eſt, ut relictis conſuetis ſuperſtitioni- E bus, ad priſcam illam pietatem & Dei cultum redirent. Se enim illis permiſſurum ut Hieroſolyma uenientes, Azymorum feſtum unà cum ſuis ciuibus celebrent. Hæc autem ſe ſuadere non ut ſuum negocium ageret, ſed ipſorum utilitatis gratia: quos beatos fore, ſi huic conſilio paruerint. Iſraelitæ uerò audito quid legati à ſuo rege afferrent, adeò mentem non adhibuerunt, ut eos ludibrio habuerint, & prophetas quoque eôdem cohortantes, & præmonentes, quantæ calamitates inſtarent, niſi ad pietatem redirent, reſpuerint: quos poſtremò comprehenſos necauerunt. nec his facinoribus contenti, ad peiora etiam ſunt prolapſi, ita ut non priùs deſiſterent, quàm ob extremam impietatem Deus ultor in poteſtatem hoſtium eos tradidit, ſicut ſuo loco dicetur. Multi tamen è Manaſſitica tribu & Zabulonis atque Iſacharis prophetarum monitis parentes, ad pietatem ſunt conuerſi: at- F que hi omnes Hieroſolyma ad Ezeciam confluxerunt, ut Deum adorarent. Poſtquam autem ea multitudo conuênit, rex aſcenſo templo unà cum principibus & populo, immolauit pro ſe tauros ſeptem, & totidem arietes, paremq; hircorum numerum. & cùm primùm manus in capita uictimarum impoſuiſſent tam rex, quàm principes, ſacerdotibus mactandas reliquerunt. illi uerò iugulabant, & ſolidas concremabant, Leuitarum corona circumſtante

Achâzes Aſſyrios auxilio aduocat.

Damaſci expugnatio.

Raſes trucidatur.

Iſraelitarum captiuitas et trãſlatio.

Achazes idololatra.

Hieroſolymitanum templum clauditur.

Achazes uitus eſſe deſyt.

A.M. 3224. Ante Chr. nat. 747.

Oſeas Iſraelitarum rex.

XIIII.

Ezecias rex Iudæorum.

A.M. 3227. Ante Chr. nat. 744.

Ezeciæ ad populum oratio.

Ezecias pietate clarus.

Hieroſolymitanum templum apertum.

Feſtum Azymorum.

A.M. 3228. Ante Chr. nat. 743.

Ezeciæ legati Iſraelitis miſſi necantur.

Ezecias ſacrificat, ſacrosq; ritus expiat.

A ſtante cum inſtrumentis muſicis,& diuinos hymnos canente,quemadmodum olim Dauid eos pſallere docuerat: reliqui uerò ſacerdotes accinebant buccinis. Interea rex & multitudo humi in faciem proſtrati Deum adorabant: poſt hæc ſacrificauit boues ſeptuaginta,arietes C. agnos C C. populo uerò ad epulum largitus eſt boues D C.& reliqui pecoris tria millia. Cumque omnia ritè ſacerdotes perfeciſſent, rex lætus epulabatur cum populo, agens Deo gratias. Vbi uerò uenit azymorum feſtum, paſchale ſacrum facientes alias deinceps uictimas mactabant per continuos dies ſeptem: populo etiam præter eum numerum, quem ipſi mactauerunt,taurorum duo millia,pecorum ſeptem millia rex de ſuo largitus eſt: hanc liberalitatem imitati principes mille tauros ei dederunt, & pecora mille quadringenta, nec ullum feſtum tam magnificè eſt celebratum,à Solomonis temporibus in eum uſque diem. *Ezechias cum populo epulabatur.*

B Peracto feſto urbem egreſsi totam regionem luſtrauerunt, ipſa quoque Hieroſolyma ab omni idolorum ſpurcitie munda reddiderunt. Quotidiana deinde ſacra ſecundum legem rex de ſuo fieri mandauit, & ſacerdotibus ac Leuitis à populo decimas reddi cum primitijs fructuum,ut poſſent eſſe circa diuinum cultum aſsidui. Quo factum eſt ut populus omne genus fructuum conferret Leuitis & ſacerdotibus: rex uerò horum apothecas & promptuaria condidit,unde ſingulis partes diſtribuerentur cum uxoribus & liberis: atque in hunc modum priſtinus cultus reſtitutus eſt. His ita conſtitutis rex Palæſtinis bellum intulit,& parta uictoria omnes eorum urbes à Gitta uſque Gazam ſuæ ditioni adiecit. Interea rex Aſſyriorum per oratorem ei denunciat,omnem eius regionem ſe ſubiugaturum, niſi tributa,quæ priùs pater ipſius, penderet. Ezechias uerò minas eius non magni fecit, fretus Deo ſuaq; pietate,ac propheta Eſaia,per quem futura cognoſcebat: & hactenus de hoc rege. *Idolorum abolitio.* *Ezechias Palæſtinos bello adoritur, & uincit.*

C

Salmanaſar capto Iſraelitarum rege, & decem tribubus translatis in Mediam Chutheos in eorum regionem migrare iubet. CAP. XIIII.

SAlmanaſar autem Aſſyriorum rex,comperto quòd Iſraelitarum rex miſiſſet clàm legationem ad Soam AEgyptiorum regem inuitans eum ad ſocietatem contra ipſum ineundam,iratus duxit exercitum contra Samariam, anno Oſeæ regni ſeptimo: & non receptus ab eo,poſt tertium obſidionis annum urbem ui cepit, anno eiuſdem regis nono, Ezechiæ uerò Hieroſolymorum regis anno ſeptimo: extincto q; funditùs Iſraelitarum imperio, populum traduxit in Mediam & Perſidem, cum quo etiam Oſeas rex uiuus captus eſt. Deinde migrare iuſſa quadam Perſica gente ex eo tractu,qui ab amne Chutho denominatur,ſedes ei deſignauit in agro Samariæ,cęteraq; Iſraelitarum regione. Migrauerũt igitur decẽ tribus Iſraelitarũ ex ſuis ſedibus poſt annos D C C C C X L V I I. ex quo maiores eorum AEgyptum egreſsi,armis ea loca ſuę ditionis fecerunt: poſt principatum Ieſu annis octingentis: poſt defectionem uerò à Roboamo Dauidis nepote, ad Hieroboamum, de qua ſuprà diximus, annis C C X L. menſibus ſeptem,diebus ſeptem. Atque hic fuit finis Iſraelitarum,qui neque legi ſubditi eſſe uoluerunt, neque prophetas audire, prænunciantes adeſſe proſoribus hanc calamitatem, ni ab impietate deſiſterent. Omnium autem horum malorum initium fuit illa ſeditio,per quam à Roboamo defecerũt ſeruo ipſius in locum eius rege conſtituto: qui contemptis diuinis legibus, & populo per ſuum exemplum ad eandem iniquitatem pertracto,indignationem cœleſtis numinis eis conciliauit,& ipſe quoque meritas pœnas non effugit. Porrò Aſſyriorum rex cum armis totam Syriam & Phœnicem peragrauit, & nomen eius in Tyriorum annalibus ſcriptum inuenitur: bellauit enim contra Tyrum regnante ibi Elulæo, atteſtante etiam Menandro, qui in ſuis Chronicis, ex Tyriorum annalibus in Græcam linguam translatis, ſic ſcribit. Is deinde qui Elulæus nominabatur, regnauit annos triginta ſex, hic deficientes Cittæos cum claſſe eò profectus ſub imperium ſuum retraxit, contra quos miſſo exercitu Aſſyriorum rex Phœnicen totam inuaſit, facta deinde pace, cum copijs domum reuerſus eſt. Paulò poſt Sidon, Arce, Palætyrus cum multis alijs oppidis à Tyrijs ad Aſſyriorum regem defecerunt: & cùm ſoli Tyrij facere eius imperata derrectarent, reuerſus eſt contra eos cum ſexaginta nauibus, quas Phœnices inſtruxerunt, impoſitis etiam octingentis remigibus. Quibus occurrentes Tyrij cum duodecim nauibus, diſiecta hoſtili claſſe, quingentos ex ea captiuos abduxerunt: quo facinore non mediocrem rei naualis gloriam ſibi comparauerunt. Reuertens autem rex Aſſyrius,cuſtodes ad fluuium & aquæductus diſpoſuit qui aquari Tyrios prohiberent: quod cùm per continuos quinq; annos fieret,coacti ſunt,effoſſis puteis inde ſe ſuſtentare. Hæc ſunt quæ in Tyriorum annalibus de Salmanaſare Aſſyrio ſcripta inueniuntur. Cęterùm noui Samariæ coloni Chuthæi (ſic enim tum appellabantur, quod

D E F

XV. 4. Reg. 17. *Samaria obſidetur.* A. M. 3230 Ante Chr. nat. 741. *Samaria ui capta.* A.M.3232. Ant. Chr. nat. 739. *Iſraelitarum regnum exinctũ. Tribuum Iſraelitarum decem migratio. Seditio multorũ malorum cauſa. Salmanaſar Syriam & Phœnicem peragrat. Menandri locus de Salmanaſare. Salmanaſar Tyrios aggreditur, & uincitur.*

quòd à Perſidis regione Chutha,& flumine Chutho eſſent traducti)cùm quinque gentium A
eſſent,totidem deos patrios ſecum attulerunt, quos ritu ſuo colentes Deum maximum ad
Ira Dei Chutæis idololatris parta. indignationem irritauerunt.Exorta eſt enim ſæua peſtilentia,à qua cùm popularentur,nul-
lam inuenientes opem,oraculo admoniti ſunt,ut Deum maximum colerent:nam hoc illis
Religionis Samaritanæ principium. præſentem ſalutem allaturum eſſe.Miſsis igitur ad regem Aſſyrium legatis,petierunt ut ſa-
cerdotes aliquot è captiuis Iſraelitis ad eos remitteret: quo facto legem & Dei colendi ratio-
nem ab eis edocti,diligenter eum cœperunt colere,moxque ceſſauit peſtilentia:permanent
Chutæorum inconſtantia. que nunc quoque in ea religione,Chuthæi uocati Hebræis, Græcis uerò Samaritæ,qui prò
præſenti ſemper conditione temporum mutabiles, quoties fœliciter degere Iudæos ui-
derint,cognatos ſe eorum appellant, utpotè à Ioſepho oriundos, & hac ratione ſanguine il-
lis coniunctos:quando uerò in rebus aduerſis eos aſpiciunt,nihil ad ſe pertinere aiunt,nec il B
lis quicquam deberi benecuolentiæ cùm ipſi ex longè remotis gentibus ad ea loca uenerint:
de quo aliàs dicetur opportuniùs.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER DECIMVS.

C

Senacheribi Aſſyriorum regis expeditio Hieroſolymitana, & Ezeciæ regis oppugnatio. CAP. I.

A.M. 3240. Ante Chr. nat. 731.

IN ZECIAE duarum tribuum regis anno quarto decimo,Senacheribus
4.Reg. 18. *Iudææ clades.* Aſſyriorũ rex cum inſtructiſsimo exercitu eum aggreſſus eſt, omnesq; urbes ui cepit, quotquot erant in Iudæ tribu & Beniamitica. Iamque
Ezeciæ ad Senacheribum legatio. ducturus, erat Hieroſolyma cùm ad illum uenit legatio imperata fa-
cturum, & tributa ſoluturum promittens. Senacheribus uerò auditis
legatis,decreuit omiſſo bello poſtulata regis admittere,& pollicitus eſt,
ſi argenti talenta trecenta,auri triginta accepiſſet, pacatũ ſe abiturum, D
iureiurando interpoſito,quòd ab omni iniuria temperaturus eſſet. His
Senacheribi perfidia. perſuaſus Ezecias exhauſtis theſauris mittit eam pecuniam,ratus hoſte remoto poſthac ſine
periculo ſe regnaturum. Accepit Aſſyrius pecuniam, ſed pacta non præſtitit:nam profectus
ipſe cũ copijs contra AEgyptios & AEthiopes,Rapſacem ducem cum duobus alijs ad conti-
nuandum Hieroſolymitanum bellum reliquit. Collegarum nomina erant Tharata & Ana-
charis.Vt uerò admoto mœnibus exercitu caſtrametati ſunt, per nuncium poſtulauerunt,
ut Ezecias ad ſe prodiret in colloquium. Ille quòd ſibi metueret, prodire nolens, tres inti-
mos amicos miſit, Eliacimum procuratorem, & Somnæum, & Ioachum à commentarijs.
Hi cùm prodijſſent, ante duces exercitus Aſſyriorum conſtiterunt, quos intuitus Rapſaces,
Rapſacis oratio ſuperba. iuſsit regi ſuo referre hæc: quòd magnus rex Senacheribus ſcire uult, quo fretus dominum E
ſuum refugiat,& obedire nolẽs exercitum in urbem non recipiat:an fortè Aegyptijs, ſperãs
ab illis poſſe exercitum regium deleri: id quidem ſi ſperet, dubio procul eum deſipere, &
ſimilem eſſe homini qui fragili arundini inititur,qua non ſolùm non ſuſtinetur,ſed lapſus
etiam manum transfigitur.Scire autem eum oportere quòd non ſine Dei uoluntate facta ſit
hæc expeditio: qui ſicut antè de Iſraelitis uictoriam dederit, ita nunc quoque Ezeciam cum
ſuis ſubditis Aſſyriorum armis uelit ſuccumbere. Hæc Rhapſace Hebraicè dicente, cuius
linguæ peritus erat,Eliacimus timens ne multitudo his auditis pauore conſternaretur,roga-
uit eũ ut loqueretur Syriacè.Ille ſatis intelligens quid alter metueret,maiore etiam uoce He
braicè reſpondit : debere eos audire mandata regis, & quòd in rem ipſorum ſit,deditionem
facere.Satis,inquit,ſcio quòd uos & ueſter rex populum uana ſpe ſeducentes ut reſiſtat ſua- F
detis.Quòd ſi quid audetis,& putatis uos poſſe exercitũ noſtrũ à mœnibus repellere,prom-
ptus ſum uos duobus equorum millibus inſtruere:uos datis totidem ſeſſoribus uires ue-
ſtras oſtendite, ſed non poteſtis dare quos non habetis. Quid igitur cunctamini dedere uos
ualidioribus,qui uos poſſunt uel inuitos ui capere?maximè cùm uoluntaria deditio tuta ſit:
contrà cùm fit à coactis periculo calamitatis non careat. Hæc cùm audiſſent ex duce tam le-

gati,

A gati,quàm populus,ad regem etiam perlata ſunt.Ille perculſus habitum regalẽ exuit, & ſaccum indutus humili ſpecie, ut mos eſt patrius,in faciem procidens Deo ſupplicat,ut cùm alia ſpes nulla adſit, opem & ſalutem afferat. Miſsis etiam ad Eſaiam prophetam amicis aliquot & ſacerdotibus,rogauit ut pro communi ſalute precibus Deum ſolicitet, ac ſacrificijs, ut frangens nimias ſpes hoſtium, miſereatur ſui populi. Paruit propheta, & monitus oraculo,iuſsit regem atque amicos bono eſſe animo,prædicens hoſtem ſine prælio uictum diſceſſurum cum ignominia, & poſiturum feroces animos. Deum enim ei moliri perniciem. Ipſum quoque Senacheribum non ſuccedente expeditione AEgyptiaca domum reuerſum, ferro eſſe interiturum. Fortè autem acciderat,ut eodem tempore uenirent ab eo literæ ad Ezeciam,in quibus ſtultum eum dicebat, quòd putaret ſe poſſe ſeruitutem effugere eius, qui
B tam multas gentes perdomuiſſet: minabaturque internecionem omnibus, niſi ſponte patefactis portis exercitum intra Hieroſolyma reciperent. Has lectas contempſit propter fiduciam,quam in Deo collocauerat,& epiſtolam complicatam in templo repoſuit.Iteratis dein de ſupplicationibus, quibus urbis ſalus Deo commendata eſt, Eſaias exoratum eſſe retulit, nec eſſe ea tempeſtate oppugnationem metuendam ab Aſſyrio. Inſtare enim feliciora tempora,quibus ſecuri poſsint agros ſuos in pace colere,& poſſeſsionum ſuarum curam habere, timentes neminem. Procedente autem tempore,Aſſyriorum rex fruſtrari ſuos conatus uidens,infectis rebus redijt ex cauſa tali. Multum temporis contriuit in apparanda oppugnatione Peluſij: iamq; aggerem penè mœnibus æquauerat, & uidebatur aſſultum propediem facturus,cùm audiuit aduentare Tharſicem regem AEthiopum, AEgyptijs laturum ſuppe-
C tias,& per deſertum copias ducere, ut improuiſus adoriretur Aſſyrios. Territus igitur hoc rumore Senacheribus,properè inde cum ſuis abijt. Herodotus autem hunc contra Vulcani ſacerdotem bellum geſsiſſe dicit, nimirum quòd idem & rex eſſet & ſacerdos. Oppugnans, inquit, Peluſium, hac de cauſa obſidionem ſoluit. REX AEgyptius implorauit opem Dei:qui exoratus magnum Arabi incommodum attulit.nam & in hoc errat,quòd pro Aſſyrio ſcribit Arabem. Vna,inquit, nocte murium uis tanta extitit,ut hoſtium arcus & reliqua corroderent:quo factum eſt,ut exarmatus rex à Peluſio ſuum exercitum abdueeret. Beroſus autem Chaldaicarum rerum ſcriptor,Senacheribi regis meminit:& quòd apud Aſſyrios regnauerit,totamq; Aſiam atq; AEgyptum bello infeſtauerit,his uerbis narrat.

Senacheribus in Ezeciam conuitiũ literis expreſſum.

Senacherib. ſpe cõcepta fruſtratur, &

turpi fuga elabitur.

Herodotus Senacheribi meminit.

Quòd Aſſyriorum exercitus una nocte peſte abſumptus eſt, & quòd rex eorum, domum
D *reuerſus, filiorum inſidijs periit. Cap. II.*

A. M. 3241. Ante Chr. nat. 730.

Senacheribus autem ab AEgyptiaco bello Hieroſolymam reuerſus,offendit ibi exercitum,quem ſub Rapſacis imperio reliquerat, peſte diuinitùs immiſſa deletum, prima nocte poſteaquam urbem oppugnare cœperat, abſumptis cum ducibus & tribunis CLXXXV. millibus militum:qua clade territus, & de reliquis copijs ſolicitus,maximis itineribus in regnum ſuum contendit,ad regiam quæ Ninus dicitur.Vbi paulo pòſt per inſidias ſeniorum è filijs ſuis, Adramelechi & Selẽnari,uitam amiſit,occiſus in ipſo templo Araſci,quem præcipuo cultu dignabatur: quibus ob parricidium à populariburs pulſis,& in Armeniam fugientibus, Aſſarachoddas minor filius in regnum ſucceſſit.Atque hic fuit huius expeditionis exitus.

Senacheribus è medio tollitur.

Aſſarachoddas rex deſignatur.

Ezecias cùm aliquandiu uixiſſet in pace, decedens Manaſſæ filio regnum
E *reliquit. Cap. III.*

A. M. 3256. Ante Chr. nat. 715.

EZecias autem præter omnem opinionem liberatus periculo, uota pro incolumitate Deo perſoluit,quandoquidem manifeſtum erat, huius ſolius ope hoſtem partim peſte deletum, partim metu ſimilis exitij ab oppugnatione urbis abſterritũ. Dumque totus circa Dei cultum occupatur, paulo pòſt in grauem morbum incidit,ita ut à medicis pro deplorato haberetur,nec amicis quicquam meliùs ſperantibus. Nec tam uitæ periculum angebat regẽ,quàm quòd ſine liberis decedẽte generis ſucceſſio in eo deficere uidebatur,& regnum ſine legitimo hærede futurum.Hoc igitur mœrore potiſſimũ confectus,ſupplex cum lachrymis Deum rogauit,ut tantiſper differretur uitæ terminus, do-
F nec procrearet ſobolem, néue nondum factus pater eximeretur numero uiuentium. Miſertus autem Deus,idque eò libentius,quòd non ſibi doleret regni uoluptates adimi, ſed ſucceſſorem tantùm germanum principatus quæreret: miſſo ad eum propheta Eſaia, iuſſit nunciari,quòd poſt triduum morbum euaderet:& ſuperuiuens annos quindecim, non niſi relictis liberis decederet.Hæc cùm prophera,ita ut iuſſus erat,ad regem pertuliſſet,ob magnitudinem morbi,& inopinatum nunciũ dubitans,prodigioſum aliquod ſignum ab Eſaia po-

4. Reg. 19. *Ezeciæ ad Dei refugium.*

Eſaias orat pro populo.

4. Reg. 20. *Ezecias morbo affligitur, deum precatur, ſanatur, atq; uita longiore donatur.*

ſtulat, ut certò poſſet credere, miſſum illum ad ſe à Deo nuncium. Quæ enim ſupra ſpem & rationem eſſe uidentur, eorum ſolet ſimilibus confirmari ueritas. Et rogante propheta quodnam ſignũ exhiberi ſibi poſtularet? uoluit, ut quando umbra in ſuo ſolario iam ad decimam lineam proceſſerat, per totidem lineas reuerti eam faceret. Et cùm Deus hoc dediſſet prophetæ precibus, uiſo ita ut uoluit, tam inſigni prodigio, cõfeſtim recepta ſanitate ad templum aſcendit, & adorato Deo uota perſoluit. Circa eadem fermè tempora, imperium Aſſyriorum per Medos diſſolui contigit, de quo dicemus alibi. Babyloniorum autem rex Baladas miſſis ad Ezeciam legatis cum muneribus, inuitauit eum ad ſocietatem & amicitiam: Ille exceptis legatis comiter, & conuiuio regali adhibitis theſauros etiam oſtendit, & apparatũ armorum, & quicquid pretioſum auro conſtabat ac gemmis: atque ita cum donis remiſit ad Baladam. Aditus deinde ab Eſaia, rogatusq; quinam eſſent qui uenerant? ait è Babylone miſſos à rege ueniſſe, oſtendiſſeq; ſe illis omnia, ut uiſis diuitijs colligentes ex his ipſius potẽtiã, regi ſuo renunciare poſſent. tum propheta reſpondens: Scito, inquit, quòd hæ diuitiæ paulo pòſt transferentur in Babyloniam, & poſteri tui uirilitate amiſſa eunuchi ſeruient regi Babylonio: hæc enim prædicit Deus. Ezecias contriſtatus hac prædictione, ait ſe quidẽ malle gentem ſuam in eam calamitatem non incidere, ſed quando aliter uiſum ſit Deo, precari ut ſaltem ipſe poſſit in pace reliquum uitæ exigere. Huius quoq; Baladæ Babyloniorum regis Beroſus meminit. Cæterùm propheta hic cùm eſſet diuinus, & uſque ad miraculum ueridicus, certus ſe nihil à uero alienum dixiſſe, omnia ſua uaticinia ſcripto tradita reliquit poſteris, ut ex euentu certitudo eorum poſſet intelligi. Nec hic ſolus id fecit, ſed alij præterea duodecim: & quicquid uel mali uel boni nobis euenit, totum illorum reſpondet oraculis: ſed hos aliàs ſingillatim percenſebimus. EZECIAS porrò, cùm quantũ iam diximus, ſuperuixiſſet in pace, obijt poſt annum uitæ quartum & quinquageſimũ, regni uerò nonum & uigeſimum.

Eſaias prodigio nuncius dei declaratur.
Ezeciæ uotum.
Aſſyriaci imperij diſſolutio.
Baladæ ad Ezeciam legatio.
Ezecias oſtentatos Babylonijs theſauros reprehenditur ab Eſaia.
Captiuitas Babylonica prædicta.
Baladæ Beroſus meminit.
Eſaiæ uaticinia conſcripta.

A B C

Manaſſes à Chaldæorum ac Babyloniorum rege captus, poſt aliquantum temporis ab eo rurſum in regnum ſuum reſtituitur. CAP. IIII.

IIII.
Ezeciæ mors.

4. Reg. 21.
Manaſſis ortus & iniquitas.

MAnaſſes ſucceſſor Manaſſes filius, ex matre Achiba Hieroſolymitana ciue natus, omiſſis paternis ſtudijs contrarium uitæ inſtitutum tenuit: nullam impietatem prætermittens, ſed per omnia iniquitates Iſraelitarum imitans, quos Deus propter peccata perdidit. Auſus eſt etiam templum Dei profanare, atque adeò totam urbem & reliquam ditionem. Exorſus enim à Dei contemptu, in omnes quotquot erant in Hebræis iuſtos graſſabatur cædibus, ne à prophetis quidem cruentas manus abſtinens. Nam & ex horum numero per ſingulas dies aliquem afficiebat ſupplicio, ut Hieroſolyma inundarentur ſanguine. His concitatus Deus ad iracundiam, mittebat prophetas ad regem ſimul atque populum, per quos eaſdem illis comminabatur calamitates, quas propter contemptum religionis fratres ipſorum Iſraelitæ aliquanto antè perpeſſi fuerant. At illi nolentes fidem habere illorum ſermonibus, per quos moniti ſi paruiſſent imminentia mala uitare poterant, re tandem ueritatem eorum experti ſunt. CVM enim in eiſdem perſeuerarent moribus, hoſtem illis Deus immiſit regem Chaldæorum & Babyloniæ: is miſſo in Iudæam exercitu, regionem totam depopulatus, Manaſſem quoque dolo interceptum & abductum, cui uoluit pœnæ habuit obnoxiũ. Tum demùm miſer malo ſuo doctus, admiſſã culpam agnouit, et ut hoſtem humanum ac clementem experiretur, à Deo precibus petijt. Nec Deus ſe præbuit inexorabilem, ſed miſertus exaudijt ſupplicem: quem poſt aliquantum temporis ſpatium Babylonius domum remiſſum, in priſtinum principatum reſtituit. Cæterùm poſtliminiò reuerſus Hieroſolyma, dedit operã ſi poſſet abolere priorum peccatorum etiam memoriam, mutatis moribus totus conuerſus ad religionis ſtudia. Nam & urbem luſtrauit, & templum conſecrauit denuò: & in reliquum totus fuit in eo, ut gratitudinem Deo poſſet approbare, & quoad uiueret eius retinere beneuolentiam. Idem facere populum quoque docuit, memor in quale incidiſſet infortunium ob perperam adminiſtratam rempublicam. Adornato etiam altari, ex præſcripto Moyſis ſolennes obtulit ſuper eo uictimas. Reſtitutis in ueterem ſtatum religionis ritibus, ad munienda Hieroſolyma curam tranſtulit, ita ut reparatis antiquis mœnibus, noua illis circundaret, & turres excitaret altiſſimas, ſuburbanasque arces cùm alijs neceſſarijs, tum inprimis commeatibus muniret. Adeoque in melius mutatus eſt, ut ex quo Deum colere cœpit, toto uitæ tempore prædicatus ſit beatiſſimus. Cumque uixiſſet annos LXVII. in uitio eſſe deſijt, exactis in regno annis quinque & quinquaginta. Sepultus eſt in hortis proprijs: regnũ excepit Amos filius, natus matre Emalſema, oriunda ex Iabate oppido. Hic imitatus iuuenilia ſui patris opera, & à ſimilibus non abſtinẽs facino-

V.
Manaſſes in Babyloniam abducitur.
A. M. 3288.
Ante Chr. nat. 683.
Manaſſes à Deo in gratiam recipitur.
Manaſſis pietas.

Hieroſolyma à Manaſſe reparata.
Manaſſes beatiſſimus prædicatur, & uitam relinquit.
Amos Iudææ rex, & moritur.

D E F

A facinoribus, maturè dedit pœnas, domi à ſuis oppreſſus familiaribus, uix dum exacto anno uitæ quarto & uigeſimo, regni uerò ſecundo. In eius interfectores animaduertit populus, ipſum in paternum monumentum intulit, & regnũ eius filio Ioſiæ nominato tradidit; octo tum annorum puero. A. M. 3304. Ante Chr. nat. 667.

De Ioſia rege. CAP. V.

IVius mater fuit ex oppido Boſcetha, Ieda nomine, ipſe indole optima, & ad uirtutem natus Dauide rege exemplari & regula totius uitæ ſibi propoſito. Quamprimùm enim duodecimum annum ætatis attigit, edidit pietatis ac iuſtitiæ ſpecimen. Autor enim fuit populo, ut abiectis erroribus, & relicta de falſo creditis dijs perſuaſione, conferrent ſe ad cultum patrij numinis. Et retractatis maiorum ſuorum inſtitutis, quicquid peccatum eſſet corrigebat, tam prudenter adhibitis remedijs, quàm ſi eſſet ætate maturiſſima. quæ uerò decenter ſe habere inuenit, immota ſeruauit, & imitatus eſt. Hęc autem faciebat tum per innatam ſapientiam, tum etiam ſeniorum monitis & conſilijs. Sequendo enim legum ductum in ordinanda repub. & cultu diuini numinis aberrare non potuit, à quibus recedentes priores aliquot reges ſeipſos perdiderant. Itaque obeundo tam urbem quàm regionem totam, lucos externis dijs dedicatos excidebat, & aras eorum diruebat; & donaria quæ eis à maioribus conſecrata fuerant, per ludibrium detrahebat: atque ita populum à uana de dijs opinatione ad unum Dei cultum cõuertit: & conſueta holocautomata, cæteraque ſacrificia ſuper altare obtulit. Conſtituit etiam certos iudices, & morum cenſores, qui priuata quoque negotia ſic diſponerẽt, ut in omnibus non minorem iuſtitiæ, quàm uitæ ipſius rationem haberent. Dimiſſis deinde per totam ſuam ditionem nuncijs iuſſit, ut quicunque uellent, conferrent aurum & argentum in reparationem templi, idque ſuo quiſque arbitratu, ut nemo grauaretur: & allatis pecunijs curam ſumptuum in templum ſartum tectum pręſtandum commiſit Amaſiæ præfecto urbis, & Saphani ſcribæ, & Ioathæ commentarienſi, & pontifici Eliaciæ. qui omiſſis moris & dilationibus, adhibitis architectis, & præparatis omnibus rebus ad reparationem neceſſarijs incumbebant operi: atque ita inſtauratum eſt templum, & ipſum regiæ pietatis argumentum futurum. Anno deinde regni ſui XVIII. iuſſit Eliaciam pontificem pecunia (quæ inſtaurationi ſuperfuit) in maſſas conflata crateras inde & libatoria, phialasque ad miniſteria templi conficere: prætereà quicquid auri argentíue in theſauris eſſet, id quoque prolatum in eoſdem uſus conuertere. Pontifex autem dum promit aurum, fortè incidit in ſacros libros Moyſis in templo repoſitos: eos prolatos dedit ſcribæ Saphani. qui cùm eos perlegiſſet, regem adijt, & quę imperaſſet omnia facta indicauit. prætereà libros recens inuentos ei legit. Qua lectione audita, rex ſcidit ueſtem, & conuocatis intimis aliquot amicis, ipſoque ſcriba, & Eliacia põtifice, miſit eos ad prophetiſſam Oldam, uxorem Sallumi, uiri clari ac nobilis, ut perſuaderent ei Deum placare, & propitium genti ſuæ reddere. Timendum enim eſſe ne propter neglectas à maioribus leges Moyſis graues caſus immineant, néue electi patrio ſolo in externis regionibus deſtituti omnibus commodis miſerè uitam finiant. Auditis regijs mandatis prophetiſſa iubet ei renunciari, quòd Deus ſemel contra eos ſententiam tulerit, quæ nullis ſupplicationibus irrita fieri poſſit: ut populus eijciatur proprijs ſedibus, & omnibus præſentibus commodis propter non ſeruatas leges mulctetur: quandoquidem conceſſo ad reſipiſcendum tanto temporis ſpatio, ne prophetarum quidem hortationibus ad ſaniorem mentem reuocari potuerit, debitas impietatis pœnas prædicentium: & ideò decretum id mutari non poſſe, ut ipſo euentu diſcant eſſe Deum, & in prophetarum eius prædictionibus nihil ineſſe mendacij, quibus certam ſuam uoluntatem hominibus indicare ſoleat. attamen propter bonitatem regis dilaturum Deum aliquantiſper imminentem calamitatem: ſed ab eius obitu præfinita iam antè mala in populum miſſurum. Hoc mulieris uaticinium regi renunciant, qui ad eam miſſi fuerant. Ille circum omnia oppida miſſis nuncijs, iuſſit Hieroſolyma conuenire ſacerdotes ac Leuitas, & omnes omnis ætatis homines, & cùm congregati eſſent omnes, primùm eis ſacros libros legit. deinde ſtans in editiori loco in medio populi, ſacramento adegit uniuerſos ad cultum diuini numinis, & ſeruandas leges Moſaycas: quod illi magno conſenſu facturos ſe receperunt. moxque ſacra facientes & mactantes uictimas Deum precabantur ut propitius adeſſe dignaretur. Poſtremò iuſſit pontificem, ſi quod uas in templo ſupereſſet à maioribus dicatum idolorum externorum uſui, ut inde eijceretur: & cùm non pauca eſſent collecta, omnibus incenſis cinerem eorum diſperſit. Denique ſacerdotes idolorum à genere Aaronis alienos interfecit. His apud Hieroſolyma peractis exiuit peregrè, & quicquid per totam regionem

B *Idololatriæ abrogatio.*

C *Templi reſtauratio.*

D *Legis libri in templo reperti.* A. M. 3330. Ante Chr. nat. 641. *Oldæ prophetiſſæ oraculum.*

E

F 4. Reg. 22. *Ioſiæ religionem inſtaurat.*

4. Reg. 22. *Ioſiæ Dei cultum curæ eſt.* A. M. 3307. Ante Chr. nat. 664.

ad honorem externorum numinum à Hieroboamo dedicatum inuenit, deleuit funditùs: & ossa pseudoprophetarum super altare, quod primus Hieroboamus extruxerat, combussit: sicut superiùs diximus, iam tum cùm super eo Hieroboamus sacra faceret, interuenisse prophetam, & in præsentia totius populi prænunciasse, quòd unus ex Dauidis progenie, nomine Iosias, hoc esset facturus: cuius prædictionis euentus pòst annos trecentos sexagintaunum secutus est. Post hæc inuisit & alios Israelitas, qui captiuitatem & seruitutem Assyriorum euitauerant, eisque persuasit, ut omissis impijs actionibus, & religionibus externis, Deum maximum ritu patrio colerent, eique soli adhærerent: nec hoc contentus, oppidatim ac uicatim per domos scrutatus est, ne quid suspectum intùs delitesceret. Quadrigas etiam solis, quas superiores reges in uestibulo templi consecrauerant, & si quid aliud diuinis honoribus uulgus imperitum dignabatur, de medio sustulit. Cæterùm lustrata ad hunc modum regione uniuersa, populum Hierosolyma conuocauit, ad celebrandum festum azymorum, quod dicitur Pascha: deditque populo ad epulum de suo triginta hœdorum & agnorum millia, & ad holocautomata boum tria millia. Principes quoque sacerdotum contulerunt sacerdotibus ad idem festum agnorum duo millia, & sexcentos: & similiter Leuitis eorum primarij dederunt agnorum quinque millia, boues quingentos: cumque tanta esset uictimarum copia, immolabantur omnes secundum leges Moysis, sacerdotibus ei curæ præpositis, & exemplo suo reliquo populo præeuntibus. Et quòd à Samuelis prophetæ temporibus in eam usque diem nulla talis festiuitas celebrata fuerit, causa est, quia tum omnia secundum præscripta legum, & antiquas consuetudines peragebant. POST hæc Iosias cùm pace, diuitijs & gloria floruisset, uitæ finem habuit huiusmodi.

Prophetiçorum oraculorum ueritas.

3. Reg. 13. uer. 1. 2. Paral. 35.

Iosias Pascha agit.

A.M. 3331. Ante Chr. nat. 640.

A

B

C

Nechao rege AEgypti contra Babylonios per Iudæam exercitum ducere uolente, Iosias uetare conatus, prælio uictus occiditur.

CAP. VI.

VI.

A.M. 3343. Ante Chr. nat. 628.

NEchaos AEgypti rex, magnis delectibus habitis, copias ad Euphratem duxit contra Medos & Babylonios, qui Assyriorum imperium euerterant, uolens sibi Asiæ regnum quærere. Cumque processisset usque ad Menden oppidum ditionis Iosiæ, opposuit se ei, uetans per sui iuris regionem iter contra Medos facere. Tum Nechaos caduceatore misso, ait se non illum petere bello, sed ad Euphratem properare, non esse sibi imponendam necessitatem, præter propositum cum obstante dimicandi. Iosias autem uerbis AEgyptij nihil mouebatur, sed perseuerabat in ea sententia, ut per suam ditionem uolenti ducere transitum pernegaret, fato opinor ad hanc arrogantiam urgente hominem, ut occasionem aduersus eum inueniret. Dum enim aciem instruens curru ab uno cornu ad alterum uehitur, AEgyptius quidam sagitta icto bellandi studium exemit: saucius.n. & cruciatū nō ferens, iusso exercito deflectere, Hierosolyma reuertitur, ubi ex eo uulnere est mortuꝰ. Sepultus est magnifico funere in monumētis paternis, cū uixisset annos triginta nouē, regnasset triginta unū. Luxit eum populus multis dieb. lamētis & tristitia mortē eius prosequens. Hieremias etiam propheta epicedium ei scripsit lugubri carmine, quod nunc quoque extat. Hic propheta & instantem urbi captiuitatem Babylonicam, & nostri etiam sæculi clades prædictas mandauit literis. Nec solus ille hæc uaticinatus est multitudini, sed & propheta Iezeciel, qui primus duos libros hoc argumento scriptos reliquit. Erant autem hi duo sacerdotalis generis, quorum Hieremias uixit Hierosolymis, ab anno decimotertio regni Iosiæ, usque dum templum unà cum urbe est dirutum, de cuius prophetæ casibus suo loco mentionem faciemus. Porrò mortuo, quemadmodum diximus Iosia, regnum suscepit filius eius Ioazus, anno ætatis uigesimotertio, regiam habens Hierosolymis. Hic matre natus Amethala, impijs & impuris fuit moribus. HVNC AEgyptiorum rex à bello reuertens accersitum ad se in urbem Syriæ Samatham, uinxit, & fratri eius seniori, eodem patre nato, Eliacimo nomine regnum tradidit, Ioacimi nomine priùs illi indito. Regioni uerò eius centum argenti talentorum tributum imposuit, & unius talenti auri. Atque ita Ioacimo tributario facto, Ioazum secum in AEgyptum abduxit, ubi mortuus est cum regnasset menses tres, dies decem. Mater autem Ioacimi uocata est Zabuda, nata ex oppido Abuma. Hic quoque malitioso fuit ingenio, nec erga Deum pius, nec mitis erga homines.

Iosiæ mors, & sepultura.

Hieremias Iosiæ epicedium scripsit.

Iezeciel.

A.M. 3344. Ante Chr. nat. 627.

Ioazus Iudæa rex.

2. Paral. 36.

VII.

Ioacimus Iudæa rex.

D

E

F

Nabucho-

A *Nabuchodonoſorus inuadens Syriam, Ioacimum ad amicitiam & ſocietatem ſuam pertraxit. CAP. VII.* A. M. 3347. Ante Chr. nat. 624.

ANno autem quarto ex quo is regnare incœpit, quidam Nabuchodonoſorus apud Babylonem regno potitus cũ inſtructiſsimo exercitu Carcabeſam ad Euphratem ſitam petijt, bellum inferens Aegyptio Nechao, qui tum toti Syriæ dominabatur. At ille cognito Babylonij conatu, non contempſit hoſtem, ſed cum ualidis & numeroſis copijs ad Euphratem ei ſe oppoſuit, & collatis ſignis cum eo congreſſus, amiſsis multis millibus coactus eſt cedere: Babylonius autem ſuperato Euphrate, totam Syriam Peluſium uſque ſubegit, Iudæa excepta. Quarto deinde regni Nabuchodonoſori anno, Ioacimi uerò octauo, Babylonij Iudæis bellum inferunt magnis uiribus, dira minantes ni tributa B pẽdant quemadmodum reliqui Syriæ habitatores. At ille timore ſuadente, pacem mercatus pecunijs, integro triennio imperata tributa perſoluit. INDVCTVS deinde ad uanas ſpes, rumoribus expeditionis AEgyptiorum contra Babylonios, & negato tributo, expectatione ſua fruſtratus eſt: nam Aegyptij bellum inferre non auſi ſunt: id quod propheta Hieremias quotidianis monitis prædicere non deſtitit, fruſtra eos ſpem in AEgyptiorũ præſidio ponere. Imminere enim urbi certam ſubuerſionem à Babyolonijs, & Ioacimo regi captiuitatem. Sed hæc uaticinia, quòd nemo eis moueretur, nemini proderant. Etenim tam uulgus quàm proceres contemptim hæc audiebant, & irati malè ominanti, prophetam apud regem accuſabant, depoſcentes eum ad ſupplicium. Delata demum re ad regium ſenatum, maxima pars (ut improuida) calculis ſuis eum damnauit: pauci uerò quidam ſapientiores è regia pro- C phetam dimiſerunt, autoresque fuerunt etiam alijs ne in eum ſæuire pergerent. Adducebantque rationem, non hunc ſolum mala urbi prædicere, ſed & Michæam antè talia prædixiſſe, & multos alios, quorum nemo à ſui temporis regibus aliquid eſſet paſſus, ſed omnes ut Dei uates habiti fuiſſent in precio. Atque hoc pacto lenitis animis diuerſa ſentientium, effecerunt, ut reuocatis ſuffragiis propheta eximeretur ſupplicio: qui conſcriptis omnibus ſuis prophetijs, ieiunanti populo, & in templum congregato, nono mẽſe quinti anni regni Ioacimi legit eum librum, continentem quid templo & urbi, eiusque populo euenturum eſſet. His auditis principes librum ab eo ſumunt, ſimulque iubent, tam ipſum quàm eius ſcribam Baruchum è medio ſecedere, ut omnes lateat ubi ſint: librum uerò ad regem pertulerunt, qui præſentibus amicis iuſſit ſcribam librum ſumere & legere, quo lecto iratus conſcidit eũ, D & iniectum in ignem exuſſit: iuſſitque Hieremiam & Baruchum ad ſe adduci, daturos ſupplicium: ſed illi iam ſe iræ eius ſubduxerant.

Supplicio eximitur.

Hieremiæ liber populo prælegitur, ad regem defertur, & exuritur. Ierem. 36.

Nabuchodonoſorus Ioacimum rurſum Aegyptiorum rebus ſtudentem interficit, & Ioachimum eius filium pro eo regem conſtituit. CAP. VIII. A. M. 3354. Ante Chr. nat. 617.

NOn multo pòſt uenientem cum exercitu Babylonium regem excipit in urbe, territus prophetæ prædictionib. nihil ſibi nocitum iri putãs, quia eos nec excluſiſſet nec oppugnaſſet. At ille receptus non ſeruauit fidem, ſed florem iuuentutis Hieroſolymitanæ unà cum ipſo rege interfecit: quem etiam inſepultum extra mœnia iuſſit proijci: & pro eo Ioachimum filium regem urbis & regionis conſtituit. Eorum uerò qui in aliqua dignitate erant, in captiuitatem abduxit Babylonem tria millia, in quibus E fuit etiam tum puer propheta Hiezeciel. Hic finis fuit Ioacimi regis, cum uixiſſet annos triginta ſex, regnaſſet undecim. Succeſſor autẽ eius Ioachimus, natus matre Hieroſolymitana nomine Noſta, regnauit menſes tres, dies decem.

2. Paral. 36. *Ierem. 22. Ioacimus in uinculis eſſe deſijt. Hiezeciel, in Babylonem abducitur.*

Ioachimus patri in regno ſucceſſit.

Babylonius mutata ſententia Ioachimum obſidet, cumq; ille ſe dedidiſſet captiuum, Babylonem abducit. CAP. IX. IX.

BAbylonium autem regem ſtatim dediſſe regnum Ioachimo pœnituit. Verebatur enim ne memor patris occiſi, regionem ad defectionem perpelleret. Miſſo igitur exercitu Hieroſolymis eum obſedit: qui cum eſſet natura bonus & iuſtus, non ſuſtinuit periclitari propter ſe urbem ſed matrem & cognatos miſſis à rege ducibus tradidit obſides, icto in hoc cum eis fœdere, quòd nec urbi mali aliquid inferrent, nec ciui- F bus. Sed tum quoque ne per integrum quidem annum fides ſeruata eſt, Babylonio rege uiolante eam, & mandante per literas ſuis ducibus, ut omnem iuuentutem captiuam ex urbe abducerent: & quicquid ineſſet artificum, & uinctos ad ſe adducerent: fueruntque hi omnes decem millia numero, & octingenti triginta duo, & in his Ioachimus cum amicis ac matre, qui à rege in cuſtodia ſunt habiti.

4. Reg. 24. *Hieroſolyma obſeſſa à Babylonio. Nabuchodonoſorus fœdifragus. Ioachimus in Babyloniam deducitur.*

Sedecias Hierosolymorum rex à Babylonio constituitur. CAP. X.

DRo Ioachimo autē Sedeciam eius patruum regem constituit, iureiurando astrictum, quòd ipsi regionem seruaturus, nec in ea quicquā esset nouaturus, nec iuuaturus Aegyptios: is erat annorum uiginti & unius cum principatum acciperet, natus eadem matre qua frater Ioacimus, sed iusti ac officij contemptor, ut qui æquales quoque circa se haberet impios, quin & totus populus in eandem solutus est licentiam. Quamobrem sępænumerò Hieremias propheta illum adijt, obtestans ut omissis impietatibus, iustitiæ curam gereret: néue aut ducibus mentem adhiberet, quòd essent mali plerique, aut falsis prophetis crederet, cū decipientibus, & pollicentibus non oppugnaturū ampliùs urbem Babylonium, uincendumque bello petitum ab AEgyptijs: hæc enim non uerè dici, nec euentura esse unquam. Sedecias uerò tantisper dum audiebat prophetam, agnoscebat eum uera dicere, & in rem suam esse si illi fidem adhiberet: sed per amicos rursum deprauabatur, & abducebatur à prophetæ consilijs, in diuersum quocunque uellent. Sed & apud Babylonem Hiezeciel eodem tempore uastationem templi prædicebat, camq; prædictionem etiam Hierosolyma transmisit. quibus uaticinijs Sedecias hac potissimum de causa non credidit. In cæteris enim omnibus inter se concinebant, quòd & urbs ui caperetur, & Sedecias ipse captiuus abduceretur. In hoc uerò discrepare uidebatur Hiezeciel, quòd negaret Sedeciā uisurum Babylonem, cùm Hieremias asseueraret, omninò futurum ut captiuum eum Babylonius rex secum abduceret. Quare cùm hîc diuersa dicere eos uideret, ne illa quidē uera putabat in quibus cōsentirent: etiam si euentus omnia uera fuisse cōprobauit, sicut aliàs oportuniùs dicetur. Igitur cùm per octo annos socius Babyloniorum fuisset, uiolato fœdere ad AEgyptios defecit, sperans si cum illis uires coniungeret, Babylonium necessariò succumbere. QVO COGNITO Babylonius exercitū contra eū duxit: uastataque regione, & occupatis arcibus ad ipsa Hierosolyma oppugnanda accessit. AEgyptius autem audito in quibus angustijs esset Sedecias socius, assumpto ualido exercitu Iudæam petijt, uolens obsidionem soluere. At Babylonius intermissa obsidione, obuiam illi profectus, prælio uictum tota Syria expulit. Mox uerò ut obsidio soluta est, pseudoprophetæ Sedeciam deceperunt, uanum iactantes quòd à Babylonijs regi, eiusque subditis instaret belli periculū, quódue transferendi essent è suis sedibus in Babyloniam: imò etiam captiuos redituros esse cum omnibus uasis, quibus rex tēplū spoliasset. At Hieremias adito rege omnia uera & his contraria prænunciat, dicens eos regem decipere, nihilque commodi sperandum ab AEgyptijs: sed uictis illis Babyloniū copias ad Hierosolyma reducturū, & quotquot oppugnationi ac fami superfuerint, captiuos abducturum: direptisque omnium facultatibus, & exhaustis templi diuitijs, in urbem simul & templum ferro ac flammis sæuiturum. Et seruiemus, inquit, ei posterisque eius per annos LXX. à qua seruitute Persę & Medi nos eripient, extincto Babyloniorū imperio: quorum ope dimissi, & huc reuersi, templum ædificabimus denuò, & Hierosolyma restituemus. Hæc dicens Hieremias plerisque persuadebat: principes uerò & impij uelut furiosum contemnebant: Cumque aliquando libuisset ei natale solum Anathoth reuisere, quod à Hierosolymis XX stadijs est dissitum, quidam è magistratibus in itinere fortè obuius comprehensum detinuit, calumnians quòd ad Babylonios uellet transfugere, Propheta contrà negauit eum uerum crimen afferre, sed ire se in patriā. At ille nihil eius uerbis motus, duxit eum ad magistratus in iudicium, à quibus diu tortus & excruciatus seruabatur ad suppliciū, & aliquanto tempore coactus est uiuere in his iniustis afflictionibus. Anno autē nono regni Sedeciæ, decima die mensis decimi, Babylonius rex iterum exercitū admouit Hierosolymis: & cōtinuata per XVIII menses obsidione, modis omnibus expugnare urbem conatus est. Præter externā autem oppugnationem duobus grauibus malis intùs impugnabatur ciuitas, fame simul & pestilētia uehemēter grassantibus. Interim Hieremias in carcere nō quiescebat sed clamabat ad multitudinē, apertis portis recipiendū Babylonium: nā hoc facto seruādos esse una cū totis familijs, alioquin perituros: addebat manētib. in urbe hostili ferro aut fame pereūdum: qui uerò ad hostem perfugerint, mortem euasuros. At principes ne malis quidē pressi audire uolebant, sed irati ad regem omnia deferebant, incusabantque prophetā, ut turrentem, & frangentem sibi animos, & obnunciandis calamitatibus omnem populi promptitudinem & alacritatem eneruantem. Illos enim paratos pugnare pro patria, hunc uerò minari tristia, & dicere expugnandam urbem, & omnino subuertendā esse. Rex uerò ut erat probus & iustus, ipse quidem sua causa uon exacerbabatur: sed ne in principum inuidiā tali tempore incurreret uoluntāti eorum resistens, permisit eis ut de propheta quicquid liberet, facerent:

Sedeciæ prauitas.

Hieremias Sedeciam commonefacit à falsis prophetis seductum.

Hiezeciel templi uastationem prædicit.

Sedecias ad Ægyptios deficit.

X.

Hierosolyma oppugnata à Babylonio.

Sedecias à falsis uatibus decipitur.

Hieremias de captiuitate Babylonica uaticinatur, &

contemnitur,

in iudicium ducitur, & iniustè affligitur.

Hierosolyma obsessa.

A. M. 3363. Ante Chr. nat. 608.

Fames & pestis Hierosolymitana.

Hieremias in carcere uaticinari non desistit, deprehenditur, accusatur & torquendus principibus traditur.

A

B

C

D

E

F

A facerent: quo impetrato, confestim carcerē petentes, exemptū inde in quendam cœnosum puteum per funem demiserunt, ut ibi præfocatus moreretur. Ille uerò utque ad collum mersus ibi manebat. Interim quidam è seruis regis charioribus, genere AEthiops, renunciat domino quid prophetæ acciderit, dicens non rectè principes statuisse & amicos, quòd uatem in cœnum demerserint, & grauiorem quàm quæ in uinculis erat expectanda, mortem homini excogitauerint. His auditis rex pœnitentia prioris consilij, quòd principibus prophetam in potestatem tradiderat, iubet Aethiopem triginta socios è suo famulitio sibi assumere, funesque capere, & quicquid ad uiri incolumitatem opus sit, & quantum potest properè è puteo Hieremiam extrahere. Tum AEthiops assumptis, quemadmodum iussus erat socijs, extractum è cœno permisit abire liberum. Accitus deinde clàm ad regem, interrogatus est, ec-

B quod posset diuinitùs afferre ad rem præsentem remedium? Ille habere se ait, sed non creditum iri sibi, aut præceptis suis obtemperaturum. Sed omnes, inquit, amici tui quasi maleficum cupiunt me perdere: & ubi nunc sunt impostores illi qui negabant Babylonium amplius rediturum? Quamobrem uereor nunc apud te ueritatem promere, ne fortè in uitam meam sęuias. Sed cùm rex iureiurando confirmasset, nec se illum interfecturum, nec amicos id facere passurum, fretus accepta fide, cōsuluit ut urbem Babylonijs dederet, ita enim se internuncio iubere Deum, si modò uelit incolumis esse, & imminens periculum euadere, &

C cauere ne urbs solo æquetur, templumq; tradatur incendio. Ni faciat ipsum fore malorum causam tam sibi ac suæ familiæ, quàm uniuerso populo. Tum rex, se quidem cupere facere quæ uates in rem communem consuleret: sed timere amicos, qui iam ad Babylonios transfugerant, ne ab illis accusatus apud regem traderetur supplicio. At propheta addebat illi animum, uanum eum timorem esse dictitans. Nihil enim mali passurum, si urbem dederet, ac ne uxores quidem eius & liberos: mansurum etiam templum incolume. Hæc locutum Hieremiam rex dimisit: iussum nemini ciuium communicatum inter ipsos consilium prodere, ac ne principibus quidem indicare, si cognito collocutos se esse, percontarentur cúrnam esset à rege accersitus: sed prætexendum quòd uenerit rogatum, ne posthac amplius haberetur in uinculis, id quod factum est à propheta: uolebant enim scire quanam de causa accessisset ad Sedeciam.

funē in cœnosum puteum demittitur, &

liberatur.

A.M. 3365. Ante Chr. nat. 606.

Hieremias ad regem accitur, &

frustrà Sedecię, ut urbem Babylonijs dedat, mouet.

Captis Hierosolymis Nabuchodonosorus populum traducit in Babyloniam. CAP. XI.

D INterea Babylonius pergebat in oppugnandis acriter Hierosolymis, extructis aggeribus, & erectis turribus, è quibus arcebat propugnatores stantes in mœnibus: multos enim aggeres circunquaque excitauerat, urbis muro altitudine pares. Nec segniter interim defendebatur urbs, ciuibus nec fami nec pesti succumbentibus, sed obduratis animis omnia mala perferentibus, ac ne machinis quidem hostiū territi, alias contrà machinas excogitabant, ut inter se utriq; non uiribus solùm certarent, uerumetiam artibus, dum illi his potissimùm sperant se urbem posse capere: hi salutem suam in eo putant consistere, si non cessent nouis cōmentis illorum conatus ludificari: atque id certamen duravit per menses decē & octo, donec tādem succubuēre, partim inedia uicti, partim superne è

Hierosolymitanæ obsidionis duratio.

turribus telorum multitudine oppressi. Capta est aūt urbs undecimo anno regni Sedeciæ, quarti mensis die nonæ: ceperuntq; eam duces Babyloniorū, quib. Nabuchodonosorus op-

Hierosolyma expugnantur.

E pugnationē cōmiserat, dum ipse apud Reblatha degeret. Quod siquis requirat eorum ducū etiam nomina, sunt hæc: Nergelear, Aremantus, Emegar, Nabosaris, Echarampsaris. Vrbe autem capta circa mediam noctem, & ducibus ac reliquis hostibus in templum ingressis, Sedecias rex ubi hoc sensit, assumptis uxoribus, liberis, ducibus & amicis, fugam arripuit per fauces quasdam angustas in desertum, quod cùm Babylonij cognouissent transfugarū indicio, sub auroram aggressi sunt eos persequi, & assecuti eos non procul ab Hierichunte circumuenerunt. Amici uerò & duces fugæ comites uisis è propinquo hostibus, relicto Sedecia dissipati sunt, quà quemq; tulit spes effugij. Ipse desertus cum uxorib. ac liberis & paucis amicis

Sedecias fugiens à Babylonijs capitur.

in hostium potestatē deuenit, & mox ad regem perductus est. Quem postquam in conspectu

Sedecię inconstantiæ & ingratitudinis insimulatur, & execratur.

F habuit Nabuchodonosorus, impium & fœdifragum uocare cœpit, promissionum immemorem, quòd regi seruare illam regionem esset pollicitus, exprobrabat etiam ingratitudinem, quòd cùm à se accepisset regnum Ioacimo fratri debitum, accepta potestate abusus esset in autorem beneficij. Sed magnus est, inquit, Deus qui exosus mores tuos te immanus meas tradidit. His uerbis cum Sedeciam increpuisset, è uestigio iussit ipso & alijs captiuis inspectantibus filios eius & amicos trucidari. Deinde ipsum excæcauit, Babylonem secum abducendū. Atq; ita utriusq; prophetæ prædictiones, tam Hieremiæ quàm Hiezecielis, quāuis

Hieremiæ et Hiezechielis oraculorum ueritas.

ab illo contemptæ,euentum non uanæ fuiſſe comprobatæ ſunt: quòd captus abducetur ad A
Babyloniam,& coràm eo loquetur, & oculis ſuis faciem eius uidebit, Hieremias prædixit: quòd uerò cęcatus primò cùm Babylonem perductus eſſet, uidere eam non potuit, Hiezecielis fuerat uaticinium. Quæ quidem ignorantib. ſatis declarare poſſunt Dei naturã, quàm uaria ſit & multimoda,omnia tempeſtiuè diſponens,& futura præſignificans: ſicut humanæ inſcitiæ & incredulitatis inſigne exemplum hic eminet,per quam non licuit eis futuram calamitatem euitare,ut ne cauerent quidem fatum ineluctabile. Atque hic fuit Dauidici generis regum exitus, qui unus & uiginti regnauerunt deinceps: idque temporis ſpatium quingentos & quindecim annos continet,& menſes inſuper ſex cum diebus decẽ annumeratis uiginti annis primi regis Sauli,qui fuit tribus alterius. Cæterùm Babylonius Nabuzardanem ducem miſit Hieroſolyma cum mandatis, ut templum ſpoliatum incen- B
deret,regia quoque ſimiliter cremata urbem à fundamentis diſueret, populum in Babyloniam traduceret. Qui cum eò peruenisſet, undecimo Sedeciæ regni anno,è templo uaſa omnia tam aurea quàm argentea ſuſtulit,& labrum quoque illud grande quod Solomon dedicauerat.præterea columnas illas æreas cum ſuis capitulis,& menſas aureas atque candelabra. His ſublatis templum incendit menſis quinti die prima,anno regni Sedeciæ undecimo,regni uerò Nabuchodonoſori XVIII. deinde & regiam incendit,& urbem diruit. Incenſum eſt autem templum annis,ex quo extructum fuerat elapſis CCCCLXX. menſibus ſex,& diebus decem additis,exactis à tranſmigratione ex AEgypto annis MLXII. menſibus ſex, diebus decem. A diluuio autem uſque ad templi deuaſtationem interceſſerunt anni
MDCCCCL. menſes ſex,dies decem. Ab Adamo item condito, uſque ad hũc templi caſum, C
tria millia annorum elapſa ſunt,& inſuper DXIII. menſes ſex,dies decem. Tantus cenſetur annorum numerus, quo temporis ſpatio quid & quando geſtum ſit, ſuo quæque ordine explicauimus. Dirutis Hieroſolymis & populo migrare iuſſo,dux regius captiuos fecit hos: pontificem Saream,& qui poſt hunc ſecundum inter ſacerdotes locum tenebat, Sepheniã: tres prẹfectos cuſtodiæ templi,eunuchum primarium regis cubicularium,cum ſeptem alijs regijs amicis:præterea ſcribam regiũ,& alios principes uiros ſexaginta:quos omnes unà cum ſpolijs templi perduxit ad regem ſuum,agentẽ tunc Reblathis,quæ eſt Syriæ urbs. Rex uerò pontificem & principes in ea urbe iuſsit capite plecti,reliquam captiuorum multitudinem, & in his Sedeciam ipſe Babylonem perduxit. Ioſadocum etiam pontificem uinctum ſecum
duxit,Sareæ pontificis filium,quem modò Reblathis affectum ſupplicio diximus-Nũc quo- D
niam regum genus & eorum ſucceſsionem ordine recenſuimus, conueniens duxi etiam pontificum enumerare nomina,qui regum tempore per continuatas ſucceſsiones ſummũ adminiſtrauerunt ſacerdotium. Ergo primus omniũ in templo recens à Solomone extructo põtifex fuit Sadocus,cui filius Achimas ſucceſsit,poſt Achimam Azarias,& poſt hunc Ioranius,poſt Ioramũ Iſus,& deinceps Axioramꝰ,Phideas,Sudeas,Iulus,Iothamꝰ,Vrias,Nerias, Odeas,Saldumus, Elcias,Sareas,Ioſadocus,qui captiuus Babylonẽ pertractus eſt: hi omnes quaſi per manus traditum ſacerdotium filij parentum ſucceſſores acceperunt, continuata generis ſerie. Cęterùm rex Babylonem reuerſus,Sedeciam in carcere uſque ad mortem eius detinuit,mortuum tamen regia funeris pompa elatum ſepelijt: uaſa,quibus Hieroſolymitanum templum ſpoliauerat,ſuis conſecrauit dijs,populo in Babylonia ſedes attribuit, pontifi- E
cem è uinculis exemit. NABVZARDANES autem dux,qui populum captiuum abduxerat,trãsfugas & pauperes illic reliquit,duce illis præpoſito nomine Godolia,Aicami hominis nobilis filio,uiro æquo & bono. His imperauit,ut pro agris,quos ad culturã acceperant, certum tributum regi penderent. Prophetæ quoque Hieremiæ è carcere exempto ſuaſit,ut iret ſecum Babylonem:iuſſum enim ſe à rege, ut ei neceſſaria omnia prẹbeat. Quod ſi ſequi nolit,diceret ubinam habitare cuperet,ut de hoc regem per literas certiorem poſsit reddere. Propheta uerò neque ducem ſequi uoluit,neq; aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ,& eius miſeras reliquias colere. At dux uoluntate eius cognita, Godoliæ, quem ibi relinquebat,commendauit hominem, mandans ne quid ei deeſſe pateretur: donatoque uate magni precij muneribus,ipſe quoque domum profectus eſt. Hieremias autẽ F
domicilium elegit apud oppidum Maſphatham, impetrata priùs à Nabuzardane gratia, ut ſecum è carcere dimitteretur etiam Baruchus Neri filius,inſigni familia natus,& in patria lingua egregiè doctus. Nabuzardanes igitur his peractis Babylonem reuertitur. Illi autẽ,qui obſidionis Hieroſolymitanæ tempore diffugerant, poſteàquam Babylonios receſsiſſe audiuerunt,undique collecti uenerunt ad Godoliam Maſphatha. Eorũ principes erãt, Ioãnes Ca-

Dauidici generis reges quot, et quandiu regno præfuerint.

Templum ſpoliatur, &

incenditur. Hieroſolyma à Naburzardane diruta.

Anni mundi.

Captiuitas Babylonica.

Pontificum Hieroſolymitanorũ enumeratio.

Sedecias uinculis detentus è uiuorum cõtubernio migrat.

XI.

Godolias reliquis in Iudæa præficitur.

Hieremias à Babylonio muneribus afficitur, apud Maſphatã moratur, & Baruchum è carcere eximit.

Godoliam Iudæi diſperſi conueniunt, &

Carea

A reæ filius,& Iezanias & Sareas,& nonnulli alij: præterque hos Iſmael quidam ortus regio genere, uir alioquin malus & doloſiſſimus, qui tempore obſidionis profugerat ad Baalem regem Ammanitarum, & apud eum per id tempus moratus fuerat. His igitur ad ſe uenientibus, Godolias ſuaſit, ut ibi manerent, nihil timentes à Babylonijs: poſſe enim eos impunè regionem colere: interpoſitoque iureiurando paratum fore ſuum auxilium, ſi quis moleſtaretur, conſuluit ut unuſquiſque habitaret in quo uellet oppido, dicens miſſurum ſe unà aliquot è ſuis,& daturum operam,ut diruta inſtaurarentur,& habitarentur denuò:illos uerò debere(donec tempeſtiuum)curare,ne frumentum & uinum ac oleum deeſſet in futuram hyemem,quo ſuſtẽtarentur. Hęc locutus permiſit quemq; arbitratu ſuo quem liberet locũ incolere. Quę fama poſtquam ad circumuicinas Iudææ gentes peruenit,quòd profugos ad
B ſe uenientes Godolias magna humanitate excepiſſet,& agros eis colẽdos aſsignaſſet, impoſito certo tributo,quod penderetur Babylonio, undiq; concurſum eſt ad eum,& cœperunt regionem colere. Ioannes autem, & alij principes uidentes regionem coli, multùm amauerunt Godoliam,propter bonitatem eius & humanitatem,admonueruntque eum,quòd Baales Ammanitarum rex ideò miſiſſet Iſmaelem, ut ipſum clàm dolo interficeret,& principatũ inter Iſraelitas occuparet,cùm eſſet è genere regio:ſecurum autẽ fore ab inſidijs,ſi eis permitteret Iſmaelem clàm occidere. Vereri enim ſe,ne ſi ipſe inſidijs præoccupatus fuerit, reliquiæ Iſraelitarum in totum pereant. Ille uerò reſpondit,ſe non diſsimulaturum tales inſidias,aduerſum hominem affectum à ſe beneficio:non enim eſſe ueriſimile,eum qui in tanta inopia res neceſſarias à ſe conſecutus fuerit,nunc contra omne fas erga benè meritum
C tam ingratum eſſe,ut cui circumuento inſidijs non poſſet ſine ſcelere non ſuccurrere,eũ ſua manu interimere conetur. Attamẽ etiã ſi uera eſſent,quæ deferrent,emori eſſe ſatius quàm hominem,qui ſalutẽ ſuæ fidei cõmiſiſſet,opprimere. Itaq; Ioannes cum cæteris fruſtrà hoc conatꝰ perſuadere abijt. Poſt dies inde triginta uenit ad Godoliã in Maſphata Iſmael,comitatꝰ amicis decẽ,ubi inter hoſpitales epulas:dũ ſe comiter poculis inuitãt,hoſpitẽ mero grauẽ, & ſomnolentũ aduertens,cũ decẽ illis ſocijs adortus interfecit, nec difficile fuit cæteros cõuiuas ſimiliter affectos confodere, quibus.necatis adiuuante nocturno tempore,per totum
D oppidũ graſſati ſunt promiſcuis cædibus, tam in Iudæos, quàm in Babylonios milites ſecuros & paſſim dormientes. Sequenti uerò die uenerunt cum muneribus ex agris ad Godoliã circiter octuaginta,omnium inſcij quæ acciderant. Quos uidens Iſmael intrò uocauit ad Godoliam,& introgreſſos clauſo atrio trucidauit,cadaueraque eorum in puteum quendam,ne eſſent conſpicua,demerſit. Soli autem ex eo numero ſeruati ſunt,qui rogauerũt,ne ſe prius occideret,quàm ei quædam occultata in agris traderent,ſupellectilem & ueſtes atq; frumentum:quibus promiſsis motus,aliquot ex eis pepercit. Plebem uerò Maſphathẽſem cum mulieribus & pueris abduxit:& in his etiam Sedeciæ filias,quas Nabuzardanes apud Godoliam reliquerat. His perpetratis ad Ammanitarum regem profectus eſt. Ioannes autem,& cæteri duces audita Maſphathenſium clade,& morte Godoliæ, indignè tulerunt,& aſſumptis ſuis
E quiſq; militibus, Iſmaelem hoſtiliter perſecuti ſunt,eumq; apud fontem Hebronẽſem deprehenderũt. Quibus uiſis captiui Iſmaelis læti,rati id quod erat,auxiliũ ſibi uenire, omnes ad Ioannem tranſiuerunt. Iſmael autem cum octo tantùm comitibus ad Ammanitarũ regẽ fugit. Cęterùm Ioannes aſſumptis, quos Iſmaeli eripuerat,cum eunuchis & mulierib. atq; pueris peruenit in locum,qui Mandra dicitur,ibiq; ea die manſerunt. Statuerãt autem inde proficiſci in AEgyptum,timentes Babylonios.ne irati propter cædem præfecti in ea regione à ſe cõſtituti,in illos ſæuirent. Priùs tamẽ cõſulendũ Hieremiã rati,accedẽtes eũ rogauerunt, ut hæſitantibus oraculũ expediret quidnã faciẽdũ ſit,iurati facturos ſe quicquid ille iuſſerit: cũque propheta opera ſuã eſſet pollicitus,decima demũ die Deus apparens iuſsit,ut Ioãni &
F cęteris ducibus dicetet,ſi manſerint in ea regione,auxilio futurũ,& prouiſurum,ne quid incommodi a Babylonijs,quos timebant,accipiant:ſin in AEgyptum mallent iter facere,curã eorum relicturum,infenſumque tali calamitate affecturum eos,quali paulò antè fratres eorum caſtigatos eſſe uiderint. Hæc diuinitùs monẽti prophetæ noluerunt credere,quòd ex Dei ſententia iuberet eos manere: ſed putauerunt eum falſò uerbis ſuis Deum prętexere,re autẽ uera loqui in gratiã Baruchi diſcipuli,ne poſsint Babyloniorũ irã effugere. Contempto igitur Dei cõſilio,quod per prophetam dederat,Ioannes & reliqua multitudo in AEgyptum abijt,abducto ſimul Hieremia & Barucho. Quò poſtquam peruentum eſt, Deus ſignificauit prophetę fore,ut Babylonius exercitum ducat in AEgyptum: iuſsitque prędicere populo, quòd capietur AEgyptus, & ibi partim interficientur, partim captiui Babylonem abducentur,

in eius tutelam ſuſcipiuntur.

Godolias de inſidijs præmonitus non cauet.

Godolias ab Iſmaele opprimitur.

A. M. 3365. Ante Chr. nat. 606. *Ierem. 41.*

Ioãnes captiuos ab Iſmaele recipit.

Hieremiæ reliquis fruſtrà ſuadet, ut Babyloniis ſeruiant.

Hieremias & Baruchus in AEgyptum abducuntur.

Iudæorum capti uitas & clades prædicantur.

centur,id quod etiam factum eſt. Quinto enim poſt excidium Hieroſolymitanum anno,qui A
fuit regni ipſius Nabuchodonoſori uigeſimustertius, cum magnis copijs inuaſit Cœlē Syri-
am, qua ſubacta bellū geſsit contra Ammanitas & Moabitas,& his quoque perdomitis AE-
Babylonius Ammanitas et Moabitas hoſtiliter adoritur. gyptū hoſtiliter eſt ingreſſus,occiſoque,qui tūc regnabat,& alio rege conſtituto,repertos ibi
Iudæos rurſum captiuos Babylonem abduxit. Hæc fuit fortuna Hebręorū ut accepimus,bis
ultra Euphratem traductorū :nam per Aſſyrios decē tribus è Samaria ſunt abductæ,regnāte
Oſea,deinde reliquæ duæ per Nabuchodonoſorū Chaldęorū & Babyloniorū regem captis
Hieroſolymis. Sed Salmanaſar in uacuas Iſraelitarū ſedes deduxit gentem Cutheorum,qui
Samaritæ unde dicti. priùs in intima Perſide & Media fuerant,Samaritæ deinde uocati à regione,in quam demi-
grauerunt. Rex uerò Babylonius pro abductis duabus tribubus nullā gentē in eam regionē
Iudæa deſerta. repoſuit,quo factum eſt,ut Iudęa cum Hieroſolymis ac tēplo per LXX annos deſerta ma- B
neret. tempus autem totū,quod inter decem tribuū captiuitatem, & duarū reliquarum
XII. tranſmigrationem interceſsit,anni fuêre centum triginta,& menſes ſex, dies decem. CAE-
Dan.1. TERVM Nabuchodonoſor? ſelectis nobiliſsimis Iudæorū pueris,& Sedecię regis cognatis,
Danielis, Ananiæ,Miſaelis,& Azariæ educatio,ſimul ac eorundem qui & flore ætatis & decore formæ fuêre conſpicui,pædagogos eorū curæ aſsignauit exectis
quibuſdam ex eo numero,quemadmodum ſolitus eſt facere,& aliarum gentiū deuictarum
formoſis adoleſcentibus: præbebatque eis de ſua menſa uictū,& Chaldæorum diſciplinis
inſtituendos curabat ac literis,in quibus ſanè profecerunt plurimùm. In his erant quatuor
de Sedeciæ genere,admodum pulchri,& egregio prædíti ingenio,quorum nomina Daniel,
nominum mutatio. Ananias,Miſael Azarias.His Babylonius mutauit nomina,& pro Daniele Balthaſarem, pro C
Anania Sedrachem,pro Miſaele Miſachem,pro Azaria Abdenago appellari iuſsit: eosque
ob egregiam indolem & non mediocrem eruditionem uehementer charos habuit. Cum
Daniel menſæ regiæ edulijs non delectatur. que uiſum fuiſſet Danieli cum cognatis uictitare duriùs, & à regiæ menſę abſtinere edulijs,
atque adeò ab animatis omnibus,acceſſerunt Aſchanem eunuchum,qui curæ eorum erat
præpoſitus ,rogantes ut quæ mittebantur à rege,in ſuos uſus conuerteret,ipſis legumina
tantū & palmulas in alimenta præberet,& ſi quid aliud præterea uellet inanime,ſe enim alijs
faſtiditis talem uictum appetere. Ille uerò ait ſe gratificari eis cupere,ſed uereri ne hoc rex
deprehēdat extenuatis ipſorū corporibus, & immutata ſpecie,quòd neceſſe ſit,ut habitudo
& color rationi uictus reſpondeat :idque magis fore conſpicuum ex collatione aliorum,qui
alātur delicatiùs: atq; ita propter eos adduci ſe poſſe in capitis periculū. Itaque nacti Aſcha- D
nem non admodum difficilem,perſuadent,ut ſaltem per decem dies hoc eis permittat ex-
periendi gratia: quod ſi corpora eorum nihilo deterius inde habuerint,in eodem uictu per-
ſeueret,qui compertus ſit innoxius: ſin autē detrimentum aliquod inde acceperint, minùs
Temperantiæ obſeruatæ frugalitas. ſpecioſi facti,quàm alij,ad priſtinā diætā eos reducat.Vt uerò apparuit non ſolum non lędi
eos talibus,ſed habitiores alijs & maiores inde fieri,ut cū eis non eſſent cōferendi,qui cibis
ueſcebantur regijs,ſed Daniel cùm ſocijs potiùs delicatam uitam agere uideretur:ex eo tem-
pore ſecurè Aſchanes partes, quæ de regia menſa mittebantur pueris,ſibi retinebat,& illis
apponebat,quæ iam diximus. Illi uerò ut ex eo puros habentes animos,& ad percipiendas
diſciplinas idoneos,atque etiam firmiora ad laborē corpora,quod neque illi læderentur,aut
grauarētur uarietate deliciarum,neque hęc ſimili de cauſa emollirentur facilè omnē perdi-
Dan.2. dicerunt doctrinam tam Hebraicam,quàm Chaldaicam:ſed præcipuè Daniel peritus talium E
artium, coniectandis quoque ſomniorum ſignificationibus ſtuduit,uiſiones etiam diuinas
Nabuchodonoſori ſomnium, quod Chaldæis enucleandum proponitur, & indiſſolubile uidetur,ſed uidere ſolitus. Exacto autem biennio, poſt AEgypti populationem Nabuchodonoſorus
cùm uidiſſet mirandam uiſionem, cuius etiam euentum Deus ei in ſomnis indicauerat,
mox ut è ſtratis ſurrexit,eius oblitus eſt.Accerſitis igitur Chaldæis,& magis ac uatibus, ait
ſe ſomnium uidiſſe,& quoniam oblitus ſit quale fuerit,uelle ut & ſomnium ſibi indicent,
& eius ſignificationem. Illis autem reſpondentibus hoc ſupra humanas uires eſſe,quod ſi
exponeret uiſionem ſomnij,pollicentibus interpretationem,minatus eſt mortem,niſi ſom
nium etiam indicarent: & cùm negarent ſe id poſſe,neeari omnes imperat. Tum Daniel
audito,quòd omnes ſapientes iuſsiſſet occidi,& inter hos ſe quoque cum ſuis cognatis eſſe
in periculo,adijt Ariochum regij præfectum ſatellitij,rogauitque cauſam cur ita rex ſtatuiſ- F
ſet in omnes ſapientes & magos , atque Chaldæos animaduertere: & cognito,quòd cùm
oblitus eſſet ſomnij,iuſsiſſetque eos id ſibi indicare, nec illi potuiſſent, ad iram commotus
Interpretatur facile Danieli recenſetur. ſit, impetrauit ut præfectus unius noctis dilationem magis à rege peteret. ſpem enim
ſibi eſſe, Deum eā ipſa nocte exoratum indicaturum eſſe id ſomnium. Quæ Danielis
poſtulata cùm per Ariochum regi eſſent renunciata , iuſsit cædem magorum differri,

tantiſper

A tamen ſper dum huius promiſsi fidem experiretur. Puer uerò cum ſocijs digreſſus in ſuum cubiculum, per totam noctem ſupplex Deum precibus ſollicitauit, ut rem ſibi aperiret, & magos, cum quibus & ipſi periclitarentur, ab ira regis eriperet, manifeſtata ſibi uiſione, quã rex præterita nocte uiſam elabi è memoria paſſus ſit. Deus autem & periclitantes miſeratus, & Danielis ſapiẽtia delectatus, tam ſomnium, quàm eius interpretationem ei notã reddidit, ut hanc per eum rex cognoſceret. Ille hac reuelatione lætus ſurgens fratribus eam indicat, iam deſperantibus uitam, & tantùm de morte cogitantibus: hortaturque ut tranquillo ſint animo, & de uita meliùs ſperare non dubitent. Cum quibus actis Deo gratijs; quòd ætatem eorum eſſet miſeratus Ariochum adit initio diei, rogãs ut ſe ad regem ducat, indicaturũ ei ſomnium, quod proxima ante hanc nocte uiderat. Ad quẽ ingreſſus primum

Danielis ad Deũ precatio.

Somnium Nabuchodonoſori Danieli diuinitus indicatur & explicatur.

B deprecatus eſt eam opinionem, quaſi ipſe Chaldæis & Magis eſſet ſapientior, quòd nemine illorum ualente inuenire ſomniũ, ipſe id eſſet indicaturus. Non enim ſua peritia, uel quòd intellectu alios præcellat, id fieri, ſed Deus, inquit, nos de uita periclitantes miſeratus eſt: rogantique mihi pro mea populariumque uita, & ſomnium & eius ſignificationem aperuit. Neque enim magis me ſollicitum habuit ea triſtitia, quòd à te indigni uita eſſemus iudicati, quàm metus de exiſtimatione tuæ gloriæ, cùm tot uiros bonos & honeſtos necari iuberes; idque iniuria, quòd non eſſet humana ſapientia comprehenſibile quod mandabas, ſolo Deo ualente præſtare, quod cuperes. Ergò cùm hęc te cura teneret, quisnã poſt te potiturus eſſet orbis imperio, dormienti tibi Deus uolens omnes regnaturos oſtendere, tale immiſit ſomniũ. Videbaris tibi uidere ſtatuã grandem ſtãtem, cuius caput erat aureũ, humeri ac bra-

Secretorũ Deus ſcrutator.

Dan. 1. uer. 10. 11

Dan. 2. uer. 22.

C chia argentea, uenter & femora ærea, crura ac pedes ferrei: deinde ſaxum uidiſti abruptum à monte in ſtatuam illam incidere, & hanc deiectam conterere, ut nulla eius pars maneret integra, ſed aurum, argentum, æs, & ferrum abiret in minutiorem farina puluerem: eumque ingruẽte uenti ui difflatum in terras diuerſiſsimas. Saxum uerò illud tam magnũ accepiſſe incrementum, ut quantũ eſt terrarũ ſua mole opprimeret. Et hoc quidem eſt, quod uidiſti ſomniũ, quod in hũc modum interpretari oportet. Aureum illud caput te ſignificat, & alios regesante te Babylonios: duæ uerò manus & humeri duo portendũt, quod à duobus regibus ueſtrum imperium delebitur, illorum quoque imperiũ alius ab occidente ueniens tollet è medio, amictus armis æreis. Huius quoque uires debellabuntur ab alio ferro ſimili, cui propter naturam ferri nihil poterit reſiſtere, quòd ea ſit auro argẽto, ac ære ualidior. Adiecit

Daniel Nabuchodonoſoro ſõnium, de ſtatuã grandi conſpectã, reuelat,

& explicat;

D & de ſaxo interpretationem Daniel, ſed mihi hoc narrare non libuit: cuius propoſitum eſt præterita, non etiam futura, ſcribere. Quod ſi quis ueritatis auidus non deſiſtit inquirere, futurorum quoque obſcuros euentus cupiens diſcere det operã, ut Danielis librum perlegat, qui habetur inter ſacras literas. Porrò Nabuchodonoſorus his auditis agnoſcens ſuum ſomnium, attonitus eſt Danielis indole: & procidens in faciem, eum non aliter, quàm Deum adorauit, diuinis iuuenem dignatus honoribus. Nec hoc contentus, impoſito ei Dei ſui nomine, uniuerſæ ditioni ſuæ præpoſitum eſſe uoluit, cum eoque ſimul eius conſanguineos: qui ob hoc inuidioſi facti in periculum inciderunt, offenſo rege propter cauſam talem. Rex fabrefacta aurea ſtatua, alta ſexaginta, lata ſex cubitos, in cãpo magno Babylonis eam ſtatuit:

honoratur, & ditioni regiæ præficitur.

Dan. 3. Nabuchodonoſori aurea ſtatua adorationi deſtinata.

E quam dedicaturus conuocauit ex omni ſua ditione principes, eisque mandauit, ut quam primùm tuba dari ſignum audierint, procidentes in faciem adorent ſtatuam: quod qui nõ fecerit, pœnã propoſuit, ut conijciatur in ardentis fornacis incendiũ. Cùm igitur omnes audito tubæ ſigno adorarent eam ſtatuam, Danielis cognati negauerunt ſe hoc facturos, quòd nollent patrias leges tranſgredi: moxque delati, & in ignem coniecti diuina ſeruati ſunt prouidentia, & præter omnium opinionem euaſerunt mortis periculũ. Ignis enim eos non attigit: ſed quaſi ſentiens iniuſtè in fornacem coniectos, pepercit, & non exeruit uim ſuam in iuuenes, Deo inuicta flammis faciente horum corpora. Quę quidem res magis etiam eos regi commẽdauit, quòd probos & Deo charos eſſe animaduerteret: quo factum eſt, ut ſemper in maximo apud eum honore haberentur. Non multò deinde pòſt, rurſum aliud dormiens

Danieli cognati auream ſtatuã non adorãtes in fornacem ignis ardẽtis cõiciuntur, et prouidentia diuina illæſi conſeruantur.

Dan. 4. Nabuchodonoſori alterũ ſomnium.

rex uidit inſomnium, quòd priuatus regno uitam acturus eſſet inter beſtias: & poſt exactũ

F eo modo ſeptennium, denuo reſtituendus eſſet in priſtinum imperium, quo uiſo rurſum conuocatis magis, percontatus eſt quid ſignificaret. Eius intellectum nemo alius inuenire, & regi indicare potuit: ſolus Daniel quid portenderet, coniectura aſſecutus eſt, & qualem hic prædixit, talis etiam euentus affuit. Nam cùm in ſolitudine tempus prędictum exegiſſet nemine ſeptẽnio toto audente inuadere dominatum, exorato Deo rurſum in regnum ſuũ reſtitutus eſt. Nemo autẽ mihi uitio debet uertere, quòd hæc ita, ut in ãtiquis libris inuenio,

cuius explicationem Daniel reddidit.

ſcriptis

scriptis meis insero. Talibus.n. criminatoribus dudũ occurri,in initijs huius historię,palàm profitens,me tantùm Hebraicorum uoluminũ in Gręcam linguam interpretem:& quę illic cõtinentur,bona fide relaturum me promisi, nec addentem quicquã de meo nec auferentẽ etiam.Cæterũ Nabuchodonosorus cùm regnasset annos XLIII,uitam finijt,uir industrius & prioribus. regib. fortunatior. Meminit eius & Berosus in tertio rerũ Chaldaicarum libro, his uerbis: Pater autem Nabuchodonosorus audito,quòd Satrapa,quem AEgypto & Cauæ Syriæ Phœniciæque præfecerat,à se defecisset,cùm non posset ampliùs ferre labores militiæ, tradita iuniori Nabuchodonosoro copiarum parte,iussit hunc contra illum proficisci,qui collatis signis cum defectore congressus, & ipsum deuicit,& regiones eius ad suum imperiũ retraxit. INTERÉA pater Nabuchodonosorus apud Babylonem morbo absumptus est, cùm regnasset annos XXI.Nabuchodonosorus uerò nõ multo pòst patris morte cognita, & constitutis AEgypti ac reliquarum regionũ negotijs, demandataq; amicis cura captiuorum Iudæorum,Syrorum,Phœnicum,& AEgyptiorum,traducendorũ in Babyloniam cum exercitu & impedimentis,ipse cum paucis per desertum Babylonem properauit. Et cùm assumpsisset regni administrationem, quæ interim penes Chaldæos fuerat, & ab eorum præstantissimo seruata erat,in eius reditum,factus est totius paterni imperij dominus:ac primùm omnium captiuos recens adductos per opportuna Babylonię loca in colonias distribuit:deinde spolijs bello partis,Beli templum , & alia quædam, magnificè exornauit: auxit etiã & reparauit antiqua urbis ædificia,munito & fluminis alueo,ita ne hostes eo deinceps possent uti ad urbis incommodum. Tres quoque murorum ambitus intra urbem extruxit, & totidem foris circumdedit,omnes è coctilibus laterculis. Cumque memorabilibus operibus urbem muniuisset,& portas in templorum modum ornasset,paternæ regiæ contiguã extruxit aliam regiam,cuius substructiones,& reliquã magnificentiam,fortè superuacaneũ esset dicere: unum silere non possum, quòd tam amplum & superbum ædificium intra quindecim dies absolutum est. In hac regia moles saxeas fornicibus suspendit, montium speciem referentes, supernè consitas uarijs arborum generibus: atque ita celebratos illos pensiles hortos absoluit,eo quòd uxor educata in Media concupisset quandam patriæ suę similitudinem. Horum hortorum etiam Megasthenes in quarto rerum Indicarũ uolumine meminit,ubi ostendere conatur,quòd hic rex uirtute,& rerum gestarum magnitudine Herculem à tergo reliquerit: subiugasse enim eum,& urbem Africæ primariam, & Hispaniam. Sed & Diocles in secundo rerum Persicarum libro eius regis mentionem facit,& Philostratus tam in Phœnicum, quàm in Indorum historijs, quòd hic rex per tredecim annos Tyrum obsederit, regnante in ea urbe Ithobale. Atque hæc sunt,quæ de hoc rege apud omnes historicos inuenio,

XIII.

Nabuchodonosorus uitam reliquit.

Berosus de Nabuchodonosoro.

Nabuchodonosorus filius patris obitum percepit.

captiuos in colonias distribuit, templum Beli ornauit urbem auxit, et regiam ædificauit.

Megasthenes de Nabuchodonosoro.

Diocles. Philostratus.

De successoribus Nabuchodonosori: & quòd Cyrus eorum imperium in Persas transtulit, & quomodo se tum res Iudæorum apud Babylonios habuerint. CAP. XII.

Iechonias è carcere dimittitur, & regiæ Babylonicæ præficitur.

Aeterùm post Nabuchobonosori obitum,Abilamarodachus eius filius regnum suscepit: qui mox Hierosolymorum regem Iechoniam è uinculis dimisit,& inter necessarios amicos habuit,multis muneribus donatum,& apud Babylonẽ regiæ suæ præfectum. Pater enim eius fidem non seruauerat Iechoniæ,qui se ei cum uxoribus & liberis totaque cognatione sponte tradiderat,respectu solius patriæ,quam nolebat per uim expugnatam dirui , sicut antè diximus. Abimalarodacho post decimumoctauum regni sui annum defuncto,Nigliśar filius successit: cumque regnasset annos quadraginta,uitam cum morte mutauit. Cõtinuata deinde successione,ad Labosordachum filium regnum peruenit: apud quem cùm nouem tantùm mensibus hęsisset,post mortem eius transijt ad Balthasarem,qui Babylonijs Naboandel nominatur.Huic bellũ intulerunt Cyrus Persarum rex,& Darius Medorum: à quibus dum intra Babylonem oppugnatur, mirabilis quædam,& prodigiosa uisio ei contigit. Discumbebat cœnans in ampla quadam aula,magno apparatu uasorum argenteorum, quæ regiæ mensæ adhiberi solent,accumbentibus etiam concubinis,& purpuratorum præcipuis.Deinde cùm ita collibuisset,iubet è suo templo afferri uasa Dei, quæ spoliatis Hierosolymis Nabuchodonosor in usum suum ueritus uertere, in Dei sui templo reposuerat.Ipse uerò iam mero calens ausus est ex eis potare,uerba interim contumeliosa in Deum proferens: & ecce ibi uidet manum è pariete prominentem,& in eo syllabas quasdam scribentem. Qua uisione territus, conuocauit Magos & Chaldæos,& totum hoc genus quod apud Barbaros prodigiorum & somniorum interpretationem profitebatur,postulans, ut sibi enarrarent id quod erat scriptum.Magis autem negantibus

Balthasar siue Naboandel Babyloniæ rex. A.M.3418. Ante Chr. nat. 553. *Dan. 5.*

Manum in pariete scribens Balthasari cœnanti uisa.

A negantibus ſe eius intellectum inuenire, rex ob rei nouitatem mœſtus ac ſolicitus, præconis uoce per totam ſuam ditionem publicauit: quicunque mẽtem earum literarum interpretari poſſet, daturum ſe ei torquem aureum, & purpureæ ueſtis uſum, quali Chaldæorum reges utuntur, atque inſuper tertiam regni ſui partem. Poſt hoc præconium, maior etiam fit Magorum concurſus, certatim ſenſum literarum ſcrutantium, nihil tamen proficientium. Videns autem triſtem hac de cauſa regem eius auia, ſolari eum cœpit, dicens eſſe quendam captiuum Iudæum, per Nabuchodonoſorum uaſtatis Hieroſolymis adductum, uirum ſapientem, qui poſsit obſcura & ſoli Deo nota perquirere, hunc Nabuchodonoſoro quæ opus erat interpretatum, cùm id eo tempore poſſet alius nemo: rogabatque ut accito illo percontaretur, quid ſibi uelint hæ literæ, ut coarguta cæterorum inſcitia, etiam ſi triſte ſit, prodigium id

B intelligatur. His auditis Balthaſar accerſit Danielem: & præfatus ſe reſciuiſſe de eius ſapientia deque ſpiritu diuino, quem habeat, & quòd ſolus ſit idoneus interpretandis ijs, quæ aliorum cognitionem effugiant, rogat ut ſibi enarret, quid ſcriptura illa ſignificet: pollicens operæ præmium, uſum ueſtis purpureæ torquemque aureum, & ditionis ſuæ partem tertiã, ut ſapientia eius inſignita talibus honoribus, illuſtris fiat apud omnes, qui honoris cauſam ſciſcitando cognouerint. Daniel autem recuſatis muneribus, quod his diuinitùs conceſſa ſapientia corrumpi nequeat, ſed indigentes gratis iuuare parata ſit, ait ſcripturam hanc uitæ finem prædicere: eò quòd ne proaui quidem calamitate, quam ille incurrerit ob contemptũ numinis, doctus ſit pietatem colere, & nihil moliri quod ſit ſupra naturam hominis. Nabu-

C chodonoſorum enim ob impietatem damnatum ad uictum ferinum, poſt multas preces miſerante Deo reſtitutum, ad hominum conuerſationem, & priſtinum imperium ac deinde per totam uitam agnouiſſe, & laudaſſe Dei uirtutem & prouidentiam: hunc uerò oblitum domeſtici exempli, uoces impias iactaſſe in Deum, & potaſſe è ſacris uaſis, unà cum ſuis pellicibus. Ob hæc iratum Deum per has literas denunciare, qualem ſit habiturus uitæ exitum. Sic enim interpretanda ſingula. Mane, hoc eſt numerus, ſignificat dinumeratum eſſe iam dierum tuæ uitę ac regni numerum, & breue tempus ſupereſſe. Thecel, quod eſt pondus, appenſum à Deo regni tui tempus, iam ad finem uergere. Phares, quod eſt fragmen, fracturum Deum tuum regnum, & partes eius in Medos, ac Perſas diſtribuendas. Hac interpretatione accepta rex, ut conſentaneum eſt, non poterat non uehementer triſtari: attamen Danieli ſuã

D munificentiam non ſubtraxit, tanquam malorum prænuncio: ſed dona quæ pollicitus eſt exhibuit, ſic cogitans, quòd non bona audierit, ſui fati culpam eſſe, non prophetæ: imò illũ boni uiri officio functum eſſe, qui ſic interpretatus ſit, ut erat euenturum, tametſi parùm lętus euentus ſequeretur. Non multùm autem abijt temporis, dum & ipſe, & urbs in Cyri Perſarum regis poteſtatem deuenit. Sub Balthaſare enim capta eſt Babylõ, cùm regnaſſet annos ſeptẽdecim. Hic finis fertur poſterorum Nabuchodonoſori. Darius autem cùm extingueret Babyloniorum imperium, adiutus à Cyro ſuo cognato, annũ agebat ſexageſimum ſecundũ: qui fuit Aſtyagis filius, apud Græcos alio uocatus nomine. Hic etiã Danielem prophetam aſſumptũ ſecum duxit in Mediam, eumq; in maximo honore apud ſe habuit. Erat enim unus è tribus ſummis ſatrapis, qui ſub ſe habebant alios CCCLX ſatrapas: tot enim à Dario primũ inſtituti ſunt. ITAQVE cùm tam charus, & honoratus apud regem eſſet, ut qui ei tanquã

E diuino, libenter de quouis negocio conſulenti parêret, non effugit cæterorum inuidiã: quẽadmodum fieri ſolet inter eos, qui aliquem ſibi à rege præferri non patiuntur æquo animo. Cumq; æmuli occaſionem calumniæ contra eum quærerent, nullam unquam eis præbuit: cùm enim eſſet contemptor pecuniarum, & omnium munerum, turpe ſibi ducens, etiã pro beneficio licitam gratiam recipere, nullam accuſandi anſam inuenire poterãt: nec tamẽ deſtiterunt quærere, quomodo honore deiectum è medio tollerent. Et cùm animaduertiſſent Danielem quotidie ter Deo ſupplicare precibus, commenti ſunt occaſionem, qua eum poſſent perdere: aditoq; Dario renunciant ei, uiſum eſſe ſatrapis eius, & principibus, per triginta dies populo dari intermiſſionem: quibus nec ab ipſo, nec à quoquam hominum, aut deorũ quicquam precari liceat: & ſi quis contra hoc commune decretum faxit, eum in foueam leo

F num conijci. Rex uerò non perſpiciens eorum malitiam, quòd Daniel hoc commento peteretur, ait ſibi placere hoc decretum: pollicitusque ſe id confirmaturum, edictum propoſuit in publicum, quo ſatraparum decretum promulgabatur. Id cùm omnes alij ſeruandum curarent, quieſcebant. Daniel uerò nihil hæc curabat, ſed more ſolito ſtans in cõſpectu omniũ, adorabat Deum ſuum, & deprecabatur. Tum ſatrapę nacti occaſionẽ, quam dudum captauerant, regem adeunt confeſtim, Danielemque accuſant, quòd contempto edicto, ſolus ex

Daniel coram Balthaſare ſiſtitur.

Daniel manus ſcriptum interpretatur.

Mane. Thecel. Phares.

Balthaſar, & Babylon in Cyri poteſtatem deueniunt.

Darius Babylonis imperio potitur.

Daniel in Mediam ducitur, eõ honore fruitur.

XIIII. Dan. 6.

Daniel inuidia ſatraparum turpi exercetur.

Daniel mandati regij uiolati à ſatrapis accuſatur.

omnibus deos precari ausus sit, idque non ob pietatem, sed ob hoc ipsum quòd obseruari se A
sciret ab æmulis. Et cùm regem ob nimiam erga Danielem beneuolentiam, etiam mandati
sui contemptori, facilè ueniam daturum crederent, etiam illud ipsum Danieli inuidentes,
non sunt facti mitiores, sed postulauerunt, ut secundum legem conijceretur in leonum fo-
in foueam leonũ ueam. Darius autem sperans ope diuina eripiendum à bestijs, hortatus est eum, ut præsentẽ
eripiendus præ- casum æquo ferret animo: & postquam cò coniectus est, cùm obsignasset lapidẽ, qui ori fo-
cipitatur, & ueæ incumbebat uice ostij, domum reuersus est: totamque eam noctem sine cibo & somno
exegit, de Danielis salute solicitus. Diluculo autem surgens, ad foueam se contulit: & inuen-
to illæso signaculo, quo lapidem obsignauerat, eo aperto Danielem inclamauit, quærens an
illæsus & in- adhuc saluus sit. Ad quam uocem cùm ille respondisset illæsum se & incolumem, iussit eum
columis diuino au- è fouea bestiarum extrahi. Inimici uerò eius uidentes ei nihil mali accidisse, noluerunt hoc B
xilio præsentissi- Dei prouidentiæ tribuere, sed causam referẽtes in leonum saturitatem, ausi sunt etiam apud
mo seruatur. regem hoc asserere. At ille offensus eorum malitia, iussit multum carnium obijci leonibus,
Danielis inimici & illis iam saturatis inimicos Danielis in foueam conijci, ut appareat, si propter saturitatem
leonibus iam sa- eos nõ attingant: actum demum euidentissimum fuit, Danielem ope diuina esse seruatum:
turatis obijciun- nam nemini ex eis pepercerunt, sed non secùs ac si fuissent famelici, & alimentis caruissent,
tur, atq; euestigiò dilaniantur. sine morã eos dilaniauerunt. Acuit autem ferarum rabiem, non uexatio famis, quæ iam eis
A. M. 3421. exempta fuerat, sed obiectorum malitia, Deo sic uolente, ut ne bruta quidem eam impuni-
Ante Chr. tam sinerent. Cùm igitur ad hunc modum uatis insidiatores perijssent, Darius rex per totũ
nat. 544. suum imperium nuncios dimisit, qui Danielis Deum prædicarent, hunc esse solum uerum,
Darij, de Dani- & omnipotentem Deum asseuerando. Ipsum deinde Danielẽ in maiore etiam quam antè, C
elis Deo uero, & honore habuit, primum inter amicos locum ei tribuens. Qui cùm ab omnibus Deo charus
solo omnipoten- existimaretur, & propter hanc de se opinionẽ esset illustrissimus, ædificauit apud Ecbatana
te prædicando, Mediæ turrim, opus pulcherrimũ, & singulari admiratione dignum, quod in hodiernũ us-
mandatum. que diem durat, & spectantibus recentissimæ structuræ uidetur, perinde ac si ea ipsa die qua
Daniel turrim spectatur, esset absolutum: tantam nouitatis speciem, & tam integram pulchritudinem
ædificat. habet, nihil omnino à tam longo tempore læsam, præter aliorum ædificiorum consuetu-
dinem, quæ æquè atque homines uetustatis iniuriam sentiunt: nec firmitatem solùm, sed
etiam decorem sensim deperdunt. Mos autem durat usque in præsens tempus, ut in ea
turri sepeliantur Medorum reges & Persarum atque Parthorum: eiusque custodia sacerdoti
Danielis ora- Iudaici generis hodie concreditur. Quod autẽ in hoc uiro præcipua dignũ est admiratione, D
culo. silẽtio nõ præteribimus. Omnis enim eximia felicitas, ut prophetæ excellẽtissimo ei cõtigit,
& uiuenti tam apud reges, quàm apud populum gratioso, & post obitum sempiternam me-
moriam consecuto. Libri enim eius, quos conscriptos reliquit, etiam nunc apud nos legun-
tur qui nobis certam fidem faciunt, quòd Deus cum eo colloquia miscuerit. Non solùm. n.
futura prædixit, quemadmodum alij prophetæ, uerumetiam tempus, quo euentura essent
præfinijt. & cum alij prophetæ calamitates prædicerent, ideoque malam gratiam apud reges,
& multitudinem uulgarem inirent: hic bonarum rerum uates fuit, ut propter faustam
ominationem beneuolentiam quidem omnium sibi conciliaret, propter euentuum uerò
certitudinem fidẽ sibi apud uniuersum mortalium genus compararet. Extat enim in eius
Susa. scriptis, unde maximè illius prophetiæ certitudo potest colligi. Ait enim se apud Susa prima- E
A. M. 3427. riam Persidis urbem, cum socijs prodijsse in campum, & ibi terræmotu repentino exorto,
Ante Chr. diffugientibus metu amicis, solum esse derelictum, seipsum quoque consternatum in faciẽ
nat. 550. & manus procidisse: ibi accessisse quendam excitantem se, & iubentem ut surgeret ac ui-
Dan. 8. deret, quæ post multa sæcula euentura essent suis ciuibus. Surgenti deinde ostensum fuisse
Danielis uisio de arietem magnum, enata habentem multa cornua, & in his ultimum cęteris celsius. Versis
ariete & hirco deinde ad occidentem oculis, uidisse se hircum delatum per aërem concurrisse cum ariete,
proponitur, & & bis cornibus ictum prostrauisse humi, & conculcasse pedibus. Deinde uidisse enatum è
frõte hirci cornu maximum, quo defracto, erupisse pro eo quatuor alia, obuersa in uentos
singulos. & ex his etiam aliud minus exortum scripsit, quod postquã esset adultũ, Deus qui
hæc ostendebat, dixit gesturum bellum contra gentem ipsius, & urbem ui expugnaturum, & F
cęremonias templi conturbaturũ, sacrificiaq; prohibiturũ per dies MCCXCVI. hęc est uisio,
quã in campo apud Susa se uidisse scripsit: eamque Deum sic interpretatum esse. Arietẽ signi
ficare Persarum, & Medorũ regna, cornua uerò futuros in his reges, & horũ ultimũ designa-
ri per cornu ultimum, hunc enim fore diuitijs, & gloria præstantissimum: per hircum uerò
explicatur. indicari fore aliquem è Gręcorum regibus, qui cum Persa bis congressus eũ prælio superet,

totumq;

totumque eius imperium occupet. Per cornu uerò illud magnum ex hirci fronte extans, primum regem significari, & per aliorum quatuor pro illo pullulationem, ad quatuor terræ tractus singulorum uersionem, successuros ostendi, post primi regis mortem, & regni inter eos partitionem, hos neque filios eius, neque alioqui ad cognationem ipsius pertinentes, multis annis per orbem regnaturos: exque his exoriturum quendam regem, qui bellum gerat cum gente Iudæorum, & legibus, & formam institutæ secundum has reipublicæ auferat: spoliatoque templo, uictimas in id induci per triennium prohibeat. Quæ quidem calamitas genti nostræ, sub Antiocho Epiphane accidit, ita ut futurum Daniel ante multos annos scripserat. Eodem autem modo scripsit, & de Romanorum imperio, & quantam uastitatem illaturi essent nostris hominibus. Hæc omnia diuinitùs sibi demonstrata scripto tradidit, & posteris legenda reliquit, ut uidentes euentum non discrepare à prædictionibus, Danielem mirentur ob tam insignem honorem illi à Deo habitum: simulque Epicureorum error coarguatur, qui prouidentiam è uita eijciunt, & Deo regimen rerum nolunt permittere, nec credunt uniuersitatem à beata illa, & immortali essentia uel conseruari, uel gubernari, sed sine rectore, & curatore mundum suopte impetu ferri asseuerant. Qui si ita careret præside, quēadmodum naues sine gubernatoribus uidemus procellis & fluctibus obrui, currusque aurigis destitutos euerti ac confringi, ita & ipse perderetur temerario motu. Quamobrem dum Danielis uaticinia considero, non possum non damnare istorum inscitiam, qui Deo negant curæ esse res mortalium: quî enim fieri potuit, ut prophetijs eius responderet euentus, si temerè in mundo gererētur omnia? Verùm ego hæc ita, ut inueni, in literas retuli: quod si quis mauult diuersam opinionem sequi, id per me quidem erit illi integrum.

Danielis de Romano imperio prædictio.

Epicureorum error coarguitur.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER VNDECIMVS.

Cyrus Persarum rex Iudæos Babylone dimissos, pristinas sedes permittit repetere, collata eis in ædificationem templi pecunia.
CAP. I.

PRIMO aūt anno regni Cyri, qui fuit trāsmigrationis nostræ Babylonicæ septuagesimus, miseratus est Deus captiuitatem, & calamitatem ærumnosi illius populi: & sicut illis per Hieremiam prophetam ante dirutam urbem prædixerat, quòd postquā seruiui issent Nabuchodonosoro, eiusque posteris per annos septuaginta, rursum eos restituturus esset in patriam, & ædificato templo redituri essent ad felicitatem pristinam, ita eis omnia præstitit. Excitato enim ad id Cyri animo, effecit, ut ille in hunc modum per uniuersam Asiam scriberet: Hæc dicit Cyrus rex. Quoniam me Deus Maximus orbis regem constituit, hunc illum esse credo, quem Israelitarum adorat populus: is enim meum nomen per suos prophetas prædixit, & quòd templum eius ædificaturus sim Hierosolymis in terra Iudæa. Hoc autem Cyrus cognouit ex lectione libri, qui Esaiæ prophetias continet, ducentis & decem annis ante ipsius ætatem conscriptas. Hic enim secretum hoc Deum sibi indicasse dixit, quòd uellet Cyrum, quem multarum ac magnarum gentium regem declaraturus esset, remittere populum suum in terram Iudæam, & templum suum ædificare denuò. Hæc Esaias prædixit, centum quadraginta annis antequam templum deuastatum est. Quibus lectis rex admiratus uatis diuinitatem, correptus est cupidine exequendi quæ scripta legerat: conuocatisque clarioribus apud Babylonem Iudæis, ait se illis permittere, ut proficiscantur in patriam, urbemque Hierosolyma, & Dei templum ædificent denuò. Nam & ipsum Deum futurum illis auxilio, & se scripturum uicinis Iudææ ducibus ac satrapis, ut conferant eis aurum, & argentum ad templi fabricam, & uictimas ad sacrificia. Hoc mandato à Cyro accepto, duarum tribuum principes, Iudæ & Beniamiticæ, simulque Leuitæ & sacerdotes, properè Hierosolyma se conferunt: multi enim maluerunt manere apud

1. Esdr. 1.
2. Esdr. 1.

Babylonicæ captiuitatis finis.

Cyri edictum de instaurando fano.

Cyrus Iudæis reditum in patriā permittit.

A. M. 3435. Ante Chr. nat. 536.

re apud Babylonem,non ſuſtinentes poſſeſsiones ſuas relinquere. Quò cùm peruenissent, A
omnes amici regij fuerunt eis auxilio, conferebantque ad templi ſtructuram alij aurum,argentum alij,nonnulli pecudum & equorum multitudinem:ſoluentesq; uota, quibus damnati fuerant offerebant ſolennes uictimas, quaſi urbem denuò conderent, & priſtinũ patrij ritus uſum reciperẽt.Nam & uaſa (quibus olim templum ſpoliauerat Nabuchodonoſorus) per Cyrum tunc è Babylone remiſſa fuerant.ea Mithridati ærarij præfecto tradita ſunt perferenda ad Abaſſarem, aſſeruanda apud eum, dum templum ædificaretur:cui mandatum eſt,ut quamprimum id abſolutum eſſet, mox ea ſacerdotibus & magiſtratibus populi redderet in templum reſtituenda. Quin & epiſtolam ad Syriæ ſatrapas in hæc uerba reſcripſit. B
Rex Cyrus Siſinæ & Sarabaſanæ S. Iudæis qui regionem meam habitant permiſi,ut quicunque uellent, in propriam patriam reuerſi,urbem denuò conderent,& templum Dei Hieroſolymis ædificarent eodem, quo priùs,loco: miſi autem eò etiam ærarij mei præfectum Mithridatem,& Zorobabelem principem Iudæorum, ut fundamentis iactis templum ſuperſtruant, altitudine cubitorum LX. & totidem latitudine, faciantque tres ordines è lapide polito,& unum ligneum è materie,quam fert ea regio: ſimiliter & altare ſuper quo ſacrificent Deo: quos ſumptus omnes de meo uolo fieri. Vaſa quoque,quæ Nabuchodonoſorus rex de templo prædatus eſt,mitto per Mithridatem ærarij præfectum, & Zorobabelem Iudæorum principem,ut ea perferant Hieroſolyma, & in templum Dei reſtituant: quorum numerus eſt hic: pſycteres aurei quinquaginta, argentei CCCC. thericlea pocula aurea L. argentea CCCC. ſitulæ aureæ L. argenteæ D. libatoria aurea XXX. argentea CCC. phialæ aureæ XXX. argenteæ MMCCCC. præterea uaſa alia magna mille. Concedo etiam eis eoſdem reditus,quos maiores eorum ſoliti ſunt accipere, in pretium pecudum, & uini, & olei drachmas ducentaquinque millia quingentas,& in ſimilam artabas duo millia quingentas: atque hæc è Samariæ tributis præberi uolo: immolabuntque ſacerdotes has uictimas iuxta Moyſis legem Hieroſolymis, & inter ſacra precabuntur Deum pro ſalute regis, eiusque generis,ut regnum Perſarum incolume maneat. Qui uerò per inobedientiam hæc mandata noſtra irrita habuerint, eos in crucem agi uolo, & facultates ipſorum fiſco noſtro attribui. C
Atque hoc fuit epiſtolæ argumentum.Numerus autem eorũ,qui è captiuitate conuenerant Hieroſolyma XLII millia fuêre,& inſuper CCCCXLII.

Templi uaſa à Nabuchodonoſoro ablata remittuntur.

Cyri literæ ad Syriæ præfectos, de inſtaurando fano.

Iudæorum reuertentium numerus.

Regij duces, & ſatrapæ Iudæos ab ædificatione templi prohibent.

CAP. II. D

A.M.3436. Ante Chr. nat. 535. II.

HIdum templi fundamenta iaciunt, & in hoc ædificando toti ſunt, circùm finitimæ gentes, præcipuè Cuthæi, quibus olim è Perſide ac Media traductis Salmanaſar Aſſyriorum rex,in Samaria Iſraelitis inde ſublatis,nouas ſedes dederat,hortabantur ſatrapas,& eos quibus commendata erat hæc ædificatio, ut Iudæos impedirent,quo minus urbem ac templum inſtaurare ualeant. Illi uerò pecunijs etiam corrupti, uenderunt Cutheis ſuam circa demandatum officium ceſſationem & negligentiam, Cyro neſciente,utpote diſtracto in alia negotia, qui mox Maſſagetico bello perijt. Cambyſe deinde in paternum principatum ſuccedente,ex Syria & Phœnice Ammanitarum, & Moabitarum,ac Samaritarum regionibus redditur ei talis epiſtola: Domine, ſerui tui, Rathymus commentariẽſis,& Semelius ſcriba,& magiſtratus Phœnices ac Syriæ. Cognoſcere te oportet rex,quòd Iudæi (qui Babylonem traducti fuerant) in regionem noſtram uenerunt,& urbem ob defectionem meritò deletam reſtituunt, forumq; rerum uenalium:reparant etiam mœnia, & templum extruunt:quòd ſi ita pergere ſinantur, ſcito eos nec tributa perſoluturos ampliùs,nec imperata facturos:opponẽtes enim ſeipſos regibus,imperare potiùs,quàm ſeruire conabuntur.Quando igitur iam feruet templi ædificatio,uiſum eſt noſtri officij,non diſſimulare hoc negotium,& admonere,ut inſpicias maiorum tuorum commentarios, inuenturus in eis Iudæos regum deſertores & hoſtes, urbemq; ipſorum ob hoc crimen deſolatam ac dirutam.Quin hoc quoq; admonendus es,quòd ſi hæc urbs incolatur denuò,mœniumq; ambitum abſoluat,intercludetur tibi uia in Phœnicen,& Cauam Syriam. E

Iudæi in extruendo templo impediuntur.

Cyri interitus.

Cambyſes Cyri filius Iudæos ab ædificando templo omnino prohibet. CAP. III. F

A.M.3435. Ante Chr. nat. 536.

CAmbyſes autem lecta epiſtola,cùm eſſet alioquin etiam natus ad malitiam, grauiter commotus,reſcripſit hoc modò.Rex Cambyſes Rathymo commentarienſi,& Belſemo, & Semelio ſcribæ, & reliquis Samariæ ac Phœnices habitatoribus hæc dicit.Lectis,quas miſiſti,literis,iuſſi inſpici maiorum meorum commentarios: ubi inuentum eſt,urbem iſtam ſemper inimicam fuiſſe regibus,habitatoresq; eius ſeditioſos, perpe-

Cambyſis ædificationem templi impedientis literæ ad Iudæos remiſſæ.

A perpetuò ſtuduiſſe concitandis bellis & rerũ nouitatibus, quodq; reges habuerint potẽtes ac uiolentos, qui cõtinuis tributorum exactionibus Phœnicem & Cauam Syriam uexauerint. Ego igitur iubeo, non permitti Iudæos urbem denuò condere, ne per hanc occaſionem creſcat eorum malitia, qua concitati hactenus rebelles fuerunt regibus. His literis perlectis, Rathymus & ſcriba Semelius cũ collegis, eueſtigiò conſcenſis equis properarũt Hieroſolyma, ducentes ſecum magnam hominum multitudinem, prohibueruntque Iudæos, ne urbem & templum ædificare pergerent. Itaque dilatum eſt id opus per annos IX, uſque in ſecundũ annum regni Darij Perſarum regis. Cambyſes enim cùm per ſexennium regnaſſet, ſubacta interim AEgypto, reuertens ab ea expeditione, apud Damaſcũ eſt mortuus. SVBLATIS deinde Magis, qui poſt eius obitum regnum per integrum annum occupauerãt, ſeptem illæ

B Perſarum familiæ Hyſtaſpis filium Darium communibus ſuffragijs regem declauerunt. A. M. 3443. Ant. Chr. nat. 528. *Cambyſes moritur.* II

Darius Hyſtaſpis filius Iudæis templum ædificat. CAP. IIII. A. M. 3451. Ant. Chr. nat. 520.

IS adhuc priuatus uouerat Deo, ſi regnum adipiſceretur, quicquid ſacrorum uaſorum apud Babylonem adhuc eſſet, remiſſurum ſe in templum Hieroſolyma: & fortè fortuna per illud tempus uenerat ad eum à Hieroſolymis Zorobabel, qui captiuorũ Iudæorũ dux declaratus fuerat (nam erat uetus regis amicus) quamobrem inter ſatellites cum alijs duobus aſſumptus, ſperatum honorem conſecutus eſt. Primo autem ſui regni anno, Darius ſplendido ac magnifico apparatu excepit tam domeſticos ſuos, quàm Medorum ac Perſarum ſatrapas, prouinciarũque præſides, ab Indis uſque ad AEthiopas, & præfectos copijs per CXXVII ſatrapias. Cumque ad ſatietatem epulati, diſceſſiſſent

C cubitum ad ſuum quiſque diuerſorium, Darius poſt breuem in lecto quietem à ſomno relictus, nec ualens redormiſcere, cœpit fabulari cũ tribus ſatellitibus: & qui proponendam à ſe quæſtionem ueriùs ac prudentiùs ſoluerit, ei præmium fore promiſit, uſum purpuræ & aurei poculi, in cubatu quoque ac uectatione uſurum inſtrumẽto aureo, & tyara byſsina ac torque aureo, & in conſeſſu habiturum locum regi proximum, annumeratum inter gentiles regios. Poſt hæc promiſſa quærit ex primo, num uinum maximè polleat: ex ſecundo, num reges: ex tertio, num mulieres, an fortè ueritas magis quàm hęc omnia. His ad inquirendum propoſitis ſiluit. Manè uero accerſiuit optimates & ſatrapas ac toparchas, reſidẽsque ubi ſolebat iura reddere, iubet ſatellitum illorum quemque cõram toto cœtu reſpondere ad quæſtionem ſibi

D propoſitam, quid ipſi uideatur uerius. Tum primus eorũ ſic exorſus eſt uini prędicare potentiam: Viri illuſtriſsimi, equidem uino potentiæ palmam tribuere haud dubito, dũ eius uiriũ hinc conjecturã capio. Animaduerto enim, quod quorũuis potantium mentem ſubuertit, & uel regis animum ſic afficit, ut ſimilis ſit pueri parentibus orbi, & curatoris egentis, ſeruũ quoque ſuæ conditionis oblitum ad dicendi libertatem concitat, & pauperi addit animos diuitis. Mutat enim & regenerat animas, quas ſubingreditur. Nam & calamitoſorum extinguit triſtitiam, et ære alieno atque uſuris oppreſſos, facit aliquantiſper uideri ſibi omnium ditiſsimos, ut obliti ſui nihil ſonent humile, ſed talẽta crepent, & alia fortunatorũ uerba magnifica. Præterea tam ducum quàm regum illis ſenſum ac metum eximit, & omnem amicorum ac familiarium memoriam. Armat enim homines uel aduerſus chariſsimos, eosque facit uideri alieniſsimos: cumque edormito temeto per noctẽ ſobrij fuerint redditi, ſurgunt omnino in-

E ſcij quę eis per ebrietatem patrata ſunt: quo fit, ut his argumentis perſuaſus, uinum ducã rem omniũ longè potentiſsimam, ſimul & uiolentiſsimã. Poſtquam primus prolata ſua de uino ſentẽtia dicendi finem fecit, tum ſecundus cœpit extollere poteſtatẽ regiam, huius uires aſſeuerans eſſe maximas omnium quæ intellectu ac potentia prædita ſint: id conatus eſt probare his rationibus: Omnium rerum penes homines eſſe imperium, qui & terras & maria, ad quoſcunque uſus ſeruire ſibi adigunt: at ipſis hominibus reges imperitare, eisque quidlibet pro

F ſuo mandare arbitrio. Proinde qui in fortiſsimũ animaliũ habẽt dominiũ, eorũ uim ac uirtutẽ meritò exiſtimandã inſuperabilem. Quid quòd dum ad bella & pericula ſubditos mittũt, omnes eorum imperata obſequenter faciunt, ſiue dum per eos obijciuntur hoſtibus, ſiue dum cõguntur cum mœnib. ac turribus, atque adeò cum montibus, ipſaque rerũ natura bellũ gerere, ipſorum iuſſu parati uel occidi uel occidere, dum ne uideantur à regijs mandatis uſquam digredi. parta deinde uictoria, belli commoda uniuerſa ad regem redeũt. Iam uerò qui alieni à militia dant agris colendis operam, poſt longos labores & ſudores comparatis fructibus regi tributa ſoluunt: & quicquid ille iuſſerit, hoc neceſſariò ſine mora perficitur. Interim ille expletus omnibus delicijs & uoluptatibus, dormit in cubiculo, excubantibus ante fores ſatellitibus, & ceu uinctis metu nuſquam diſcedentibus. Nemo enim audet dormiente illo relicto

Darius Medorũ Perſarum ſatrapas, prouinciarumq; præſides excipit.

Darius quæſtiones, de uiribus uini, regis, mulieris, & ueritatis, enodandas ſatellitibus proponit.

Vini immodicè ſumpti efficacia. 3. Eſdr. 3. uerſus 18. 19. 20. 21. 22.

Regis potentia. 3. Eſdr. 4. uerſus 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

abire ad curanda propria negotia, sed unam hanc curam putans necessariam, in hac una est A
assiduus. Et quí fieri potest, ut non is sit omnium potentissimus, cui tanta hominũ multitudo paret per omnia. His peroratis successit tertius Zorobabel, dicturus de mulierib. & ueritate, quarum uis quanta sit, quamq; præpolleat cæteris rebus omnibus, sic docere aggressus est.

Mulierum uirtus. 3. Esdr. 4. à uers. 25. usq; ad uersum 33.

Confessum est & uinũ pollere plurimùm, & regem cui omnes obtemperãt, maior tamen est potentia mulierum, nam & rex per mulierem in lucem hanc productus est, & eos qui uites colendo uinum nobis afferunt, mulieres & educant & pariunt: & nihil est omnino, quod non illis acceptum ferendum sit. Nam & uestimẽta nobis texuntur harum opera, & rei domesticæ cura his est concredita: nec ullo pacto possumus carere fœminis: sed licet argento multo abundemus & auro, pretiosisque rebus alijs, simul atque mulierem formosam conspexerimus, neglectis illis omnibus inhiamus in uisæ pulchritudinẽ, & libẽter ei bonis cedimus, modò adamata forma frui liceat. Relinquimus etiam parentes ac patriam, & uel amicissimorũ sæpenumerò propter mulieres obliuiscimur: ac ne commori quidem cum illis refugimus. Addam & aliud argumentũ earum potentiæ non minimum, Quicquid terra maríue longo labore quæsitũ habemus, nonne totum mulieribus committimus? Ipsum etiam regẽ tantarum rerum dominum uidi aliquando ab Apame Rapsacis Themasini filia, concubina sua cædi alapis, nec hoc tantùm ferre, sed ut sibi detractũ diadema capiti illa suo imponeret, ridentem cum ridente, & irata illa mœrentem, & adulatoriè se ad affectus illius attemperando humiliter satisfacientẽ, si quid eam offensam animaduerteret. Interim dum satrapę mirabundi alij in aliorum uultus inter se mutuò conijciunt oculos, Zorobabel ad ueritatis laudes fecit transitũ. Dixi, inquit, & declaraui quantum mulieres polleant, ueruntamen nec hæ, nec C

Veritate nihil fortius. 3. Esdr. 4. uersu 35. 36. 37. 38. 39. & 40.

rex ueritati ullo modo conferendus est. Nam cùm terra sit maxima, cœlum item immensæ altitudinis, & sol celeritatis ineffabilis, cumq; hæc Dei uolũtas gubernet ac moueat (qui Deo iustus est & uerax:) consequitur, ut ueritas sit rerum omniũ longè potẽtissima, contra quam iniustitia nihil omnino ualeat. Præterea reliqua omnia quantumuis pollere uideantur, mortalia sunt, & celeres habent exitus, ueritas uerò immortalis est atque sempiterna. Quin & ea, quę ab ipsa percipimus, nec mortalia sunt, nec iniuriæ temporum aut fortunæ reciprocis uicibus obnoxia, sed iusta & legitima, secretaque ab omni labe iniustitię. His dictis Zorobabel sermoni finem imposuit. Acclamante uerò auditorio quòd dixisset optimè: & quòd sola ueritas uim omnis senij uel mutationis expertẽ habeat, iussit eum rex postulare aliquid ex his, quæ illi paulo antè ultrò fuerat pollicitus: Libenter enim se concessurum, ut uiro sapienti, & D
qui prudẽtia uincat cæteros. Quare posthac, inquit, assessor meus eris, receptus inter cognatas mihi necessitudines. His auditis admonuit eum uori, quo se obligauerat si adipisceretur potestatẽ regiam: id autem erat, denuò condere Hierosolyma, & ibi Dei templum instaurare, ac deinde sacra uasa, olim per Nabuchodonosorũ inde sublata, & Babylonem perlata, restituere. Hæc est, inquit, mea postulatio, quam nunc mihi permittis, sapientem me uirũ iudicans.

Darius promissionum, de templi restauratione, facta admonetur.

IIII. *Darij in Iudæos munificentia, & de libertate concessa edictum. 1 Esdr. 5. 6.* A.M. 3453. Ante Chr. nat. 518.

TVM rex lætus surrexit, & excepit eum osculo, mox q; scripsit toparchis & satrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosque qui unà profecturi erant ad instituendam & absoluendam templi fabricam. Mandauit etiam per literas Phœnices ac Syriæ magistratibus, ut materiam cedrinam in Libano excisam, deportarent Hierosolyma, & instaurantem eam urbẽ adiutarent: in quibus literis hoc quoque adscriptum erat, iubere & uelle regem liberos E
esse omnes Iudæos, quotquot ex captiuitate Hierosolyma postliminio redierint: & procuratores suos ac satrapas uetuit quicquam in regios usus à Iudæis exigere: & quantumcunq; agrorum occupare ualeant, permisit eos immunes à tributis colere. Idumæis etiam & Samaritis, atque Syriæ Cauæ habitatoribus imperauit, ut agros, qui aliquãdo Iudæorum iuris fuissent, antiquis possessoribus redderent, atque insuper L talenta in fabricam templi conferrent. Ipsis autem secundum patrias leges sacra facere permisit, & quæ in hunc usum essent necessaria, sacrasque uestes in quibus pontifex & cæteri sacerdotes rem diuinam facerent, de suo

Zorobabel templũ & urbe reparaturus Babylonẽ proficiscitur, & popularibus suis libertatem partam, & patriæ restaurationem annunciat.

præberi uoluit, necnon etiã organa quib. Leuitæ sacros hymnos accinũt: & custodib. urbis atque templi certas terræ portiones assignari iussit, ac in singulos annos pro alimentis certam pecuniam: denique de remittendis sacris uasis, deque Iudęorum restitutione, confirma F
uit omnia quæ priùs Cyrus decreuerat. Zorobabel autem hanc gratiam à rege consecutus, quàm primùm egressus est regiam, suspiciens in cœlum gratias egit Deo, quòd coram rege inter concertatores uisus sit sapientior, confitens totum hoc diuini esse beneficij: peractáque gratiarum actione, precatus, ut & in posterum propitius esse pergeret, Babylonem profectus est, lætum popularibus suis nuncium afferens. Quo audito primùm gratias egerunt

Deo

A Deo,pro redd:ta ſibi patria,deinde ad epulas & compotationes uerſi,per huiuſmodi hilaritates continuos ſeptem dies exegerunt,ob receptam patriam ceu natalitiam feſtiuitatem denuò celebrantes. Deinde duces Hieroſolymitanæ profectionis ex ſua quemque tribu elegerũt,comparatis & iumentis,quæ uxores ac liberos ueherent: deducentibusque quos Darius ad hoc ipſum miſerat, genialiter uiam emetiebantur hilares, perſonantibus omnia tibijs, & cymbalis perſtrepentibus,proſequente per luſum ac lætitiam & reliqua Iudęorum multitudine. Nam certus numerus è ſingulis cognationibus ſelectus proficiſcebatur: quas nominatim percenſere non libet, ne interrupta narrationis ſerie lectori tędium afferam. hoc tantùm dicam compendiò,fuiſſe pubertatem egreſſorum † quater mille millia,& ſexcenta uiginti octo millia,duntaxat è tribu Iudę & Beniamitica. Leuitarum enim ſequebantur quatuor millia & ſeptuaginta: promiſcuæ uerò multitudinis puerorum ac mulierum numerus erat quadraginta millia DCCXLII. præterea Leuitici generis cantores aderant CXXVIII. ianitores CX. ſacri ſeruĩ CCCXXII. ad hæc qui dicebant ſe Iſraelitas,nec tamen poterant approbare genus ſuum, ſexcenti quinquaginta duo. Reiecti ſunt etiam ex ordine,& honore ſacerdotali quotquot duxerant uxores, quarum genus nec ipſi indicare poterant,nec in Leuiticis & ſacerdotalibus genealogijs inueniebatur: erant autẽ numero quingenti uiginti quinque. Sequebatur etiam ſeruitiorum multitudo ſeptem millium CCCXXXVII. cantores etiam & cantatrices CCXLV. cameli CCCCXXXV. iumenta quingenta uiginti quinque. Dux autem multitudinis,quam modò recenſui,fuit Salathielis filius Zorobabel, ex tribu Iudæ & ſtirpe Dauidis natus,& cũ eo Ieſus Ioſedeci pontificis filius,& Mardochæus C ac Serebæus: hi duo tribulium ſuffragijs ad ducatum electi, qui etiam contulerunt in ſumptus huius profectionis minas auri centum, argenti uerò quinquies mille. Atq; in hunc modum ſacerdotes ac Leuitæ, & pars quædam populi Iudęorum, qui tum apud Babylonem erat,ad habitanda Hieroſolyma ſunt deducti: reliqua uerò multitudo pauliſper diſcedentes proſecuta, domos quiſque ſuas redijt. Septimo autem menſe poſtquam Babylonem exiuerant, Ieſus pontifex & Zorobabel princeps, dimiſsis circũ oppida nuncijs, è tota regione populum Hieroſolyma conuocauerunt, cupidè ad mandatum eorum conuenientem: & ædificauerunt altare,in quo prius fuerat loco,ad offerenda Deo ſacrificia, ſecundum leges per Moyſem traditas. Quæ dum faciunt,non æquis oculis aſpiciebantur à finitimis gentibus, quibus inuiſi erant omnibus. Celebrauerunt autem etiam Scenopegiam per idem tempus, D ſecundum legislatoris præſcripta, & poſt hæc oblationes & quotidiana ſacrificia, uictimaſque ſabbatorum,atque omnium ſanctarum feſtiuitatum: tum qui uota uouerant, reddiderunt ea ſacrificantes à nouilunio menſis ſeptimi. Deinde templi ædificationẽ ſunt aggreſsi, expendentes multas pecunias in cæmentarios & fabros,& multum alimentorum in cibos eorum,qui conuehebant materiem. Hoc enim Sidonij facilè ac libenter faciebant,trabes cedrinas de Libano deferentes,quibus mox in rates cõpactis, in Ioppenſem portũ eas perducebant,ita ut primùm à Cyro,& tum iterum à Dario iuſsi fuerant. Hæc fiebant anno à reditu Iudæorum ſecundo,menſe ſecundo,quando iactis templi fundamentis prima die Decembris cœperunt ſuperſtruere: præpoſueruntque operi curando Leuitarum quotquot uigeſimum annum attigerant,& Ieſum cum filijs ac tribus fratribus,& Zolimielem Iudæ fratrem, E Aminadabi filium, eiusque filios: quibus ſumma cura & diligentia commiſſum negotium tractantibus, celerius opinione templo ſumma manus impoſita eſt. Id ubi factum eſt,accedentes ſacerdotes ornatu ſuo cũ tubis,& Leuitæ Aſaphique progenies canebant ſacros hymnos,in Dei laudem à Dauide quondam inſtitutos. Sacerdotes autem & Leuitę cognationũque principes ætate prouectiores,qui & illud prius templũ uidiſſe meminerant magnum & opulentũ,& hoc recens pro præſentiũ fortunarũ tenuitate deterius fieri animaduertebant, reputantes quantum ab illa priſca felicitate abeſſet: oborta inde mœſtitia temperare à lachrymis non poterant: uulgus autem cõtentum erat præſenti templo,ut quod nulla priorũ temporum cõparatione ſeipſum cruciabat,nec ullum detrimentũ factũ quibat animaduertere: contrà ſeniorũ ac ſacerdotũ,multo deteriore conditione res ſuas exiſtimantiũ gemitus, uix F conceptu tubarum obſcurari poterat. Samaritę autem inimici auditis tubis,& lætantiũ atq; dolentium promiſcuis uociferationib. accurrerũt uolentes cauſam diſcere: & cognito quòd Iudæi è captiuitate Babylonica poſtliminiò reuerſi templũ inſtaurarẽt,adeunt Zorobabelẽ ac Ieſum,principesque cognationũ,poſtulantes,ut eos admitterẽt ad templum communi ſumptu ædificandũ. Nã ſe quoque aiebant eundẽ Deũ colere,& eius gloriari nomine,religionisq; eius ſtudioſos fuiſſe,iam inde ab illo tempore, quo Salmanaſar Aſſyriorũ rex è Cuthia

Iudæorum è Babylone profectio.

† Locum hunc deprauatum arbitror. nam numerus eſt incredibilis, et ab Eſdræ hiſtoria lõgè diſcrepans.

Reducti ex Babylonia numerus.

Duces profectionis Hieroſolymitanæ ſuffragijs electi.

Altaris erectio à Ieſu & Zorobabele inſtituta.

Scenopegiæ celebratio.

Templi inſtauratio.

A.M. 3452. Ante Chr. nat. 519.

Samaritæ à ſocietate inſtaurationis templi repudiantur.

& Media gentē eam in loca illa tranſtulerat. Ad quæ poſtulata illi de cōmuni ſentētia reſpon A
derunt, ad ſimul ædificandum admitti eos non poſſe, cùm & priùs Cyrus, & nunc Darius
ipſos ædificare iuſſerint: licere tamē eis ibi adorare, idque facere uetari eorum neminē, ac ne
cæterarum quidem gentium quenquam, cùm omnibus hominibus eò uenientibus templū
Samaritæ templi reparationē impedire conantur. ad adorandū pateat. His auditis Cuthæi (ſic enim nos Samaritas appellamus) indignè tule-
rūt: & inſtigauerunt Syriæ gentes, ut ſatrapas rogarēt, quemadmodū ſub Cyro primùm, ac
mox ſub Cambyſe, ut templi ædificationē impedirent, Iudęorumq; conatus & diligentem
Syriaci legati tē pli & urbis muniendæ cauſam inueſtigaturi mittuntur. circa hoc opus operam, quoad liceret de induſtria remorarentur. Per idem tempus aſcendit
Hietoſolyma Siſines Syrię, ac Phœnices præfectus, & Sarabazanes cū quibuſdam alijs, roga-
ueruntque Iudæorū principes, cuius permiſſu templum ſic ædificarent, ut arx potiùs quàm
fanum exiſtimari poſſit: & cur tam firmis mœnibus & porticibus urbem cinxiſſent. Reſpon- B
derunt Zorobabel & Ieſus, ſeruos ſe eſſe Dei Maximi, cui templum hoc extructum à quodā
eius gentis rege fortunatiſsimo, & in omni uirtute excellentiſſimo, per multas ætates inco-
lume ſteterit. Deinde ob maiorū ſuorū impietatem per Nabuchodonoſorū Babyloniorū &
Chaldæorum regem expugnata & deleta urbe, temploque ſpoliato ac incenſo, & populo in
captiuitatē Babylonicam abducto, Cyrum, Perſidis & Babyloniæ regno potitum regio di-
plomate mandaſſe templi inſtaurationē, & donaria, uaſaq; per Nabuchodonoſorum ſublata
tradidiſſe Zorobabeli, & Mithridati ærarij ſui præfecto, ut ea deportarent Hieroſolyma, rur-
ſumque in templū inſtauratū reponerent. Eiuſdem enim regis mandato Abaſſarum miſſū
ad eam urbem, ut daret operā, ut id templū primo quoq; tempore abſolueretur. Eū acceptis
regijs literis confeſtim ueniſſe, & fundamēta ieciſſe: atq; ex eo tēpore nunquā inimicas gen- C
tes interturbare ædificationē, atq; impedire deſtitiſſe. Quare ſi illis ita uideretur, ſcriberēt Da
rio, ut inſpectis regijs commentarijs manifeſtū fiat, uera ipſos omnia dicere. His auditis Siſi-
nes & alij cum eo, noluerūt ædificationē inhibere inconſulto Dario: ſed cōfeſtim ei de hac re
ſcripſerūt. Iudæis autem ſollicitis & metuentibus ne regem pœniteret iuſſiſſe reparari Hiero
Aggæum & Zacharias populū animant. ſolyma, duo prophetæ qui tum erant in populo, Aggæus & Zacharias, bono animo eos eſſe
iubebant, nec à Perſis quicquam timere: quandoquidē ipſi compertam haberent ſuper hac
re Dei uoluntatē: quibus credens populus, aſsiduus erat in opere, nulla die id intermittens.
Cumque Samaritæ Dario ſcripſiſſent, accuſantes Iudæos, quòd urbem munirent, templum
que arci quàm fano ſimilius extruerent: aſſeuerantes non eſſe hoc in rē regis, & oſtendentes
Cambyſis epiſtolam, per quam eam ædificationē impediuerat & uetuerat, ratus non eſſe re- D
bus ſuis tutam aut utilem: poſtquam etiam Siſinis & collegarum de eodem negotio literas
accepit, iuſsit regios commentarios ſuper hac re conſuli: & inuentus eſt apud Ecbatana ca-
Cyri commētarij de inſtaurando templo. ſtrum Mediæ, liber in quo hæc ſcripta continebantur. Anno primo regni ſui Cyrus rex
decreuit, ut templum Dei cum altari Hieroſolymis ædificaretur altitudine cubitorum LX.
& totidem latitudine, quod haberet ordines è lapidibus politis tres, & ligneum unum è ma-
terie, quā fert ea regio: & ſumptus in hoc ex ærario regis præberentur. Sed & uaſa templi, quæ
Nabuchodonoſorus ſuſtulerat, reddātur & reportētur Hieroſolyma. Vtq; cura eiꝰ negotij ſit
penes Abaſſarē Syrię ac Phœnices præfectū, eiusq; collegas: qui abſtinerēt quidē ipſi ab eis
locis, ſeruos uerò Dei Iudæos & eorum principes ſinerent templum ſtruere: ipſi uerò adiuta- E
rēt eos in hoc opere de tributis ſuæ prouinciæ, & ad ſacrificia quoq; ſuppeditarēt, tauros, arie
tes, agnos, hœdos, ſimilam, oleum, uinum & cætera quæ ſacerdotes poſtulauerint, qui depre-
caturi ſint Deum, pro ſalute regis atq; Perſarum. Quicunque autē contra mandatū hoc face-
re auſus fuerit, is ut cōprehenſus in crucē agatur, & facultates eius fiſco addicantur: inibi
etiam addita erat execratio, ut quicunq; eius templi ædificationem uetare uoluerit, Deus eū
feriat, atq; hoc modo iniquitatem eius cohibeat. Hæc cùm Darius in Cyri cōmentarijs inue-
Darij, ad Syriæ præfectos, epiſtolam. niſſet, reſcripſit Siſini & collegis eius hoc modo: Rex Darius Siſini magiſtro equitum, & Sara
bazani cęterisq; magiſtratibus S. Mitto ad uos exēplar epiſtolæ Cyri, quam in ipſius cōmen
tarijs inueni, uoloq; ut omnia fiant, quēadmodū in ea cōtinētur. Valete. Ergo cognita ex his
literis uoluntate regis, Siſines & reliqui decreuerunt eā per omnia ſequi. Itaq; ſuſcepta cura
ſacræ fabricæ, adiuuabant Iudæos, magiſtratusq; illorū: & principes & magnis omniū ſtudijs F
proficiebat tēpli ædificatio, ſecundū mādata Cyri & Darij, prophetātibus interim Aggæo &
Inſtaurato templo ſacrificatur. Zacharia: abſolutūq; eſt intra ſeptēniū. Anno aūt regni Darij nono, uigeſima tertia die mēſis
undecimi, qui noſtris dicitur Adar, Macedonibus Dyſtrus: ſacerdotes ac Leuitę cum reliqua
Iſraelitarū multitudine obtulerūt ſacrificia, p renouata poſt captiuitatē priſtina felicitate, pq;
recepto nouo templo, tauros centum, arietes ducentos, agnos CCCC. hircos XII. pro pec-

catis

A eatis totidem tribuum: constituerunt́que Leuitæ ſecundum Moyſis leges ex ordine ſuo iani tores per ſingulas portas: ædificauerant enim Iudæi porticus quoque, quibus interius templum circunquaque includebatur. Inſtante deinde azymorum feſto, menſe primo, qui Macedonibus eſt Xanthicus, nobis uerò Niſan, confluxit totus populus ex oppidis in urbem, celebraueruntque id feſtum caſti ac puri, unà cum coniugibus ac liberis, ritu patrio: & uictimam paſchalē immolantes decimaquarta luna epulati ſunt per continuos dies ſeptem, nullis ſumptibus parcentes, holocautomata etiam offerentes: & agentes gratias Deo, qui eos tandem antiquæ patriæ, & eius legibus ac ritibus reſtituerit, deflexo ad benignitatem ac clementiam regis Perſici animo: atque ita ſumma liberalitate in re diuina uſi incoluerunt Hieroſolyma, inſtituta ea reipublicę forma, quę per optimates cum paucis adminiſtratur. Penes
B pontifices enim fuit ſumma autoritas, donec Aſamonæorum gens mutato rerum ſtatu regnum obtinuit. Ante captiuitatem enim, iam inde à Sauli & Dauidis temporibus egerunt ſub regibus per annos DXXXII. menſes ſex, dies decem. & ante hos rectores res adminiſtrauerunt appellati Iudices & monarchæ, qui reipublicę ſtatus pluſquam quingentis annis duraúit poſt Moyſis & Ieſu imperium. Hoc igitur modo habebant ſe Iudæi, in patriam reſtituti, ſub Cyro & Dario regibus. Samaritæ autem, infenſa gens & inuida, multis moleſtijs
C eos afficiebant, freti opibus, & affectantes cognati Perſarum uideri, quod inde eſſent oriundi. Nam quæ iuſſi erant, ex tributis in ſacrificia conferre nolebant, & prætores fauentes atq; adiutores habebant: & quacunque in re uel per ſe, uel per alios poterant noſtram gentem lędere, nullam occaſionem prætermittebant. Viſum eſt itaque ſenatui populoque Hieroſolymitano legationem ad regem Darium mittere, & Samaritas accuſare: cuius legationis caput fuit Zorobabel, aſſumptis alijs quatuor collegis. Cæterùm rex cognitis criminibus, quæ per legatos Samaritis obijciebantur, dedit eis literas perferendas ad magiſtros equitum eius pro uinciæ, & ad ſenatum Samaritanum, in quibus hæc continebantur. Rex Darius Tangaræ &
D & Sambabæ magiſtris equitum apud Samariam, & Sadracæ ac Bobeloni reliquisque eorum conſeruis: Zorobabel, Ananias, & Mardochæus Iudæorum legati accuſauerunt uos, quòd moleſti ſitis templum ædificantibus, quodque non præbeatis impenſas in ſacrificia, quas me iubente præbere illis debueratis. Volo igitur ut lecta hac epiſtola præbeatis eis ex regio ærario, in quo tributa Samariæ ſeruantur, quicquid ſacrificiorum uſus poſtulat, ut non deſinentes quotidie ſacrificare tam pro me, quàm pro Perſarum gente Deum deprecentur.

A.M.3450. Ante Chr. nat. 515. *Portiem ædificătur.* *Paſcha celebratur.* A.M.3457. Ante Chr. nat. 514. 1.Eſdr.6. *Reipublicæ Hieroſolymitanæ forma.* *Samaritæ Iudæos infeſtant, ac apud regem Darium à legatis Iudaicis moleſtiæ accuſantur.* *Darij literæ in Iudæorum gratiam conſcriptæ, ſenatui Samaritano traditæ.*

Xerxis Darij filij in Iudæorum gentem beneficia. CAP. V.

DEfuncto autē Dario ſucceſſit Xerxes filius, ſicut regni ita & pietatis paternæ hæres: nihil enim ex patris inſtitutis circa diuinum cultū mutauit, & Iudæos ſumma beneuolentia proſecutus eſt. Hoc regnante pontifex erat Ioacimus Ieſu filius: apud Babylonē uerò degentiū Iudæorū primarius ſacerdos erat Eſdras, uir iuſtus, & de quo optimus rumor fuit apud populum. Is cùm eſſet legum Moſaicarum peritiſſimus, in re
E gis amicitiam peruenit: & cùm decreuiſſet proficiſci Hieroſolyma, ſecumque aliquos è Babylonijs Iudæis ducere, petijt à rege commendatitias ad Syriæ ſatrapas literas, quas & impetrauit hoc modo ſcriptas. Rex regum Xerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis Dei. S. Decretū eſt à me & ſeptem meis conſiliarijs, ut quicunque in regno meo de Iſraelitis & ſacerdotibus eorum ac Leuitis uoluerit tecum Hieroſolyma petere, per meam benignitatem hoc ei
F liceat facere, & inuiſere Iudæam, ſecundum Dei legem: utque Iſraelitarum Deo dona perferatis, quæ ego & amici uouimus. Præterea facio tibi poteſtatem auferendi omne aurum & argentum, quantumcunque populus tuus per totam Babyloniam degens offerre uoluerit, quo emantur uictimæ, ſuper altare Dei ueſtri immolandæ: & fabricandi ex auro ac argento uaſa quæcunque tu & fratres tui uolueritis. Sacra quoque uaſa, quæ tibi dantur, Deo tuo dedicabis: & ſi quid aliud in hunc uſum opus fuerit, pro tua prudentia fieri curabis, & de noſtro fiſco eos ſumptus facies. Quin & præfectis ærarij apud Syriā, & Phœnicen te cōmendaui, ſcribens eis, ut quicquid Eſdras ſacerdos & lector legis Dei petierit, ſine mora dent. Et ut Deus propitius ſit mihi, & meis liberis, uolo uſque ad centum coros tritici Deo ſecundum legem dari. Vobis quoque magiſtratibus præcipio, ut à nemine ſacerdotum, Leuitarū, ſacrorum cantorum, ianitorum, ſacrorum ſeruorum quicquam exigatis, néue ulla onera eis imponatis. Tu uerò Eſdra ſecundū conceſſam tibi diuinitùs ſapientiam conſtitue iudices, qui per Syriam ac Phœnicen iura reddant populo legem tuam ſcienti: quin & neſcientes do ce liberè, ut ſi quiſquis gentilium tuorum legem Dei uel legem regiam uiolauerit, urpote qui nō per ignorātiā, ſed p cōtumaciā peccauerit, mulctetur pecunijs, aut etiā dānetur capite.

A.M.3486. Ante Chr. nat. 485. V. I.Eſdr.7. *Xerxes rex Perſiæ.* A.M.3487. Ante Chr. nat. 484. *Eſdras legis Moſaicæ peritiſſimus.* *Xerxis litera ad Eſdram.*

Vale

Vale. His literis acceptis Eſdras gauiſus adorauit Deũ, & gratias egit, illi benignitatem regi- A
Eſdras Iudæos in Babylone morantes conuocat. am acceptam referendam, & illum maximè dignum, cui gratiæ agantur exiſtimans. Aduocata deinde Iudæorum concione, qui apud Babylonem degebant, & perlecta epiſtola, ipſam quidem retinuit: exemplar uerò eius in Mediam ad omnes ſuę gentis homines trãſmiſit: qui cognita regis erga Deum pietate, & erga Eſdram beneuolentia, omnes uehementer ſunt lætati: multi uerò ex eis aſſumptis ſuis facultatibus Babylonem uenerunt, cupientes reuerti
A.M. 3514. Ante Chr. nat. 457. Hieroſolyma: reliqua Iſraelitarum multitudo ibi remanſit. Quapropter duæ tantùm tribus per Aſiam & Europam ſub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem ſunt, infinita hominũ millia, quę uix eſt numero comprehendere.
Eſdras captiuitate Babylonica detentos in Iudæam reducit, Cæterum ad Eſdram magna multitudo conuenit tam ſacerdotum & Leuitarum, quàm ianitorum ſacrorumque uel cantorum uel miniſtrorum. Ille uerò omnes, qui ex captiuitate B
in patriam reuerti uolebant, ad Euphratem congregauit: ubi peracto triduano ieiunio, uotisque pro incolumitate & felici itinere conceptis (recuſauerat enim deductores equites, dicens Deo ſalutem ſuorum curæ futuram) iter ingreſsi die duodecima primi menſis anno regni Xerxis ſeptimo, peruenerunt Hieroſolyma eiuſdẽ anni menſe quinto, & continuo ſa-
ſacerdotibus uaſa & alia pretioſiſſima cultui diuino conſecrata præbet, cerdotibus gazophylacij cuſtodib. Eſdras ſacram pecuniam tradidit, argenti talenta ſexcenta quinquaginta, uaſa argentea talentorum centum, uaſa aurea talentorum uiginti, uaſa ærea auro meliora pondo talentorum XII. Hæc enim erant dona regis eiusque amicorum, & Iſraelitarum Babylone manentiũ: quo facto obtulit Deo ſecundum legem holocautomata, tauros XII. pro communi ſalute populi, arietes & agnos LXXII. hircos pro peccatis XII:
procuratorib. etiã regijs, & pręfectis Phœnices ac Syrię ſcriptas à rege reddidit epiſtolas, qui C
cùm eis non parêre non poſſent, omni honore gentẽ noſtram proſecuti ſunt, & in omnibus neceſsitatib. eis fuerunt auxilio. Et conſilium quidem huius migrationis ab Eſdra profectũ eſt, ſucceſſum autem felicem Deus addidit, ut equidem reor, uiri huius uirtutem ac pietatẽ
ob ſacerdotũ & Leuitarũ patrijs legibus non obſequentum delictum mœrore afficitur, & reſpiciens. Aliquanto deinde pòſt comperit quorundã indicio, quòd quidam è uulgo ſacerdotum & Leuitarũ, parum ſeruauiſſent inſtituta & leges patrias, & ductis alienigenis uxorib. ordinem ſacerdotalem cõfudiſſent: rogatusque ab eis, ut ferret auxiliũ legibus, ne Deus propter paucos iratus, omnes denuò cõmuni clade feriret, ſcidit ueſtem præ triſtitia, uellens capillos & barbam, et humi ſe proſternẽs, eo quòd primores populi deprehẽſi eſſent in tali crimine: & cogitãs non eſſe audituros, ſi iuberet eos uxores cum liberis eijcere, nolebat ſe à
terra attollere. Itaque concurrerunt ad eum quotquot erant bonæ mẽtis, & unà flebant, ad- D
ad cœlum ſublatis manibus Deũ precatur. 1. Eſdr. 9. dẽtes ſe ſocios eius triſtitię. Eſdras autem ſublatis ad cœlũ manibus: Me quidẽ, inquit, pudet ad cœlum oculos attollere, dum cogito, quòd populus ne maiorũ quidem ſuorum cladibus eis ob ipſorũ impietatẽ illatis, admonit⁹ à peccãdo abſtinet: tu tamẽ clemẽtiſsime De⁹ noſtri miſertus, ſeminariũ aliquod & reliquias ſuperſtites cõſerua, quas Hieroſolyma in antiquam patriã reducere dignatus es: & da ueniã præſentis errati, mortẽ quidem cõmeritis, ueruntamen in tua bonitate ſperantibus. Dum ita pius ſacerdos lachrymatur cum eo cœtu, qui ad
Achonij de alienigenis unà cum prole remouendis, præceptum. 2. Eſdr. 10. eum conuenerat, mixtus ex uiris & mulieribus atque pueris, acceſsit eò quidam primarius Hieroſolymita, nomine Achonius, cõfitens illos peccaſſe, qui alienigenas uxores duxerint: ſuaſitq; ei, ut omnes adiuraret, ut uxores cũ earũ prole abijcerẽt: & ſi quis legi parêre nollet, in
eũ animaduerteret. Qui ſecutus uiri cõſiliũ, exegit ſuper hac re iuſiurãdũ à principib. Leuita E
rũ & ſacerdotũ & tribuũ Iſraeliticarũ: quo facto cõſeſtim exiuit tẽplũ, & cõtulit ſe in domici
Eſdras edicto p omulgato omnes è captiuitate reuerſos conuocat. liũ Ioãnis & Eliaſibi, ibique totã eã diẽ ieiunus præ mœrore exegit. Propoſito deinde edicto, ut omnes è captiuitate reuerſi intra biduum aut triduũ Hieroſolyma conuenirent, & quiſquis per contemptum non adfuerit intra præſcriptum tempus, ut excommunicetur, bonaque eius ſacro ærario addicantur, intra triduũ conuenerunt utriuſq; tribus homines, uigeſima die noni menſis, quem Hebræi Thebethum, Macedones Apellæũ nominãt. Cumq; conſediſſent in ſuperiore parte templi, præſentibus etiã ſenioribus, & frigus propter anni tempus eſſet moleſtum, ſurgẽs Eſdras accuſauit eos, qui cõtra leges duxiſſent uxores alienigenas
1 Eſdr. 10. Eſdras ſacerdotes & Leuitas in obedientia ac cuſat. nunc ſi uelint rem Deo gratam, & ſibimetipſis utilem facere, ablegandas eſſe uxores eiuſmodi. Acclamatum eſt facturos id omnes æquo animo, ſed eſſe earũ non paruum numerũ, F
& tempus eſſe hybernum, nec poſſe rem eam intra unam aut alterã diem perfici. Itaq; opus eſſe, ut negociũ hoc differatur aliquantiſper, & tum demum principes aliquot qui ſint alieni ab hac culpa, cum ſelectis undiq; ſenioribus inquiſitionem faciant eorum, qui contra legis pręſcriptum uxores duxerint. Conſenſerunt omnes in eam ſentẽtiam, & prima die menſis decimi cœpta inquiſitione, quę durauit uſq; ad primã diẽ mẽſis ſequẽtis, inuenerũt multos,

tam

A tam ex Iesu pontificis cognatione, quàm ex cæteris sacerdotibus ac Leuitis & alijs Israelitis, qui & uxores & natos ex eis liberos sine mora abiecerunt, pluris facientes legũ obseruantiã, quàm naturales affectus quantumuis uiolentos: moxque ad placandum Deum arietes immolauerunt, quorum nomina recensere non est necesse. Atque ita Esdras hoc erratum circa connubia correxit, & malam in hoc consuetudinem emendauit, ut in posterum hæc reformatio stabilis ac firma permaneat. Septimo autem mense, dum scenopegiæ festum celebratur, & fermè totus populus conuenit, accedentes ad patentem templi partem, quæ orientalem portam spectat, rogauerunt Esdram ut eis legem Moysis recitaret: quod & fecit, stans in medio multitudinis, à mane usque meridiem: ex qua lectione non solùm in præsens, & futurum discebant quid esset iustum, sed etiã præteritorum memoriã retractantes lachrymabantur, sic cogitantes, quòd nullas calamitates fuissent perpessi, si præscripta legis diligenter obseruassent. Esdras autem uidens eos ad hunc modum affectos, iussit ut domum abirent: esse enim festum, nec licere ea die flere: quin potiùs hortabatur, ut ad epulas uersi, ita ut decet, festum diem hilariter agerent: & hac anteactorum pœnitentia in futurum se munirent, ne in similes casus incurrerent. At illi sequentes eius monita cœperunt festum agere, quod cùm per octo dies feciſſent, digressi sunt in proprias patrias magnam gratiam Esdræ habentes ob reformatam rempublicam: quo factum est, ut post comparatam sibi apud populum egregiam gloriam, senex uita defunctus apud Hierosolyma sit magnificè sepultus. Quo tempore cùm etiam Ioacimus pontifex esset mortuus filius eius Eliasimus in sacerdotium ei successit. Cæterùm quidam ex captiuis Iudæis pincerna regis Xerxis Neemias nomine, deambulãs ante primariam Persarum urbem Susa, cùm hospites quosdam post lõgum iter exactum in urbem aduentãtes, Hebraicè inter se confabulari animaduertisset, accedens ad eos rogabat undénam uenirent, & audito quòd è Iudæa, rursum scisciatus est, quomodo se haberet ille populus & caput eorum Hierosolyma. Quibus malè se habere dicẽtibus, quòd eius mœnia diruta essent, & circumuicinæ gentes multa mala Iudæis inferrent, die noctéque agros excursionibus ac rapinis populãtes, & multos ex ea regione, atque adeò ex urbe ipsa captiuos abducentes, ita ut passim per uias reperiantur cadauera: fleuit Neemias motus popularium suorum miserijs, & sublatis oculis ad cœlũ: quousque, inquit, patieris Domine gentẽ nostrã tantis malis opprimi, ut simus præda omnium? Cunctante uerò illo apud portam, & ob hæc lamentante, accedens quidam nunciauit ei, regem iam accubitum ire. Ille confestim ita ut erat, non abluta facie ad ministerij sui functionẽ properat. Rex uerò post cœnam iam hilarior, uidens Neemiam subtristem, rogabat quid esset in causa. Tum ille Deum priùs precatus, ut suadæ gratiam priùs uerbis suis adderet: Quî possim, inquit, rex alium uultum sumere, aut mœrorem è corde ponere, quando audio patriæ meæ Hierosolymorum, in qua extant sepulchra maiorum meorum ac monumenta, & portas incensas esse, & disiecta mœnia? Sed oro hanc unam gratiam mihi concede, permitte mihi, ut profectus illò muros eius extruam & quod deest ad fabricam templi suppleam. At rex petitioni eius annuit, simulque literas ad satrapas commendatitias, ut & honorẽ ei haberent, & præberent quicquid cuperet. Quare desine, inquit, tristari, & posthac libens nobis ministra. Ibi Neemias adorato Deo, actisque regi pro tam ampla pollicitatione gratijs, abstersо à uultu omni mœrore, frontem exporrexit præ lætitia. Sequenti uerò die accitus, accepit literas regias, quas Sadæo Syriæ, Phœnices ac Samariæ præfecto redderet: in quibus mandabatur, de honore Neemiæ habendo, & de præbendis ei quibus ad ædificandum opus esset. Cùm igitur Babylonem ueniſſet, & multos à popularibus ultrò se adiungentes comites assumpsisset, tandem peruenit Hierosolyma, anno regni Xerxis uigesimoquinto: & ostensas priùs suis literas Sadæo magistro equitum collegisque eius reddidit. Conuocato deinde Hierosolyma uniuersо populo, stans in medio templi eos est allocutus: Viri Iudæi, scitis quòd Deus Optimus Maximus memor maiorũ nostrorum Abrahami Isaaci, & Iacobi, eorumque pietatis, qua illos quondam, eadem nos quoque prouidentia dignatur: & ecce illius fauore nunc apud regem obtinui, ut mihi permitteret mœnia nostra restituere, & quod superest ad absoluendũ templũ perficere. Quamobrem nũc ita faciendũ censeo, ut quoniã nõ ignoratis, quàm infensas habeamus gẽtes uicinas, & quòd cognita uestra in ædificãdo diligẽtia, nihil nõ moliãtur, quo uestros conatus, quantũ in se erit, impediãt: primùm forti animo sitis, & omnem fiduciã collocetis in Deo, qui facilè resistet illorum importunis inimicitijs: deinde nec die, nec noctu operis structuram intermittatis, sed omni cura id opus continuetis, quandoquidem nunc maximè tempestiuum est hoc facere.

Sacrificia sacerdotum & Leuitarum Deo oblata.

Scenopegiæ festum.

Esdras populo legem Mosaicã prælegit, & tandem

uita defungitur.

2. Esdr. 1. *Neemias nuncijs accipit de Hierosolymorum uastitate.*

A. M. 3526. Ante Chr. nat. 445.

Neemiæ precatio.

2. Esdr. 2. *Neemias à Xerxe comeatũ impetrat ad Hierosolymorum instaurationem.*

Neemiæ oratio ad reduces.

A. M. 3527. Ante Chr. nat. 444. 2. Esdr. 6.

Hæc

Hęc locutus, continuò iussit magistratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populum, attributo certo modo in singulos uicos & oppida: pollicitusque se quoque cum domesticis uelle adiutare impigrè, concionē dimisit. Iudæi uerò eius autoritate permoti ad opus se expediebant, quæ appellatio tùm primùm illis & regioni est indita, quando è Babylonia sunt reuersi, quia Iudæ tribus iam olim ea loca occupauerat. Eius rei fama ubi ad Ammanitas, ac Moabitas Samaritasque & Syriæ Cauę incolas perlata est, iniquè tulerunt, nec unquam cessauerunt insidiari, & conatus ipsorum impedire: interceptisque multis Iudæis, tentauerunt ipsum Neemiam per conductitios sicarios tollere: crebros etiam terrores eis incutiebant, rumores spargentes, quasi magni diuersarum gentium exercitus eos essent inuasuri, ita ut parùm abfuerit, quin hoc metu ab incœpto opere desisterent. Neemiam uerò nihil horum ab instituto deterrere potuit: sed stipatus aliquot satellitibus, intrepidus pergebat, præ nimio studio nullum laborem sentiens. Eam autem salutis propriæ curam non ideò habuit, quòd mortem timeret: sed quia certò sciebat, se extincto ciues suos non reparaturos mœnia. Iussit que in posterum ædificatores accinctos opus facere, & cæmentarius quidem non sine gladio erat, similiterq; qui materiā ei suggerebat: scuta uerò nō longè inde in promptu esse uoluit, & tubicines interuallo quingentorū passuum, ut sicubi se hostes aperuissent, signa canerēt, ut populus arreptis armis resisteret, néue inermis ab hoste posset opprimi. Ipse uerò noctu circumquaque urbem obibat, nunquam defessus aut opere, aut duritia uictus, & excubijs: nec cibo nec somno utens, nisi quantum postularet necessitas: atque ad hunc modum perdurauit duobus annis & tribus mensibus, tantum enim temporis elapsum est, donec absoluerentur mœnia, uigesimooctauo regni Xerxis anno, mēse nono. Perfectis muris Neemias & populus Deo sacrificauerunt, & octo dies in epulis transegerunt. Quę res ubi Syriæ gentibus est audita, graues indignationes in eis commouit. Neemias autem uidens non satis magnā in urbe populi frequentiam, persuasit circumquaque uicinis sacerdotibus & Leuitis, ut migrarent in urbem, inibi habitaturi, extructis eis de suo domicilijs: & agricolarum plebem decimas in urbem conferre iussit, ut esset unde sacerdotes ac Leuitæ uiuerent, ne auocarentur à diuino cultu ac cæremonijs: quod quidem illi perlibenter fecerunt: & hoc pacto factū est, ut urbs magis frequentaretur in posterum. Post hæc & alia multa honesta & laude digna opera, Neemias iam senex defunctus est, uir ad uirtutem & iustitiam natus, & in populares suos beneficentissimus, relicto sempiterno sui monumento in Hierosolymitanis mœnibus. Atque hæc Xerxe regnante gesta sunt.

2. Esd 4.6. *Hierosolyma trepidè instauran-tur.*

Neemiæ instau randis mœnibus Hierosolymit is ardens studium.

Hierosolymitana mœnia absoluta.

Neemias urbem frequentat habi tatoribus.

Neemiæ de sacerdotibus & Leuitis, cura.

Neemiæ mors.

Quomodo Artaxerxe regnante parùm abfuit, quin tota Iudæorum gens Amani dolo extingueretur. CAP. VI.

VI. *Assuerus rex Persarum. Esth. 1.* A. M. 3445. Ante Chr. nat. 526.

MOrtuo, regnum ad filiū eius Cyrum (quem Græci Artaxerxen nominant) peruenit: quo apud Persas regnante, in maximum periculum genus Iudæorum adductum est, ne cum uxoribus ac liberis deleretur, ob causam quam paulo pòst referemus. Priùs enim quædam de ipso rege dicenda sunt, quî factum sit, ut uxorem duceret Iudæam, fœminam ex regio genere natam, quam etiam nostræ gentis seruatricem fuisse ferunt. Artaxerxes enim post susceptum imperium, & constitutos ab India usque ad AEthiopiam CXXVII satrapas, anno regni tertio, amicos & duces gentiū Susis accepit epulo sumptuosissimo, ut decebat regem opulentum, magnificos centum octuaginta dierum apparatus ostentantem: deinde gentes, & earum legatos per continuos septem dies excepit conuiuio: id erat instructū in hunc modum. Tabernaculū fixit suffultum aureis & argenteis columnis, prætextum telis linteis & purpureis, multorum millium capax. In eo ministrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationem simul & miraculum factis. Mandauit etiam ministris, nequem, more Persarum, ad bibendū (continenter apponendo) cogerēt, sed arbitratu suo quenque appositis frui sinerent. Dimissis etiam per totam ditionē nuncijs edixit, ut feriati ab operibus, festum pro incolumitate regni diebus aliquot agerent. Regina quoq; Vaste pari modo mulierum in regia celebrauit conuiuium: quam rex ostendere conuiuis cupiens ad se accersiuit, pulchritudine omnes mulieres superantem. Illa uerò uolens Persarum leges seruare, quæ uxores uetant ab alijs præter domesticos conspici, non iuit ad regem: & cùm non semel ad eam eunuchos ea de causa misisset, nihilominus in negando fuit peruicax. Qua obstinatione mulieris offensus rex, dimisso conuiuio septemuiros illos, penes quos apud Persas legum est interpretatio, conuocat: & apud eos uxorem contumaciæ ream peragit, quòd toties uocata ab ipso in conuiuium, ne semel quidem paruisset: iubetque, quid sit iuris, proferre sententiam. Quorum unus Muchæus cùm pro sententia diceret, non ipsi soli

Assueri seu Artaxerxis epulū, & tabernaculum.

Persarum bibēdi mos.

Regina Vaste à rege cōtumaciæ accusatur, nec non postea

A ſoli factam iniuriam,uerumetiam Perſis omnibus, quibus periculum inſtet,ne deſpecti ab uxoribus inhoneſtam uitam degant in poſterum:quãdo nulla poſthac maritorum futura ſit reuerentia,dum cæteræ ſuo exemplum à reginę ſuperbia ſumunt, nihil ueritæ contra omnipotentem regem contumaciter agere:ſuaderetq́; tam contumacem erga ipſum mulctari grauiſsimè,idq́; decretum per omnes gentes promulgari uiſum eſt repudiari Vaſten,& honorem transferri in aliam mulierem. Rex uerò qui uehementer eã amabat,nec diſiungi ab ea ferebat,nec tamen retinere propter legem poterat,mœrebat quòd uoluntati ſuę non liceret ſatisfacere. Qua in anxietate uidentes eum amici,conſulunt,ut inutilem mulieris amorem ex animo eijciat, & facta per totum orbem formoſarum uirginum perquiſitione,quam alijs prætulerit optet ſibi coniugem:noua enim inducta prioris aboleri poſſe deſiderium,& eius

repudiatur.

Eſther 2.

B recenti conſuetudine amorem paulatim diſtractum in totum poſſe euaneſcere. Probauit rex cõſiliũ,moxq́; mãdauit certis hominibus,ut forma celebres uirgines,ex toto regno ſelectas, ad eum adducerent. Id mandatũ illis diligenter exequentibus,inuenta eſt Babylone Eſther, puella utroq; parente orbata,quæ apud patruum Mardochæum educabatur: is erat tribus Beniamiticæ,unus ex Iudæorũ primatibus. Hæc puella præ cæteris omnib. excellebat pulchritudine,& gratijs uultus in ſe oculos conuertebat. Itaq; uni eunuchorum commendata, tractata eſt apud eum delicatiſsimè,odoramentis atq; unguentis precioſiſsimis,quib. principes fœminæ corpus curare ſolent,quotidie delibuta. Atque hac tractatione per ſex menſes uſæ ſunt quadringẽtæ numero uirgines:quando uerò ſatis iam curatas exiſtimabat,& regis lecto tempeſtiuas, unam ſingulis diebus mittebat ad eum, qui poſt complexus eam protinus ad

Aſſuerus uirgines forma præſtantes mandat acciri.

Eſther delicatiſsimè tractata, et

C eundem eunuchum remittebat. Perducta uerò Eſthere, delectatus eius conſuetudine, & amore correptus,legitimam coniugem eam ſibi adiunxit,nuptiasq́ue celebrauit anno regni ſui ſeptimo,menſe XII,qui Ader dicitur: dimiſitq́ue quos Angaros uocant,per omnes gentes nuptiale feſtum eis indicens. Ipſe uerò Perſas & Medos, & primates aliarum gentium accepit conuiuio nuptiali,per menſem totum:& ingreſſæ regiam uxori diadema impoſuit: atque ita cum ea conuixit,non edoctus ab ea quonam eſſet nata genere. Patruus uerò eius & ipſe Babylone Suſa migrauit,ibiq́ue degens obuerſabatur quotidie circa regiam,ſciſcitans de puella quomodo ſe haberet: diligebat enim eam,haud ſecus,quàm propriam filiam. Rex autem legem tulit, ut nemo è domeſticis inuocatus cum accederet, tantiſper dum ſederet in regio ſolio: abhibitis in hoc etiam lictoribus cum ſecuribus, ut ſi quis contrà faceret,plecteretur capite. Rex interim uirgam tenebat auream, quam quoties aliquem ex

Aſſuero ſeu Artaxerxi nubit. A. M. 3449. Ante Chr. nat. 522.

Mardochæus Babylone Suſa migrat.

D inuocatis uenientibus ſeruare uellet,porrigebat ad eum: isq́ue uirgæ contactu eximebatur periculo. Et de his quidem hactenus dixiſſe ſufficit. Aliquanto deinde pòſt cùm Bagathous & Theodeſtes eunuchi conſpiraſſent contra regem,Barnabazus alterius ſeruus genere Iudęus,deprehenſas inſidias patruo reginæ indicat. At Mardochæus per ipſam regi inſidiatores prodidit. Rex uerò territus, ueritatem per quæſtiones inuenit: & illis in crucem ſuffixis, Mardochæo tunc quidem pro ſalute ſua, quam ei debebat, præmij nihil perſoluit, tantùm nomen eius in commentarios ſuos referri iuſsit & annotari, ipſum uerò uerſari in regia, receptum inter amicos regis neceſſarios. In eam regiam quoties Aman filius Amadathi, genere Amalecita,ad regem ueniebat,adorabant eum omnes tam Perſæ, quàm exteri,id

Mardochæus cõiurationem in regem detegit.

Amã adoratur. Eſther 3.

E q́ue ipſius Artaxerxis iuſſu. Mardochæo uerò propter ſapientiam, & patriam inſtitutionem non adorante hominem, ille cùm hoc obſeruaſſet, percontatus eſt cuias eſſet, & audito eſſe Iudæum,indignatus dixit,rem indignam,cùm ingenui Perſæ adorarent eum, ſeruum iſtum dedignari idem facere:uolensq́ue pœnas de Mardochæo ſumere,parùm putauit ipſum ad ſupplicium depoſcere,niſi gentẽ eius uniuerſam perderet, quòd eſſet natura Iudæis infeſtus:quãdoquidẽ Amalecitarũ gẽs,ex qua ipſe erat,à Iudæis uictorib. extincta fuerat. Igitur adito rege orſus eſt accuſationẽ, eſſe gentem quandã malam, ſparſam per uniuerſum ipſius regnum, inſociabilem, abhorrentem à cæteris hominibus, diuerſis ceremonijs & legibus utentem, infenſam & moribus & ſtudijs reliquorum populorum, & totius mortalium generis. Hanc gentem, inquit, ſi uis ſubditis tuis gratum facere,extirpabis

Mardochæus Amanem adorare recuſat.

Aman Mardochæum è uita ui tollere cogitat, ira concitus Iudæos accuſat, &

F funditùs, nemine uel captiuo uel ſeruo ſuperſtite relicto: & ne quid inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto tibi XL talentorum argenti millia, ſoluturus ubi iuſſeris, & libenter tanta pecunia cariturus, modò regnum tuum repurgetur ab iſta hominum colluuie. Hæc Amane poſcente,rex & argentum illud ei ſe remittere dixit,& homines eos concedere,ut de illis ipſe arbitratu ſuo ſtatueret. Aman autem uoto potitus,confeſtim edictum nomine regis per omnes nationes euulgat, in hanc ſententiam. Rex ma-

eos ad necem depoſcit. A. M. 3454. Ante Chr. nat. 717.

Aman uoto potitur.

gnus Artaxerxes CXXVII satrapis, qui Indiam inter & AEthiopiam prouincijs præsunt, hæc scribit Consecutus imperium tot gentium, & orbis quàm latè uolui dominatu potitus, A
Artaxerxis edictum aduersus Hebræos publicatum.
cùm nihil superbum aut sæuum in subditos admittere coactus fuissem, sed mansueto ac miti moderatus eos regimine, pacem in primis ac iuris tutelam procurassem, cogitaui quomodo hæc bona possent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudentiam & iustitiam mihi semper præ cæteris honorato, & ob egregiam fidem secundum post me locum obtinente Amane, esse permixtam hominum generi gentem inimicam, & suis quibusdam legibus utentem à cæteris diuersis, inobedientem regibus, & deprauatam moribus ac ritibus, nec monarchiam nec negotia nostra probantem, uolo ac edico, ut hos ab Amane mihi parentis loco habito indicatos, cum uxoribus & liberis perdatis, nemini eorum parcentes, neque miserationi plus quàm nostro edicto tribuentes: idque fieri iubeo decimatertia die duodecimi mensis præsentis anni: ut una die deletis in totum nostris hostibus, in posterum pace ac securitate frui nos liceat. Hoc edicto oppidatim per totam regionem sparso, omnes ad Iudæorum internecionem in diem præscriptum sese expediebant, idemque studium erat & Susis in urbe regia. Rex interim & Aman comiuijs uacabant & cõ- B
Mardochæus cognito regis edicto, luget Est. 4.
porationibus, perturbata ciuitate, & futuri expectatione suspensa. At Mardochæus re cognita, scissis uestibus, opertus sacco, & conspersus cinere ferebatur per urbem, iniquum facinus clamitans innocentem gentem internecioni esse addictam: & uociferando talia usque ad regium palatium delatus, ibi demum constitit, non enim fas erat illum tali habitu in regiam ingredi: nec alius erat Iudæorum habitus aut affectio in cæteris urbibus, quocunque regiæ
Habitus lugubris Iudæis usitatissimus.
literæ perlatæ fuerant, omnibus ob denunciatam sibi cladem lugentibus & lamentantibus. C
Esther causam percontatur luctus Mardochæi.
Vt uerò reginæ nunciatum est, Mardochæum in tam miserabili habitu stare pro foribus palatij, perturbata hoc rumore, misit qui ei uestimenta mutarent. Qui cùm id recusaret facere, quòd nondum cessasset causa, propter quam eum habitum sumpsisset, uocatum ad se eunuchum Achratheum, qui tum fortè aderat, misit ad eum, scisciatum quid mali accidisset homini, ut talem cultum sumeret, ac ne ipsa quidem rogante uellet deponere. Ibi
Mardochæus tristitiæ suæ causã Achratheo aperit.
Mardochæus omnem causam eunucho exponit ordine, & quòd edictum regium per uniuersam ditionem esset diuulgatum, & quantam uim pecuniæ pollicitus sit Aman, ut internecionem eius gẽtis à rege redimeret. Ad hæc exemplar edicti Susis propositi ad reginã perferendum ei tradidit, adiectis mandatis, ut supplex regem adiret, super hoc negotio, nec grauaretur pro incolumitate suę gentis ad tempus infra dignitatem sese demittere, & depre- D
Esther luctus Mardochæi circumstantius cognoscit, &
cari eius periculum. Amanem enim cuius secunda sit post regem dignitas, incitasse eum contra Iudæos accusationibus. Hoc cognito regina rursum Mardochæo nunciat, nec uocatã se à rege, & capitale esse inuocatum ad eum intrare, nisi ipse incolumitatem donare uolens uirgam auream protenderet: his enim solis impunè esse, quibus hoc fortè cõtingeret. Quibus ille auditis, rursum per eundem eunuchum orat eadem dicens: non oportere eam sic respectum habere salutis propriæ, sed potiùs uniuersi generis: si enim hoc nunc facere negligat, Deum quidem omninò laturum suis auxilium, ipsam uerò cum sua familia daturam
Iudæos pro se orare iubet.
pœnas, eis quos tunc contemneret. Tum Esther eodem nuncio iubet Mardochæum Susis concionem Iudæorum aduocare, & pro reginę salute triduanum ieiunium indicere: se quoque idem facturam pollicita cum ancillis domesticis, ac tum demum uel contra legem adi- E
Ieiunium Iudæorum triduanum, & preces.
turam regem, & mortem etiam libenter perlaturã, si ita usus ueniat. Paruit ille reginę, & indicto suis publico ieiunio, ipse quoq; supplex Deum precatus est, ne populũ suum deleri permitteret, sed quẽadmodũ antea sæpe saluti eorũ prospexisset, & indulsisset peccatorũ ueniã, tum quoq; eos à denunciato liberaret periculo, non enim sua culpa se ueniisse in discrimen infamis supplicij, sed ideo sęuire Amanẽ ira percitum, inquit, quòd soli Deo debitum adorationis honorem à se non tulerit, & propter diuinarum legum reuerentiam integrè seruatã, uniuerso generi moliti perniciem. Similes erant preces totius populi, rogantis Deum, ut eorum saluti prospiciat, & totum genus Israeliticum imminenti cladi eximat, quã uidebantur sibi habere præ oculis. Esther quoque supplicabat more patrio, humi in faciẽ prostrata, & F
Esther abdicato cibo & potu Deum inuocat.
amicta uestitu lugubri, per triduum abdicato cibo & potu & omnibus delicijs: rogabatque miseratus daret ei apud regem (quali maximè opus esset) facũdiam, & maiorem quàm antea formæ gratiam, ut modo utroque permotus rex ad clementiã, & in ipsam fiat indulgentior, & popularibus suis in extremo periculo constitutis patrocinantem æquis oculis aspiciat.
Fsth. 5. Esther regẽ adit.
Vtque in rege odium inimicorum ingeneret, omniumque imminentium in eorum perniciem, ni ipse auertat infortunium. His precibus solicitata per triduum diuina miseratione,

denuò

A denuò mutat habitum: & ſumpto cultu qui reginã decebat, cum duabus pediſſequis, quarum altera ſuſtinebat innixam leniter, altera à tergo ſinuoſam & fluentem in terram ueſtem ſummis attollebat digitis, ad regem uenit, rubore genas ſuffuſa, & maieſtate mixtam uenuſtatem præferens, nec omnino à metu libera. Quem ubi conſpexit ſublimem in ſolio, inſignemque cultu, diſtincto auro & gemmis ac unionibus, horror quidam eam repentè ſubijt: & fortè toruiùs eã ac ſubirato uultu inſpexerat: moxque exanimata fluentibus membris, in ſuſtinentem ad latus totam ſe reiecit. Rex autem non dubium quin uoluntate Dei mutatus extimuit, & ſolicitus ne quid grauius coniugi accideret, è ſolio ſe pripuit: blãdeque in ulnas exceptam refouebat ſuaui alloquio, iubens bono animo eſſe, ſecuram quòd inuocata uenerit. legem enim illam latam eſſe in ſubditos: ipſi uerò ut regni ſociæ, licere omnia. Hæc locutus ſceptrum in manum eius inſeruit, & ceruicem eius uirga permulcens aurea, à legis metu omnino fecit liberã. Illa hoc pacto refocillata: Domine, inquit, eloqui non poſsũ, quid mihi repentè acciderit, ut enim te conſpexi tanta maieſtate uerendum, continuò refugiens interiùs defecit me animus: & cùm hæc uerba ægrè languida & exili uoce protuliſſet, magis etiam ſollicitus, ſolari eam cœpit prolixiùs, paratum ſe quiduis gratificari pollicens, uel ſi dimidium regni ſibi depoſceret. Eſther autem hoc tantùm rogauit, ut ad cœnam ſibi paratam conuiua cum Amane amico ueniret. Quod cùm annuiſſet, ambóque ueniſſent, inter pocula uxorem iubet dicere quidnam peteret, nihil enim non impetraturam, etiamſi regni partem cuperet: illa in craſtinum differre ſe petitionem dixit, ſi modò liberet ei rédire cum Amane ad conuiuium. Id uerò liberiter annuente rege, Aman admodum lætus abijt, quòd ſolus tali honore dignatus fuiſſet, ut cum rege uocaretur à reginã ad conuiuium, quod nemini alteri contigerat. Sed cùm in palatio uidiſſet Mardochæum excanduit, quòd nullus ab eo ſibi honor exhiberetur: reuerſuſque domum aduocata uxore Zarazã, & amicis, apud eos denarrauit honorem, in quo eſſet tam apud regem quàm apud reginam: nam cùm ea die ſolus cum rege apud eam cœnaſſet, in craſtinum quoque ſe uocatum eſſe: unum ſibi eſſe permoleſtum, quòd Mardochæum Iudæum uideret in palatio. Cumque Zaraza diceret, oportere cùm lignum quinquaginta cubitorum parare, & mane petita à rege poteſtate Mardochæum in eam crucem tollere: comprobata ea ſententia, iuſsit familiares curare, ut eiuſmodi lignum erigeretur in ſuo palatio, paratum ad Mardochæi ſupplicium: id quod etiam mox factum eſt. Deus autem irriſit Amanis ſpem improbam, cui ſciebat euenturum longè aliud. D Nam ea ipſa nocte ſomnum regi ademit, qui nolens uigiliæ tempus perdere: ſed mallens in aliquod regni negotium id impendere, iuſsit ſcribã allatis commentarijs, res tam à ſe quàm à maioribus geſtas legere: quo legente, intellexit quendam ob rem egregiè geſtam donatum amplis poſſeſſionibus in regione, cuius nomẽ erat aſcriptum: alium ob fidem munera accepiſſe pretij maximi. tandem uentum eſt ad eum locum, qui continebat Bagathoi & Theodeſtis eunuchorum coniurationem, Mardochæi detectam indicio. Quo lecto cùm ſcriba ad aliud deinceps tranſiret, inhibuit eum rex, percontatus annon ſit adſcriptum, redditum ei aliquod præmium. Illo uerò negante quicquam tale ſcriptum, iuſsit eum deſinere, & quota noctis hora eſſet ſciſcitatus eſt ab eo, cuius hoc erat officium: & audito quòd eſſet iam diluculum, mandauit ut uiſerent quiſnam amicorum adeſſet pro palatij foribus, ſibique renunciarent. E Fortè autem Aman aderat, qui ſolito citiùs uenerat, rogaturus Mardochæi ſuppliciũ. Famulis uerò renũciãtibus, Amanẽ eſſe pro foribus, iuſsit eũ introò uocari, cui ingreſſo, Cùm ſciam, inquit, amicum te mihi præ cunctis beneuolum, rogo da mihi conſilium, quomodo poſſim pro mea magnificentia honorare quendam mihi admodum carum hominem. Tum Aman cogitans quamcunque ſententiam protuliſſet, in rem ſuam fore, quòd ipſe præ cæteris regi carus eſſet: indicauit ei quod putabat optimum, his uerbis: Si uis hominem, quem tibi ais dilectum, cumulare inſigni gloria, fac ut equo uehatur ueſtitus ſicut tu, & aureo torque ornatus: & unus aliquis ex intimis tuis amicis præconis ſpecie præcedat, clamans per totam urbem, quòd ſic honorabitur quem rex honorare uoluerit. Id conſuluit Aman putans hunc honorem ad ſe uenturum. Rex uerò lætus: Ergo, inquit uade, & ſumpto F equo ueſte ac torque, Mardochæum Iudæum quære, & ſic ornatum equo inſidentem ipſe præcede, agens præconem interim, nam tu amicus es intimus, & conſilium quod dediſti exequêris, optimè, debetur enim honor hic meæ uitæ conſeruatori. His præter omnem ſpem auditis uix fuit compos animi, & cùm non haberet, quid aliud faceret, exiuit cum equo, purpura & torque aureo: inuentumque ante aulam Mardochæum ſacco amictum, iuſsit eo depoſito induere purpuram. Qui ueritatem rei neſciens, ſed illudi ſibi putans: ſceleſtiſsimè,

conſpectore rege exhorruit.

Regis uultu excepta ſuaui alloquio refouetur &

Refocillata regis inuitat ad conuiuium

Amanis arrogantia, & ambitio.

Aman mœre conſultrice Mardochæo crucem erigit.

Conſuetudo in Rege laude diguiſſima. Eſth. 6.

Mardochæus amicus regis Artaxerxis cariſſimus recenſetur. &

ab Amane etiã inuito ſecundum Artaxerxis bene placitum honoratur.

habitu regio ornatur, atque regi præcunte bene uolus proclamatur.

in quit, adeóne calamitati nostræ insultas. Persuasus tandem, quòd rex hoc ei præmium pro accepta salute redderet, proque detectis eunuchorum insidijs, induit purpuram, qua rex ipse uti erat solitus: & ornatus torque, conscensoque equo urbem obequitabat, præcedente Amane & clamante: Sic honorabitur, quem rex honorare uoluerit. Perlustrata deinde urbe, Mardochæus ad regem ingreditur. Aman uerò præ pudore domum se contulit, & cum fletu uxori ac amicis, quæ contigerant, narrauit. Responderunt illi, ademptam iam ei omnem potestatem uindicandi in Mardochæum, quandoquidem illi manifestè Deus sit propitius. Hęc illis adhuc colloquentibus, uenerunt Estheris eunuchi, Amanem sine mora ad cœnam uocaturi: quorum unus Sabuchades uisa cruce defixa in ipsius ædibus: quę parata erat Mardochæo, sciscitatusque è quodam famulo in quem usum parata esset: ut cognouit quòd reginæ patruo, quem Aman uolebat à rege ad suppliciũ deposcere, tunc quidē siluit.

Esth. 7.

Esther Amanem accusat apud regem.

Cæterùm postquam rex cum Amane suauiter epulis acceptus, iussit reginam indicare quid nam eum sibi largiri cuperet, accepturam quicquid petierit: cœpit deplorare periculum sui populi, dicens se ad interitum cum tota sua gente deditam, & ideo nunc ea de re uerba facere. Neque enim se negotia eius interpellaturam fuisse, si in amaram seruitutem uendi eos iussisset, quòd mediocrem hanc calamitatem duceret: nunc uerò orare, ut se ab imminenti clade eripiat. Quærente autem rege quisnam hoc moliretur, iam apertè accusando in Amanem inuecta est, dicens, hunc quòd pessimè erga eos affectus esset, autorem talis consilij. Tum rex turbatus exilijt, & recepit se in hortos è conuiuio: & Aman paratum sibi iam intelligens infortunium, cœpit apud reginam peccatum suum agnoscere, & precari ueniam: simulque in lectum eius procubuit. Interim superueniens rex, & hoc uiso magis etiam commotus: Scelestissime, inquit, etiam uim uxori meæ inferre uis. Amane autem ad hanc uocem exterrito, & ne hiscere quidem ualente, ibi Sabuchades eunuchus accedens accusabat Amanem, quòd in ædibus eius inuenisset crucem Mardochęo paratam, id enim sibi compertum ex ipsius famulo, cùm ad inuitandum eum uenisset, esseque eam crucem altam quinquaginta cubitos. Quo audito rex decreuit non alio ipsum afficere supplicio, quàm quod in Mardochæum excogitauerat: iussitque ut confestim in eam crucem sublatus necaretur. Subit hic mihi admirari diuinam potentiam, iustitiamque ac sapientiam uel ex hoc facto colligere, qui non solùm Amanem merito supplicio tradidit, uerum etiam pœnã in alterum excogitatam, in caput inuentoris illo insćio conuertit. Atque ita Aman immodicè amicitia regis usus perijt, & facultates eius reginæ donatæ sunt. Mardochæus autem à rege accitus, qui iam cognatum esse coniugis ex ipsa didicerat, annulum accepit ab eo, qui priùs Amani fuerat concreditus, regina uerò possessiones Amanis ei largita est: rogauit deinde regem, ut Iudæis præsentem de uita metum adimeret, docens eum de Amanis Amadathæ filij literis, sparsis quàm latè pateret imperium, neque enim se posse uiuere, nisi & patria salua, & suis popularibus. Rex autem pollicitus est, nihil ipsa inuita se mandaturum, neque uoluntati eius ulla in re contrà iturum. Permisit etiam, ut ipsius nomine quicquid uellet de Iudæis scriberet, & regio sigillo obsignatas literas per omnes prouincias dimitteret: confirmatas enim regio signaculo, autoritatem habituras apud omnes, qui eas legerint, & contradicturum eis neminem. Accitis igitur scribis regijs, iussit eos pro Iudæis scribere, ad magistratus omnium gentium, quæ sitæ sunt Indiam inter & AEthiopiam, sub centum XXVII. satrapis, quarum literarum exemplum hoc fuit: Rex magnus Artaxerxes magistratibus nostris fidelibus S. Multi elati magnitudine honoris & beneficiorum, quæ ex nimia conferentium bonitate percipiunt, non solùm erga inferiores exercent superbiam, uerumetiam contra ipsos autores beneficij non uerentur insolescere, quantum in se est tollentes omnem omnino gratitudinem, quæ usquam est inter homines: & corrupti inopinata felicitate, abutuntur ea contra illos, per quos eam adepti sunt, nec Deum quidem timentes, cuius numen putant se posse fallere. Ex his quidam propter amicitiam præpositi cum potestate administrandis publicis negotijs, priuatis indulgent odijs: & decipientes eos quos penes summum est imperium, falsis criminibus ac calumnijs efficiunt, ut indignentur innoxijs, atque ita miseros adducunt in salutis periculum: id quod non è priscis exemplis aut fama auditis uobis potest esse perspicuum, sed ex facinore quod sub nostris admissum est oculis: ut posthac non oporteat mentem adhibere qualibuscunque criminibus, uel potiùs calumnijs, sed de cognitis causis iudicare: & si quidem peccatum sit, seuerè animaduertere: sin contrà, absoluere: & rebus non uerbis credere. Namq; Aman filius Amadathi, genere Amalecita, & externi non Persici

Aman reginæ peccatum fatetur, atque ueniam precatur,

à Sabuchade insidiarum Mardochæo structarum accusatur, & tandem

ipse Aman in crucem tollitur. Esth. 8.

Mardochæo regis sigillum & Amanis possessiones traduntur.

Artaxerxis edictum, quo Iudæorum supplicia reuocãtur.

sanguinis

A sanguinis, hospitij iure primùm receptus, deinde per nostram bonitatẽ in tanto honore habitus, ut patris appellatione eum dignaremur, & adorari iuberemus, atq; secundum post nos locum obtinere, felicitatem suam ferre non potuit, neque sobria mẽte magnitudinem honoris metiri: sed regno meo struxit insidias, & eo cui uitam & imperium debeo, benefactore ac seruatore Mardochęo priuare me uoluit, simulq; uitæ ac regni socia Esthere, malis artibus petitis ad interitũ. Sic enim orbato mihi hominibus amicissimis, imperium postremò uoluit adimere. Ego uerò quoniam à scelesto homine destinatos neci Iudæos non malos esse compertum habeo, sed optimis institutis uiuere, ac Deum colere eum, qui & maioribus meis & mihi largitus est, & seruat hoc imperium, non solùm absoluo eos à pœna, quæ prioribus continetur literis, per Amanem ad uos transmissis, quibus mentem adhibere non de-

B betis: uerùm etiam uolo, ut eos omni honore prosequamini. Nam eum, qui his perniciem molitus est, cum tota familia pro portis Susorum in cruces suffixi, omnipotente Deo iustissimas pœnas ab eo exigente. Iubeoq; ut transcriptis in plurima exempla, & per totam nostrã ditionem uulgatis his literis, Iudæos sinatis suis legibus in pace uiuere: eisq; sitis auxilio, ut possint pœnas sumere de illis, qui eorum aduersis temporibus iniurias eis fecerunt: idq; decimatertia die mensis duodecimi, qui est Adar: quandoquidem Deus eam diem pro internecina salutarem eis esse uoluit: quæ quidem felix sit ijs, qui nobis benè cupiunt, & monumẽtum ultionis de insidiarum machinatoribus. Notum sanè esse uolo omnibus & urbibus & gentibus, quòd quæcunq; aliquid ex his, quæ nunc mandamus per inobedientiam facere neglexerit, ferro & igni uastabitur. Atq; hæ literæ proponantur per uniuersam nostrã ditio-

C nem, & accingant se utiq; in præscriptam diem, ut se de inimicis suis uindicent. Cum his literis continuò ueredarij per omnes uias dimissi sunt. Mardochæum uerò cultu regio coronaq; aurea & torque ornatum è palatio prodeuntem, ut uidêre Iudæi, felicitatem eam sibi quoque communem interpretati sunt. Ingens præterea gaudium, quasi noua salutis luce oborta, dum per singulas urbes proponuntur regiæ literæ, Iudæos omnes quotquot uel oppida uel agros habitarent occupauit: ita ut multi aliarum gentium, metu eorũ circũcidentes uerenda, securitatem sibi hoc pacto quærerent. Nam ad decimamtertiam diem mensis duodecimi, qui Hebræis Adar, Macedonibus Dystrus dicitur, perlatæ literæ regiæ animabãt Iudæos, ut qua die ipsis imminebat exitium, ea in inimicos impunè sæuirent: quo factum est ut procuratores, magistratus, satrapæ, tyranni, reges in pretio Iudæos haberent, omnibus

D modestiam indente metu ex Mardochæo. Post diuulgatas enim ubique regias literas, etiam apud Susa interfecerunt Iudæi, ex inimicis suis circiter D. homines: & cùm rex coniugi indicasset cæsorum intra mœnia numerum (nam incompertum esse quantus sit in alijs ciuitatibus) rogaretq; ecquid ampliùs uellet, potituram enim cupitis: rogauit illa, ut permitteret Iudæis, sequenti quoque die in reliquias inimicorum ad eundem modum desæuire, & decem Amanis filios in crucẽ agere: & id quoq; Iudæis concessum est, rege nolente Esthera in ulla re contradicere. At illi rursum cateruatim decimaquarta Dystri discurrentes, occiderunt fermè trecentos ex aduersarijs, ne minimum quidem attingendo ex eorum facultatibus: per alia uerò oppida eodem Iudæorum incursu perierunt LXXV millia eorum, qui pro inimicis sunt habiti: quæ cædes decimatertia die patrata est, sequentẽ uerò festis attri-

E buerunt epulis. Apud Susa quoq; quartamdecimam sequentis mensis per festos cœtus celebrauerunt: unde hodie quoq; per totum orbem Iudæis hi dies festi sunt, & partes de conuiuijs sibi mittũt inuicem. Scripsitq; Mardochæus omnibus sub Artaxerxis dominatu, de gentibus Iudæis, ut uniuersi hos dies festos agerent, & posteritati quoq; traderent, ut sempiternum id festum ad perpetuam rei memoriam maneret. Aequum namq; esse, ut cùm per eos dies dolis Amanis in salutis discrimen adducti fuerint, tam suæ liberationis, quàm de inimicis uin dictæ memoriam celebrent, & pro tanto beneficio Deo agant gratias. Quamobrem ea festa per eos dies obseruant, Phruræa uocãtes, quasi conseruatoria. Cæterùm Mardochæus illustri loco apud regem fuit, uir præpotens, regi administrationis, reginę uerò etiam uitę socius: quorum opera Iudęorum res floruerunt, suprà quàm uel sperare potuissent.

F Atq; hæc ferè sunt, quæ sub hoc rege genti nostræ euenêre memorabilia.

Aman non pẽ-tit commoda aequa mente pati, &

suo regi Artaxerxi simul & Mardochæo, ne de rege meritò, insidiatur.

Iudæorum decus & gaudiũ ingens.

Iudæorum inimici interficiuntur.

Amanis filij decem in crucem agũtur.

Iudæorum epulum, &

festa, Phruræa. A. M. 3463. Ante Chr. nat. 508.

Mardochæus maximæ apud regem æstimationis.

Bagoses, penes quem Artaxerxis iunioris exercitus fuit imperium, multis iniurijs Iudæos afficit. CAP. VII. A

VII. *Bagoses templũ Hierosolymitanum polluit.* A.M. 3599. Ante Chr. nat. 372. *Fratricidium à Pontifice Ioanne commissum.*

POst Eliasibi autem pontificis obitum, sacerdotium eius Iudas filius iure hæreditario suscepit: & huic quoque defuncto successit Ioannes filius, qui in causa fuit, ut Bagoses Artaxerxis copiarum imperator templum pollueret. Idem dux etiam tributa Iudæis imposuit, ut prius quàm quotidianas hostias offerrent, in singulos annos ex publico quinquaginta drachmas penderẽt: idq; ita ob hãc causam accidit. Erat Ioanni frater Iesus, huic quòd amicus esset Bagoses, pontificatum se daturum est pollicitus: hac fiducia Iesus cũ liberiùs cũ fratre in templo altercaretur, re usq; ad rixã progressa, tantã bilem mouit fratri, ut ab eo per iram interficeretur, quæ quidem impietas fuit longè maxima, præsertim in homine sacerdote: & quod grauius est, nullum tale impietatis exemplum extat uel B apud Græcos, uel apud Barbaros. Deus certè hanc iniuriam non dissimulauit, sed & populus hac de causa libertatem amisit, & templum pollutum est à Persis. Nam Bagoses dux cognito quòd pontifex proprium fratrem in templo interemisset, superueniens Iudæis iratus clamitabat: Ausi estis sceleſti in templo uestro cædem perpetrare? & cùm conatus templũ ingredi

Fratricidij pœna executa. arceretur: Quid, inquit, an me putatis impuriorem quàm cadauer quod iacet in templo? & his dictis ingressus est: atq; hac occasione per septennium eius cædis pœnas à Iudæis exegit.

Iaddus Pontifex. Mortuo deinde Ioãne, pontificatũ accepit filius eius Iaddus: huic quoq; frater fuit Manasses nomine: cui Sanaballetes missus in Samariã à Dario rege ultimo satrapa, Cuthæus genere,

Samaritarum origo. unde & Samaritis origo est, sciens insignem esse urbem Hierosolyma, regesque eius multa negotia tam Assyrijs, quàm Syris exhibuisse, libenter nuptum dedit filiam Nicaso, ratus C connubium hoc ceu uadem futuræ cum Iudæorum gente amicitiæ.

Quanta Alexander Macedonum rex in Iudæos beneficia contulerit. CAP. VIII.

Philippus rex occiditur. A.M. 3636. Ante Chr. nat. 335. *Alexander imperio Macedonico præsidet.*

POdem tempore Philippus Macedonum rex, apud AEgeas oppidum à Pausania Cerastæ filio ex Orestarum gente insidijs interceptus perijt. Eius filius Alexander paternum regnum adeptus traiecto Hellesponto, congressus ad Granicum flumẽ cum Darij ducibus egregiè uicit: subacta deinde Lydia & Ionia, ductoque per Cariam exercitu inuasit in Pamphyliam, sicut alibi dictum est. Hierosolymorum autem seniores ægrè ferentes Iaddi pontificis fratrem, & quodammodo collegam duxisse externi generis fœminam, tumultuabantur, rati gradum factum ad antiquandas patrias leges de connubijs, atque ita fore, ut paulatim misceantur profanis gentibus. Nam & prioris captiuitatis D & malorum quæ secuta sunt causam fuisse, quòd quidam contra legem peccantes duxissent uxores non sui generis. Postulabant igitur, ut Manasses aut dimitteret uxorẽ, aut nõ ampliùs ad altare accederet. Et cùm pontifex quoq; ab altari eum arceret, profectus Manasses ad Sanaballetem socerum, se quidem amare dixit filiam eius Nicaso, nolle tamen propter eam priuari sacerdotio, qui honor & gentilitius sit ipsi, & apud Iudæos semper in maxima existimatione fuerit. Ad hæc cùm Sanaballetes respondisset, se illi non sacerdotium tantùm seruaturum, sed & pontificatum paraturum, & totius suæ prouinciæ principem eum facturum, modò filiam suam uxorem retineat: ædificaturumque templũ Hierosolymitano simile in monte Garizin, qui imminet Samariæ reliquis montibus celsior: idque polliceretur ex consensu regis Darij se facturum: elatus tali spe Manasses mansit apud socerum, putans se pontificatum dante rege consecuturum. Iam enim Sanaballetes erat senior. Cumque multi sacerdotes & Israelitæ intricati essent eiusmodi coniugijs, non leuiter turbabatur Hierosolymorum respublica: omnes enim hi deficiebant ad Manassem, Sanaballete præbente eis & pecuniam & agros ad colendum & domicilia, ac modis omnibus adiutante ambitionẽ generi. QVO tempore Darius audito quòd Alexander traiecisset Hellespontum, & prælio uictis ad Granicum suis satrapis ulteriùs procederet, contractis tam pedestribus quàm equestribus copijs decreuit Macedonibus occurrere, priusquam totam Asiam sibi subijcerent. Itaque ultra Euphratem traducto exercitu, & superato Tauro monte Ciliciæ, statuit in ea prouincia hostem excipere prælio. Sanaballetes autem lætus descensu Darij, aiebat se mox præstiturum Manassi pollicita, quàm primùm rex reuerteretur post uictoriam: persuasum enim erat non F ipsi tantũ, sed & omnib. Asiaticis, ne primũ quidẽ congressum expectaturos Macedonas, tãto inferiores numero: sed lõgè alius fuit euẽtus, q̃ ipsorũ opinio. Rex. n. collatis cũ Macedonibus signis uictus est, & magna exercitus parte amissa, matre etiã & uxore cũ liberis in hostiũ potestatẽ redactis, fugit in Persidẽ. Alexãder uerò in Syriã ueniẽs cepit Damascũ, & occupata Sidone Tyrũ quoq; oppugnabat: scriptisq; ad Iudæorũ põtificẽ literis petebat auxiliũ, & ut forũ rerũ uenaliũ præberet exercitui: & ut quæ priùs Dario conferre sit solitus, nunc det Ma-

VIII. *Alexandri in Asiam expeditio.* A.M. 3638. Ant. Chr. nat. 333. *Darius Macedonibus exercitu occurrit, & ab Alexandro uincitur.* A.M. 3639. Ant. Chr. nat. 332. *Alexander Tyrũ oppugnat. Alexander à Iudæis deditionem postulat, &*

cedoni-

A cedonibus,prælata eorum am icitia,fore enim,ut illum non pœniteat.Cumq; pontifex nun cijs reſpondiſſet,ſacramento ſe obligatum Dario, ne arma contra eum ſumeret, idq; ratum fore quàm diu ille uixerit: iratus Alexander Tyri quidem oppugnationem non omiſit, qua breui potiturus uidebatur: minatus eſt tamen hac capta mox ſe ducturum contra pontificem, ut omnes diſcant, cui iuſiurandum ſeruari oporteat. Quare non parcens labori, tandem Tyrum expugnauit, & conſtitutis in ea rebus Gazam profectus, in ea Babemeſem Perſici præſidij præfectum obſedit. Interea Sanaballeres ratus iam adeſſe tempus, à Dario defecit: & aſſumptis octo millibus de ſua prouincia,in Alexandri caſtra ſe contulit. Cumque offendiſſet eum Tyri oppugnationem aggredientem, & ſuam prouinciam eius fidei commiſit,& hunc pro Dario dominum libenter agnouit: à quo obuijs manibus exceptus, liberè

B iam quid uellet elocutus, ait ſe generum habere Manaſſem, Iaddi Iudæorum pontificis fratrem: eum ſequi multos illius gentis homines,& uelle in ſua prouincia templum extruere: idq; fore in rem ipſius regis, ſi diuidatur Iudæorum potentia: ne fortè de communi ſententia rebellantes,multum negotij regibus faceſſant,quemadmodum ſoliti fuerint Aſſyrijs imperantibus. Quod ubi impetratum eſt, omni ope adnitens templum ædificauit, & Manaſſem eius ſacerdotem conſtituit, ampliſſimum hunc honorem filiæ ſuæ poſteris relicturum ſe exiſtimans.Septem autem menſibus in Tyri oppugnatione, & Gazæ duobus abſumptis, Sanaballetes fato functus eſt: Alexander uerò expugnata Gaza Hieroſolyma properè petijt.

Tyrum expugnat. A.M. 3640. Ante Chr. nat. 331.

Alexander Gazam occupat.

C Iaddus uerò pontifex poſtquam hoc audiuit, ſolicitus hærebat inops conſilij, nec inueniens quomodo regem deberet excipere, iratum eò quòd antea neglexiſſet imperata eius facere. Ergò indictis populo ſupplicationibus, & immolatis Deo uictimis,ad opem eius confugit, illi publicam ſalutem commendans. Proxima deinde poſt ſacrificium nocte, in ſomnis ei Deus apparuit, iubens ut bono eſſet animo,& coronata urbe portas aperiret: utq; populus in albis ueſtibus prodiret obuiam,ipſe uerò cum reliquis ſacerdotibus ſolenni cultu ſui ordinis, ſecuri de Dei prouidentia. Experrectus autem è ſomno, lætus ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus, ut in ſomnis præmonitus fuerat, regis aduentum præſtolabatur: & cùm renunciatum eſſet, eum iam non procul ab urbe abeſſe, progreſſus

Deus Iaddo in ſomnis apparuit, & eum conſolatus eſt.

Alexandro obuia exeunt Iudæi.

eſt cum ſacerdotibus, & urbana multitudine, pompa quadam noua & uenerabili uſque ad locum,qui dicitur Sapha, quæ uox ſpeculam ſignificat: quòd ibi & urbs & templum in

Sapha locus quid denotet.

D proſpectu ſit. Et cùm Phœnices ac Chaldæi ſperarent ſibi licere quicquid iratus rex poſſet permittere, direptionem urbis, & pontificis exquiſitum ſupplicium, planè contrarium euenit. Alexander enim ut uidit è longinquo candidatum populum, & ſacerdotes ante agmen in amictu byſsino, pontificemq; in ſtola hyacinthina auro diſtincta, tiaram in capite geſtantem, cum præfixa aurea lamina inſculpta Dei nomine: ſolus ad eum accedens nomen illud adorauit,& primus ſalutauit pontificem.Iudæis autem omnibus uno ore Alexandrum conſalutantibus, & in orbem cingentibus, Syriæ reges & reliqui obſtupuerunt, uix credentes regem mentis compotem: ſolus Parmenio propius accedens rogauit familiariter, quid ita cùm ipſe adoraretur ab omnibus, nunc adoraret Iudæorum pontificem? At

Alexander Iaddum Pontificem ſibi obuium familiariter excipit.

ille non hunc ſe adoraſſe reſpondit, ſed Deo, cuius pontifex eſſet, honorem eum exhibuiſſe. hunc enim, inquit,uidi & antea hoc ipſo habitu, cùm adhuc eſſem in Dio Mace-

E doniæ, qui me deliberantem quomodo Aſiam poſſem ſubigere, hortatus eſt forti eſſe animo, & ſine mora exercitum traijcere. nam ſuo ductu potiturum me Perſarum imperio. Quapropter quia nunc primùm talem habitum uidi, agnoſcens hunc, & uiſionis memor, quæ me ad hanc expeditionem impulit, puto me non ſine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore uictoriæ compotem: & ſublato Perſarum imperio, ceſſura mihi omnia exſententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus pontificem, deducentibus ſacerdotibus in urbem peruenit, & cùm aſcendiſſet in templum, immolauit Deo ex ſacerdotis præſcripto, ac pontifici quoque ſuum honorem exhibuit:

Hieroſolymam peruenit.

ſacrificium Deo offert.

oſtenſoque ſibi Danielis libro,in quo Græcum quendam Perſas debellaturum ſignificabat, hunc ipſum ſe eſſe interpretatus, lætus dimiſit multitudinem. Sequenti uerò die uocatis

F eis, iuſſit ut quicquid uellent peterent. Pontifice autem petente, ut patrijs legibus uiuere ſibi liceret, utque ſeptimo quoque anno concederetur eis tributorum immunitas, conceſſit omnia. Rogantibus deinde,ut eos quoque Iudæos,qui Babyloniam ac Mediam colerent, ſineret uti inſtitutis proprijs, hic etiam poſtulatis eorũ ſatisfacturũ ſe eſt pollicitus. Et cùm feciſſet eis poteſtatẽ,ſi qui uellent ſaluis ſuis ritibus ſequi eius militiã, multi in eã expeditionẽ dederũt nomina. Atq; his apud Hieroſolyma actis, mouit inde in alias propinquas urbes

immunitatẽ tributorum conceſſit, & utendi proprijs inſtitutis facultatem largum eſt.

exercitum: cumque ab omnibus amicè exciperetur, Samaritæ, quorum tunc caput erat Sicima, ſita ad montem Garizin, & habitata à deſertoribus gentis Iudaicæ, uidentes quòd Alexander Iudæos tractaſſet tam magnificè, decreuerunt ſe quoque Iudæos profiteri. Sunt enim Samaritæ hoc ingenio, ut & antè diximus, in rebus Iudæorum afflictis, negant ſe cognatos, ueritatem tunc dicendo: cùm uerò affulgere eis fortunam uiderint, confeſtim in ſocietatẽ irruunt, attinere ad ſe affirmando, & à Ioſepho eiusque filijs Manaſſe & Ephræmo ſeriem generis ſui deducendo, Igitur ſplendido paratu, & magnam alacritatem præ ſe ferentes, regi occurrunt penè in Hieroſolymitano agro: collaudatisque ab Alexandro omnibus, Sicimitæ eum adeunt, aſſumptis ſecum militibus, quos Sanaballetes miſerat: rogantes, ut inuiſat ipſorum urbem, & illud quoque templum præſentia ſua honoret. Ille pollicitus eſt hoc in reditu ſe facturum: cumque poſtularent, ut ſeptimi anni tributum ſibi remitteretur, nam ne ſe quidem in eo ſeminare: quæſiuit quinam eſſent qui hoc rogarent: illis uerò dicentibus, Hebræos quidem ſe eſſe, ſed Sicimitas uocari à Sidonijs: iterum quæſiuit an Iudæi eſſent. Negantibus illis, Equidem, inquit, Iudæis id conceſsi. Reuerſus tamen, & re diligentiùs cognita, faciam quod æquum uidebitur, atque hoc pacto Sicimitas dimiſit. Sanaballetis autẽ milites iuſsit, ut ſe in AEgyptum ſequerentur: ibi enim ſe agros eis diuiſurũ: id quod paulò pòſt fecit in Thebaide, iuſsis ei regioni eſſe præſidio. Poſt obitum autem Alexandri, imperiũ quidem eius inter ſucceſſores eſt diuiſum: templũ uerò in Garizin monte ſitum manſit incolume: & ſi quis apud Hieroſolymitas aut illiciti cibi ſumpti, aut uiolati ſabbati, aut ſimilis criminis reus ageretur, ad Sicimitas confugiebat, calumniam ſe paſſum dictitans. Eodem uerò tempore etiam Iaddus pontifex obierat, Onia filio ſucceſſore: atque in eo ſtatu res Hieroſolymitanæ tunc fuêre.

Samaritæ ab Alexandro liber tatem ſuo iure uiuendi petunt, atque rebus iam proſperis Iudæorum ſe ſocios eſſe profitentur.

Templi Garizin aſylum.

Onias pontifex Hieroſolymitanus

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER DVODECIMVS.

A.M. 3648 Ante Chr. nat. 323.

Ptolemæus Lagi filius dolo occupatis Hieroſolymis cum reliqua Iudæa, multos inde in Aegyptum traducit. CAP. I.

Alexandri mors.

ALEXANDER Macedonum rex in ſuam poteſtatem redacto Perſarum imperio, & conſtitutis ut iam dictum eſt, Iudæorum rebus, uitam finijt. Imperio uerò in multos ſucceſſores diſtracto, Antigonus Aſiam occupat, Seleucus Babylonem cum uicinis gentibus, Lyſimachus Helleſpontum, Mecedoniam Caſander, Ptolemæus Lagi AEgyptum. Qui dum ſeditionibus agitantur, & de imperio contendunt: durante longo bello, & urbes multæ afflictæ ſunt, & habitatores earum plurimi per diuerſa præliorũ certamina deſiderati ſunt: id q⁹ tota Syria tum paſſa eſt ſub Ptolemæo Lagi, quẽ præter meritum Soterem appellabant. Is Hieroſolyma occupauit, dolo tamen circumuẽta. Ingreſſus. n. urbẽ ſabbato, uelut ſacrorũ gratia, Iudæis nec arcẽtibus (quòd nihil hoſtile ſuſpicarẽtur) & alioquin eũ diẽ in otio & quiete agentib. ſine difficultate potit⁹ dominatu acerbè eã & inclemẽter tractauit. Atteſtatur nobis Agatharchides Cnidius, qui ſucceſſorum Alexandri res geſtas cõſcripſit, ſuperſtitionẽ nobis exprobrans, q⁹ propter eam libertatem amiſerimus. Sic enim ſcribit: Eſt gens, quę Iudæorũ dicitur, urbem incolens magnam & bene munitã, nomine Hieroſolyma, hãc paſſi ſunt in Ptolemæi poteſtatem peruenire: & dum propter ſuperſtitionem grauantur arma ſumere, grauem dominum recepe-runt. Et Agatharchides quidem de noſtris hominibus hæc prodidit. Cæterùm Ptolemæus multos captiuos, ex montano Iudææ tractu, & Hieroſolymorum uicinia, Samariaque & Garizin monte in AEgyptum traductos, iuſsit ſedes ibi figere: & cùm Hieroſolymitas pertinaciſsimè iuriſiuraudi fidem ſeruare compertum haberet ex reſponſo, quod Alexandri legati poſt Darij cladem dederãt, multa ex eis præſidia diſpoſuit per arces: & cùm eis apud Alexandriam

Alexandri ſucceſſores imperiũ Macedonicum diſtrahũt prælijs commiſsis.

Hieroſolyma Ptolemæi Lagi dolo occupata, & cladibus affecta.

A driani ius ciuitatis,pari cum Macedonibus cõditione,dediſſet, ſacramento omnes deuinxit, ſeruaturos fidem poſteris eius,qui eis illa credidiſſet.Non pauci præterea reliquorũ Iudęorũ ſponte in Aegyptum migrauerunt, partim ubertate terræ allecti, partim Ptolemæi erga ſuã gentem liberalitate. Seditiones tamen continuæ erant inter eorum poſteros & Samaritas, inſtituta patria peruicaciter retinentes: pugnabantq; inter ſe iugiter, dum Hieroſolymitani ſuum templum ſacroſanctum eſſe affirmant, & uictimas à Iudæis non aliò mittẽdas: Samaritæ contrà in montem Garizin eas mitti debere contendunt.

Seditiones de templo inter Iudæos & Samaritas exortæ.

Ptolemæus Philadelphus Iudæorum legem in Græcam linguam uertit, & multis eius gentis captiuis dimiſſis, donaria multa Deo in templo eius dedicat.

CAPVT II.

II.

Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex.

B POST hunc Piladelphus aſſumpto Aegypti regno, quod per annos undequadraginta tenuit,& legem transferri in Gręcam linguam curauit,& Hieroſolymitas in Aegypto ſeruientes liberos dimiſit,numero cẽtũ uiginti milliaidq; ex huiuſmodi cauſa. Demetrius Phalereus regiarum bibliothecarum,præfectus, dabat operã, ut,ſi fieri poſſet,omnes totius orbis libros colligeret, coemens quotquot ubicunq; audiſſet cognitu dignos,aut cupiditati regis gratos,cuius præcipuum erat in congerendis codicibus ſtudium.Hic rogatus aliquando à Ptolemæo quàm multa millia iam comparaſſet, ait ſe iam habere circiter ducenta millia, ſed breui habituram quingenta millia: præterea indicatum ſibi,multos eſſe apud Iudæos, qui leges eorũ ſcriptas contineant, dignos cognitu & bibliotheca regia: eſſeq; ſcriptos ipſorum lingua & literis,& exhibituros negotium his, qui uelint C eos in Græcum ſermonem uertere. Videri quidem quandam cum Syrorum lingua & charactere ſimilitudinẽ,ſed eſſe ſui generis. Nihil igitur uetare, quin & illa ex Hebræo traducta, cùm non deſint ſumptus,in bibliothecam ſuam referat. Tum rex collaudato Demetrij circa conquirendos libros ſtudio,ſcribit Iudæorum pontifici,ut curet hoc negotium ex ſententia ſua confici.Interea quidam Ariſtæus ex intimis regis amicis, & ob modeſtiam admodum charus,cùm iam pridem animum haberet rogare eum,ut Iudæos in ſuo regno libertati reſtitueret: ratus adeſſe iam optimam occaſionem ſupplicandi, primùm cum præfectis ſatellitũ Soſibio Tarentino,& Andrea conſilium hoc cõmunicat, petens ut preces ſuas apud regem adiutent: & poſtquã intellexit ipſis quoq; rẽ cordi eſſe, adito rege ſic eũ allocutus eſt: Quia non decet nos, Rex, uerũ diſſimulare, ſed ingenuè proloqui: cùm hoc agamus, ut Iudæorũ D leges in tuam gratiã non tranſcribantur tantùm, uerùm etiam uertantur, quonam honeſto prætextu id facere poſſumus,dum tã multi huius hominum generis in regno tuo ſeruiunt? Quos certè non alienum fuerit à tua bonitate ac magnificentia, liberare à præſenti miſeria: quandoquidem is qui tuũ gubernat imperium earum legũ autor eſt, quantũ mihi ſanè de ea re inquirenti perueſtigari potuit. Conditorẽ enim huius uniuerſitatis eundẽ quẽ illi,nos quoq; colimus,Iouem nominantes,nimirum quòd iuuet uitam omnium. Quapropter uel Deum reueritus,quem illi eximio præ cæteris mortalibus cultu uenerantur,redde eis patriã, ut in natali ſolo liceat eis uitam exigere. Nec eſt quod ſuſpiceris rex, me uel genere uel tribu eis propinquum,has preces offerre in illorum gratiam atq; cõmodum: ſed quum omnium hominum idem Deus ſit opifex,& ſciam illi placere beneficentiam, ad benefaciendum te E cohortor.Ibi rex libenti ac hilari uultu illum aſpiciens,Et quot tandem putas millia, quibus opus ſit hoc beneficio?Tum Andreas,qui & ipſe aderat,dixit eſſe circiter centum uiginti millia.Ad hæc rex,Paruáne igitur tibi Ariſtæe uidetur hæc,quam poſcis,liberalitas? Soſibio uerò & cæteris præſentibus,dignum eſſe ipſius magnificentia dicentibus,pro accepto regno hanc Deo reponere gratiam: lætus hoc eorum conſenſu rex iuſſit, ut quando militi ſtipendium numerarent,pro ſingulis captiuis,qui apud eos ſint, drachmas centum uiginti annumerẽt: atque hoc ſuum decretum publico edicto propoſiturum ſe eſt pollicitus, quò tam Ariſtæi petitio,quàm Dei uoluntas fiat confirmatior.In eo comprehẽdebantur non hi ſolùm, quos pater aut eius exercitus abduxerat,ſed illi quoque, qui uel antè, uel pòſt, in ſeruitutẽ abſtracti fuerant. & cùm eam uindictam libertatis dicerent pluſquam quadringẽta talenta poſcere,ne hæc quidem impendere grauatus eſt, & eius edicti exemplar, ad regiæ magnanimitatis demonſtrationem, reſeruare ſtatuit, quod quidem erat huiuſmodi: Quicunq; ex militia patris noſtri Syriam ac Phœnicen incurſauerunt, & ſubacta Iudæa mancipia indo in regionem noſtrã eiusq; urbes abducta diuendiderunt, atq; etiam quicunq; uel antè uel pòſt diuenditi ſunt, hos omnes liberos uolo fieri: proq; ſingulis mancipijs centũ uiginti drachmas recipere, milites quidem unà cum cætero ſtipendio, reliquos uerò à menſarijs regijs.

Ariſtæi ad Ptolemæum oratio pro Iudæis.

Iouis etymologia.

Ptolemæi Philadelphi liberalitas.

Ptolemæi mandatũ de manumittẽdis Iudæis.

Cenſeo

Censeo enim hos præter patris mei uoluntatem,& præter æquitatem in captiuitatem abductos militum licentia,quin uastata Iudæa sui commodi causa in AEgyptum abstraxerunt hanc multitudinem. Quapropter iustitiæ respectu, & commiseratione eorum qui à potentioribus per uim opprimuntur, iubeo Iudæos omnes, qui seruitutem seruiunt, dimitti liberos, iam dicta summa heris eorum pro libertate reddita, & absque dolo malo huic nostro mandato satisfieri. Volo autem hoc edictum proponi per triduum, ex quo allatum fuerit,ut legi possit ab eorum generis hominibus, & interim heros profiteri huiusmodi mancipiorum numerum:id enim & mihijpsi profuturum existimo. Eum uerò qui parêre noluerit,cuiuis deferre liceat,mulctandum facultatibus,quæ fisco nostro debent cedere.Hoc edictum cùm primum oblatum esset regi,nec tamẽ disertè cautũ esset illis quoq;, qui uel antè uel pòst capti fuerant, liberaliter & illis indultum est eadem regis beneficentia: iussitque ut ex collectis iam tributis distribueretur pecunia in militem,& in mẽsarios regios. Quo facto, intra septẽ dies peractũ est quicquid rex iusserat,impẽsis in redemptionem quadringentis sexaginta talentis:quia domini exigebant & pro infantibus illas centum uiginti drachmas,quasi regis edictum etiam hos complecteretur,ubi adscriptum erat pro singulis mancipiorum capitibus eam summam numerãdam. Hæc ubi ex sententia regis magnificè sunt peracta,iussit Demetrium euulgare decretum de transcribendis Iudæorum codicibus: nihil enim temerè fiebat à regibus,sed omnia diligẽter præmeditata:quapropter & suggestionis exemplar & epistolarum in commentarios relatum est,& multitudo missorum donariorum,& quod à quoque factum est,ut primo aspectu pateat ex ipsis operibus tam autorum quàm artificum præstantia. Suggestionis sanè exemplar fuit tale: Regi magno Demetrius. Quia mandasti,Rex,ut quod deest tuæ bibliothecæ suppleamus,& libros,qui hactenus nostram inquisitionem effugerunt,perquiramus,nihil mihi ad summam circa hoc negotium diligentiam relliquum faciens,scire te uelim inter eos,quos adhuc desideramus esse Iudæorum Legis codices. Hebraicis enim characteribus, & uernacula ipsorum lingua scripti cùm sint,intelligi à nobis non possunt:sunt etiam negligentiùs quàm par est exarati,eo quòd nõdum eis regia prouidentia contigit.Necesse est autem ut & hos habeas diligenter accuratos: sapientiorem enim,& synceriorem legislationem continent, utpote diuinitùs proditam. Et hæc est causa(ut Hecatæus Abderita refert)cur nullus uel poeta uel historicus mentionẽ eius Legis faciat,aut uirorum qui iuxta eius præscriptum res suas administrauerunt: quòd sacrosancta sit,& profano ore tractari non debeat. Itaque si idem tibi uidebitur,Rex,scribes Iudæorum pontifici,ut mittat senos ex singulis tribubus seniores,legum earum peritissimos,ex quorum interpretatione apertum,ac consonum sensum eorum librorum accipientes,dignum aliquid tuo desiderio colligamus. Ad hanc igitur suggestionem iussit rex suos,ut ad Eleazarum Iudæorum pontificem de hac re scriberent, simulque per easdem literas certiorem facerent,de Iudæis per AEgyptum pristinæ libertati redditis. Præterea ad faciendos crateres & phialas ac libatoria,misit auri talenta quinquaginta,& gemmarum copiosam multitudinem:iussitque custodes arcarum,in quibus gemmæ seruabantur,liberam artificibus electionem permittere: mandauit etiam pecuniæ,pro sacrificijs & reliquis templi usibus,centum talenta erogari.Dicam autem & opera & eorum ornatum, ubi primùm exposuero exemplar epistolæ scriptæ ad Eleazarum pontificem, qui hunc sacerdotij honorem hoc modo consecutus est. Onia pontifice defuncto filius ei Simon succesit,iustus cognominatus,quòd &Deum piè coleret,& ciues summa prosequeretur benuolentia. Quo mortuo, superstite unico filio paruulo,frater eius Eleazarus,de quo nũc est mentio, pontificatum assumpsit:cui Ptolemæus hoc modo scripsit.Rex Ptolemæus Eleazaro pontifici salutem. Multis Iudæis in regno meo degentibus, quos Persæ dum rerum potirentur,captiuos eò pertraxerant,pater meus eos in pretio habuit,aliorum opera in militia usus amplis stipendijs conductorum,alijs etiam castellorum custodia per AEgyptum assignata, ut essent terrori indigenis. Ego uerò postquam principatum adeptus sum,cùm in cæteros benignitate sum usus,tum maximè in tuos ciues:quorum supra centum millia in libertatem uindicaui,restitutis de meo pretijs eorum possessoribus:ex his per ætatem idoneos allegi in militiam,nonnullos,quorum fides id mereri uidebatur,inter aulicos meos accensui, ratus nullum gratius me Deo & maximum offerre donarium, pro ea prouidentia, qua me dignatus est rebus præficere Ergo ut & his & reliquis per totum orbem Iudæis gratum faciã, utile est mihi Legem uestram de Hebræa in Græcã linguam uertere,& ita uersam in bibliothecã meã reponere. Bene igitur facies, si idoneorũ delectu per tribus habito,ex unaquaq;

Demetrij litera ad Ptolemæum, de transferendis Iudæorũ legib.

Ptolemæi liberalitas.

Ptolemæi litera ad Eleazarum pontifice, de transferendis legibus.

sex

A ſex uiros bonos iam ſeniores ad nos miſeris, qui per ætatem legum periti, poſsint præſtare bonos interpretes. Spero enim ſi hoc ex ſententia ſuccefſerit, maximam gloriam nos inde acquiſituros. Mitto autem qui tecum de hac re agant, Andream præfectum ſatellitum, & Ariſtæum, mihi chariſſimos: per quos etiam primitias donariorum templi & uictimarum miſimus, talenta argenti centum. Reſcribes autem quicquid uolueris, facturus nobis rem gratiſſimam. Hac epiſtola accepta, Eleazarus reſcripſit quàm potuit honorificentiſsimè. *Eleazari reſpon-ſio ad Ptolemæũ.* Pontifex Eleazarus regi Ptolemæo S. Si uales cum regina Arſinoe communibusque liberis, noſtræ quoque res ſe habent optimè. Acceptis tuis literis gauſi ſumus plurimùm, ob egregiam tuam uoluntatem: aduocataque concione eas legimus, teſtes pietatis qua colis Deum Maximum. Oſtendimus etiam phialas, quas miſiſti, aureas uiginti, argenteas tri-

B ginta, & crateras quinque, & menſam dedicandam, centumque illa talenta, quæ in uictimas & alios templi uſus attulerũt Andreas & Ariſtæus amici tui chariſsimi, uiri boni ac doctrina præſtantes, tuaque amicitia digniſsimi. Quare ſcito nos tibi gratificaturos, etiamſi quid præter ingenium noſtrum facere oporteat. Prouocati enim beneficijs in ciues noſtros collatis, non debemus ſegnes eſſe ad referendam gratiam. Quamobrem continuò pro te ſororeque tua & liberis & amicis hoſtias obtulimus, & populus uota fecit pro felici rerum tuarum ſucceſſu, & pro pacato regni tui ſtatu: utque hæc Legis uerſio tam felix tibi ſit quàm cupis maximè. Delegimus etiam ſenos per tribus ſeniores, quos ad te cum Lege miſimus: *Seniores ſenis ſe-cũ ferẽtes codi-ce, legis Ptolemæo mit-tuntur.* tuæ autem pietatis erit ac iuſtitiæ, ut tranſcripta Lege ad nos eam tutò remittas, una cum eius deportatoribus. Bene uale. Hæc ſunt, quæ reſcripſit Pontifex. Superuacaneum au-

C tem uiſum eſt apponere LXX ſeniorum nomina, qui cum Lege ab Eleazaro miſſi ſunt, licet adſcripta fuerint in epiſtola. Donariorum tamen, quæ rex Deo miſit, ornatum & magnificentiam ſilentio præterire non poſſum, ut omnibus nota fiat eius regis erga Deum pietas ac liberalitas. *Ptolemæi do-naria.* Abundè enim ſumptus ſuppeditans, & præſentia ſua extimulans artifices, opera eorum aſſiduè uiſendo, nullam eis ſegnitiæ, aut negligentiæ relinquebat occaſionem: quæ nunc recenſebo ſingula, non quòd hiſtoriæ contextus hoc admodum poſtulet, ſed quod digna ſit, quæ prædicetur regis liberalitas: primumque menſam conabor deſcribere. Cupiens enim longè maiorem facere, mandauit explorari eius quæ tum Hieroſolymis erat magnitudinem, quanta eſſet, & an maior poſſet fieri: & comperta eius menſura, quodque maior etiam eſſe poſſet: ait ſe eius uel quintuplam magnitudinem redditurum,

D ni uereretur, ne per hoc ad quotidiana miniſteria minus poſthac eſſet utilis. Cupere enim ſe ea donaria non ſolùm ad oſtentationem, ſed ad uſum etiam eſſe accommoda. Hanc ob rem exiſtimans priorem menſam non auri penuria, ſed uſus cauſa mediocrem fuiſſe factam, magnitudine illam non ſuperare ſtatuit, ſed uarietate ornatus & operis pulchritudine. Cùm enim eſſet ingenioſus in contemplandis rerum naturis, & in excogitandis nouis & inuſitatis operibus, pro ſua ſapientia preſcribebat artificibus, exigens ne quid à præſcriptis formulis diſcederent. Ac primùm conſtituto menſæ modo in longitudinem cubi- *Menſæ à Ptolemæo rege Deo oblatæ deſcri-ptio.* torum duorum & ſemis, in latitudinem unius, altitudine ſeſquicubitali, totum opus ex auro facientes, loricam ei palmum latam circumdederunt: cuius cymæ uerſatiles ſculpturam habebant reſticulatam indiſtincta imitatione per tria latera. Cùm enim eſſent trian-

E gulæ, per ſingulos angulos eædem erant figurationes, ut conuerſæ non alia, ſed eadem ſpecie oculis occurrerent. Loricæ uerò pars interior ad menſam uergens, egregias ſculpturas habebat: ſed exterior eius facies longè pulchriores, uidelicet quòd hæ totæ eſſent conſpicuæ: quin & cymæ illæ facilè & citò uertebantur, & quemuis è tribus angulis pari menſura oculis ſubijciebant: reſticulis autem illis ſculptilibus inſertæ erant gemmæ precioſæ paribus interuallis diſtantes, fibulis aureis per foramina comprehenſæ. Exterior autem loricæ facies gemmis pulchris ouali ſpecie diſtinguebatur, intercurrente denſa ſculptura uirgarum, quæ per circuitum menſæ uoluebantur. Huic ſubiecta erat corona per circuitum, omne genus fructuum repræſentans, dependentibus racemis, & ſpicis emergentibus, & malis punicis interſertis: quę omnia conſtabant è lapillis etiam co-

F lorem natiuum fructuum referentibus, & auro circum totam menſam reuinctis. Sub hac corona rurſum alia ſeries ouorum priori ſimilis, cum uirgatis peræquè ſculpturis, uiſebatur: ut ex utraque parte ſpectaretur eadem operum uarietas ac elegantia, etiam in lorica & cymarum ordine: ac ne inuerſis quidem menſæ lateribus ulla ſentiretur diuerſitas, ſed idem artificium uſque ad imos pedes pertenderet: ſubdita enim lamina aurea quatuor digitos lata per tranſuerſam menſæ latitudinem, in eam pedes eius inſeruerunt, quos ſibulis ac clau-

ac clauſuris aſtrinxerunt menſæ iuxta loricam, ut his inſiſtens quaquà uerteretur, eandem A
ſpeciem oſtenderet. In menſa autem ſculptus erat Mæander magni pretij, gemmis per me-
dium tanquam ſtellis uariegatus, carbunculo & ſmaragdo ſuauiſſimè radiantibus, alijsque
generibus quæ ubique grata ſunt propter pretium. Præter Mæandrum uerò reſticulati qui-
dam nexus circumquaque diſcurrebant, rombo circa medium ſimiles, in quo cryſtallus &
ſuccinum per interſtitia paria coniunctim cum magna gratia ſpectabantur. Pedum autem
capitella liliorum ſimilitudinem referebant, folijs ſub menſa ſe reflectentibus, cùm germen
alioquin rectum uideretur: baſis autem facta erat è carbunculo palmum lata crepidinis ſpe-
cie: quà uerò pedes innitebantur, octo digitorum latitudine: erantque ſculpti ſinguli pedes
opere ſubtiliſſimo, hederis & palmitibus unà cum racemis per eos diſcurrentibus, indiſcre-
ta uerorum ſimilitudine. Tanta enim erat artis ſubtilitas, ut perflante uento agitata, naturæ B
non artis opus uiderentur. conſtabatque totum opus trimembri compoſitione, ſed tanto
artificio, ut commiſſuræ nec oculis nec cogitatione deprehendi poſſent: craſſitudo autem
menſæ erat ſemicubitalis. Tanta fuit in hoc dono regis magnificentia, opulentia materiæ,
artis pulchritudo ac uarietas ad naturæ imitationem expreſſa: quādoquidem hoc erat eius
ſtudium, ut ſi non magnitudine hæc priorem illam menſam ſuperaret, certè nouitate com-
Crateres aureæ. menti, & ornamētorum ſplendore magis eſſet conſpicienda. Crateres autem aureæ fuerunt
duæ, ſquamatæ, à baſi uſque ad præcincturam, ſpiras habentes uarijs gemmis diſtinctas: dein-
de Mæandrum cubitali altitudine, ex omnigenis gemmis compoſitum: & ſuper eum uirga-
tam ſculpturam, & deinceps uſque ad labrum plexile quiddam reti ſimile, crebra romborū
ſpecie interueniente: addebant gratiam inſertæ gemmeæ ſcutulæ, quatuor digitorum ampli C
tudine. Labrum uerò crateris in orbem ornatum erat lilijs & floribus, atque implexis inter ſe
palmitibus uuas ferentibus: & ornatus quidem utriuſque erat hic, amplitudo uerò quæ
amphoram caperet. Argenteæ uerò quæuis ſpecula ſplendore uincebant, ita ut inſpectātium
Crateres argen- facies ſplendore colluſtrarent. His addidit rex triginta phialas, in quibus quicquid ſpatij
teæ. gemmis erat uacuū, frondibus hederæ & pampinis ſculptilibus adumbrabatur. Atque hęc
Phialæ triginta. omnia non ſolùm artificum ingenijs ornabantur uſq; ad miraculum, ſed quadam etiam re-
gis circa hæc ambitione diligentius accurabantur: qui non ſatis putans quòd ſine parſimo-
nia ſumptus præberet, relictis etiam publicis negotijs ſæpe adibat officinas & inuiſebat arti-
ficum opera, id quod magis etiam accendebat eorum diligentiā. Videntes enim quòd cordi
ſit ei hoc negotium, maiore attentione uerſabantur in opere. atque hæc ſunt donaria à Pto- D
Ptolemæo 70. in- lemęo ad Hieroſolymitanum templum tranſmiſſa. Quibus conſecratis pontifex Eleazarus,
terpretes mittun- & honorificè tractatis, qui attulerant non ſine muneribus ad regē eos remiſit. Hi poſtquam
tur, Alexandriam ſunt reuerſi, rex cognito eorum ſimul & ſeptuaginta ſeniorum aduentu, con-
feſtim legatos Andream & Ariſtæum acciuit: ab eisque epiſtolam Pontificis recepit, & multa
præterea ſciſcitando didicit. Et cùm uehementer cuperet congredi cum ſeptuaginta ſenio-
ribus, qui Hieroſolymis ad interpretandam Legem uenerant, quicunque priuatorū negotio-
rum cauſa expetebant eius colloquium, præter morem ſuū dimitti iuſsit. Hos enim quinto
quoque die ſolebat admittere, ſicut legatos ſemel in menſe: tum uerò illis dimiſsis ab Elea-
membranæ legē zaro miſſos expectabat. Vt uerò ſenes illi uenerunt, cum muneribus à pontifice miſsis, &
aureis literis ſcri cū membranis, quæ legem aureis literis inſcriptā cōtinebant, primùm de libris eos rogauit: E
ptam continen- ut uerò ex inuolucris depromptos obtulerunt, multùm diuque miratus membranæ ſub
tes, exhibētur & tilitatem, & commiſſuras, quæ ita latebant, ut uiſu diſcerni non poſſent, gratiam ſe illis habe
re dixit qui uenerint, & maiorem etiam ei qui miſerit, ſed longè maximam Deo, cuius leges
attulerint. Cumque ſeniores eorumque comites uno ore omnia fauſta regi acclamaſſent,
præ lætitia lacrymas non continuit (quæ quidem mœroris ſigna etiam magnum gaudium
conſequi natura uoluit) iuſsitque libros accipere quorum hoc erat officium, tum demum
uiros ſalutauit: præfatus æquum fuiſſe, ut priùs de ea re propter quam acciti fuerant percon-
ipſi interpretes tatus, deinde illos quoque compellaret. Diem quidem aduentus eorum tam gratum ſibi
à rege ſalutan- confeſſus eſt, ut quoad uiueret, per ſingulos annos redeuntem eius memoriam colere ſe
tur. uelle, promitteret. Fortè enim eadem erat qua Antigonum nauali prælio uicerat: uoluitq; F
ut conuiuæ ſibi eſſent, & diuerſoria mādauit eis aſsignari ſub ipſa arce pulcherrima. Nicanor
autem, qui excipiendis hoſpitibus præerat, Dorotheum eos curare ſolitum iuſsit parare cui-
que ad uictum pertinentia. Sic enim rex diſpoſuerat, ut ex eis ciuitatibus, quæ in ratione ui-
ctus aliquid peculiare habent, uenientibus, more ipſorū omnia pararentur, ut tractati more
conſueto ſuauiùs uiuerent, & nulla in hoc nouitate offenderentur: quod honoris his quoq;

exhibitum

exhibitum eſt,Dorotheo hac cura commiſſa, quòd is callebat morem, quo ſolerent uiuere.
A Quamobrem omnia per ſe adminiſtrauit, quæ ad illos accipiendos facerent. Ac primùm *Iudæorum cibi-*
duos accubitus ſtrauit, rege ita iubente, qui uolebat dimidiam eorum partem ad dextram *uium apud Pto-*
ſuam diſcumbere,reliquam uerò poſt ipſum ordine,nihil omittens ad honorem eorũ pertinens.Poſtquam autem diſcubitum eſt,iuſſit Dorotheum illis miniſtrare,ſicut ſoleret hoſpitibus ad ſe à Iudæa uenientibus. Quapropter præconibus & ſacrificulis,alijsq; id genus quorum erat à ſuis precatiunculis auſpicari conuiuium,locus hic non fuit: ſed unum ex cõuiuarum numero ſacerdotem Eliſæum nomine precatione menſam cõſecrare ipſe rex iuſſit: qui ſtans in medio precatus eſt omnia fauſta regi ſimul atque ſubditis: applauſumq; & acclamatum eſt ab omnibus,libenti ac hilari animo:quo facto fruebãtur appoſitis. Cumq; rex ſiluiſſet quantum ſatis uiſum eſt,cœpit philoſophari,proponẽs ſingulis quæſtionem aliquam de
B natura,ſubtili diſquiſitione dignam,illis uerò diſertè ad quidlibet reſpondentibus, delectatus eorum conſuetudine,per duodecim dies inſtaurauit conuiuium. Si quis autem cupit cognoſcere quæſtiones agitatas in eo conuiuio,legat Ariſtæi librum,quem hoc argumento cõſcripſit. Quos ſermones cùm non ſolùm rex admiraretur, ſed Menedemus etiã philoſophus *Menedemi Phi-*
fateretur,omnia gubernare prouidentiam ,eamq; ob cauſam orationis uim & pulchritudi- *loſophi de Iuda-*
nem inuẽtam uideri,finis eſt huic quæſtioni impoſitus. Rex uerò iam tum ſe uberem ex eo- *orum ſermonib.*
rum aduentu fructum percepiſſe faſſus eſt, per quos didiciſſet quomodo regnũ adminiſtra- *iudicium.*
re oporteret:iuſſitque (datis priùs in ſingulos ternis talentis) deduci eos in diuerſoriũ. Quarto deinde die Demetrius aſſumptis eis,tranſiuit aggerem illum ſeptem ſtadiorum,& põtem
C qui inſulam continenti adiungit:& progreſſus ad ſeptentrionale littus, aſſignauit eis ibi domum remotam à ſtrepitu,& contemplationi rerum idoneam: rogauitq; ut quandoquidem ad opus iam ita inſtructi ſint,ut nihil deſiderent ampliùs,ordiantur interpretationem feliciter.Illi uerò non parcentes labori quàm poterant accuratiſſimè interpretabantur, uſq; horã *Septuaginta Le-*
nonam aſſidentes operi: reliquum deinde temporis curando corpori dabant, præter aliam *gem in Græcum*
copiam etiam de regi paratis cibis partes afferente Dorotheo,ita ut mandatum ei fuerat.Ma- *transferunt.*
nè autem regiam ingreſſi,ſalutato rege,in eundem locum ad inſtitutum negotium ſe refere A.M.3704.
bãt:quod marinis aquis ablutis manibus priùs mundati aggrediebantur.Verſione aũt Le- is Ante Chr.
intra ſeptuaginta duos dies abſoluta,Demetrius aduocatis omnibus Iudæis in locũ ubi uer- nat.267.
ſa fuerat,præſentibus etiam interpretibus,perlegit codicem. Cõcio uerò & ſeniorum interpretationem approbauit,& Demetrium ipſum collaudauit,cuius ſuggeſtionis occaſione
D maxima bona percepiſſent rogaueruntque, ut etiam optimatibus eorum copia legendi fieret.Deinde & ſacerdos & ſeniores interpretum & magiſtratus populi poſtulauerunt,quan doquidẽ feliciter abſoluta eſſet hæc interpretatio,ut rata permaneret, nihilq; ex ea mutari liceret:quæ ſententia cùm omnibus placuiſſet,iuſſerunt ut priùs ſi quis aliquid deprehenderet uel ſupereſſe legi uel deeſſe,diligentiùs inſpectum & indicatum corrigeret,quando conſultum eſſet,ut res ſemel approbata rata eſſet in perpetuum. Quamobrem rex multùm gauiſus eſt ,uidens hanc quoque ſuam uoluntatem in publicum ceſsiſſe commodum:ſed maiorem etiam percepit uoluptatem,dum ſibi lex legeretur,non ſine admiratione legislatoris ſapientię: cœpitque de ea re conferre cum Demetrio,rogãs quî factum ſit,ut tam admiran-
E darum legum nec hiſtoricus ullus,nec poeta mentionem fecerit. Tum Demetrius reſpon- *Biblica ſcripta*
dit,neminem auſum eam attingere,quam conſtaret diuinam eſſe,& omni ueneratione dig- *tractates ethnici*
niſsimam: & punitos eſſe quoſdam à cœleſti numine,qui illã attrectare non fuiſſent ueriti: *puniti,*
Theopompum enim uolentem inde quædam ſuis ſcriptis inſerere, mente motũ fuiſſe die- *Theopompus*
bus xxx & per interualla inſaniæ precibus Deum placaſſe,facilè conijcientẽ quæ morbi cauſa fuiſſet:atq; etiam in ſomnis admonitum hæc ideo pati, quòd fuiſſet circa res diuinas curioſior,easque uoluiſſet proferre profanis hominibus:quare cùm à cœpto deſtitiſſet,ſanã mentem ei fuiſſe redditam. Theodectę etiam poetæ, cùm in quadam Tragœdia uoluiſſet *Theodectes*
aliquid è ſacris libris admiſcere,oculos glaucomate ſuffuſos caligaſſe: & cùm erratum agno *poeta.*
uiſſet,exoratum Deo redditam aciẽ. Acceptos deinde à Demetrio libros , Rex ueneratus,aſſeruari iuſsit diligẽter,ut incorrupti manerent:rogauitque interpretes ut crebrò è Iudæa uenien-
F tes ipſum inuiſerent,id enim eis nõ minus cõmodum fore,quàm honorificum.Nunc enim æquuum eſſe,ut remittantur:ſed ſi ultrò ad eum uenerint,conſecuturos quicquid uel ipſorum ſapientia dignum ſit,uel regia munificentia. Tum quoque remiſsi ſunt donati ter- *Septuaginta in-*
nis ueſtibus optimis,& binis auri talentis,ſingulisque unius talenti calicibus,& toris diſcu- *terpretes à Pto-*
bitorijs:præterea à pontifici per eoſdem miſit decem lectos cum argenteis pedibus,cum com- *lemæo dimittun-*
tur.

petenti apparatu,& calicem talentorum triginta:ad hæc decem ueſtes purpureas, & coronã A
inſignem,& telas byſsinas cẽtum,prẽterea phialas & trullas,& libatoria,& crateras duas Deo
dicandas:rogauitq; eum per literas,ut ſi quis ex his uiris uellet ad ipſum uenire, permitteret,
quandoquidem plurimi faceret cum doctis conſuetudinem,& diuitias libenter in eiuſmodi
inſumeret. Atque hæc ſunt in Iudæorum honorem à Philadelpho exhibita.

Honor à regibus Aſiæ Iudæorum genti habitus,& quòd in ciuitatibus à ſe conditis ius ciuium ei conceſſerint. CAP. III.

III. *Seleucus Nicanor Iudæos honorat.*

SEd & ab Aſiæ regibus honorati ſunt,propter nauatam in militia bonã ac fidelem operam. Nam Seleucus,cognomento Nicanor,in conditis à ſe per Aſiam & inferiorem Syriã urbibus,in ipſa denique metropoli Antiochia,ius ciuitatis eis dedit, B
uoluitq; pari ibi cum Macedonibus ac Græcis conditione degere, quo iure nũc
quoque uiuunt inter eos homines.Argumento eſt,quia Iudæis externo oleo nolentibus uti,
certa pecunia pro eo à Gymnaſiarchis penditur:quem morem cùm Antiochenſis populus
Iudæis ius Antiochenſe ſaluum remanſit. proximo bello abrogare uellet, nõ permiſit Mutianus,qui tũ Syriæ prouinciæ præerat.Deinde
imperante Veſpaſiano,& Tito eius filio,Alexandrini & Antiochenſes rogantes adimi Iudæis
ius ciuiũ,impetrare id non potuerunt,manifeſto Romanorum æquitatis & magnanimitatis
indicio,ſed præcipuè ipſorum principum: qui cùm eo bello multos labores pertuliſſent,&
infenſi eſſent pertinaciter rebellantibus,nihil tamen de iure ipſorum diminutũ uoluerunt:
idq; nec iræ propriæ, nec duobus maximis populis cõtra eos ſicere paſsi ſunt:maiorẽ rationem habentes ueterum gentis meritorum,quàm præſentis offenſionis, aut gratiæ,quã hoc
facto apud hos populos inire poterant:dicentes eos qui contra rem Romanã arma tulerant C
iam ſatis ſuppliciorum exoluiſſe,eos uerò qui nihil peccaſſent non eſſe æquum ſpoliari ſuis
Marci Agrippæ fauor in Iudæos. priuilegijs & iuribus. Marcum quoque Agrippam ſimiliter affectum erga Iudæos fuiſſe,proditur. Ionibus enim cõtra hos ſeditiosè cõmotis,& rogantibus Agrippam,ut ciuitatis quam
eis dederat Antiochus Seleuci nepos,quem Græci Deũ cognominant,ſoli eſſent participes:
& poſtulantibus, ut ſiquidem eiuſdem generis haberi uellent Iudæi,eoſdem quoque Deos
colerent: cùm res ad iudicum cognitionem deueniſſet,uicerunt cauſam Iudæi:obtinuerunt
que,ut ſibi liceret ſuis moribus uiuere, patrocinio Nicolai Damaſceni adiuti. Agrippa enim
pronunciauit,nihil ſibi licere innouare circa hoc negotium: quæ ſi quis uolet exactiùs cognoſcere,legat Hiſtoriarũ Nicolai libros tertiũ & quartũ ſupra cẽteſimũ uigeſimũ.Sed Agrippæ ſententiã mirari non debemus:neq; enim tũ gens noſtra cum Romanis bellũ gerebat:Veſpa- D
Antiochus Magnus Iudææ aduerſatur. ſiani uerò & Titi magnanimitatẽ meritò quis miretur,qui poſt rãta belli certamina nihil im
moderatè in nos ſtatuerint Nunc unde digreſſus ſum reuertar. Antiocho Magno in Aſia regnãte,in continua uexatione tã Iudæa fuit,q̃ Cœleſyria:q̃ eo bellũ gerente cum Philopatore
A.M.3749. Ant.Chr. nat. 222. Ptolemæo,huiusq; filio qui Epiphanes cognominatus eſt,ſiue uinceret,ſiue uinceretur,malè mulctarentur,nõ aliter quàm nauis fluctib.utrinq; oppugnata,inter proſperã & aduerſam
Ptolemæus Epiphanes in Syriæ reges arma mouet. Antiochi fortunã iactatæ.Tandẽ uictor Antiochus Iudæã ſuæ ditioni adiecit. Defuncto uerò
Philopatore,filius eius magnũ exercitũ duce Scopa miſit in Cœleſyriam:qui & multas eius
urbes,& noſtram gentem ui in poteſtatem eius retraxit. Aliquanto autem pòſt Antiochus
ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congreſſus fit ſuperior: cumq; recepiſſet occupatas
à Scopa urbes Cœleſyriæ ſimul & Samarię,Iudæi quoque ultrò deditionem fecerunt:recep- E
tumq; intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt:& oppugnantibus
Antiochus Magnus Iudæis fauet. præſidium in arce à Scopa relictum impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus
æquum ducens aliquam Iudęis pro ſtudio ſuarum partium referre gratiã,ſcripſit ad amicos
ſuos & duces literas,teſtes beneficiorum quæ in ipſum contulerant, in quibus etiam ſignificabat quomodo remunerari eos decreuiſſet. Earũ exemplar ſubijciam, citato priùs Polybij
Polybius de Scopa duce militari Ptolemæi. Megalopolitæ teſtimonio,ex libro Hiſtoriarum eius XVI: Scopas,inquit,copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea uerſo impetu per hyemẽ Iudæorũ gẽtem ſubegit:ac paulo pòſt in
eodem libro narrat, quomodo uicto Scopa Antiochus Bataneã,Samariam,Gadara & Abila
receperit:moxq; Iudæi qui Hieroſolyma,& celebre eius loci templũ incolunt,ad eũ defecerint: de quo cùm multa eſſent dicenda,ait ſe id in aliud tempus differre: & hæc quidem Poly F
Antiochi epiſtola in Iudæorũ gratiam cõſcripta. bius,nos autem narrationem continuabimus,inſerta hîc priùs Antiochi epiſtola.Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniam Iudæi mox ut regionem eorum ſumus ingreſſi,ſtudium erga
nos ſuum declarauerunt,& in urbem ſuam uenientes ſplendidè exceperunt ſenatu obuiam
progreſſo,exercituiq; noſtro,& elephantis copioſè uictum ptæbuerunt, & cum eo ſimul præſidium AEgyptiorum in arce expugnauerunt: uiſum eſt nobis gratiam aliquã eis reponere,

&

A & urbem eorum refouere uarijs calamitatibus affectam,& in priſtinã frequẽtiam reſtituere, reuocatis in eam qui nunc diſperſi ſunt habitatoribus:ac primùm decreuimus pietatis ergô præberi eis in pretium pecudum mactandarũ, uini,olei,thuris, argenteorum uiginti millia, & ad ſimilam ſecundũ prouincialẽ legem tritici medimnos mille quadringentos ſexaginta, & ſalis medimnos trecentos ſeptuagintaquinque,uoloq; ut hæc eis præbeantur ita, ut mandaui.Et quod deeſt templo abſoluatur,ſiue porticus ſiue quid aliud ædificare opus fuerit: lignorum aũt materies comportetur tam ex ipſa Iudæa, quàm ex alijs gentibus & ex Libano, immunis à uectigalibus: quæ immunitas & alijs rebus conceditur ad apparatum atq; ornatum templi pertinentibus.Permittitur etiã eis,ut omnes uiuant ſecundũ leges patrias: & remittitur ſenatoribus,ſacerdotibus, ſcribis templi atq; cantoribus tributũ quod pẽditur pro
B capite,& aurum coronarium,& ſi quod eſt tributum aliud.Et ut eò citius urbs frequentetur habitatoribus,concedo omnibus,qui nunc eam habitant, quíue ante Hyperberetæum mẽſem eò ſe habitatum contulerint,immunitatẽ omnium tributorum, uſq; in triennium, remittimusque eis in poſterum tertiam partem tributorum,in præteritorum damnorũ compenſationem.Et quotquot ex urbe abrepti ſeruiunt,& ipſos & natos eorum uolumus eſſe liberos,ac bona quoq; eis reſtitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epiſtolam ſcripſiſſe, edictum etiam in honorem templi per totum ſuum regnum propoſuit tale: Nemini alienigenæ liceat intra ſepta templi ingredi eorum quibus interdictum eſt Iudæis, ſed ſolis hoc facere fas ſit,qui ſecũdum præſcriptum legis patriæ purificati priùs fuerint.Nemo etiam in urbem carnes equinas aũt mulinas inferat,nec aſini ſiue feri ſiue domeſtici, nec pantheræ aut
C uulpis aut leporis,aut cuiuſuis omnino ex his animalibus,quæ Iudæis uetitum eſt attingere: ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in urbe alerẽ: ſed tantùm ſolitas more maiorum mactare uictimas,quibus Deus litari ſibi uult: qui uerò aliquid contra edictum hoc fecerit,trium millium drachmarum argenti mulctam luat ſacerdotibus. Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit teſtimonium, quo tempore quoſdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus ſtudere comperit: Zeuxidem enim amicum præcipuum, in ſuperioribus ſatrapijs ductantem exercitum, iuſſit aliquos è noſtris apud Babylonem degentibus in Phrygiam mittere,ſcribens in hunc modum.Rex Antiochus Zeuxidi patri ſalutem. Si uales bene eſt,ego quoque ualeo.Quia quoſdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, uidetur hoc negotium curam meam depoſcere. Quapropter conſultis de hac re amicis, placuit
D mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Meſopotamiam incolunt duo millia familiarũ cum tota ſupellectili eò traducere,& locis opportunis per præſidia diſponere.Perſuaſum enim habeo illos fore noſtrarum rerum cuſtodes beneuolos:tum quia cœleſte numen piè colunt,tũ quia fides eorum & promptum obſequiũ etiã maiorum noſtrorum comprobatur teſtimonijs.Volo igitur ut eos,licet difficile uideatur,traducas,pollicitus libertatẽ uiuendi proprijs legibus.Perductis deinde ad iam dicta loca,tũ ad ædificandas domos aſsignabis areas,tum agros ad colendũ aruis & uinetis idoneos:immunitatemque dabis in decenniũ,ne quid pendere cogantur ex annuis terræ prouẽtibus,& donec ipſorum agri fruges protulerint,demenſum frumentum accipiant in ſeruorum alimoniam: ac reliquis quoque tribuatur quãtum ſatis ſit,ut benignè à nobis habiti alacriores ſint in noſtris negotijs.Cura autem ne quis mo-
E leſtus ſit ei populo. Vale. Atq; hactenus de Antiochi Magni erga Iudæos beneuolentia dixiſſe,ſufficiat. Poſt hęc amicitia Ptolemęo cõiunctus eſt & fœdere,data in matrimoniũ Cleopatra filia,& cõceſſa dotis nomine Cœleſyria,unà cum Phœnice, Iudæaq; & Samaria: diuiſisq; inter utrunq; regem uectigalibus, optimates ſuę quiſque patriæ exactionem eorm redimebant,& collecta quæ imperata eſſet pecunia pendebãt regibus.Per ea tẽpora Samaritæ rebus ſecundis elati,ſæpe Iudæos infeſtabant agros uaſtando,& abducẽdo in captiuitatẽ homines, maximè ſub Onia pontifice. Poſt obitum enim Eleazari Manaſſes eius patruus põtificatum aſſumpſit, quo defuncto,Onias ſucceſsit in ſacerdotium Simonis Iuſti filius,quem Simonẽ Eleazari fratrem fuiſſe diximus. Is Onias puſillanimis erat,& auarus:quæ cauſa fuit ut tributum,quod pro populo maiores eius de ſuo ſolebant regi pendere, talenta argenti uiginti
F non ſoluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrem Philopatoris. Qui miſſo Hieroſolyma legato incuſabat Oniam,quòd tributum non redderet: minabaturque ni faceret,regionem eius militibus ſuis ſe diuiſurum, & nouas colonias eò deducturum: quod audientes Iudæi perterriti ſunt,ſed Onias perfricta fronte hæc contemnebat, nihil curans præter pecuniam.

Antiochi edictũ de templo Hieroſolymitano.

Antiochi de Iudæorum pietate & fide teſtimonium.

Antiochi ad Zeuxidem epiſtola Iudæos cõmendans.

Antiochus Ptolemæo familiaritate & fœdere iungitur.

Samaritæ Iudæos infeſtant.

IIII. *Oniæ pontificis auaritia.*

Ioſephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit amicus Ptolemæo Epiphani factus. CAP. IIII.

Ioſephi Tobiæ filij dotes animi.

IOſephus autem quidam ætate iuuenis, ſed honeſtate, prudẽtia, iuſtitia inter Hieroſolymitas celebris, Tobia patre natus è ſorore Oniæ pontificis, cùm indicio matris cognouiſſet de aduentu legati (fortè enim in Phichola natali uico aberat) ueniens in urbem obiurgauit Oniam, qui non curaret ſecuritatem publicam, ſed modò pecunijs parcat, conijceret in periculum populum, à quo & reipub. adminiſtrationem, & pontificalem honorem accepiſſet. Quòd ſi tanto amore pecuniæ teneretur, ut propter eã ſuſtineret & patriam & ciues in diſcrimen adduci, iret ſaltem ad regem, & precibus obtineret ab eo uel totam, uel partem aliquam eius pecuniæ. Onia uerò dicente neque principatum ſe morari, & pontificatum etiam, modò liceat, libenter ſe depoſiturum: neque iturum ad regem, quum nihil curet hoc negotium: rogauit Ioſephus num ipſi permitteret legationem publicam ſuſcipere. Quo annuente aſcendit in templum, & aduocata concione, hortatus eſt eos ne terreantur Oniæ ſui auunculi negligentia, ſed miſſa mœſtitia meliorem ſecuritatis ſpem concipiant. Se ipſum enim iturum legatum ad regem, & cauſam eorum bona fide actu rum perſuaſurumque eos inſontes eſſe. Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipſe uerò egreſſus ex templo legatum regium excepit hoſpitio, & donatum pretioſis muneribus, laute que per aliquot dies acceptum, præmiſit ad regẽ, dicens ſe quoque mox ſecuturũ. Iam enim magis etiam quàm antè accenſus erat ad eam profectionẽ, quia legatus hortatus fuerat ut in AEgyptum ueniret, operamque ſuam obtulerat: effecturum enim ſe ut quicquid opus haberet, à rege impetraret facilè. Vehementer enim captus eſt liberalibus honeſtiſsimi iuuenis moribus. Cæterùm reuerſus in AEgyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitudinem, multùm interim prædicata Ioſephi bonitate: quem breui uenturũ aiebat, & patrocinaturũ populo, cuius curam propter pontificis ſegnitiẽ ſuſceperit. Tantis denique iuuenẽ aſsiduè ornabat laudibus, ut & rex & regina Cleopatra erga abſentẽ adhuc affecti eſſent optimè. At Ioſephus miſsis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuò ſumerent, ſatis iam inſtructus ad profectionem iumentis, ueſtibus & poculis impenſis in hæc uiginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriã. Fortè fortuna ita accidit, ut illo ipſo tẽpore ad regẽ uenirent omnes Syriæ ac Phœnices urbium principes, ad emenda uectigalia, quæ ſingulis annis rex uendebat oppidanorum potentioribus. Hi uidentes Ioſephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & inopiam: qui cùm apud Alexandriam audiſſet, Memphi Ptolemæũ eſſe, profectus eſt illi obuiã. Sedente autem rege in curru unà cum regina, & Athenione amico (is erat qui legatus Hieroſolymis hoſpitio Ioſephi uſus fuerat) conſpicatus eum Athenio mox regi notum reddidit, dicens hunc eſſe illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hieroſolymis reuerſus tan topere prædicauiſſet. Tum Ptolemæus & prior eum ſalutauit, & currum iuſsit conſcendere. Quo facto, Oniam accuſare cœpit. At Ioſephus: Danda eſt, inquit, ſenectuti uenia. Scis enim quòd ſenes & pueri eundem habent animum. Nos autem iuuenes officio noſtro non deerimus, ut nihil de nobis meritò poſsis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex deguſtata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare, ut iuberet eum diuerſari in regia, & quotidie ſuæ mẽſæ adhiberet. Quod cùm primates Syrorum uiderent apud Alexandriam, indignè ferebant. Cum q; dies auctionis ueniſſet, qua addicenda erant uectigalia, licitabantur ea nobiles ſuæ quiſque patriæ: & cùm ad octo millia talentorum colligerentur è uectigalibus Cœleſyriæ Phœnicesque & Iudææ ac Samariæ, accedens Ioſephus culpabat illos licitatores, tanquã de compoſito tam paruum regi pretium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorum confiſcationibus, quæ priùs publicanis ſolebant accedere. Rege uerò libenter hæc audiente, & ut amplificatori redituum ſuorum addicturũ ſe promittente, rogante tamẽ ecquos fideiuſſores haberet, feſtiuè reſpondit, daturũ ſe homines probos & honeſtos, quibus nõ grauaretur credere. Quos ut proferret poſtulatus: Te, inquit, rex dabo, tuãque cõingẽ, ut alter alteri, p me fideiubeat. Tum rex arridẽs permiſit eũ abſq; fideiuſsione habere uectigalia: id quod ualde moleſtũ fuit his, qui poſthabiti fuerãt, nõ ſine pudore in patriã reuertẽtibus. Ioſephus autẽ acceptis à rege duobus militũ millibus, quos ideò petierat, ut poſſet cõtumaces in urbibus ui cogere, & mutuatus Alexãdriæ ab amicis regijs quingẽta talẽta, profectus eſt in Syriã. Et cùm ueniſſet Aſcalonem, tributũq; à ciuibus exigeret, & nõ ſolùm nihil acciperet, ſed conuitijs etiam appeteretur: comprehenſos circiter uiginti eorũ primates affecit ſupplicio: & redactis ex eorum facultatibus mille talentis, regi eam pecuniã tranſmiſit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiã, & approbato quod egerat, permiſit ei quic-

Oniæ Pontifex ſenex auaritiæ à Ioſepho adhuc iuuene reprehenditur.

Ioſephi oratio ad populum.

Ioſephus legatũ regium hoſpitio ſuſcipit,

in Ægyptũ proficiſcitur,

inopiæ deridetur, ſit Ptolemæo obuius,

plũificem Oniã excuſat, &

licitatores obiurgat.

Ioſephus à rege denuò diſcedit, uectigalia Aſcalonitarum exigit, primates ſupplicio afficit,

A quicquid uellet facere. Hoc audito Syri exemplo recenti caſtigatæ in Aſcalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Ioſephum excipientes tributa ſoluebant. Cumque etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more ſolito tributa dependere, horũ quoq; necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem miſit: comparatisq; multis pecuniijs, & multa lucratus ex redemptione uectigalium, his opibus ad conſtabiliendam præſentem potentiam uſus eſt, prudenter exiſtimans optimum eſſe, iam partam felicitatem tueri ex ipſius reditibus. Multa nanque munera regi atque reginæ clanculum miſit, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto ſibi concilians. Vſus eſt autem ea proſperitate per annos xxii, ex una uxore procreatis ſeptem

Scytopolitæ è medio tollendos tradit, &c.

munera multa clam regi miſit;

B filijs, ſuſcepto etiam uno ex fratris Solymij filia, nomine Hyrcano: quam hac occaſione duxit coniugem. Cùm aliquando ueniſſet Alexandriam cum fratre, ducẽte ſecum filiam nubilem, ut eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingreſſam in conuiuium formoſam ſaltatriculam adamauit, ſoliq́ue fratri hoc indicauit, rogans ut quandoquidem lege uetaretur habere rem cum fœmina alienigena, peccatum ſuum celaret, ſibiq́ue ſubſeruiret, ut clàm ea potiri poſſet. Frater uerò libenter operam ſuam pollicitus, ornatam filiã ſuã noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parùm ſobrius, per errorem cũ

C fratris filia congreſſus eſt: & cùm hoc ſæpius feciſſet, magis etiam in amorem accenſus, fratri demonſtrat ſe de uita periclitari amore ſaltatriculæ, quam fortè rex nollet ei concedere. Tum Solymius ait, non eſſe opus ut hac dere ſit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam uxorem habere: faſſus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrẽ tale dedecus in ſe admittere. Ioſephus collaudata fraterna beneuolentia, uxorem duxit eius filiam: ex eaq́ue genuit quem diximus, Hyrcanum filium. Is cùm annos natus tredecim adoleſcens adhuc generoſam & prudentem præ ſe ferret indolem, fratrum in ſe concitauit odia, quòd eos in omnib. uideretur antecellere. Ioſephus autem uolens cognoſcere, quiſnam ex his ad uirtutẽ eſſet idoneus maximè, ſingulos miſit ad eos qui tum profeſsione diſciplinarum erant celebres: illi uerò propter ſegnitiem, & laborum impatientiam indocti domum reuerſi ſunt. De-

Hyrcanus Ioſephi filius fratribus ſuis natu maioribus exoſus.

Hyrcanus in ſolitudinem trecentis iugis boum præfectus mittitur.

D inde minimum natu Hyrcanum cùm trecentis iugis boum miſit itinere ſeptem dierum in ſolitudinem, ut illic ſementem faceret: ſed priùs ſubtractis clàm loris, quibus arator boues ad iugum ſolet aſtringere. Quò poſtquàm peruentum eſt, cùm non haberet lora, contempto bubulcorum conſilio, ſuadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolensq́ue interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus eſt quiddam ueterano duce magis dignum, quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis, carnes quidem in operarios diſtribuit: ſectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proſcindi iuſſerat, ſementeq́ue facta, domum redijt. Pater autem reuerſum exoſculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, ut ſolum germanum filium, magis etiã poſthac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea uenit quidam nuncians, quòd regi Ptolemæo natus eſſet filius: uerſiq́ue omnes Syriæ magnates cum ſubditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum ſunt profecti magno apparatu, Ioſepho ob ætatem iam grauantem domi manere coacto. Pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his uellet eam

E profectionem ſuſcipere: & recuſantibus cæteris, quòd ſe negarent ſcire mores aulicos, quomodo uerſandum eſſet cum regibus, ſuadentibusq́ue ut Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, ſtatim eum aduocat: rogatq́ue ecquid liberet, aut idoneum ſe putaret, qui ad regem ſalutatum accederet. Qui cùm promptè eam profectionem ſuſciperet, & modica pecunia ſibi opus fore diceret: uelle enim ſe frugaliter uiuere, ut decem drachmarum millia ſufficiant, admodum lætatus eſt filij prudentia. Deinde puer cùm aliquandiu ſiluiſſet, ſuaſit patri ne domo quicquam munerum regi mitteret: ſed ut ad procuratorem ſuum Alexandrinum ſcriberet, ut pecuniam ipſi præberet, ad emendum regi id quod inueniret pulcherrimum & pretioſiſſimum. Ille uerò ratus decem fortaſſe talenta impenſurum in mune-

Hyrcanus à patre in Ægyptum mittitur.

F ra, & comprobato filij conſilio, ſcripſit procuratori Arioni, qui omnem ipſius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Ioſephus enim pecunias in Syria collectas ſolebat eò mittere, & quoties præſtitutum tempus ueniret, tributa regi adnumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam profiſciſcitur: moxq́ue fratres ad omnes regios amicos ſcripſerunt, ut eum aliquo modo perderent. Vt uerò exacto itinere Arioni epiſtolam reddidit, rogatus quótnam talenta uellet accipere: putabat enim decem petiturum, aut non multo amplius: ut reſpondit mille ſibi opus eſſe,

Hyrcano inſidiæ à fratribus ſtruuntur.

iratus procurator obiurgauit eum acriter, quòd uellet ea per luxũ perdere: monebatque ut A
ſequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia paraſſet. Se enim non plus quàm decem præbiturum, & ea non in alium uſum quàm ut mercaretur regi munera. Ibi puer iratus, Arionem coniecit in uincula. Procuratoris autem uxore regi-
Hyrcanus Arionem diſpenſatorem conjcit in uincula.
næ hoc renunciante, & rogante ut puerum compeſceret (gratioſus enim apud Cleopatram Arion erat) ex regina hoc rex didicit: ac mox per quendam miſſum ad Hyrcanum mirari ſe nunciat, cur ad ſe à patre miſſus, non modò in conſpectum non uenerit, ſed procuratorem etiam patris ſui uinxerit, iubebatque ut ueniret, ac cauſam eius facti diceret. Ille con-
Hyrcanum apud regem accuſatus ſuæ cauſæ patrocinatur.
trà regi nunciari iubet, legem eſſe Iudæis, ne quis guſtaret de ſacrificio, priuſquam adito templo mactaſſet uictimas: eaque ratione nec ipſum hactenus regem ſalutaſſe, expectantem dona, quæ offerret regi de parente ſuo bene merito. Seruum autem iure ſe puniſſe, B
qui mandata eius contempſiſſet. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Niſi enim tales dent pœnas meritas, expectandum ipſi quoque regi, ut contemnatur à ſubditis. His auditis rex riſit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem poſtquam
Hyrcanum acceptis mille talẽtis Arionem dimittit.
hoc cognouit, nihil ſperans à rege præſidij, datis adoleſcenti mille talentis liberauit ſe à uinculis. Elapſis deinde tribus diebus, ſalutaturus reges acceſſit: à quibus libenti animo exceptus, & menſæ communi eſt adhibitus, in parentis ſui gratiam: moxque clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formoſiſſimos, & literarum peritos, talento ſingulos, & totidem puellas eodem pretio: tum uocatus ad conuiuium regium cum principibus, infimo loco iuſſus eſt accumbere, propter ætatem poſt habitus ab his quorum hoc erat officium: reliquis autem omnibus conuiuis oſſa partium abſumpta carne ante Hyrcanum C
congerentibus, Tryphon quidam quo plurimùm in conuiuijs rex delectabatur, propter ſcõmata & facetias hominis, rogatus à conuiuis ad regem ſe uertit: & Viden', inquit, Domine, quantum oſſium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur collige quòd & pater eius totam Syriã ita ſpoliauit, quemadmodum hic oſſa nudauit carnibus. Rege uerò ad hoc dictum arridente, & rogante Hyrcanum, unde illa oſſium congeries: Nihil mirum, inquit, Domine, canum
Hyrcani facetia, &
enim eſt, oſſa unà cum carnibus abſumere, ſicut iſti faciunt: uultu commonſtrans reliquos, ante quos nihil erat oſſium. Homines autem comeſis carnibus ſolent abijcere oſſa, quod & ego homo cùm ſim, nunc facio. Ibi rex miratus urbanitatem, iuſſit omnes conuiuas huic dicto applaudere. Sequenti uerò die aditis regis amicis & aulicis potentioribus, ipſos quidem ſalutauit: ex famulis autem eorum expiſcatus eſt, quidnam oblaturi eſſent regi in D
feſto natalitio. Illis referentibus, hunc daturum talenta duodecim, alium rurſum aliud pro ſuis quemque opibus: ſimulauit ſe dolere, quòd non haberet unde tantundem largiri ualeret, nec ultra talenta quinque numero: idque mox famuli renunciauêre dominis. Illis autem gaudentibus, quaſi offenſurus eſſet regem Ioſephus propter exilitatem muneris, ubi dies ſtatutus aduenit, alij quidem & hi munificentiſſimos ſe exiſtimantes obtulerunt ta-
dona regi ſimul ac reginæ oblata.
lenta non plus quàm uiginti. Hyrcanus autem emptos à ſe centum pueros, totidemque puellas adduxit, iuſſos ſingulos talentum offerre, hos quidem regi, illas uerò Cleopatræ. Omnibus uerò admirantibus tam profuſam & inſperatam munificentiam, atque ipſis etiam regibus, amicos quoque regis & miniſtros multorum talentorum donis honorauit, ne quid ſibi ab illis naſceretur periculi. Ad eos enim fratres ſcripſerant, ut Hyrcanum tol- E
lerent. Rex autem delectatus iuuenis munificentia, iuſſit eum donum quodcunque uellet petere. At ille nihil aliud petijt, quàm ut ſe rex patri ac fratribus commendaret per literas. Itaque honorificentiſſimè tractatum, & donatum regiè, ſcriptis quoque ad patrem, & fratrem,
Hyrcanus honorificentiſſimè tractatus domũ relegatur.
& omnes ſuos duces atque procuratores commendatitijs literis, dimiſit liberaliter. Fratres autem cùm cognouiſſent tantum honoris ei habitum à regibus, & honoratiſſimum reuerti, decreuerunt obuiam proficiſci, & de medio illum tollere, ne patre quidem inſcio. Iratus enim ob profuſam in munera tam immenſam pecuniam, non erat de ſalute eius ſollicitus: eam tamen iram metu regis diſſimulare coactus eſt. Sed fratribus adortis eum in itine-
Hyrcanus fratres ſibi inſidiatos prælio uincit.
re, fortiter congreſſus, & alios non paucos ex eorum comitatu occidit, & duos quoq; fratres F
inter cæteros: reliqui uerò fuga euaſerunt ad patrem Hieroſolyma. Veniens autem ad urbem cùm exciperetur à nemine, territus ſeceſſit trans Iordanem fluuium, & illic uitam egit
Ioſephus Hyrcani pater obijt.
tributa colligens à Barbaris: quo tempore in Aſia regnum obtinebat Seleucus, cognomine Soter, magni Antiochi filius. Obijt deinde Hyrcani pater Ioſephus, uir bonus & magnanimus, qui Iudæis pauperibus tum & inopibus ſplendidioris uitæ occaſionem præbuit, per duos & uiginti annos præpoſitus exigendis Syriæ ac Phœnices & Samariæ uectigalibus

A & eo dem ferè tempore patruus quoq; eius Onias, relicto ſucceſſore honoris Simone filio. *Oniæ mors.*
V.

DEINDE uita defuncto Onias filius ſucceſſit, ad quem Lacedæmoniorum rex Arius legationem miſit cum literis, quarum hoc exemplar extat.

Amicitia & ſocietas Lacedæmoniorum cum Onia Iudæorum Pontifice.

CAP. V.

A. M. 3798. Ante Chr. nat. 173.

REx Lacedæmoniorum Arius Oniæ ſalutem. Incidimus in quandam ſcripturam antiquam, in qua inuenimus eiuſdem generis eſſe Iudæos & Lacedæmonios ex Abraami gentilitate. AEquum igitur eſt, ut quum fratres noſtri ſitis, petatis à nobis quæcunq; libuerit. Idem nos quoq; faciemus, & res ueſtras tanquam noſtras exiſtimabimus, noſtras item uobiſcum cõmunes habituri. Demoteles eſt qui has uobis reddit literas, in pagina quadrangula ſcriptas, & obſignatas aquilæ ſigillo, draconem tenentis unguibus. Et epiſtola quidem hæc continebat. Ioſepho autem mortuo, populus ſeditionibus agitatus eſt propter eius filios, dum maiores fratres Hyrcano bellum inferunt natu minimo: plerique enim fauebant ſenioribus, & in his Simon pontifex propter cognationem. Hyrcanus autem Hieroſolyma quidem noluit repetere: ſed ultra Iordanem habitans aſſiduum bellum gerebat cum Arabibus, multos eorum interficiens, alios in captiuitatem abſtrahens. AEdificauit etiam caſtrum munitiſſimum, è marmore candido, extructis ad uſque tectum eius muris, habentibus inſculptas diuerſorum animalium effigies enormi magnitudine: idq; ædificium foſſa profunda, & aquis plena circũdedit, & oppoſiti montis prominentem petram perforans, ſpeluncas in ea fecit multorum ſtadiorum longitudine, aulas etiam in eo caſtro fecit aptas conuiuijs, dictasq; alias & cubicula: ſalientium etiam aquarum cò tantã induxit copiam, ut loco uoluptatem ſimul & ornamentum adderent. Speluncarũ uerò ora non ampliùs aperuit quàm ut unum caperent: idq; de induſtria factum eſt ſecuritatis ac tutelæ gratia, ſi quando fortè oppugnaretur à fratribus. AEdificauit etiam atria magnæ amplitudinis, eaq; hortis ſpatioſis ornauit, & locum hoc pacto inſtructum & abſolutũ uocauit Tyrum, qui eſt in finibus Arabiæ & Iudææ trans Iordanem ſitæ, non procul à regione Eſſebonitide. Præfuitq; illi tractui per ſeptennium, toto tempore quo Seleucus regnauit in Syria: poſt cuius obitum Antiochus eius frater in regnum ſucceſſit, qui cognominatus eſt Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæus & ipſe eodem cognomento Epiphanes dictus, ſuperſtitibus duobus filijs impuberibus, quorum grandiori Philometor cognomen inditum, minori uerò Phyſcon. Hyrcanus autem uidens præpotentem Antiochum, & ueritus ne in poteſtatem eius redactus pœnas daret eorũ quæ contra Arabes auſus fuerat, ipſe ſibi manus intulit: facultates uerò eius uniuerſas occupauit Antiochus.

B C D

Arius rex Lacedæmoniorum Oniæ Menelao põtifici ſcribit. 1. Macc. 12. *Ioſepho mortuo ſeditio populi orta.*

Hyrcanus Arabibus præliatur, &

caſtrũ ædificat.

Antiochus Epiphanes rex Syriæ.

A. M. 3801. Ante Chr. nat. 170.

Ptolemæus Epiphanes moritur.

Hyrcani mors.

Hyrcani facultates Antiochus occupat.

Iudæi ſeditionibus agitati Antiochi opem inuocant. *CAP. VI.*

VI.

IS defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri eius Ieſu id ſacerdotium contulit, quòd filius ſuperſtes etiam tum eſſet paruulus: de quo ſuo loco dicetur. Hic Ieſus priuatus eſt eo ſacerdotio per regis indignationem, moxq; in Oniam fratrũ minimum pontificatus translatus eſt. Simoni enim hi tres fuerunt filij, ad quos omnes pontificatus peruenit, ut indicauimus. Cæterùm Ieſus Iaſonem ſe uocari maluit, ſicut alter frater pro Onia Menelaus dictus eſt. Concitata autem per fratrem contra nouum pontificem Menelaum ſeditione, & populo in partes ſciſſo, Tobiæ filij ſteterunt à Menelai partibus: maior autem populi pars factionem Iaſonis ſequebatur. Quorum uim non ſuſtinentes Menelaus & Tobiæ filij ſeceſſerunt ad Antiochum, dicentes ſe uelle relictis patrijs inſtitutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus aſſumere: rogaueruntq; eum, ut ſibi permitteret gymnaſium Hieroſolymis extruere. Quo impetrato, adduxerunt ſibi præputia, ut nudi quoque non eſſent Græcis diſſimiles: & contẽptis omnibus patrijs ritib. imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi uſus fortuna proſpera, expeditionem AEgyptiam tentare ſtatuit, captus eius regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus adminiſtrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Peluſium, aſtu circumuento Philometore, AEgyptum occupat, & redacta priùs in poteſtatem Memphi, locisq; circumuicinis, ad Alexandriam duxit, & urbem & regem ſubiugaturus. Sed omnes eius conatus Romanorum denunciatione repreſſi ſunt, ita ut iam occupata relinqueret: ſicut & aliàs diximus. Nũc prolixiùs narrabimus de hoc rege quomodo Iudæam ac templum occupauerit, quod in prioribus Commentarijs breuiter tantùm perſtrinximus, ut neceſſe ſit idem altiùs repetere.

E F

Oniæ Menelai mors. 1. Mach. 1. *Ieſus ſacerdotiũ adeptus, eoq; priuatus.* *Ieſus Iaſon dictus.* *Onias Menelaus uocatus.* *Ieſus & Onias ſeditionẽ cõcitat.* *Antiochus in Aegyptum expeditionem facit, & eandem occupat.* *Antiochus ex Aegypto fugere compellitur.*

A.M. 3804. Ant. Chr. nat. 167.

Quemadmodum Antiochus ducto Hieroſolyma exercitu, occupatoq; eius urbis dominio, templum etiam ſpoliauerit. CAP. VII. A

Antiochus Epiphanes urbem Hieroſolyma uaſtat, &

REuerſus ab AEgypto quam metu Romanorum reliquerat rex Antiochus, ad Hieroſolymitarum urbem mouit exercitum: & ingreſſus eam centeſimo quadrageſimotertio anno, ex quo primùm ad Seleuci familiam Syriæ regnum deuenerat, ſine ullo negotio dominus eius factus eſt, admiſſus apertis portis per ſuę factionis homines. Quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis qui diuerſarũ erant partium: direptisq; pecunijs & aſportatis Antiochiã. Ea clades accidit poſt annos duos, anno regni eius familiæ centeſimo quadrageſimoquinto, uigeſimaquinta eius menſis qui Chasleus noſtris dicitur, Macedonibus Apellæus, Olympiade centeſima quinquageſima

templũ ſpoliat. tertia, quando ne his quidem eſt parcitum, qui quaſi pacatè uenienti portas aperuerant, quò B maiore licentia graſſatum eſt in templi diuitias: quæ cùm eſſent maximi pretij, uiſæ ſunt ſatis amplum uiolati fœderis præmium. Spoliato igitur tẽplo, & ablatis uaſis ſacri miniſterij, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, menſaq; propoſitionis quam uocãt, ac ne aulæis quidem relictis, quæ è cocco ac byſſo conſtabant, euacuatis etiam theſauris reconditis, ita ut nihil omnino relinqueret, coniecit Iudæos in luctum maximũ. Nam & quotidiana ſacra ſecundũ legis præſcriptũ uetuit eos facere: direptaq; tota urbe, habitatores partim necauit, partim captiuos unà cum liberis & uxoribus abduxit, uſq; ad decẽ millium numerũ. In-

Antiochus arcẽ condidit, & cendit etiam ædificiorum eius quicquid erat pulcherrimum, & demolitus mœnia, in inferiore urbe arcẽ condidit. Erat enim editiore loco ſita, ipſi templo imminẽs: quapropter bene priùs firmatæ mœnibus ac turribus Macedonicũ præſidium impoſuit. Admixti tamen e- C

in templo porcos mactauit, et cultum Dei abrogauit. rant ex impijs Iudæis ſceleſtiſſimi, à quibus plurimùm uexata fuit ciuitas. In templo quoque ara poſita porcos mactauit, ſacrificiũ à Iudæorũ religione alienum: & cogebat omnes abrogato ueri Dei cultu, ipſius uenerari numina: & oppidatim extructis templis atq; altaribus, porcinas in eis quotidie iugulare uictimas. Comminatus eſt etiam grauem pœnam, ſi quis liberos circũcideret, conſtitutis qui mandata exigerent, atq; etiã ui ad ea ſeruanda de-

VII.

Iudæorũ Antiocho aſſentientiũ clades. trectantes cogerent. Et maxima quidem Iudæorũ pars uel ſponte uel metu ſupplicij parebat edictis regijs. Qui uerò probatiores erant, & generoſæ indolis, maiorem rationẽ habuerunt moris patrij, quàm pœnæ intentatæ ſibi per aduerſarios: quamobrem quotidie necabantur excruciati tormentis crudeliſſimis: flagris enim cæſi & lacerati corpora, uiui adhuc & ſpiran D tes ſuffigebantur crucibus. Vxores autẽ eorum & circumciſos liberos ſtrangulabant ſecundum mandatũ regium, & ſuſpendebant à crucifixorũ parentũ ceruicibus: abolebatur etiam ubicũq; repertum eſſet ſacrum uolumen aliquod, & ipſi apud quos inuentũ eſſet malè peri-

Samaritæ Antiocho aſſentantur. bant. Samaritæ autẽ uidentes in tali calamitate conſtitutos Iudæos, non amplius profitebantur ſe cognatos eorũ, neq; Garizitanũ tẽplum eſſe Dei maximi, nihil abſonũ facientes à ſuo ingenio, de quo antè diximus: ſed dicentes ſe Medorum & Perſarũ colonos, ut re uera ſunt, miſerunt legationem ad Antiochum, cum epiſtola ſcripta in hunc modũ: Regi Antiocho Deo illuſtri ſuggeſtio à Sidonijs in Sicimis habitantibus Maiores noſtri compulſi crebris ſuę regionis peſtilentijs, & inducti ueteri quadam ſuperſtitione, morẽ fecerunt obſeruandi eam feſtiuitatem quæ apud Iudæos uocatur ſabbatum: & extructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolauerunt in eo ſolennes uictimas. Nunc autẽ ex quo tibi uiſum E eſt in Iudæos, ut eorum malitia dignum eſt, animaduertere, qui exequuntur mandata regia, exiſtimantes nos hæc propter eorũ cognationẽ facere, uolunt nos in cõmunem cũ illis cauſam inuoluere, cùm ſimus ab origine Sidonij, quẽadmodum extat relatum in noſtris annalibus. Rogamus igitur te ſeruatorem ac beneficum, ut mandes Apollonio noſtro præfidi, & Nicanori procuratori regio, ne quid poſthac nobis moleſti ſint, quaſi hærentibus in eodem cum Iudæis crimine, à quib. tam diuerſi ſumus moribus, quàm origine: utq; templũ quod hactenus nullius Dei titulum habuit, poſthac uocetur Iouis Græcanici. Hoc enim pacto erimus à moleſtijs liberi: & ſecuriùs intẽdentes priuatis negotijs, maiora tibi poterimus tribu-

Antiochi ad Nicanorem literæ. ta ſoluere. Poſt hanc Samaritarum ſupplicationem rex talẽ epiſtolã remiſit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonij qui ſunt apud Sicima miſerunt ad nos ſuggeſtionẽ, quã his literis adiunxi- F mus. Quoniam igitur nobis & amicorum conſilio ſatis approbauerũt, qui in hoc miſſi ſunt, quòd alieni ſint à Iudæorum criminibus, & placet illis ſecundum Græcorum inſtituta uiuere, abſoluimus eos quantum ad hanc cauſam & eorum templũ attinet, quod poſthac appelletur Iouis Græcanici. Eadem autẽ & Apollonio præfecto ſcripſimus, anno quadrageſimoſexto, menſis Hecatombæonis undecima.

Antiocho

A

Antiocho uetante Iudæos uti patrijs legibus, ſolus Aſſamonæi filius Matthias regem contempſit, eiusq; duces uicit.

A.M. 3808. Ante Chr. nat. 167.

CAP. VIII.

1. Mach. 2. *Matthias, in Biblico textu legitur.*

Abaron, in Biblijs habetur.

IN eodem tempore habitabat in Modin uico Iudææ quidam Matthias nomine, filius Ioannis, qui fuit Simeonis ex Aſſamonæo geniti, ſacerdos ex uice Ioaribi, Hieroſolymita genere: erantque ei filij quinque, Ioannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qui & Matthes, Iudas qui & Maccabæus, Eleazarus qui & Auran, Ionathas qui & Apphus uocabatur. Is Matthias querebatur apud filios de tam afflicto rerum
B ſtatu, direptione urbis, depræ datione templi, cæterisque calamitatibus: aiebatque præſtare mori eos pro patrijs legibus, quàm ſic inglorie uiuere. Cumque uenissent in eum uicum in hoc à rege conſtituti, ut Iudæos ad mandata eius cogerent, poſtularent, ut Matthias quia cùm ob cætera, tum ob egregiam prolem clarus eſſet, ad exemplum aliorum primus profana ſacra faceret, oſtentantes à rege præmia, negauit ſe hoc facturum, etiam ſi omnes gentes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis quidem ipſius perſuaderi, ut patriam religionem deſerant. Vt uerò ſilente eo Iudæus quidam in medium progreſſus cœpit immolare ſecundum mandatum regium, non ampliùs ferens indignitatem rei, irruit in eum cum ſuis filijs armatis gladijs: nec ſolùm eum trucidauit, ſed etiam Apellem regium ducem cum paucis militibus, qui uolebant plebem eam cogere: dirutaque ara exclamauit: Si cui eſt cordi religio-

Matthias Iudæi apoſtatam ſtricto enſe transfodit, &c.

C nis incolumitas, me ſequatur. Et cum dicto comitantibus filijs in deſertum ſe contulit, relictis in uico ſuis omnibus facultatibus. Id imitata plebs reliqua, & ipſi cum familijs in idem deſertum profugerunt, ibiq; uictitabant in ſpecubus. Quo audito duces regij, præſidio Hieroſolymitanæ arcis aſſumpto, Iudæos in deſertum perſecuti ſunt: quos aſſecuti, primùm uerbis perſuadere conati ſunt, ut ab incœpto deſiſterent, & admittentes rectius conſilium, non imponerent ſibi neceſſitatem ſæuiendi hoſtiliter: & cùm nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſſi ſunt eos die ſabbathi, & ita ut erāt in ſpeluncis exuſlerunt, non repugnantes, ac ne aditus quidem ſpeluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolebant, ac ne in aduerſis quidem uiolare honorem ſabbathi, quando lex iubet feriari ab omni opere. Itaque perierunt cum uxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille. Multi e-

in deſertum confugit.

Iudæi Sabbatho pugnare recuſantes, occiduntur.

A.M. 3807. Ant. Chr. nat. 165.

D tiam elapſi adiunxerunt ſe Matthiæ, eumque principem ſibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam ſabbathis, aut ſi ita pergant, ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eam occaſionem obſeruantibus, & non niſi ſabbatho illos aggredientibus: atque ita fore, ut uel ſine certamine omnes facilè opprimantur. Hæc locutus perſuaſit eis: & in hodiernum uſque diem mos hic apud nos permanet, ut ſi ita neceſſitas poſtulet, pugnemus etiā ſubbathis. Collecta igitur circa ſe non contemnenda manu, Matthias & altaria diruit, & prolapſos in impietatem quotquot adipiſci potuit, trucidauit. Confluebant enim ad eum quos antè metus

Matthias etiam Sabbatho hoſti repugnandum, docet.

Matthias idola tollit, circuncidi pueros præcipit.

per circumuicinas gentes ſparſerat: pueros etiam iuſſit circumcidere, qui hactenus prohibiti fuerant, expulſis qui ad hoc ut prohiberent conſtituti erant ab Antiocho. EXACTO autem anno poſt principatum morbo correptus, conuocatis ad ſe liberis: Equidem, inquit, VIII.

Matthiæ teſtamentum filijs relictum.

E filij, iam fatalem uiam ingredior, interim commendo uobis meum propoſitum, & rogo ne per ignauiam ceſſetis id exequi: ſed potiùs memores paternæ uoluntatis ſeruate ritus patrios, & rempublicam tantum non collapſam reſtituite: neque illis accedite, qui aut ſponte aut ui eam prodiderunt hoſtibus. Præſtate uos mihi Germanos filios, contemptáque omni ui ac neceſſitate, parati ſitis pro legum tutela uel mortem oppetere, ſi ita res poſtulet: cogitantes quòd Deus uos tales non deſpiciet, ſed delectatus ueſtra uirtute, in priſtinam patrijs moribus uiuendi libertatem reſtituet. Corpora quidem habemus mortalia, & fatali neceſſitati obnoxia, ſed præclarè geſtorum memoria uice immortalitatis eſſe poterit, cuius amatores uos aſpirare uolo ad gloriam, adeò ut non grauemini uel immori egregijs facinoribus. Prima autem cura ſit concordiæ, & quibus quiſque præcellit artibus, his utatur reliquis concedentibus: Simonemque fratrem eximia prudentia uirum

F parentis loco habete, obtemperantes eius conſilijs: Maccabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim ulciſcetur ſuæ gentis iniurias repulſis hoſtibus. Ad hoc autem negotium admittite iuſtos & pios, & hoc pacto uires ueſtras augebitis.

Matthia

Matthiæ defuncto Iudas filius ſuccedit. CAP. IX.

A. M. 3807. Antę Chr. nat. 164. *1. Mach. 3 Matthiæ mors, & ſepultura.* *Iudas Maccabæus Iudæorum dux.* IX. *Iudas Maccabæus Apollonium profligat.* *Seron contra Iudæ Maccabæũ militares copias ducit.* *Iudas ſuos animat & Seronẽ occidit.* *Victoria in pietate erga Deũ, & fiducia conſiſtit.*

HAEC locutus filijs, precatusq; Deũ adeſſe illorũ conatibus, & populo priſtinũ uiuendi morem reſtituere, non multo pòſt moritur, & in Modin ſepelitur: & poſt exhibitum ei publici luctus honorem, Iudas filius cognomine Maccabęus adminiſtrationi rerũ præficitur, anno CXLVI. qui adiutus impigrè à fratribus, eiecto hoſte, & impijs tribulib. necatis, totã eã terrã luſtrauit à pręteritis piaculis.

Apollonius Antiochi dux in Iudæa prælio uictus occiditur. CAP. X.

HIS auditis Apollonius præfectus Samariæ raptim cõtra Iudam duxit exercitum. Nec in Iuda mora fuit, ſed obuiam ei factus prælio uictum cum alijs multis interficit, gladio etiam eius potitus uelut opimo ſpolio: plurimis etiam hoſtium uulneratis, & caſtris eorum direptis, ditatus præda redijt. Seron autem Cœleſyriæ præfectus, cognito quòd Iudas multis undiq; ad eum confluentibus magnas circa ſe copias haberet, & ad confligendum cum hoſte idoneas, decreuit contra eum ducere, ſui putans officij animaduertere in rebelles, & contumaces erga mandata regia. Cõtractis igitur quibus præerat militibus, adiunctis etiam Iudæorum perfugis, & impijs, progreſſus uſq; ad Bethora uicũ Iudææ, caſtra eo loco metatus eſt. Iudas autem occurrens ei pugnandi animo, ubi uidit milites ſuos parũ alacres, partim propter hoſtium multitudinem, partim quia ipſi ieiunauerant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis ſitam uictoriã, ſed in pietate erga Deum & fiducia: idq́ue compertũ plurimis maiorum ſuorum exemplis, qui iuſta arma pro legibus ſuis & liberis ferentes, multa ſæpè hoſtium millia profligauerint. Inuictum enim robur eſſe innocentiæ. His dictis perſuaſit, ut non detrectarent præliũ: & collatis cum Serone ſignis, fudit ac fugauit Syrorum exercitũ. Proſtrato enim duce omnes in fugam ſpem ſalutis poſuerũt: quos perſequutus uſq; ad campum, occidit ex eis octingentos: reliqui euaſerunt in regionem maritimam.

Lyſiæ & Gorgiæ contra Iudæos expeditiones & clades. CAP. XI.

A. M. 3808. Ant. Chr. nat. 163. *Antiochus Iudæam armata ui inuadere decernit, & adminiſtrationẽ rerum Lyſiæ committit, & ipſe in Perſidem tendit.* X. *Ptolemæum Dorimenis filium, Gorgiam & Nicanor in Iudæã arma ferũt hoſtilia.* *Iudas hoſtium multitudinẽ appropinquare animaduertens ſuos ad fortitudinem cohortatur milites.*

AVDITIS his rex Antiochus uehementer iratus, omnes undiq; copias contraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo uere in Iudæã irrumpere. Cumq; numerato ſtipendio uideret theſauros ſuos exhauſtos deficere (nam neq; tributa omnia reddebantur propter crebras rebellationes gentiũ, & ipſe uir magnanimus ac munificus nõ erat cõtentus ea, quæ tũ aderat, pecunia) decreuit adita priùs Perſide, regionis eius tributa exigere. Commiſſa igitur rerum adminiſtratione Lyſiæ, amico probatæ fidei, & prouincijs Aſiæ, quæ Aegyptum inter & Euphratem ſitæ ſunt curæ eius creditis, relicta ei copiarum quoq; & elephantorũ parte, iuſſit ut Antiochum filiũ diligenter educaret, uſq; in ſuum reditum: eidemq; mandauit, ut ſubacta Iudæa, & habitatoribus eius ſub haſta diuenditis, deleret Hieroſolyma, ac totam gentem extingueret. His mandatis profectus eſt in Perſidem CXLVII anno, & traiecto Euphrate aſcendit ad ſuperiores ſatrapias.

Lyſias autem delectis ad hoc negotium eximijs ducibus ex amicis regijs, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisq́ue eis peditum quadraginta millibus, equitum ſeptem millibus, in Iudæam miſit eum exercitum: qui uſque ad Emauntem urbem progreſſi, in campeſtribus eius caſtra metati ſunt: ubi conuenerunt ad eos auxilia Syrorum, & ex alijs uicinis regionibus, nec non magnus perfugarum Iudæorum numerus. Aderant etiam in eis caſtris negotiatores non pauci empturi mancipia, & inſtructi compedibus, paratis in hoc, ut uincirent captiuos numerata pro eis pecunia. Iudas autem animaduerſa hoſtium multitudine, hortatus eſt ſuos milites, ut forti eſſent animo, & in Deo collocarent omnem fiduciam, decretis ſupplicationibus, quibus more patrio in magnis periculis induti ſaccos ſolent orare ueniam, ut Deus ad miſerationem flexus uires contra hoſtem eis adderet. Diſtributis deinde more antiquo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis nouis maritis, quiúe agros recẽs ſibi cõparauerãt, ne diſtracti talibus cupiditatibus pugnarẽt ſegniùs, uerbis etiã aggreſſus eſt hortari ſuos ad rẽ gerẽdã ſtrenuè: Nullũ, ſocij, tempus nobis dabitur ad uirtutẽ & periculorũ contemptũ opportunius: nũc enim fortiter certantibus paratũ eſt libertatis præmium, quã ſuapte natura deſiderabilẽ hoc magis nos optare decet, qd̃ abſq; hac ne religionẽ quidẽ tueri poterimus. Sic igitur exiſtimate, in hac pugna ſitũ eſſe, utrũ priſtinã felicitatẽ recipiatis, hoc eſt uitã ſecũdũ patrias leges rectè inſtitutã: an p ſummã ignominiã etiã reliquię noſtri generis intereãt, niſi fortes uiros præſtiteritis: & cum hac cogitatione inite prælium. Cùm igitur quãuis nõ pugnãtes uos mors certa maneat, gloria uerò ſempiterna, ppugnatores pietatis, legũ, libertatis, patriæ, eos animos cõcipite, qui uobis

in

A in craſtina pugna poſſint eſſe uſui,uel ad uictoriam,uel certè ad gloriam.His ſuos Iudas hortatus,dum cogitat de futuro prælio,certo indice comperit Gorgiam miſſum cum mille equi 1.Mach.4.
tibus,peditum quinque millibus, ut ductu perfugarum noctu ſe inopinũ inuaderet: decreuitq; & ipſe eadem nocte in hoſtium caſtra impetum facere,maximè quòd abfutura eſſet bona pars illorũ exercitus.Itaq; confeſtim ſumpta cœna,relictisq; in caſtris multis ignibus, tota nocte iter fecit ad Emaunti propinqua caſtra hoſtiũ.Interim Gorgias nemine in caſtris Iudæorum inuento,ratus eos metu ceſſiſſe,& occultari alicubi in montibus,ſtatuit ubínam eſſent quærere.Iudas autem ſub diluculum peruenit ad caſtra hoſtiũ,ducens tria uirorũ millia
non ſatis inſtructa armis propter inopiã:uidensq; hoſtẽ armatum egregiè,& caſtra ex arte diſpoſita,hortatus primùm ſuos,ut non dubitarent uel nudis ſi ita opus ſit, corporibus in pu-
B gnam ruere,quandoquidem Deus delectetur tali fortitudine, eamq; ſuo præſidio contra armatos fulciat:iubet ſigna canere. Ex improuiſo deinde adortus nihil minùs expectantes ita
terruit,ut cæſis quotquot auſi ſunt reſiſtere,cæteros perſequeretur uſq; ad Gadara,& uſq; ad campos Idumææ,& Azoti & Iamniæ.Ceciderũt autem ex eis circiter tria millia.Victor Iudas ſuos à præda cohibuit,Gorgiam adhuc ſupereſſe dictitans: quo profligato per otium deinde poſſe eos ditari ex ſpolijs.Adhuc autem eo loquente,oſtenderunt ſe Gorgiani è quodam lo-
co edito:unde proſpicientes ſuorũ cladem,& caſtra capta ac fumantia,animaduertentesque Iudam ſe expectantẽ inſtructa acie,non auſi manus conſerere,trepidè terga uerterunt. Iudas uerò ſine certamine uictor,tum demum permiſit ſuos ad prędam diſcurrere: ditatusq; cum ſuis reperto plurimo auro & argẽto,hyacinthoq; & purpura incolumem reduxit exercitum, *Iud.us Gorgiãnos prælio uincit,ger ſuos à præda cohibet.*
C laudans Deũ autorem eius uictoriæ,quæ haud exiguũ momentũ ad futuram libertatem eis attulit.Lyſias aũt ſequenti anno ad abolendã ignominiam nouum exercitum parauit:cõtractisq; lectiſſimorũ militum ſexaginta millibus,& adiunctis quinq; millibus equitum,Iudeã ingreſſus,mõtana eius aſcendit,& ad Bethſura uicum caſtra poſuit.Huic Iudas occurrit cum
decem millibus:& cùm uideret hoſtem lõgè præſtare numero,uoris pro uictoria factis,Deo *Iudas Lyſiam uincit.*
ſretus primam aciem aggreditur tanto impetu,ut ex eis quinq; millia ſterneret:quo facto re A.M. 3809.
liquis tantum terrorem incuſſit, ut Lyſias animaduertens eis certò ſtatutũ aut mori, aut in Ante Chr.
libertatẽ ſe aſſerere,ueritus magis deſperationem corũ quàm uires, copias Antiochiã reduceret:ubi mercenarios conducens,& maiores uires colligens,parabat ſe, ut ad primã oppor- nat.162.
tunitatem bello Iudæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducib. Iudas perſuaſit
D ſuis,ut quandoquidem tam multas uictorias Deus conceſſerat,aſcenderent Hieroſolyma,& *Iud.us templum luſtrat.*
luſtrato templo mactarent ſolẽnes uictimas: ubi cùm inueniſſet templum deſertũ, & portas eius incenſas,& in atrijs uirgulta enata propter ſolitudinẽ,lamentari cum ſuis cœpit ob tantam deformitatem.Deſtinata deinde copiarum parte ad arcis oppugnationẽ,ipſe interim re purgare templũ aggreſſus:quod poſtquam accuratè factũ eſt,intulit in illud uaſa noua, candelabrum,menſam,& altare ex auro fabrefacta omnia.addidit & uela foribus oppandi ſolita, ac poſtremò fores quoq; appoſuit.Diruto etiam holocauſtorum altari(quod profanatũ fuerat) nouum ex collatitijs ſaxis impolitis conſtruxit. Vigeſima aũt & quinta menſis Chaſlei, quẽ Appellęũ Macedones nominant,accenderunt lumina in candelabris, & ſuffitũ fecerũt in altari, & panes ſupra menſam propoſuerunt:& in nouo altari holocautomata immolaue-
E runt: idque accidit eadem die, qua ante triennium ſacra eorum profanata fuerant. Integro enim triennio deſertum fuit templum poſt factam ab Antiocho profanationem. Ea *Hieroſolymitanum templum integro triennio desertum.*
enim incidit in annum CXLV,& diẽ Apellæi mẽſis XXV, in Olympiadem CLIII:renouatũ eſt aũt eadẽ die CXLVIII anno,Olympiade CLIIII. Prædixerat aũt eam deſolationem propheta Daniel,ante annos CCCCVIII,diſertè dicẽs à Macedonibus ꝓfanandũ. Celebrauit autem Iudas recepti templi feſtiuitatem per dies octo ſacrificans, in quibus nullum honeſtæ uoluptatis genus omiſſum eſt,ſed populo quidem ſumptuoſum ac ſplendidum epulum eſt exhibitum,in Dei uerò laudem hymnis & canticis perſonabant omnia. Tanta uerò *Iudas templi feſtiuitatem celebrat.*
lætitia,ob reductos ritus patrios & priſcam religionem, occupauit gentis eius animos, maximè quòd ea felicitas ex inſperato obtigerat,ut lex lata ſit ad poſteros, quæ iuberet quotan-
F nis hoc feſtum reparari cum ceremonijs templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit:uocamusque hanc feſtiuitatẽ luminum, opinor ideo quòd ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas. Circundatis deinde urbi mœnibus& extructis in eis firmis turribus,cuſtodias ad arcendum hoſtem impoſuit: muniuitque Bethſuram oppidum, ut eo tanquam arce uti poſſet contra conatus hoſtium. QVIBVS operibus XI.
perfectis,uicinæ gentes moleſtè ferentes Iudæorum uires reſuſcitari,per inſidias adoriendo 1.Mach.5.
multos

Iudæ finitimos hoſtes Idumæos, & Ammanitas, de bell.

multos oppreſſerunt: cum quibus Iudas aſsiduè bellum gerens conabatur eorum incurſationes compeſcere: quo tempore etiam Acrabatenam inuadens multos Idumæos Eſaui poſteros interfecit, & deprædatus eſt: & principis eorum Batanis filiorum caſtella, unde Iudæos infeſtabant, ui capta cæſis propugnatoribus incendit. Quibus perdomitis in Ammanitas arma tranſtulit, quorum numeroſam manum Timotheus ductabat, & his quoque deuictis, Iazorum eorum urbem expugnauit: abductisque in captiuitatē uxoribus eorum ac liberis, direptam priùs incendit, atque ita domum uictor reuerſus eſt. SED quàm primùm uicinæ gentes ſenſêre eius abitum, contractis copijs in Galaditica regione, finitimos Iudæos adorti ſunt. at illi refugientes in caſtrum Dathema, ſignificabant Iudæ per nuncios & literas, quòd oppugnādi eſſent à Timotheo, rogantes ut ſe huic periculo eriperet: & interim dum legit has literas ſuperuenerunt Galilæorum nuncij, querentes ſe infeſtari à Ptolemaide, Tyro, Sidone, & alijs finitimis populis.

XII.

Iudæi à Timotheo premūtur.

Galilæi infeſtantur.

Quomodo diuiſis copijs, Simon Tyrios & Ptolemaidenſes, Iudas Ammanitas ſuperat

CAP. XII.

Simon frater Iudæ Galilæis opitulatur.

IVdas igitur proſpiciens utrorumque neceſsitatibus, Simonem fratrem cū tribus ſelectorum millibus mittit auxilio Iudæis habitantibus Galilæam: ipſe aſſumpto Ionatha altero fratre cum octo militum millibus, in Galaditicam proficiſcitur: quod ſupererat uiriū Iudææ præſidio reliquit ſub Ioſepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, quibus mādauit ut abſtinerent à pugna, tantiſper dū ipſe ad eos reuerteretur. Simon igitur poſtquam in Galilæam uenit, congreſſus cum hoſte coegit eum terga uertere: & fugientē perſequutus uſque ad portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: quibus ſpoliatis, receptos captiuos cum tota ſupellectile in Iudçā tranſtulit. Interea Iudas cum fratre Ionatha trium dierum iter emenſi, accepti ſunt à Nabathæis pacifice: quorum indicio comperērunt, quod multi ex ipſorum fratribus in extremo eſſent periculo, obſeſſi ab hoſte in caſtellis & oppidis Galaditicis: monitique ut properè illis ſuccurrerent, per deſertum illuc feſtinauerunt.

Iudas Iudæis finitimis ſuccurrit.

Simon hoſtes uincit.

Baraſa ui expugnata

In eo itinere Baraſam oppidum oppugnare adorti, ui ceperūt: cæſisque ad unum puberibus, tecta igni ſubiecto concremauerunt. Cumq; interim nox appeteret, nihilominus Iudas iter continuauit uſque ad caſtellum, in quo Iudæos obſideri acceperat: quò cùm mane peruenisſet, offendit hoſtē iam ſcalas & machinas admouere mœnibus: inſſoque tubicine canere, & cohortatus ſuos, ut bonā ac fidelem operam præſtarent periclitantibus fratribus, diuiſis trifariam copiis oppugnatores à tergo aggreditur. Timothei uerò milites cognito Maccabæum adeſſe, cuius uirtutem & felicitatem iam antè ſuo periculo didicerant, ſine mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo millia cecidêre, Iudæis acriter inſequentibus. Inde ad Mallen Barborum urbem flexo itinere, eaq; expugnata mares omnes neci tradidit, ædificia incēdio ſunt cōſumpta. Eodè impetu & Chaſpoma, & Boſora, cum alijs Galaditicæ regionis oppidis euerſa ſunt. Aliquanto pòſt Timotheus contractis numeroſis copijs, & inter cæteros auxiliares conducta manu Arabū, trans torrentē caſtra poſuit contra oppidū Rafā: ibi hortatus eſt ſuos milites, ut ſtrenuè pugnarent, arcerentq; Iudæos à torrentis tranſitu, in hoc enim ſitam uictoriam, Iudæis futuris ſuperioribus, ſi tranſire potuerint. Iudas aūt audito, ꝙ Timotheus paratus eſſet ad prælium: properè contra eum duxit exercitū: traiectoque torrēte, adortus hoſtes, partim reſiſtentes proſtrauit, partim in fugam cōpulit, armis etiam paſsim abiectis: horum nonnulli celeritate pedum ſalutē cōſecuti ſunt, quidam uerò in fanum quod Carnain dicūt refugientes, tutos ſe ibi fore ſperauerunt. At Iudas & oppidum id occupauit, & incenſo templo hoſtium alios flammis, alios ferro perdidit. His rebus feliciter geſtis, & contractis è tota regione Galaditica Iudæis, unà cum uxoribus & liberis ac facultatibus in Iudæam eos traducebat. In eo itinere cùm ueniſſet ad Ephronem oppidum, per quod neceſſariò tranſcundum erat, niſi retrorſum reuerti mallet, miſit ad oppidanos, rogans ut patefacerēt ſibi tranſitum, nam obſtructis portis uiam interruperant, quod cùm ab Ephronitis impetrare non poſſet, cohortatus ſuos, corona oppugnauit mœnia: & diem ac noctem ibi remoratus ui cepit oppidum: occiſisque omnibus maribus, per incenſi cineres traduxit exercitum: tantus autem erat occiſorum numerus, ut in tranſcundo calcāda eſſent cadauera. Traiecto deinde Iordane in magnum campū ueniūt, quà ſita eſt Bethſana, Græcis dicta Scythopolis. Inde in Iudæam reditum eſt hilariter, canente hymnos & uictoriale carmen multitudine: uotiuasque hoſtias mactarunt, pro incolumitate exercitus, quandoquidem poſt tot conflictus ne unus quidem è Iudæis deſideratus eſt. Interea Ioſephus Zachariæ filius, & Azarias duces, qui profecto Simone in Galilæam contra Ptolemaidenſes, Iuda uerò & Ionatha fratre in Galaditicam, præ-

Malle urbs occupata, & conflagrata.

Chaſpoma & Boſora oppida euerſa.

Iudas Timotheanos iterū uincit

Iudas Ephronē oppidū euertit.

Ioſephus & Azarias malè pugnant.

ſidio

A sidio Iudææ relicti fuerāt: uolentes & ipsi aliquo memorabili facinore parare sibi gloriam, ad Iamniā uenerunt. Vbi armis excepti à Gorgia eius loci præside, amiserunt ad duo millia militum: nec priùs destiterunt fugere, quàm in Iudææ finibus. Hęc autem clades illis accidit, ob contemptum Iudæ mandatum, qui interdixerat ne se absente manus cum hoste consererēt: nam hoc quoque Iudæ prouidentiam commendat, quòd intellexit non impunè fore si à mādatis discessissent. Iudas autem & fratres eius continuabant bellum contra Idumæos, urgentes eos undiq;: expugnata quę Chebrone munitiones eius diruerunt, & turres cremauerunt suppositis ignibus: peruastatisque agris hostium, euerterunt etiam Mariſſām oppidum. Inde Azotum delati eodem impetu, expugnata ea quoque ac direpta, omnes ditati præda reuersi sunt in Iudæam, uictores & incolumes.

Ioſephus & Nazarius à Gorgia uicti.

Chebron, Mariſſa, & Azotus oppida diruta.

B *Antiochi Epiphanis apud Perſas interitus. CAP. XIII.* A.M. 3810. Ant. Chr. nat: 161.

IN Eodem tempore Antiochus rex superiores sui regni prouincias obeundo audiuit esse in Perside urbem prędiuitem, Elymaida nomine, & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donarijs: scuta etiam ac thoraces ibi asseruari, quondam relictos ab Alexandro Philippi filio, rege Macedonū. Motus igitur hac fama, admoto exercitu expugnare conatus est. His uerò qui inerant nec aduentu eius nec oppugnatione territis, sed fortiter resistentibus, spe sua frustratus est: non contenti enim repulisse illum à mœnibus, recedentem etiam persecuti sunt, ita ut plurimis desideratis fugiens Babylonem se reciperet. Quam cladem cùm ęgrè ferret, nouus insuper accessit nuncius de profligatis, quos ad Iudaicum bellum reliquerat, ducibus, deque Iudæorum in dies crescente C potentia. Accedente igitur alia super aliam cura, impar solicitudini morbum sibi contraxit: quo magis ac magis inualescente, intelligens adesse fatale tempus, amicos conuocat eisque & uim morbi & causam indicat: nimirum quòd pœnas ob afflictam Iudæorum gentē lueret, atque ob spoliatum sacrilegio templum, & contemptum cælestis numinis: atque his dictis exhalauit animā. Quamobrem demiror, Polybium Megalopolitanū, qui uir alioqui probus, ait hunc Antiochum perijsse, quòd conatus fuisset Dianæ templi thesauros ac donaria diripere: uoluisse enim tantùm, ac non etiam perfecisse sacrilegium, non uidetur res digna supplicio. Quòd si hæc causa Polybio digna uidetur, cur Antiochus deberet capite pœnas persoluere, multo uerisimilius est ob exhaustum sacrilegijs Hierosolymitanum templū interijsse. Si quis tamen magis probat Polybij sententiam, cum ea nunc non libet contendere.

Antiochi Epiphanis Elymaidam obsidet, à mœnibus profligatur, turpi fuga elabitur, in morbū incidit, & moritur.

Polybius reprehenditur.

D *Antiochus Eupator profligato Iudæorum exercitu, Iudam in templo obsidet. CAP. XIIII.*

CAeterùm Antiochus prius quàm extremum suum diem obiret, accitum ad se unū ex purpuratis suis amicis Philippum gubernatorem regni constituit: traditoque ei diademate regiaque stola & anulo, iussit hæc Antiocho filio suo perlata reddere, multùm obtestans ut educationis curam haberet, & regnum ei seruaret, usque dū per ætatem ipse administrationi fieret idoneus. Defunctus est autem Antiochus anno centesimo quadragesimo nono. LYSIAS autem posteaquàm populo indicauit regis obitū; filium eius Antiochum sub sua tutela tum positum regē constituit, impositio illi Eupatoris cognomine. Interea qui Hierosolymitanæ arcis præsidium tenebāt Macedones cum Iudæo- E rum perfugis, multa Iudæis inferebant incommoda. Excurrentes enim in eos qui sacrorum causa templum adibant, conficiebant eos non magno negotio, quòd arx ipsi templo esset supra uerticem. Quamobrem Iudas decreuit oppugnare id præsidium, aduocatis ad id totius populi uiribus. Annus autem is agebatur centesimus quinquagesimus, ex quo primùm ad Seleucum imperium earū regionum peruenerat: fabricatis igitur machinis, & extructis aggeribus, totus incumbebat huic operi. Multi tamen perfugarum noctu elapsi, adiunctis sibi similibus impijs, uenerunt ad Antiochum, postulantes ne se in extremū periculum à suis tribulibus redactos despiceret maximè cum patris ipsius autoritatem secuti, in eam necessitatē adducti essent, dum malunt patrios ritus quàm regia mandata contemnere. Nunc uerò periculum esse ne Iudas arcem cum præsidio ui capiat, nisi ipse maturè suis opem afferat. His au- F ditis Antiochus puer iratus est, accersitisque amicis & ducibus, iussit eos mercenarium parare militem, & per totam suam ditionem delectus habere, ita ut breui confectus sit exercitus peditum circiter centū millium: equitum uerò uiginti millium, atque insuper duo & triginta elephanti. Cum his copijs egressus est Antiochiam commissa Lysiæ administratione uniuersi exercitus: & progressus usque ad Idumæam, inde ascendit ad oppidum Bethsura, benè munitum, & expugnatu non facile. Bethsuranis autem fortiter resistentibus, & admotas ma-

XIIII. *Antiochus Eupator Syriæ rex.*

Iudas arcē Hierosolymitanam oppugnat.

chinas per excursiones igne concremantibus, multum temporis contritū est in hoc obsidio. A
Iudas Eupatori obuiam uadit. Iudas autem cognito regis aduentu, omissa oppugnatione regi cum copijs obuiā profectus, castra posuit circa fauces quasdam dictas Bethzacharia, dissitas ab hoste septuaginta stadijs. At rex relictis Bethsuris, exercitum duxit ad eas fauces, ubi Iudas castra metatus erat: & quā primùm dies illuxit, aciem ceu pugnaturus iussit ire compositā. Cumq; non posset elephantos explicare per aciei latitudinem propter locorum angustias, iussit ut unus post aliū incederent, attributis qui stiparent singulos mille peditibus, & equitibus quingentis. Beluis autē imposita erant celsa propugnacula instructa sagittarijs: reliquum autem exercitum ab utroque latere iussit montes ascendere, præpositis ex amicorum cohorte ducibus: atque ita sublato militari clamore hostem aggreditur, micans aureis & æreis clypeis, ita ut fulgore eorū coruscarent omnia, clamore autem reboabat quicquid erat in circuitu montiū. Nec tamen Iudas tali aspectu est territus, sed excepto fortiter impetu hostiū, circiter D C. ex eis occidit, qui B
Eleazarus Iudæ Maccabæi frater, confosso à se elephanto opprimitur. primi ad manus uenerant. Cæterùm Eleazarus eius frater, quem Auranem uocabant, cōspicatus excellentem elephantum ornatum phaleris regijs, & ratus in eo regem inuehi, uasto animo in eum fecit impetū, & occisis multis prius quàm ad eum penetraret, cæteris uerò metu cedentibus, succedens sub eius uentrem, confodit beluam, & ipse simul pondere eius illabentis oppressus est: atque ita multis hostiū occisis interijt. Iudas autem animaduertens hostium uires, Hierosolyma se recepit, ad obsidionem se præparans. Antiochus uerò parte exercitus missa ad oppugnanda Bethsura, cum reliquo uenit Hierosolyma. Bethsuritæ territi apparatu regio, maximè cùm cōmeatus eos deficeret, deditionē fecerunt, pacti prius, ut hostis
A.M. 3811. Ant. Chr. nat. 160. *Bethsuritarum deditio.* à se iniuriam omnē abstineat: Antiochus capta urbe illis nihil mali intulit, nisi quòd nudos C
Eupator templū obsidet. eiecit, & suorū præsidium ibi constituit. Sed apud Hierosolyma per multum tempus eum tenuit templi obsidio, quod fortiter à Iudæis defensum est: nullam enim eis rex intentauit machinam, quam non illi contrarijs machinationibus eluderēt: tantùm laborabatur uictus penuria, quòd fruges ueteres absumpserant, & annus inciderat septimus, per quem fructus nō colliguntur, quòd eum cessare ab agricultura lex nostra iubeat, nec permittat tum uel arare terram, uel serere: quo factū est, ut multi se clàm subducerent propter inopiam, ut penes paucos templi tutela remāserit. Cæterùm rex & Lysias imperator cognito, quòd Philippus usurpato sibi regno aduentaret è Perside, decreuerunt soluta obsidione illi occurrere, celantes tamen quantum fieri poterat id consiliū, tam militem, quàm duces reliquos. Quapropter dissi mulato aduentu Philippi, iussit rex Lysiam ut alloqueretur duces & milites, dicēs oppugnationem eam non esse modici temporis, quòd locus esset munitissimus, & cōmeatus eos iam D
deficerent, & auocarent multa regni negotia, quæ opus esset regē componere. Itaq; præstare fœdus & amicitiam cum hac gente facere, & sinere eos uti patrijs legibus, quibus priuari se non sustinentes rebellassent, atq; ita redituros esse in suam quemq; patriam. Quæ sententia per Lysiam apud exercitum exposita, communi omnium suffragio comprobata est.

Antiochus omissa oppugnatione cum Iuda fœdus facit & amicitiam. CAP. XV.

Antiochus Iudæ pacem denunciat, & fœdus initum uiolat. IVm rex misso caduceatore pacem Iudæ ac cæteris obsessis denunciat, libertatemq; uiuendi proprijs legibus. Illi uerò libenter hæc audientes, accepta in hoc fide & iureiurando interposito, exiuerunt è templo. At Antiochus cùm ingressus uidisset locum egregiè munitum, uiolato sacramento iussit suum exercitum, ut E
solo æquaret murum, quo templum septum fuerat: & hoc facto reuersus est Antiochiam, ducens secum Oniam pontificem, qui Menelaus dicebatur alio nomine. Lysias enim regi consuluit, ut eum interficeret: si uellet Iudæos quiescere, & ipse liber esse ab eorum molestationibus. Hunc enim esse malorum omnium autorem & principium, qui persuasisset eius
Onias Menelaum supplicio afficitur. patri, ut Iudæos ab institutis patrijs deficere cogeret. Rex igitur Menelaum missum in Berœā Syriæ necauit, post exactum in pontificatu decennium, hominem malum & impium, qui ut sibi principatum adstrueret, totam gentem à religione deficere compulit. Ei successit in pontificatu Alcimus, Iacimus alio dictus nomine. Cæterùm Antiochus cùm offendisset Philippum iam occupasse tyrannidem, bello uictum, & in potestatem suam redactum affecit sup-
Alcimus pontifex. plicio. Filius autem pontificis Onias, quem diximus orbatum patre adhuc puerum, uidens F
Onias in Ægyptum se recipit. quòd rex interfecto ipsius patruo sacerdotium Alcimo dedisset, nihil pertinenti ad cognationem pontificum, Lysia suadente ut transferret eum honorem in aliam familiam, fugit ad AEgypti regem Ptolemæum: apud quem & uxorem eius Cleopatram in pretio habitus, impetrauit ab eis locum in præfectura Heliopolitana, in quo templum Hierosolymitano simile extrueret, de quo aliàs dicemus tempestiuiùs.

Bacchides

A *Bacchides Demetrij dux cum exercitu contra Iudæos missus, infecto negotio ad suum regem reuertitur. CAP. XVI.* A.M.3812. Ant. Chr. nat.159.

EOdem tempore Demetrius Seleuci filius, à Roma profugus Tripolim occupat in Syria: assumptoque diademate, & contractis quotquot potuit militibus mercenarijs regnum inuadit: cumque certatim ad eum omnes deficerent, excipientes eum obuijs manibus, etiam Antiochum regem & Lysiam comprehensos uiuos ad eum perduxerũt: qui mox iussu Demetrij necati sunt, post exactum regni Antiochi annum alterum, sicut & in alijs Commentarijs diximus. Ad nouũ regem cõfluxerunt multi Iudæorum ob impietatem profugi, & cum eis Alcimus pontifex: accusabantque totam gentem, præcipuè Iudã cũ fratribus, quòd post interfectos omnes amicos & fautores regis, se quoq; B eiecissent è patria, metu coactos solum uertere: postulabantque ut ex amicis quempiam eò mitteret, qui cognosceret, quanta per Iudã patrata fuerint. At ille iratus mittit eò Bacchidem amicum regis Antiochi Epiphanis, uirum strenuum, cui tum Mesopotamię prefectura credita fuerat: & commendato illi Alcimo, traditoque exercitu, iubet ut Iudam & eum sequentes internecione deleat. Ille profectus Antiochia cum his copijs, postquam peruenit in Iudæam, misit ad Iudam & fratres, inuitans eos ad pacem & amicitiam. Volebat enim dolo eum circumuenire. Sed ille noluit ei se credere, quòd uideret adesse eum cum tanto exercitu, cum quanto ad bellum, non ad pacem ueniri solet. Quidam tamen è populo credentes his quæ Bacchides per præconem denunciauerat, & nihil sibi timentes ab Alcimo propter communem patriam, ad eos se contulerunt, & accepto ab utroque iureiurando, nihil mali C passuros nec se, nec eiusdem factionis homines, eorum fidei se commiserunt. Bacchides autem non seruata fide sexaginta interfectis ex eo numero, cæteros cautiores iam factos deterruit, quo minus ad eum accederent. Itaque amoto exercitu à Hierosolymis postquam peruenit ad uicum Bethzetho, comprehendit multos perfugas, & quosdam è populo, & occisis omnibus iussit eius regionis homines parére Alcimo, ad cuius præsidium relicta sub eo parte exercitus, Antiochiam ad regem Demetrium reuersus est. Alcimus autem uolens principatum sibi constabilire, & intelligens ad hanc rem opus esse popularium beneuolentia, comiter ac blandè appellabat omnes, & loquendo singulis ad gratiam, breui numerosam manum adiunxit ad priorem quam antè habuerat. Horum plerique erant impij & pro- D fugi, quorum opera & ministerijs utendo regionem obibat, occidens eos, qui erant Iudæ partium, quotquot in suam potestatem redigere poterat. At Iudas animaduertens tantopere creuisse illius potentiam, & multos probos ac pios homines extinctos eius uiolentia, ipse quoque obibat regionem, interficiens quotquot in manus eius uenirent è studiosis Alcimi. Qui uidens se uiribus imparem quò posset diutius resistere, decreuit confugere ad auxilium & opes regis Demetrij. Profectus igitur Antiochiam solicitabat cõtra Iudam illius animum, accusans quòd plurimas ab eo passus esset iniurias, plures etiam passurus, nisi matu rè misso illuc exercitu, pœnas debitas lueret.

Bacchides Iudæ insidiatur, &

iuramenti præstitum uiolat.

Alcimus cõpias militares conscribit, &

multos Iudæos occidit.

Iudas Alcimo se subtrahit.

Alcimus fugit, & Iudam accusat.

Nicanor post Bacchidem dux contra Iudam missus unà cum uniuerso exercitu internecione perijt. CAP. XVII.

E DEmetrius uerò ne suis quidem rebus tutum existimans, si ita Iudæ uires augeri sineret, Nicanorem mittit, amicorum charissimum simul & fidissimum: qui etiam Roma fugienti comes fuerat: attributoque quantum satis contra Iudam putabat exercitu, iussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primùm dissimulans hostem, decreuit specie pacificatoris dolo Iudam intercipere. Aiebat enim nihil esse causæ cur belli subire deberent aleam, paratum se illi cauere iureiurando sanctissimo, si quid fortè periculi metuat. In hoc enim tantùm se uenisse cum amicorum comitatu, ut mentem sui regis ei notam faceret, quàm propensus sit in fauorem Iudaici generis. Hac legatione persuasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data uicissim & accepta fide exceperunt eum hospitaliter cum toto exercitu. Cumque post primam salutationem colloqueretur cum Iuda familiariter, signum quoddam suis dedit, ut eum comprehenderent. Ille maturè intellectis insidijs properè ad suos refugit: & detecto iam dolo ad a- F pertam uim Nicanor se uertit. Commisso deinde prælio prope uicum Capharsalamam, inferior inde discedens Iudas in Hierosolymitanam arcem compulsus est. Reuertenti deinde ad templum Nicanori sacerdotes facti sunt obuiam, ostentantes uictimas, quas se dicebant oblaturos Deo pro salute regis Demetrij: At ille ne à conuitijs quidem in Deum temperans, minatus est nisi populus Iudam sibi traderet, breui se reuersurum, & in templum ipsum sęuitu-

XVI. 1. Mac. 7.

Nicanor contra Iudam mittitur.

dolo Iudam intercipere studet, &

excipitur hospitaliter.

Iudas Nicanoris insidias effugit.

Nicanor templi euersionẽ, nisi Iudas sibi tradatur, populo minatur.

rum,ita ut ad ſolum uſque id diruat atque cum his minis reliquit Hieroſolyma. At ſacerdo- A
tes tali denunciatione mœſti cum lacrymis Deo ſupplicauerunt, ut ſacratam ſibi ædem u-
nà cum ſuis cultoribus tutaretur ab hoſtium iniuria. Nicanor uerò egreſſus Hieroſolyma ca
ſtra fecit apud uicum Bethoron, ubi ſe cum eo coniunxit alia manus recens tum è Syria ue-
niens. Iudas quoque caſtra poſuit ad alium uicum nomine Adaſo, triginta modò ſtadijs di-
Iudas ſuas armatas copias ad pugnam hortatur. ſtantem ab hoſtibus, habens circa ſe non plus mille militum. Hos cohortatus ne terreantur
hoſtium multitudine, néue cogitent cum quàm multis decernerent, ſed quales ipſi, & pro
qualibus præmijs contenderent, iuſſit forti animo hoſtem aggredi & pugnam capeſſere. Ita-
Nicanor à Iuda occiditur. que edito acri certamine, multi ceciderunt ex hoſtibus, & inter cæteros Nicanor & ducis &
militis ſtrenui perfunctus officio, quo iacente ne cætera quidem acies ſubſtitit amplius, ſed
amiſſo duce uerterunt terga, arma iactantes quo expeditiùs fugerent. Iudas uerò impigrè- B
cum ſuis perſequens ſæuiebat cædibus: & tuba ſignificabat uicinis oppidis & uicis uictoriã:
moxq; undiq; armati proſilientes, profligatis inconditè ruentibus occurrebant infeſtis gla-
Nicanoris exercitus cæſus. Adar Mariius. dijs, ita ut ne unus quidẽ incolumis euaſerit ex nouem millibus: tot enim in uniuerſum fue
rant. Ea uictoria contigit decimatertia die menſis Adar, ut noſtri nominãt, qui Macedonibus
Dyſtrus dicitur: eaq; die feſtiuitatem noſtri per ſingulos annos renouant, ob rei proſperè ge-
ſtæ memoriam. Poſt eam uictoriam aliquantiſper quieuit Iudæorum gens à continuis con-
Alcimi mors. flictationibus, pacis otio perfruens, donec iterum in eadem reuoluta eſt diſcrimina. Alcimo
A. M. 3812. autem pontifici uolenti demoliri ueterem adyti parietem, ſanctorum uatum ædificiũ: mor-
Ante Chr. bus diuinitùs inflictus eſt, per quem repentè uoce priuatus in terram procidit, & cruciatus
nat. 159. non paucis diebus miſerè periit, poſt exactum in ſacerdotio quadriennium: quo defuncto C
XVII. pontificatũ populus communibus ſuffragijs Iudæ tradidit. QVI quoniam multa audie-
1. Mach. 8. rat de Romana potentia, quòd deuictis Gallis & Hiſpanis ac Carthaginenſibus Græciã quo-
Iudas cum Romanis fœdus facit. que ſubegerint, & reges Perſeum, Philippum, magnumq́ue Antiochum perdomuerint, de-
A. M. 3814. creuit conciliare ſibi eorum amicitiam. Miſſis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum
Ante Chr. numero, Eupolemo Ioannis & Iaſone Eleazari filio, rogauit ut in ſocietatem reciperetur &
nat. 157. amicitiam, & ut Demetrio ſcriberent, ne poſthac Iudæos bello laceſſeret. Hanc legationem
ſenatus admiſit, & auditis eorum poſtulatis amicitiam annuit: moxque ſenatuſconſultũ de
ea re factum, inſcriptum æreis tabulis relatum eſt in Capitolium: cuius exemplar in Iudæam
miſſum eſt. Erat autem ſenatuſconſultum de ſocietate & amicitia Iudæorũ huiuſmodi: Ne
cui Romanæ ditionis cum Iudæis bellum gerere liceat, neque præbere hoſtibus eorum triti- D
cum aut naues aut pecuniam: utque ſi quis Iudæos inuadat, Romani ſuccurrant pro uiribus:
& uiciſſim, ſi quis Romanos bello imperat, Iudæi contra eum ſint auxilio. Quòd ſi Iudæi ue-
lint in hoc fœdere addi aliquid aut detrahi, id oportere fieri de communi populi Rom. ſen-
tentia: idq; ita demum ratum fore. Scriptum eſt hoc ſenatuſconſultum per Eupolemũ Ioan-
nis filium, & Iaſonem Eleazari, ſub pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipſius. Atq; hoc fuit
primum inter Romanos & Iudæos fœdus ſocietatis ac amicitiæ.

Bacchidis denuò miſſi in Iudæam uictoria. CAP. XVIII.

XVIII. DEmetrius autem accepto nũcio cladis Nicanoris & exercitus, rurſum Bacchidem
1. Mach. 9. in Iudæam miſit cum alijs copijs: qui ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbe-
Bacchidis in Iudeã expeditio. la oppidum Galilææ caſtra poſuit: & expugnatis illic ſpeluncis, ad quas magnus E
hominum numerus confugerat, properabat inde Hieroſolyma: & cognito,
quòd Iudas in Berzetho uico ſuum contineret militem, raptim contra eum duxit peditum
uiginti, equitum uerò duo millia, cùm Iudas non plus haberet quàm mille milites: ex his
quidam territi multitudine Bacchidis militum, deſertis caſtris diffugerunt, ita ut octin-
Iudas paucis copijs militaribus Bacchidem aggredi decernit. genti tantùm reliqui fuerint. Iudas autem quamuis imminente iam hoſte deſtitueretur
milite, tamen quia non erat unde delectum in ſupplementum faceret, maximè in tali tem-
poris anguſtia, decreuit cum octingẽtis Bacchidem aggredi, & cohortatus ut generosè ſubi-
rent pericula, iuſſit eos prodire in aciem: quibus conſulentibus ut tunc ſe in tutum reci-
peret, cùm eſſet tanto inferior & numero & uiribus, ac mox maioribus copijs hoſtem inua-
deret: Abſit, inquit, ut me terga obuertentem hoſtibus ſol aſpiciat: nam etiam ſi mori F
nunc oporteat, nunquam tot res hactenus egregiè geſtas, tantamq́ue uirtute partam glo-
riam ignominioſa fuga maculaturus ſum. Atque ita ſuorum reliquias
cohortatus, perſuaſit ut intrepidè expectarent confli-
ctum hoſtium.

Quamdo

A *Quomodo Iudas prælio victus occubuit. CAP. XIX.* A. M. 3815. Ant. Chr. nat. 158.

INterea Bacchides productis extra castra copijs instruebat aciem, equitũ alas hinc & inde in utroque cornu collocans, in fronte leuem armaturam & sagittarios, & post hos robur phalangis Macedonicæ: ipse in dextro cornu locum sibi sumpsit. Sic instructa acie postquam uenit in conspectum hostium, iussit signa canere, & militem cum clamore eos inuadere. Idem & Iudas fecit, collatisq; signis certatum est utrinq; acriter: donec uergente iam sole, Iudas animaduertens Bacchidem cum robore militũ pugnã in dextro cornu ciere, cum audacissima manu iuuenum in eum irruit. Perruptaq; phalange penetrauit in mediam aciem: & impulsis in fugam aduersarijs, persecutus est eos usque ad montem qui Aza dicitur. Id conspicati qui sinistrum cornu tenebant, à tergo adorti Iudã circumueniunt. Qui uidens nullum superesse effugiũ, urgentibus circũquaque hostibus, in uestigio cum suis constitit: & cæsis hostium plurimis lassitudine magis, quàm uulneribus confectus cecidit, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore addito: quo prostrato non habentes amplius quem sequerentur milites, orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effusi sunt. Simon autem & Ionathas fratres inducijs factis recepto Iudæ cadauere, delatum in Modin uicum magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliquam multos dies honorauerunt eius memoriã. Hic finis fuit Iudæ uiri generosissimi & bellicosissimi, qui memor mandatorum Matthiæ patris, nullum unquam, pro libertate popularium, defugit aut laborem aut periculum. Quapropter merito uirtutis sempiternam post se reliquit gloriam, liberata è Macedonum seruitute patria, & per triennium ante obitũ
B C administrato pontificali sacerdotio.

Bacchides aduersus Iudam aciem instruit.

Iudas Bacchidi repugnat,

fortiter tandem hostem prosternens occumbit, &

in Modin delatus sepelitur.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XIII.

D *Ionathas defuncto fratri suo Iudæ in principatu succedit. CAP. I.*

VEMADMODVM libertatẽ à Macedonibus oppressã populus Iudæorum denuò receperit, & quo pacto dux & propugnator eorũ Iudas post multa exhausta certamina postremo prælio fuerit occisus, in præcedenti Libro satis declarauimus. Post eius obitum quotquot Iudęorũ à pietate desciuerant, resumptis animis infestabant reliquos populares: ita ut accedente etiam fame, quæ tum fortè regionem eam totam occupauerat, multi nõ ferentes geminatum infortunium, hinc à penuria, inde ab aduersarijs ingruens, coacti sint se adiungere factioni Macedonicæ. Bac-
E chides autem conuocatis ad se Iudæorum desertoribus, qui religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his administrationẽ regionis cõmisit: qui comprehensis Iudæ amicis & fautoribus, Bacchidæ eos tradiderunt. & is tortos primùm cruciatosque ad libitũ, postremò omnes ad unum necabat. In hac tãta calamitate constituti Iudæi, quãtã post captiuitatẽ Babylonicã nunquã experti fuerant: quotquot erant reliqui ex Iudæ socijs, ueriti gentis interitũ adiuerũt Ionatham eius fratrem, rogabantq; ut Germani æmulus fieret, qui ad extremum halitũ libertatem propugnans præclaris conatibus sit immortuus: nec sineret totam gẽtẽ sine præside uenire in extremum salutis periculum. Tum Ionathas paratũ se uel ad mortẽ obtulit pro tutela populi, & uisus dignus qui Iudæ fratri suo succederet, cõmunibus Iudæorum suffragijs administrandæ militiæ præfectus est. Quo comperto Bacchides ueritus, ne Ionathas quoque
F multũ negotiorũ exhiberet regi & Macedonibus, quemadmodũ antè Iudas fecerat, decreuit eum dolo tollere: sed hoc eius propositũ nec ipsum, nec Simonem fratrem latuit, quamobrem maturè moniti assumpta sociorum manu in desertum urbi uicinum celeriter refugerunt: & cùm uenissent ad aquã, quæ dicitur lacus Asphar, ibi morabantur. Porrò Bacchides sentiẽs eos timere, & in desertis illis latitare duxit cõtra eos omnes suas copias, & positis ultra Iordanem castris confluentem illuc militẽ recipiebat. Ionathas aũt cognito illius aduentu,

1. Mach. 9.

Iudæi Macedonicæ factioni se adiungunt.

Bacchides Iudæ fautores cruciari & necari curat.

Ionathas Iudæorum suffragijs dux designatur.

Bacchides Ionatham dolo tollere conatur, & eundem bello adoritur.

misit fratrẽ suum Ioannẽ Gaddim ad Nabathæos Arabas, ut apud eos impedimenta deponeret, donec armis cũ Bacchide decerneret: erant enim amici. Sed in itinere inuaserunt eum Medabenses Amaræi filij, direptisq; impedimentis, & quicquid secum deferebat, comprehensum interfecerũt cum omnibus locijs: cuius facinoris paulò pòst pœnas dederunt eius fratribus, sicut suo loco dicetur. Bacchides autem cognito q̃ Ionathas castra haberet in Iordanis palustribus, sabbato illum aggressus est, ratus non repugnaturũ propter religionẽ diei. At ille cohortatus socios, & ostenso periculo, q̃ nisi uiri essent, non possent euadere, clausi à tergo amne, à frõte hostibus: uotisq; Deo factis pro uictoria, impigrè hostẽ aggreditur: & prostratis non paucis, uidens ipsum Bacchidẽ in se ruere, dexteram extendit, tanquam illum percussurus. sed cùm ille cautè ictum declinasset, Ionathas cum socijs desilientes cõmiserunt se flumini, & in oppositã ripam enatarunt hostibus nõ ausis traijcere, sed ad Hierosolymitanã arcẽ reuertentibus, desideratis ex eorũ numero fermè duobus millibus. Post eum conflictũ Bacchides cõmuniuit aliquot oppida, Hierichuntẽ, Emmauntẽ, Bethoron, Bethellam, Thãnatham, Pharathonem, Tochoam, Gazara, additis mœnibus & turribus, ut impositis in eas præsidijs, res Iudæorũ inde infestaret excursionibus: sed nihil æquè ut Hierosolymitanã arcẽ munijt, in qua acceptos à Iudæorũ primatibus filios obsides inclusit, ut ibi custodirentur. Eodem tẽpore nunciatũ est Ionathę & Simoni fratribus, q̃ Amaræi filij celebrarẽt nuptias, & adducerent sponsam ab oppido Gabatha, filiam illustris cuiusdam inter Arabas: camq; puellam traducendam cum pompa sumptuosa & splendida. Fratres autem existimantes opportunissimum ad uindictam tempus sibi oblatum, & facilè ulturos se iniuriam fratri illatam, uersus Medabã properauerũt, & insidijs in mõte collocatis expectabant eorũ trãsitũ. Vt uerò in cõspectũ uenit sponsus cũ uirgine & amicorũ comitatu, ut fieri solet in nuptijs, coorti ex insidijs omnes ad unũ interfecerũt, & cum ornamẽtis cæteraq; pręda reuersi sunt, uoti compotes & egregiè ulti germani interitũ de Amaræi filijs: ceciderunt. n. hi nõ soli, sed cũ uxoribus, liberis & amicis, usq; ad quadringẽtorũ numerũ. Atq; ita Simõ cũ Ionatha in palustria Iordanis reuersi, illic commorabantur. Bacchides autẽ per totam Iudæã præsidijs dispositis, ad regem suum reuersus est: quo tempore per integrum biennĩ status rerum Iudaicarũ fuit pacatior. Transfugæ aũt & uulgus impiorum hominum uidẽtes Ionatham & eius factionẽ securè uersari in Iudæa, propter tranquillitatẽ temporum, per nuncios solicitauerũt Demetrium, ut Bacchide misso Ionatham in potestatẽ suam redigeret, fore enim hoc perfacile, & unica nocte posse oẽs eius milites insperato incursũ opprimi. Qui ubi iussu regis in Iudæam peruenit, ad omnes eius regionis amicos sues & auxiliares scripsit, darent operam ut comprehenderetur Ionathas. Cumq; omnium insidijs appeteretur, nec tamen quicquam proficerent: cautus. n. erat, ut qui dolum præsenserat: ratus Bacchides transfugis, putansque & se & regem ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis [illegible] præcipuos. Ionathas autem cum fratre & suorum manu metu secessit in uicum Bethalagam, qui in deserto situs est: eumq; muniuit mœnibus & turribus, ut tutum haberet receptaculũ. Quo audito Bacchides cum totis suis copijs, adiunctisq; Iudæorum suę factionis auxilijs cõtra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliquot dies in eo conatu perstitit. At ille nihil territus restitit acriter relictoque ad oppidi tutelam Simone fratre clàm egressus, & collectis in uicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, & multis trucidatis effecit ut frater aduentũ suũ cognosceret. Ille enim ubi hostes interfici sensit eruptione facta incendit eorũ machinas, cæde etiã non mediocri edita. Bacchides uerò uidens se à fronte ac tergo inuasum ab hostibus, re inopinata consternatus ob insperatum obsidionis exitum, uix fuit compos animi. Totam autem indignationem effudit in transfugas ut impostores, quorum opera missus à rege fuerat, unum cogitans quomodo ex dignitate sua & regis, obsidioni sine imposito, exercitum sine ignominia posset reducere.

Iosephus Ionathæ frater interficitur.

Ionathas Bacchidem uincit.

Ionathas Medabenses ulciscitur

Bacchides in Iudæam tendit Ionatham comprehensurus.

Ionathæ insidias declinat.

Bacchides Iudæos transfugas interficit.

Ionathas Bethalagæ obsessus.

Ionathas in Bacchidis castra irruit.

A.M. 3816. Ant. Chr. nat. 155.

Ionathas fessum bello Bacchidem compellit, inito cum Iudæis fœdere exercitum abducere. CAP. II.



1. Mach. 9. Bacchides pacificatus cum Ionatha ceditus in & ei. Deuterum reuertitur.

VA eius uoluntate cognita Ionathas, misit ad eum nuncios, petens societatem & amicitiã inter se & eũ fieri, captiuis utrinq; redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificum, & oblatam occasionẽ qua posset non inglorius obsidionem soluere, amicitiam cum Ionatha inijt, iureiurando interposito, neutrum arma moturum in alterũ: redditisq; & receptis captiuis, Antiochiã ad suũ regẽ reuersus est: nec unquã posthac Iudæã cum exercitu repetijt, Ionathas uerò hanc securitatẽ nactus, & degens apud Machmã

oppidum

A oppidum, adminiſtrationi rerum & iuri populis reddendo operam impendit, & ſeuerè animaduertẽs in religionis patrię deſertores, repurgauit ſuã gentẽ ab huiuſmodi cõtagionibus. *Ionathas patriæ religionis obſeruator.*

Alexander filius Antiochi Epiphanis, regem Demetrium bello aggreditur. CAP. III.

ANno autem ſexageſimo ſupra centeſimum Alexander Antiochi Epiphanis filius ueniens in Syriam Ptolemaidẽ occupauit, proditione militum qui eã tenebant præſidio, moresq; Demetrij oderant, ut parùm comis & ſuperbi admodum. Incluſus enim in regium quoddam caſtellum munitum quatuor turribus, non procul ſitum ab Antiochia, neminem admittebat: & omiſſa reipubl. cura degebat in otio per ſegnitiem, unde grauiora etiam odia contra eum exorta ſunt, ſicut B alibi à nobis dictũ eſt. Audito igitur quòd Alexander occupaſſet Ptolemaidem, cum omnibus copijs contra eum profectus eſt. II. *Alexander Ptolemaidem occupans Demetrio ſe opponit.*

Demetrius miſſa legatione ad Ionatham, multis muneribus eum ad amicitiam ſuam pertrahit. CAP. IIII.

MIſit etiã legatos ad Ionatham, inuitans eũ ad ſocietatem & amicitiã, præuenire Alexandrũ cupiẽs, ne fortè ille prior impetraret illius auxiliũ, idq; eo facilius, quòd odia inter ſe & Ionathã interceſſerant: cui mãdabat, ut haberet delectũ militũ, & arma pararet, reciperetq; Iudæorũ obſides, quos Bacchides in Hieroſolymitanam arcẽ incluſerat. Talis cõditio cùm oblata fuiſſet à Demetrio, Ionathas uenit Hieroſolyma, & legit regias literas audiente tã populo quàm arcis præſidio, quibus lectis impij & trãsfugę, C qui in arce erant, uehementer ſunt territi, quòd rex Ionathæ & exercitũ colligere permitteret, & obſides recipere: quos ſuis quẽq; parẽtibus reſtituit. Atq; ita Ionathas Hieroſolymis habitabat, ſuo arbitratu multa in ea urbe reparans. nam & mœnia eius iuſſit ſaxo quadrato extrui, quo firmiora eſſent cõtra aſſultus hoſtiũ. Quod ubi ſenſerũt qui diſperſi erãt per præſidia, omnes relictis illis receperũt ſe Antiochiã exceptis ſolis qui Bethſura tenebant & arcẽ Hieroſolymis: nam horum maxima pars conſtabat ex Iudæis religionis deſertoribus & ideo præ metu non ſuſtinuerunt præſidia relinquere. 1. *Mach. 10. Demetrij ad Ionathã legatio.* *Ionathas Demetrij literas populo prælegit, & mœnia urbis reficit.* *Macedonici Antiochiam ſe conferunt.*

Alexander maioribus, quàm Demetrius pollicitationibus & delato pontificatu Ionatham in partes ſuas traducit. CAP. V. A. M. 3821. Ante Chr. nat. 150.

DALexander autẽ cognito, quid Demetrius Ionathæ promiſerit, nec ignorans uiri fortitudinẽ, & quomodo ſe geſſerit cõtra Macedonas, tum qualiter uexatus ſit à Demetrio, eiusq; duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non poſſe ſe eo tẽpore cõmodiorẽ ſociũ inuenire quàm Ionathã: qui & uirtute ſit eximia, & peculiares odij cauſas cõtra Demetriũ habeat, quod datis uiciſſim & acceptis cladibus exacerbatũ fuerat. Itaq; ſi idẽ ipſis uideatur, adeſſe occaſionẽ inuitandi hominẽ ad amicitiã: cumq; id amicis quoq; ſuis probari animaduerteret, ſcripſit talẽ epiſtolã: Rex Alexander Ionathæ fratri ſ. Quia iã pridẽ audiuimus de fide tua ſimul & fortitudine, mittimus ad te, qui de ſocietate agant, & amicitia: & noſtro ſuffragio hodie te pontificẽ Iudæorũ conſtituimus, & in amicorũ noſtrorũ numerũ aſcribimus: mitto etiã tibi munera, ſtolã purpureã, & coronã auream, & rogo ut ſic honoratus à nobis, nõ cedas nobis mutua beneuolentia. His literis E acceptis Ionathas pontificiã ſtolã induit, in ipſo ſcenopegiæ feſto, poſt quadrienniũ exactũ à Iudæ fratris obitu, cũ uacaſſet interim ſacerdotiũ: moxq; cõtraxit exercitũ, & fabricauit magnũ armorũ numerũ. Demetrius uerò hoc cognito, multũ doluit, dãnans ſuã cunctationẽ, quòd nõ præueniens æmulũ, eblanditus fuiſſet Ionathæ fœdera, ſed elabi ſibi hanc occaſionẽ, & ab Alexandro arripi paſſus fuiſſet. Scripſit tamẽ etiã ipſe põtifici & populo in hãc ſentẽtiã: Rex Demetrius Ionathæ & Iudæorũ gẽti ſalutẽ. Quoniã ſeruaſtis noſtra fœdera, & ſolicitantibus uos inimicis noſtris nõ acceſſiſtis, equidẽ laudo ueſtrã fidẽ, hortorq; ut cõſtates ſitis in ea, dignã percepturi à nobis gratiã. Remittã enim uobis maximã tributorũ partẽ: & iã nũc remitto, quæ pẽdebatis tã mihi, quàm his, qui me præceſſerũt, regibus: inſuperq; ſalis pretiũ & aurũ coronariũ, & tertiã ſeminis, dimidiãq; partẽ fructus arborei ſolitã mihi cedere, ab ho F die rno die in poſterũ uobis remitto: ſimulq; quod in ſingula capita pendebatur ab his, qui Iudæã incolũt, & tres attributas ei toparchias, Samariã, Galilæã & Peræã, uobis cõcedo in perpetuũ. Et Hieroſolymitanã urbẽ ſacrã eſſe uolo, & ius aſyli habere, immunemq; eſſe cum ſuis finibus à tributis atque decimis. Arcem etiam eius permitto pontifici ueſtro Ionathæ, ut quos ipſe fidos & amicos probauerit, in præſidio eius conſtituat. Eos quoque Iudæos, qui iure belli capti ſeruitutem in noſtra ditione ſeruiunt, in priſtinam libertatem reſtituo, III. *Alexander Ionathæ fauori ſibi conciliando dat operam.* *Alexandri ad Ionathã epiſtola.* *Ionathas pontifex conſtituitur, ſtolam Pontificiam induit, & exercitum conſcribit.* *Demetrius literis ſcriptis ſe in amicitiam Ionathæ inſinuare conatur.*

ac ne iumenta quidem ad angarias adigi permitto. Sabbatis itē & festis solennibus, & tribus A
diebus ea præcedentibus immunitatē concedo. Eodē modo Iudæos, qui in mea ditione habitant, liberos, & sine molestia degere uolo: & quicunq; ex eis mecū militare uoluerint permitto, duntaxat usq; ad triginta millium numerum: idq; ea conditione stipendiorū, qua cæteros meos milites. Habebo etiā eos in præsidijs & in meo satellitio, & principes eorū in aulicorū meorū numero. Permitto etiam ut patrijs utantur legibus & ipsi & tres attributæ eis præfecturæ: utq; pontifici curæ sit, ne quis Iudæus aliud templū, præter Hierosolymitanum, religionis ergo adeat. Præterea do in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorum quindecim millia siclorū argēti, & quod pecuniæ superfuerit, uestrū esse iubeo. & decē illa drachmarū millia, quæ de tēplo accipiebāt reges, sacerdotib. atq; ministris tēpli remitto, ad quos ea pertinere compertū mihi est. Quicunq; etiā confugerint in tēplum Hierosoly B
mitanū, fanumq; contiguū, siue ob debitā regi pecuniā, siue alia de causa, immunes sint ab omni uexatione, tā ipsi, quàm eorū facultates. Permitto etiā ut reparetur templū, & operum sumptus de meis pecunijs fieri iubeo: sicut & mœnia & turres altas æquè de meo uolo ædificari. tū si quæ sunt loca per Iudæā apta ad struendas arces, imponendaq; præsidia, & hęc meo
Alexander cum Demetrio conflictans uictoriā obtinet. sumptu muniantur. Atq; hæ fuerunt literæ ac pollicitationes Demetrij. Alexander autē rex magnis copijs cōtractis tā è mercenario milite, quàm eo qui in Syria defecerat à Demetrio, omnes in hostē duxit, collatisq; signis sinistrū cornu Demetrij oppositā sibi aciē terga coegit uertere: hærentesq; diu fugientiū uestigijs etiā castra eorū diripuerunt: at dextrū cornu, in
A. M. 3822. Ant. Chr. nat. 149. quo Demetrius ipse pugnabat, cōpulsum est loco cedere: & reliquis effusè fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostiū occidit: alios non sustinētes ipsius impetū persequēs, C
Demetrius in prælio succumbit. abreptus est in cœnū quoddā profundū, & trāsitu difficile: ubi prolapso equo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circumdatum enim corona confixerunt iaculis: at ille etiam pedes generosè repugnabat, donec crebris uulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrij post exactum regni annum undecimum, sicut & in alijs cōmentarijs iam antè demonstrauimus.

De templo Dei ab Onia ædificato. CAP. VI.

IIII. Onias, Onia Pontificis filius in Aegypto templum ædificare decreuit.

NIas autem pontificis Oniæ filius, qui profugus Alexandriæ degebat apud Ptolemæum Philometorem, ut iam antè diximus, uidens Iudæam uastari à Macedonibus, eorumque regibus, & sibi æternam memoriam parare uolens, decreuit à rege Ptolemæo & regina Cleopatra per literas petere, ut sibi liceret in AEgypto instar illius Hierosolymitani, templum ædificare, & in eo Leuitas & sacerdotes ex suo D
genere constituere. Hoc autem consilium cepit fretus maximè prophetæ Esaiæ uaticinio, qui ante D C ampliùs annos prænunciarat, fore omninò ut templum aliquando Deo Maximo ædificaretur in Aegypto, idque hominis Iudæi opera. Hoc igitur oraculo excita-
Oniæ litera ad Ptolemæum. tus scribit Ptolemæo & Cleopatræ talem epistolam: Dum in bello strenuam uobis operam nauans cum Deo, uarias regiones obirem, animaduerti apud Cœlesyriam & Phœnicen & Leontopolim, quæ est in præfectura Heliopolitana, alijsque in locis Iudæos præter decorum habere templa, & ideò malè inter eos conuenire: quod & AEgyptijs usu uenit, propter multitudinem templorum & diuersitatem religionum. Et quia locum idoneum inueni
Bubastis castrū. apud castrum, quod agrestis Bubastis dicitur, plenum uaria materia sacrisque animalibus, E
rogo ut mihi permittatis templum, quod illic est nulli sacratum numini, iamque collapsum, repurgare, & aliud loco eius Deo Maximo extruere ad Hierosolymitani illius similitudinem, pari etiam modo & mensura, pro salute tua & reginæ atq; liberorum uestrorum: ut Iudæi, qui AEgyptum incolunt, illuc conuenientes, alentes mutuam concordiam, ac-
Esaiæ de altari extruendo in Aegypto uaticinium. commodatiores fiant tuis usibus. Nam & Esaias uates prædixit, quòd erit Domino Deo altare in AEgypto, & alia multa de eo loco cecinit. His Oniæ literis acceptis, rex & soror eius ac coniunx Cleopatra declarauerunt suam pietatem per epistolam, quam ei rescripserunt. Nam peccatum & uiolationē legis à se in Oniæ caput reieceruntSic enim rescriptū habet:
Ptolemæi rescriptio ad Oniam. Rex Ptolemæus & regina Cleopatra Oniæ salutē. Legimus tuas literas, in quibus postulas, ut tibi permittamus illud apud Leontopolim præfecturæ Heliopolitanæ collapsum templū re- F
purgare, quod uocatur agrestis Bubastis: quod sanè miramur, si poterit acceptū esse Deo templum statutum in impuro loco, & pleno animalibus. Sed quoniam ais prophetam Esaiam
Onias templum in Aegypto ædificat. iam olim hoc prædixisse, permittimus tibi hoc, quatenus potest salua legis obseruatione fieri, ne per hoc uideamur peccasse in Deum. Onias igitur impetrato loco, extruxit ibi templū & altare Deo ad Hierosolymitani similitudinem, sed minus, & non peræquè opulentum.

Mensuram

A Menſuram uerò eius & uaſa nunc non libet repetere, commemorata iam antè in ſeptimo belli & captiuitatis Iudaicę uolumine. Nec defuerũt Onię ſimiles ipſius Leuitę ac ſacerdotes, qui illic diuinum cultum frequentarent & inſtaurarent ceremonias. Sed de hoc templo hactenus. Apud Alexandriam uerò inter Iudæos & Samaritas, qui ſub Alexandro Magno Garizitani templi religionem induxerant, ſeditio eſt exorta de ſacris ipſorum, ita ut res ad regis cognitionẽ peruenirẽt: dum Iudæi contendunt ſecundũ Moyſi præſcripta Hieroſolymitanũ templum eſſe legitimum, Samaritæ uerò Garizitanum: prouocatũq; eſt ad regẽ & amicorũ eius conſeſſum, ut ab his cauſa audiretur, & utrius partis cauſidici ſuccumberent, morte mulctarentur. Patrocinabatur Samaritis Sabbæus cum Theodoſio, Hieroſolymitanis Iudęis Andronicus Meſſalami filius: iuraueruntq; per Deum & regem, quòd ex lege probationes allaturi eſſent, & rogauerunt regem, ut necaret eum, qui iuſiurandum non ſeruaſſe deprehenderetur. Itaque rex multis amicis in conſilium adhibitis, conſedit cauſam auditurus. Iudæi uerò, qui Alexandriam habitabant ualde erant ſoliciti pro tuentibus iura Hieroſolymitani templi, ægrè ferentes autoritatem antiquiſſimi & nobiliſſimi in orbe templi uocari in diſcrimen. Sed cum Sabbęus & Theodoſius conceſſiſſent Andronico, ut prior diceret, orſus ex lege approbare eius ſanctitatem & religionem, oſtendensque per continuas pontificum ſucceſsiones, ſacerdotij uſque in ſua tempora propagationẽ, & ab omnibus Aſię regibus maieſtatem eius loci honoratam donarijs: Garizitani uerò perinde ac ſi omnino nullum eſſet, nunquam ab his habitam rationem: his & talibus rationibus perſuaſit regi, ut decerneret Hieroſolymitanum eſſe ex ſententia Moyſis conditum, Sabbam uerò & Theodoſium addiceret B ſupplicio. Atq; hæc ſunt, quæ Alexandrinis Iudæis acciderũt Ptolemæi Philometoris tẽpore.

De bello Iudaico lib. 7. cap. 37.

Iudæorũ & Samaritarum lis de templo Garizitano.

Andronicus.

Quòd Alexander poſt mortem Demetrij Ionatham in ſummo honore habuit. CAP. VII.

C CAeſo autem in pugna Demetrio, ſicut ſuperiùs dictum eſt, Alexander aſſumpto Syriæ principatu ſcribit Ptolemæo Philometori, filiam eius nuptum ſibi dari depoſcens: æquum eſſe dicens, ut ſi affinitate dignetur, poſt receptũ, fauente Deo, paternum imperium, & Demetrium bello deuictum. Ptolemæus uerò libẽter eius poſtulatis admiſsis, reſcripſit & gratulari ſe ei de recepto regno paterno, & filiam collocaturũ in matrimonium: iuſsitq; ut ſibi Ptolemaidem occurreret, adducturo illò filiam, & ibi celebraturo eius nuptias. Subſecutus deinde literas, ad cõſtitutum locum peruenit cũ Cleopatra filia, & reperto ibi Alexandro eam coniunxit, addita in dotem auri & argenti ſumma, quanta D tam potentem regem decuit. Ad has nuptias uocatus eſt per literas ab Alexandro & Ionathas pontifex, & cùm ueniſſet ad reges, amplisq; muneribus utrunque donaſſet, ab utroque in magno honore habitus eſt. Nam Alexander mutare eum ueſtem coegit, & purpuratum aſsidere ſibi pro tribunali: mandauitq; ſuis ducibus ut in medium urbis eo producto, præconis uoce edicerent, nemini licere accuſationem contra hominem inſtituere, aut ulla in re exhibere ei negotium. Quo facto cùm manifeſtũ eſſet, quãti rex eum faceret, aduerſarij, qui ad accuſandũ parati uenerãt, ſubduxerũt ſe, ueriti ne ipſis potiùs mali aliquid accideret. Tanta aũt beneuolentia rex hic Ionatham proſecutus eſt, ut ei primum locum in amicorum ſuorum numero aſsignauerit.

V. *1. Mach. 11. Alexander Syriæ rex.*

Alexander Cleopatram uxorem ducit.

A.M. 3823. Ant. Chr. nat. 148.

Ionathas ad nuptias Alexandri uocatus honoratur.

Demetrius Demetrij filius deuicto Alexandro, & occupato regno, in fœdus & amicitiam Ionatham recipit. CAP. VIII.

E ANno autem centeſimo ſexageſimoquinto Demetrius Demetrij filius, acceptis multis mercenarijs militibus à Laſthene Cretenſi, ſoluens ab ea inſula traiecit in Ciliciam: cuius rei nuncio Alexander uehementer eſt territus: moxque è Phœnice properauit Antiochiam, ut res ſuas ante Demetrij aduentum in tuto conſtitueret, interim Cœleſyriæ Apollonio Dauo duce præpoſito. Is profectus cum exercitu Iamniam, miſit ad Ionatham pontificem nuncium, rem indignam dicens, cũ ſolũ pro ſuo arbitrio uiuere non ſubiectum regis imperio: & ſibijpſi eſſe opprobrium, ſi eum ſub imperium non redigat. Ne igitur, inquit, in montibus deſidens putes te poſſe aliquid: ſed ſi confidis tuis uiribus, in campum deſcende, ut ferro decernamus, uter noſtrûm ſit uirtute præſtantior. Ne F ſis tamen inſcius, quod è ſingulis urbibus fortiſsimi mecum militant, aſſueti ſemper tuos maiores uincere: quamobrẽ prouoco te in eum locum, ubi armis, non ſaxis pugnandũ eſt, & in quo nullum præſtò eſt uictis refugiũ. His uerbis irritatus Ionathas, delectis decem millibus militum, unà cũ Simone fratre profectus eſt Hieroſolymis: & cùm peruenisſet Ioppen, extra urbem caſtra metatus eſt, excluſus à Ioppenſibus, qui intùs habebant Apollonij præſidium. Ionatha autem oppugnationem inſtituente, ueriti oppidani, ne per uim caperentur portas ci ape-

VI. *Demetrius in Ciliciam trajicit.*

Apollonium Ionathan prouocat.

Ionathas Ioppe occupat.

ei aperiunt. Apollonius uerò poſtquam accepit Ioppen occupatam à Ionatha, aſſumptis tribus equitum, octo peditum millibus, Azotum ſe cõtulit: & inde profectus lento gradu iter faciebat. Cumq; ueniſſet Ioppen, paulùm retrocedens traxit Ionatham in planiciem, fretus equitatu, & in eo uictoriæ ſpem collocans. Ionathas uerò progreſſus inſequebatur Azotũ uerſus Apollonium: qui ubi hoſtem conſpexit deueniſſe in plana, reuerſus eſt, ut prælium committeret: cumq; mille equites in inſidijs poſiti fuiſſent in quodam torrẽte, ut ſe Iudæis à tergo obijcerent, Ionathas qui hoc maturè ſenſit, non eſt territus: ſed inſtructa in laterculi formam acie, hortatus eſt ſuos, ut utrinq; pugnarent in hoſtem, à tergo & à fronte adorienti reſiſtendo: cumq; prælium protractum eſſet uſq; ad ueſperam, data parte exercitus Simoni fratri, iuſſit hunc cum hoſtium phalange confligere, ipſe uerò ſuis mandauit, ut obiectis ſcutis exciperent tela immiſſa ab equitibus. Qui cùm hoc feciſſent, exhauſti ſunt telis equites: nec tamen quenquam læſerunt: non enim penetrabant ad corpora, ſed obiecta ſcutorũ ceu teſtudine, denſitate eorum facilè repellebantur, & cadebant irrita. Vbi uerò iaculando à mane uſq; poſt meridiem laſſatum hoſtem animaduertit Simon, phalangem aggreditur, & uſus egregia ſuorum opera hoſtem coegit fugere: quo uiſo equites, ne ipſi quidem locũ ſuũ tenuerunt, ſed feſſi diutina iaculatione, & uidẽtes nihil amplius ſpei ſitum in peditibus, nullo ordine confuſi fugiebant, diſſipati per totã planiciem. Ionathas autẽ uictos Azotum uſq; perſequens, multis cæſis, reliquos deſperata ſalute in templum Dagonis (quod eſt in ea urbe) cõpulit. qua capta eodem impetu, & ipſam & circumuicinos uicos incendit: ac ne Dagonis quidem religione deterritus, & fanum ipſius & quotquot eò confugerant concremauit. Fuitq; numerus tã eorum, qui exuſti ſunt, quàm qui ceciderunt in prælio, octo millia hominum. Deuicto igitur hoc exercitu, ab Azoto profectus ad Aſcalonem admouit copias: & cùm extra urbem caſtra poſuiſſet, prodierunt ad eum Aſcalonitæ cum hoſpitalibus muneribus: quibus acceptis, & collaudata eorum uoluntate, reuerſus eſt illinc Hieroſolyma, multam ſecũ ducens prædam, quam abegit deuictis hoſtibus. Cæterùm Alexander audito quòd uictus eſſet dux eius Apollonius, ſimulabat ſe lætum, quandoquidem ille præter animi ſui ſententiam aggreſſus eſſet Ionatham, amicum & ſocium: & miſit ei uirtutis ergò fibulam auream, quod geſtamen ſolis cognatis regis dabatur, & Accaronẽ, eiusq; toparchiam ei poſſidendam in perpetuũ addixit.

Ionathas Apollonium prælio uincit.

A.M. 3826. Ante Chr. nat. 145.

Simon phalangem militũ aggreditur, & fugam petere hoſtem coegit.

Ionathas Azotum & Dagonis fanum incendit, &

ab Alexandro munera accipit.

VII. Per idem tempus Ptolemæus Philometor cũ naualibus & terreſtribus copijs uenit in Syriã, Alexandro genero laturus auxilium, alacriter excipientibus ipſius iuſſu ciuitatibus uſq; Azotũ, ubi obtundebatur querimonijs deplorantiũ Dagonis templi incendium: accuſabantq; populariter Ionatham autorem eius iniuriæ, qui & agros eorum uaſtaſſet ferro ac flammis, & plurimos ciuium dediſſet exitio, Ptolemæo penè diſſimulanter audiente eorũ querimonias. Ionathas uerò apud Ioppen ei occurrit, exceptusq; eſt muneribus & omni honoris genere: deinde cùm uſq; ad Eleutherũ fluuiũ regem deduxiſſet, reuerſus eſt Hieroſolyma. Poſtquã autẽ Ptolemaidẽ peruenit, minimum abfuit quin oppreſſus ſit Ptolemæus, Alexandri inſidijs per Ammoniũ eius amicũ appetitus: quibus detectis ſcripſit Alexandro, depoſcens Ammoniũ ad ſupplicium, quod meritum aiebat, propter ſtructas ſibi inſidias. Qui cùm non dederetur, intellexit ipſum Alexandrum earum fuiſſe autorẽ, & cœpit eum magno odio proſequi. Antiochenos autẽ iam antea propter eundem Ammonium infenſos habebat, à quo plurimis affecti fuerant incõmodis. Non tamen effugit pœnã Ammonius, turpiter ut mulier caſus, dum amictu fœmineo quærit latebras, quemadmodũ in alio diximus Cõmentario. Ptolemæus autẽ affinitatis Alexandri pœnitẽs, & lati aduerſus Demetrium auxilij, abſtracta a marito filia confeſtim ad Demetrium mittit legatos de ſocietate & amicitia, his conditionibus, ut data ipſi in matrimonium filia, in paternum regnum eum reſtitueret. At ille & amicitiam eius & oblatam coniugem perlibenter amplexus eſt. Vnus etiam reliquus erat labor Ptolemæo, ut Antiochẽſibus perſuaderet Demetrium recipere, alienatis ab eo propter iniurias à patre eius acceptas: perfecit tamen hoc quoque. Nam propter Ammonium habentes exoſum & Alexandrum, facilè impulſi ſunt, ut eum ex urbe eijcerent. Atq; ita elapſus ex Antiochia uenit in Ciliciã. Ptolemæus uerò urbẽ ingreſſus, & à ciuibus rex conſalutatus eſt & ab exercitu, coactus duo ſibi imponere diademata, alterum Aſiæ, AEgypti uerò alterum. Sed cùm eſſet natura iuſtus, & nimiæ potentiæ minimè cupidus, ad hæc prudẽs, & qui nollet Romanis inuidioſus fieri, aduocata Antiochenſium concione, perſuaſit eis ut Demetrium reciperent; pollicitus eum maiorem rationem habiturũ recentis eorũ beneficij, quàm odiorum, quæ illis cũ patre eius interceſſerant. Se quoque affirmauit monſtratorem ei fore uitæ rectè inſtituendæ & adminiſtrandæ reipublicæ

Ammonij mors.

Ptolemæus rex ſalutatur.

Ptolemæus Antiochenis perſuadet, ut Demetrium regem Aſiæ admittant.

A blicæ,nec paſſurum quicquam tentare,quod non deceat. Nam quod ad dominationem attineat,contentum ſe eſſe AEgypti imperio. Atque ita perducti ſunt in eam ſententiam Antiocheni, ut Demetrium reciperent. Cæterùm cùm Alexander ducens ualidum exercitum è Cilicia inuaſiſſet Syriam, & Antiochenum agrum uaſtaret rapinis atque incendijs occurrit ei Ptolemæus unà cum genero ſuo Demetrio: iam enim confectæ erant nuptiæ: & uictus Alexander compulſus eſt fugere in Arabiam. Fortè accidit in eo prælio,ut equus Ptolemæi conſternatus barritu elephanti eum excuteret,proſtratumq́ue aggreſsi hoſtes uulneribus in caput inflictis in periculum extremum adducerent,ni ereptus fuiſſet interuentu ſatellitum: attamen per integrum quatriduum ſopitis ſenſibus, nec loqui potuit, nec loquentes intelligere. Alexandri uerò caput Zabelus Arabum dynaſta reciſum miſit ad Ptolemæum,
B qui die quinta demùm reſpirans à uulneribus, & ad ſe reuerſus iucundiſsimo ſibi rumore ſimul & ſpectaculo capitis ac mortis Alexandri pauit animum & oculos: nec ita multò pòſt exatiatus gaudio percepto ex inimici interitu, & ipſe uitam finijt. Alexander autem cognominatus Veles,per quinquennium regnum obtinuit, ſicut alias indicauimus. Demetrius autem cognomine Nicanor, regno potitus cùm eſſet prauo ingenio malè mulctabat Ptolemæi milites, oblitus auxilij & affinitatis, quæ per Cleopatræ nuptias recens interceſſerat. Illi uerò peroſi hominis ingratitudinem receperunt ſe Alexandriam,elephantis tamen in eius poteſtate relictis. Interim Ionathas pontifex coactis è tota Iudæa copijs,aggreſſus eſt oppugnare arcem Hieroſolymis & Macedonicum preſidium, cum deſertoribus religionis,
C qui eò confugerant. Hi primùm contemnebant conatus Ionathæ, quòd ſatis fiderent loci munitionibus: tandem nocte aliquot ſcelesti elapſi peruenerunt ad Demetrium, arcis oppugnationem nunciantes. Qui iratus mouit exercitum ex Antiochia contra Ionatham: cumq́ue peruenisſet uſque ad Ptolemaidem,acciuit eum ad ſe per literas. Ille non intermiſſa oppugnatione, cum ſenioribus populi & ſacerdotibus aurum, argentum, ueſtem,aliaq́ue xenia deferens uenit ad Demetrium,& hac munificentia mitigauit regis animum: tractatusq́ue honorificè,confirmatus eſt in pontificatu,quemadmodũ & à ſuperioribus regibus. Accuſatoribus autem eius transfugis fidem non habuit: uerùm etiam rogatus ut pro Iudæa uniuerſa tribusq́ue attributis ei toparchijs,Samaria,Ioppe & Galilæa, C C tantùm talenta penderentur,conceſsit per diploma tale: Rex Demetrius Ionathæ fratri & Iudæorum genti S.
D Exemplum epiſtolæ,quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro, miſimus ad uos, ut ſciretis: Rex Demetrius Laſtheni patri S. Genti Iudæorum amicis noſtris & iura amicitiæ ſeruantibus,decreui beneuolentiæ gratiam referre. Quapropter tres præfecturas,Apherimam,Lyddam,Ramatham cum ſuis finibus,Samaritis ademptas ad Iudæam attribuo: & remitto quic quid ſolebant ante me reges accipere à ſacrificantibus Hieroſolymis, aliaq́ue tributa pro fructu terræ atque arborum: præterea ſalinarum uectigal & aurum coronarium: neque quicquam horum exigetur in poſterum. Cura igitur ut huius ſcripti exemplar mittatur ad Ionatham, & dedicetur in illuſtri aliquo loco templi ſanctiſsimi. Hactenus diploma. Porrò
E Demetrius uidens ditionem ſuam pacatam,& nihil timendum periculi,dimiſit exercitum, & ſtipendia militum minuit,ſolis exteris mercedem ſoluens, quos ſecum è Creta alijsq́ue inſulis collectos adduxerat. Quamobrem odium ſibi cõcitauit apud proprium militem, cui ipſe nihil numerabat,ſolito ab alijs ante eum regibus etiam pacis tempore ſtipendium accipere,ut hoc pacto alacriores fierent,ad ſubeunda, quoties opus eſſet,pericula.

Alexander in Arabiam fugere compellitur.

Ptolemæus uulneratur.

Alexandri mors. A. M. 3827. Ante Chr. nat. 144.

Ptolemæi mors.

Demetrius Nicanor ingratitudinis accuſatur.

Demetrius cõtrà Ionatham exercitum mouit.

Ionathas Demetrium donis ſibi placat.

Demetrij literæ in Iudæorum fauorem.

Demetrius exercitum dimiſit, et militum ſtipendia minuit.

Tryphon Apamenus poſt deuictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum aſſerit, recepto in amicitiam Ionatha. CAP. IX.

AM alienationem militum à Demetrio animaduertens quidam ex Alexandri ducibus genere Apamenus,Diodotus cognomine Tryphon, uenit ad Malchum Arabem,qui educabat Alexandri filium Antiochum: & cùm indicaſſet ei quàm infenſi eſſent Demetrio milites, ſuaſit ut ſibi Antiochũ traderet, effecturũ enim ſe,ut is receptus potiretur paterno imperio. At ille primùm difficilem ſe præbebat,quòd nõ
F ſatis ei fideret: tandẽ Tryphon euicit aſſiduis precibus. Interea Ionathas pontifex uolens tollere Hieroſolymitanæ arcis præſidiũ,& impios transfugas,reliquosq́;,qui arces tenebãt in ea regione,legatione cũ munerib. miſſa ad Demetriũ,rogabat eum,ut præſidia de Iudææ caſtellis eijceret. Qui non hac tantùm in re, ſed maiori etiam gratificaturũ ſe ei pollicitus eſt,quã primùm leuatus eſſet preſenti bello,per cuius negotia non liceret nũc id facere, poſtulabat etiã ut pro iure amicitiæ mitteret auxilia,quãdo quidẽ ſui milites ad hoſtem deficerẽt: mox́q; tria millia delectorũ militũ Ionathas ad regẽ miſit. Cæterùm Antiochenſes exoſum habẽtes Demetrium,

VIII. 1 Mach. 11. *Malchus Arabs Antiochum Alexandri filium Antiochenſibus petitur.*

Ionathas, à Demetrio ut præſidia è caſtellis Iudææ ejceret petit.

Demetrius à Ionatha ſubſidium poſtulat.

Ionathas Demetrio mittit auxilium. Demetrium, tam propter ipſius, quàm propter paternas iniurias, cupiebant eũ per occaſionem aggredi: uidentesq; auxilium ei uenisse à Ionatha, & conſiderantes breui augẽdas eius uires, niſi maturè præuenirent, correptis armis circũſteterunt regiã, uelut expugnaturi, & intercepto exitu conabantur illũ in poteſtatem ſuã redigere. Qui uidens populum armatum hoſtiliter ſe impetere, aſſumpto mercenario milite & Iudæis auxiliaribus, conflixit cũ Antiochenſibus, & ſuperatus numero, compulſus eſt cedere. Tum Iudæi receperunt ſe in tectũ regiæ, & è ſuperiore loco miſsilibus feriebant populũ: quod cùm tutò facerent propter loci eminentiã, facilè repulerunt eum à propinquis ædibus: & mox iniecto in eas igne, incendiũ totam urbẽ peruagatum eſt, propter denſitatẽ ædificiorũ, quæ tota ferè cõſtabant è materia lignea. Antiochenſes uerò non ualentes ædibus flagrantibus ſuccurrere, in fugã ſe uerterũt. Tum Iudæi de uno tecto in aliud tranſilientes, miris modis eos inſectabantur. Rex autẽ animaduertens Antiochenos occupatos in eripiendis liberis & uxoribus, & ideo intermiſiſſe prælium, per diuerſos angiportus eos aggreſſus, multis occiſis reliquos coegit abiectis armis deditionẽ facere: & conceſſa audaciæ uenia, ſeditionem cõpeſcuit, donatosq; Iudæos prẽda, quam ex direptionibus parauerant, & collaudatos quaſi autores eius uictoriæ, remiſit ad Ionathã, non ſine præclaro uirtutis eorũ teſtimonio. Poſtea tamen ingratus apparuit, & nõ ſeruauit pollicita, bellũ etiam minatus, niſi redderet tributa omnia, quæ Iudæorum gens ſolita fuiſſet prioribus regibus pendere. Feciſſetq; etiã, ni impeditus fuiſſet à Tryphone, coactus ap paratũ contra Ionathã factum in illũ potiùs uertere. Reuerſus enim ex Arabia in Syriã cum Antiocho etiã tum adoleſcente, diadema eius capiti impoſuit: & deficientibus ad ſe omnib. militibus, qui fraudati ſtipendijs fuerant, aperto bello Demetriũ adortus eſt: & uno prælio factus ſuperior, tum elephantos, tum Antiochenã urbem illi ademit, cõpulſo in Ciliciam cedere. Tum Antiochus adoleſcens miſsis literis & legatis ad Ionathã, ſocium & amicum eum nominat, & pontificatũ ei confirmat, conceſſis & quatuor præfecturis, quæ Iudæorũ regioni attributæ fuerant. Ad hæc aurea uaſa & pocula, ueſtemq; purpuream, & ius utendi miſit ei, nec non fibulam auream, cooptato inter amicos primarios. Simonẽ etiã eius fratrem militibus, quantũ eorum eſſet Tyrũ inter & AEgyptum præpoſuit. Ionathas uerò lætus tot collatis in ſe per Antiochum beneficijs atq; honoribus, & ipſe ſuos legatos ad eum ſimul & Tryphonẽ miſit, amicum ſe & ſociũ profeſſus, geſturumq; unà bellum contra cõmunem hoſtẽ Demetrium, multa de eius ingratitudine queſtus, quòd pro beneficio iniuriã ſibi repoſuiſſet. Cùm igitur permiſſum eſſet ei ab Antiocho, collectis etiã è Syria & Phœnice militibus bellum contra Demetrij duces gerere, confeſtim profectus eſt ad uicinas urbes, & oppida: à quibus honorificè exceptus, nullis tamen adiutus eſt militibus: & cùm Aſcalonem ueniſſet, hic quoq; ab oppidanis cũ muneribus ei occurſum eſt: quos & ipſos hortatus eſt, quemadmodum alias urbes Cœleſyriæ, ut à Demetrio deficerẽt ad Antiochũ, & pro acceptis iniurijs pœnas ab eo repeterent. Eſſe enim multas cauſas, cur ad hoc cõſentire debeant. Quibus perſuaſis, ut pollicerentur auxilia, ad Gazæos peruenit, ut hos quoq; conciliaret Antiocho. Hos præter ſpẽ inuenit portas ſibi clauſiſſe, nolentes deſerto Demetrio parti aduerſæ ſe cõiungere. Quare Ionathas irritatus eſt, ut & agros uaſtaret, & urbẽ conaretur ui capere: relictaq; ad eius obſidionem parte exercitus, cũ reliqua manu in uicos ſæuiebat incendijs. Tum Gazæi uidentes preſentem calamitatẽ ab hoſte, nec ullũ interim auxilium à Demetrio, & ſpẽ quoq; incertã propter locorum diſtantiã, ſatius exiſtimauerunt illo omiſſo neceſſitati ſuæ conſulere: & miſſis ad Ionathã nuncijs, recepti ſunt in ſocietatẽ atq; amicitiã. Aliquando enim homines antequã mala ſint experti, quid conducat, non intelligunt. Iidem dum in malo ſunt, tum demùm mutata ſententia, quæ ante ullũ acceptum detrimentũ facere ſatius fuiſſet, ea poſtea læſi admittunt. Ionathas uerò acceptis obſidibus, & miſſis Hieroſolyma, digreſſus inde, totã regionẽ uſq; ad Damaſcum obibat. Cumq; Demetrij ualidus exercitus acceſſiſſet ad urbem Cedaſam, quæ propinqua eſt Tyriorũ agro & regioni Galilææ, uellentq; Ionatham abſtrahere à Syria, laturũ opem Galilæis ſuæ ditionis hominibus, occurrit eò properè Simone fratre ad Iudææ præſidium relicto. Is collectis quotquot poterat eius regionis militibus, Bethſurã oppugnabat, locũ totius Iudææ munitiſſimũ, & inſeſſum à Demetrianæ factionis hominibus (ut iam antè diximus) qui cùm aggeribus ſimul ac machinis uehementer infeſtarentur, ueriti ne occupato per uim loco ad unũ necarentur, per nunciũ rogabant Simonẽ, ut ſibi liceret relicta ipſi Bethſura, incolumibus decedere, & proficiſci ad Demetriũ. Ille uerò data eis in hoc ut poſtulabant fide, pro Macedonico ſuum ibi collocauit præſidium. Interim Ionathas in Galilæa, motis à ſtagno Genneſara caſtris, quæ primùm poſuerat, in campũ Aſor progreſſus

Demetrius ab Antiochenſibus impetitur.

Antiochenſium fuga & cladas.

Demetrij in Ionatham ingratitudo.

Tryphon Demetrio bellum infert, eundemq; prælio uincit.

Antiochus Ionatham ſibi conciliat.

Simon militibus præficitur.

Ionathæ ad Antiochũ & Tryphonẽ legatio.

Ionathas cõtra Demetrij duces exercitum colligit.

Gazæi Ionathæ ſe dedunt.

Mala niſi ſint cognita, nõ intelliguntur facilè.

Simon Bethſuram potitur.

A progreſſus eſt,neſcius hoſtem eſſe in eo. Demetriani uerò,qui ante unum diem aduentum eius præſenſerant,collocatis priùs in monte inſidijs,ipſi in campo ei ſe oppoſuerunt. Quos conſpicatus Ionathas paratos ad prælium,& ipſe ſuos pro tempore ad certamen inſtruit.Sed cùm à tergo ſe inſidiatores Iudæis oſtendiſſent,ueriti ne intercepti in medio contrucidarentur, in fugam ſe dederunt,ita ut penè omnes Ionatham deſererent in periculo. Soli duces Matthias Apſalomi & Iudas Chapſæi cum quinquaginta uirorum fortium manu permanſerunt:qui à deſperatione ſumpa audacia,tanto impetu aduerſàm hoſtiũ frontẽ impulerunt ut territi ceu furentibus cederent.Tum uerò illi, qui Ionatham deſtituerant, uidentes fluctuantem & inclinatam hoſtium aciem,reuerſi in prælium,iam in apertam fugam uerſos per ſequebantur,donec ad Cedaſa uentum eſt,ubi intra caſtra compulſi ſunt. Ionathas autem

Ionathas Demetriaños uincit.

B egregia uictoria potitus,recepit ſe Hieroſolyma.Et cùm omnia ſibi ex ſententia,Dei fauore uideret cedere,miſit Romam legatos de renouanda amicitia,quibus dedit mandata,ut in re uertendo obiter inuiſerent Lacedæmonios,eosque cognationis admonerẽt atque fœderis. Qui poſtquam Romã uenerunt,expoſitis ad Senatum poſtulatis Ionathæ pontificis, quòd cuperet renouari fœdera,& impetratis quæ uolebant omnibus,acceptisque literis commẽdatitijs ad reges Europæ & Aſiæ,quò tutiùs poſſent iter facere, in reditu peruenerunt etiam ad Lacedæmonios; & obtulerũt eis literas à Ionatha pontifice,quarum exemplum erat hoc. Ionathas pontifex gentis Iudæorum,& ſenatus ac populus Iudæorum, Ephoris Lacedæmoniorum ſenatui & populo,fratribus ſuis,Salutem.Si ualetis,& res ueſtræ tam publicè,quàm priuatim proſperè cedunt,gaudemus: ualemus.n.nos quoque.Superioribus tẽporibus per

Ionathas cum Romanis amicitiam renouat, & cum Lacedæmonijs.

A. M. 3830 Ant. Chr. nat. 141.

Ionathæ ad Lacedæmonios litera

C lata ad Oniam pontificem noſtrum,ab Ario rege ueſtro miſſa per Demotelem epiſtola, de cognatione noſtra,cuius exemplar ſubiunximus,& literas eas cupidè accepimus,& Demoteli atque Ario omnem exhibuimus beneuolentiam,quamuis iam antè hoc non ignorare mus,nimirum docti è ſacris noſtris Scripturis. Quòd uerò non priùs uos cognatos agnouerimus,ideò factum eſt,ne uideremur uobis captandæ amicitiæ occaſionẽ præripere.Interim eo tempore,ex quo renouata eſt noſtra neceſsitudo,in ſacris ſolennitatibus rem diuinam facientes,etiam pro ueſtra ſalute ac uictoria uota nuncupauimus.Et cùm multis circumquaque bellis uexaremur,propter uicinorum immoderatas cupidines,tamẽ nec uos nec alios amicos ſolicitandos duximus. Nunc uerò peracto bello,miſimus ad Romanos Numenium

D Antimachi & Antipatrum Iaſonis,uiros ſenatores & honoratos: quibus etiam ad uos dedimus literas,ut renouent mutuam noſtram amicitiam.Bene igitur facietis,ſi uos quoque nobis ſcripſeritis,& ſignificaueritis,ſi qua in re uobis opera noſtra poſsit eſſe uſui,ad omnia obſequia promptos nos habituri.Itaque Lacedæmonij & legatos comiter acceperunt,& decretum publicum de amicitia atque ſocietate eis tradiderunt.Hoc tempore tres Iudæorum ſectæ erant,quæ de rebus humanis inter ſe diſſentiebant:una Phariſæorũ dicta,altera Sadducæorum,tertia Eſſenorum.Horum Phariſæi quædam,at nõ omnia fato tribuunt; quædam uerò in ſua poteſtate eſſe aiunt, ut uel fiant,nel non fiant. Eſſeni uerò omnia in fati poteſtate eſſe affirmant nec quicquam hominibus præter fati decretum accidere. At Sadducæi fatum omnino negant, & è rebus tollunt, dicentes nihil fataliter euenire hominibus:

Sectæ Iudæorũ tres,nimirum Phariſæorum Eſſenorum,& Sadducæorum.

& omnia in noſtra ipſorum poteſtate eſſe,ut tam felicitatis nobis ipſi autores ſimus,quàm

De bello Iudaico Lib.2.cap.12.

E infortunij,ſi deteriora conſilia ſecuti fuerimus.Sed de his diligentius tractauimus in ſecundo de Iudaico bello uolumine.Porro Demetrij duces uolentes acceptæ cladis abolere ignominiam, maioribus copijs reparatis duxerunt contra Ionatham.qui comperto eorũ aduentu, properè in Amathenſem agrum occurrit:nolebat enim eos ſine impedimento Iudæam inuadere.Cũque ad quinquaginta ſtadia prope hoſtem caſtra poſuiſſet,miſit qui res hoſtiũ & munitiones perſpecularentur.Qui cùm exploraſſent omnia, & quoſdam captiuos noctu adduxiſſent,indicantes quòd ex improuiſo hoſtis uellet eos aggredi,maturè omnia communiit,diſpoſitis etiam extra caſtra excubijs,& in armis retinẽs per totam noctem exercitum,iuſſum parato eſſe animo,etiam ſi noctu pugnare opus ſit,ne quid eos hoſtium conatus falle-

Demetriani Ionatham fugiunt

rent.Demetrij uerò duces ut ſenſêre Ionatham præmonitum,hærebant inopes conſilij,hoc

F ipſo turbati,quòd uiderent ſibi nihil ſucceſſurum abſque inſidijs,nec aperto Marte pares ſe Ionathæ futuros ducerẽt.Decreuerunt igitur fugere,& relictis multis per tota caſtra ignibus quò magis hoſtem fallerent, noctu diſceſſerunt.At Ionathas manè caſtra adortus, poſtquã deprehendit inania,cœpit fugientes perſequi,ſed fruſtrà. Iam enim trãſgreſsi fluuium Eleutherum in tuta loca ſe receperant.Flexo igitur in Arabiam itinere,& Nabatæis uaſtatis, abactaque præda & captiuis abductis,Damaſcum profectus illic omnia uendidit.Per idem tem

Ionathas in Arabiam tendens Nabatæos uaſtat.

pus & frater eius Simon obeundo totam Iudæam & Palæſtinam uſque Aſcalonem, opportuna loca firmabat præſidijs, atque ita communita regione armis & ædificijs, Ioppen contendit: eiq; occupatæ ualidum impoſuit præſidium, quòd intellexerat Ioppenſes uelle Demetrio dedere ſuum oppidum. His igitur ad hunc modum diſpoſitis, Ionathas & Simon reuerſi ſunt Hieroſolyma. Ibi pontifex aduocata in templum concione populi, ſuaſit ut reficerent urbis mœnia, & murum quo templum ſeptum fuerat rurſum reficerent, turribusq; altis additis munitiorem redderent: utq; alium murum excitarent inter arcem & urbem, atque hoc pacto excluderent eos, qui arcem cuſtodiebant, & ad commeatuum penuriam eos adducerēt. Præterea, ut arces hinc inde per regionem diſpoſitas, additis nouis munitionibus firmiores etiam ac tutiores facerent. Qua ſententia cōprobata ſuffragijs populi, ipſe aſſumpta ſibi muniendæ urbis cura, Simoni, ut idem in cæteris Iudææ locis curaret, dedit negotiū. Cæterùm Demetrius traiecto flumine peruenit in Meſopotamiam, uolēs hanc & Babylonē ſimul occupare, ut potitus ſuperioribus ſatrapijs, ſedē belli ibi conſtitueret: uocabatur enim per crebras legationes ab eorum locorum Græcis atque Macedonibus, pollicentibus deditionem, ſi ueniret, atque etiam contra Parthorum regem Arſacem auxilia. Qua ſpe accenſus properauit ad illos, cogitans ſi res aduerſus Parthos ceſſiſſent proſperè, ſe facile deinde exturbaturum Tryphonem è regno Syriæ. Vt uerò magna alacritate exceptus eſt ab eius regionis hominibus, collecto ualido exercitu bellum Arſaci intulit, & ſuperatus prælio, amiſſoque exercitu, ipſe uiuus in poteſtatem hoſtium uenit, ſicut aliàs narrauimus.

Simon loppen occupat.

Hieroſolymorum mœnia reficiuntur.

Demetrius Meſopotamiā inuadit.

regem Parthorū bello aggreditur, &

uictus capitur.

Demetrio à Parthis capto Tryphon fœdus uiolat, & Ionatha dolo capto atque interfecto, Simoni eius fratri bellum infert. CAP. X.

IX. TRyphon autem cognita calamitate Demetrij, non ampliùs fidus erat Antiocho, ſed cogitabat quonam pacto eo ſublato regnū poſſet ipſe inuadere & occupare: nec aliud magis uidebatur obſtare eius cupiditati, quàm Ionathas amicus Antiocho. Itaque decreuit illum priùs è medio tollere, atq; ita demum adoleſcentem aggredi. Quamobrem ad Bethſan profectus, quæ Græcis nominatur Scythopolis, inuenit ibi Ionatham cum quadraginta millibus lectiſſimorum militum, paratū obſiſtere, ſi quis uim inferre conaretur. Videns igitur hominem non imparatum ad certamen, muneribus & comitate conatus eſt ei imponere, iuſsis ſuis ducibus, ut imperata Ionathæ facerent, quò magis fidem beneuolentiæ fictæ aſtrueret, & omnem illi ſuſpicionem eximeret, atq; ita incautum opprimeret faciliùs. Poſtremò ſuaſit, ut dimitteret exercitum, ceſſante bello, & pacatis rebus omnibus. rogabat tamen, ut retenta circa ſe parua manu, comitaretur eum Ptolemaidem, & acciperet in tutelam ſuam urbem eam arcesq; finitimas: dicens ſe in hoc uenisſe, ut has ei traderet. Ionathas uerò nihil mali ſuſpicatus, credensq; uerè & beneuolo animo Tryphonem hæc conſulere, dimiſit exercitum, exceptis tribus millibus, ex his duo in Galilæa reliquit, mille ſecum duxit, Tryphonem proſecutus Ptolemaidem. Oppidanis uerò urbem confeſtim, ita ut præmoniti fuerant, claudentibus, uiuus captus eſt, militibus eius ad unum contrucidatis. moxq; miſſa eſt in Galilęam pars exercitus, ut & illa duo millia nec opina per dolū opprimeret. Sed quia rumor de Ionatha capto aduentum eorum præuenerat, arreptis armis maturè inde euaſerunt. Nam Tryphonis milites non auſi experiri uim, quòd intelligerent paratos pro tuenda uita extremū adire periculū, infecta re unde uenerant retrò reuerſi ſunt.

1. Mach. 12. 13 Tryphonis ab Antiocho defectio.

Tryphon Ionatham dolo è medio tollere ſtudet.

Ionathæ exercitum dimittit, Tryphonem proſequitur, & uiuus capitur, nec ſuos ſocios perimūtur.

Simoni Iudæorum gens & pontificatum ſimul & copiarum imperium defert. CAP. XI.

A.M. 5831. Ante Chr. nat. 140. HIeroſolymis autem poſtquam auditum eſt de Ionathæ captiuitate, & comitatus eius interitu, ingens dolor cepit omnes & tanti uiri deſideriū, quòd non ſine cauſa timerent, ne deſtituti eius prudentia ſimul & fortitudine, infeſtarentur à finitimis: qui in eam diem metu Ionathæ cohibiti, tum uidebantur uelut dato ſigno coorituri, & adducturi Iudæorum gentem in extremum ſalutis periculū: nec eos fefellit ſua expectatio. Quam primùm enim auditum eſt necatum eſſe Ionatham, undique excitatū eſt in eos bellum, tanquam non habentes ampliùs cuius ductu militare poſſent, & rē gnauiter gerere: quin & ipſe Tryphon collecto exercitu, in animo habebat Iudæam inuadere. Simon autem uidens Hieroſolymitanos metu nouorum motuum attonitos, & uolens eis contra Tryphonis conatus addere animum, conuocato in templū populo, ſic exorſus eſt ad eos uerba facere: Non ignoratis uiri tribules, quàm gnauiter ac intrepidè ego & pater ac fratres pro libertate ueſtra mortis periculis nos expoſuerimus: quibus domeſticis exemplis excitatus, cùm non nouum ſit in noſtra familia, legibus patrijs & religioni propugnandæ uitam impendere, nullo terrore adigi potero, ut uitam gloriæ præferam. Quapropter cùm

1. Mach. 13.

Simon populo operam ſuam pollicetur.

non

A non deſit uobis dux, paratus pro uobis quiduis quàntumuis magnum, uel pati uel facere, ſequimini alacriter quocunque duxero. Neque enim ego melior ſum meis fratribus, ut uitæ parcere debeam: neque ita degener, ut quod illis ſemper uiſum eſt longè pulcherrimum, ſcilicet pro religione atque legibus uitam profundere, ipſe per ignauiã ſubterfugiam: quin potiùs certum eſt germanum me illorum fratrem egregijs approbare facinoribus. Confido enim in Deo, quòd pœnas ab hoſtibus exigere dabitur, uosque unà cum uxoribus & liberis ab eorum iniurijs eripere, & inſuper templi ſanctimoniã turam præſtare ab illorum impia uiolentia. Video enim profanas gentes non ob aliud in uos cooriri, niſi quòd exiſtimant deſtitutos ducis prouidentia. His Simonis uerbis accenſa multitudo recepit animos & fiduciã, & poſita formidine auſa eſt meliores ſpes concipere: cita ut uno ore totus populus acclamauerit, placere Simonem imperium accipere, & in locum fortiſſimorum fratrum Iudæ ac Ionathæ ſuccedere: nunquam enim ſe detrectaturos iuſſa illius. Itaque collectis mox omnibus quotquot ex ſuis ad militiam eſſent idonei, aggreſſus eſt urbem mœnibus cingere, communireque celſis, & nalidis turribus, quo opere perfecto, miſit Ioppen unum ex amicis Ionathan Abſalomi filium, iuſſum habitatores eius populariter inde ejicere ueritus ne urbẽ Tryphoni traderent: ipſe interim manſit Hieroſolymis ad urbis cuſtodiam. Triphon autem Ptolemaide profectus cum magno exercitu, uenit in Iudæam ducens ſecũ uinctum Ionatham. ei Simon occurrit cum ſuis copijs iuxta oppidum Addida, ſitum in mõte, cui Iudæorum campi ſubiecti ſunt. Tryphon uerò cognito, quòd Simon Iudæorum princeps ſit conſtitutus, miſit ad eum nuncios, & hunc dolo circumuenire cupiens: mandabatque ut ſi uellet dimitti fratrem Ionatham, centum argenti talenta perſolueret, & cum eis C duos Ionathæ filios mitteret ad ſe obſides futuros, quòd ille dimiſſus non alienaturus ſit Iudæam à regis imperio. Nunc enim eum tantiſper ſeruari in uinculis, dum debitam regi pecuniam redderet. At Simonem technæ eius non latuerunt: ſed intelligens, quòd & pecuniam perditurus eſſet, nec fratrem liberaturus, quin & filios eius inſuper hoſti deditutus, tamen timens criminationem ſuorum, ne negatis pecunijs & filijs, uideretur fuiſſe fratri cauſa interitus, aduocato in concionem exercitu, poſtulata Tryphonis ad eos retulit, admonitis priùs, quòd ſubeſſent inſidiæ: præſtabiliùs tamen eſſe, & pecunias & filios mittere, quàm contemptis Tryphonis conditionibus ſuſpicionem incurrere, quaſi fratrem ſeruare noluerit: atque ita placuit & Ionathæ pueros mitti & pecuniam. Quibus acceptis Tryphon non ſeruauit fidem, nec dimiſit Ionatham, ſed cum exercitu pera D grabat regionem, uolens per Idumæam aſcendere Hieroſolyma, peruenitque uſque Dora Idumææ oppidum. At Simon eum perpetuò conſectabatur, caſtra caſtris illius opponens. Interim qui in arce erant urgentibus Tryphonem, ut properè ſibi commeatus mitteret, iuſsit paratum eſſe equitatum, quaſi eadem nocte uenturus Hieroſolyma. Sed quia per eam noctẽ multa nix delapſa, uiam opertam difficilem maximè equis reddiderat, irritũ factum eſt eius propoſitum, & motis inde caſtris, in Cœleſyriam redijt properè: obiteréque in Galaditica regione interfecto & ſepulto Ionatha, ipſe Antiochiã ſe contulit. Simon autem à Baſca oppido fratris oſſa in Modin & paternum ſepulchrum tranſtulit, publico luctu honorati: ubi ampliſſimum monumentum extruxit patri ſimul & fratribus ſuis è marmore polito & candido. Ex E citato enim in latè conſpicuam celſitudinem, porticus circumdedit, & columnas ſingulas è ſingulis lapidibus, opus admiratione digniſſimum. Ad hæc pyramides ſeptem parentibus & fratribus, cuique unã erexit, mira tam magnitudine, quàm pulchritudine, quæ durant uſq; ad noſtra tẽpora. Tanta fuit Simonis cura, ut Ionathas cæteríque domeſtici quàm magnificentiſſimo ſepulchro eſſent condíti: qui defunctus eſt, exacto pontificatus ſimul & imperij anno quarto. Cuius ſucceſſor Simon conſtitutus ſuffragio populi, primo ſui principatus anno ſuis immunitatem tributorum peperit, quæ hactenus Macedonibus erant ſoliti pendere: idque accidit poſt annum centeſimum ſeptuageſimũ, ex quo Seleucus Nicanor Syriæ regno potitus fuerat. Tanto autem in honore apud populum fuit Simon, ut tam in priuatis inſtrumentis, quàm in ſcripturis publicis adijcerent, actum eſſe anno primo Simonis Iudæorum F. ethnarchæ, optimè de gente ſua meriti. Nam huius principatu res eorum magnis acceſsionibus auctæ ſunt, & multas de finitimis hoſtibus retulêre uictorias. Deuaſtauit enim Gazarã & Ioppen & Iamniam, expugnacaque Hieroſolymorum arce, ſolo eam æquauit, ne poſthac eſſe poſſet hoſtibus receptaculum, neue inde urbi aliquod inferretur incommodum. Quo facto uiſum eſt ei operæpretium, ſi mons quoque in quo ſita fuerat complanaretur, ut ſolũ tem plum emineret: effecitq; id cõmemoratis pro concione malis, quæ à præſidiarijs in eam diẽ

Simõ urbem mœnibus cingit.

Ionathæ Abſalomi filius Ioppen mittitur.

Tryphon Simoni quoque imponere conatur.

pecuniã & Ionathæ filios ſibi mitti poſtulat.

Tryphoni Ionathæ filij adducuntur.

Ionathæ mors.

Simon monumenta conſtruit.

Ionathæ monumentum.

Simonis geſta.

Iudæi passi fuerant, quæque etiã in posterum ferre cogerentur, si externus aliquis princeps A
ei loco imponeret præsidium: adeoque permotus est eius exhortatione populus, ut non in-
termisso per triennium neque die neque nocte opere, tandem ad planitiem eum locum
indefesso labore peruices sibi succedentes redegerint, atque ita nihil reliquerint, quod ob-
staret, quo minus templum omnibus in urbe locis esset celsius.

Simon Tryphonem in Dora compulsum oppugnat, inito cum Antiocho, cui Pius cognomen erat, fœdere. CAP. XII.

X. 1. Mach. 15. * aliàs Hierax, Theos: Rufino dicitur Theotos. A. M. 3833. Ant. Chr. nat. 138.

NOn multo autem post quàm Demetrius captus est, Alexandri filius cognomine* Deus, à Tryphone est necatus, anno quarto postquã eius tutelã susceperat: sparsoq; rumore, quod inter exercendum se esset extinctus, per intimos amicos solicita-
uit milites magnis pollicitationibus, ut sibi regnum deferrent, captum à Parthis B
Demetrium dictitans, Antiochum uerò fratrem si potiretur imperio, ultorem fore defe-
ctionis, qua fratrem eius deseruerint. Illi adducti in spem maximam, quasi ditandi hoc prin-
cipe, imperium ei continuò deferunt. Tum uerò adeptus iam concupitam potestatem, non
amplius dissimulauit prauum ingenium, quod priuatus texerat, quo magis animos homi-
num sibi conciliaret. Quam primũ enim rex declaratus est, absque persona Tryphonem age
re cœpit, id quod aduersariorum partibus non mediocriter profuit. Milites enim pertæsi e-
ius mores, defecerunt ad Cleopatram uxorem Demetrij, quæ tum in Seleuciam cum liberis
se incluserat. Et cùm Demetrij frater Antiochus, cognomine Soter, oberraret, nec ab ulla ur-
be reciperetur metu Tryphonis, misit ad eum Cleopatra, coniugium suum & regnum ei of-
ferens. Fecit autem hoc partim amicorum suasu, & partim quòd timeret, ne quidam Seleu- C
censes urbem Tryphoni traderent. Quo postquàm uenit Antiochus, affluente ad eum
quotidie multitudine, & crescentibus uiribus bellum Tryphoni intulit: quem prælio uictũ
eiecit è superiore Syria, & usque ad Phœnicen persequens, compulsum in Doram castrum
munitissimum obsidione cinxit. Misit etiam legatos ad Simonem Iudæorum pontificem,
qui de amicitia & societate agerent. qui & postulata eius libenter admisit, & mox misso com-
meatu ac pecunijs ad oppugnantes Doram milites, Antiochum ita demeruit, ut inter intis-
mos amicos ab eo reciperetur. At Tryphon elapsus è Dora cùm perfugisset Apamiam, urbe
ui capta interfectus est, triennio postquam regno potitus fuerat.

XI. Antiochus Soter Tryphonẽ prælio uincit. A. M. 3835. Ante Chr. nat. 136. Tryphonis mors.

Tryphone sublato & bello inter Antiochum & Simonem orto, Cendebæus dux regius è Iudæa profligatur. CAP. XIII. D

CAeterùm Antiochus ob innatã auaritiam beneficiorum immemor, traditis ami-
co Cendebæo copijs, misit eum ut uastata Iudæa Simonẽ in potestatem redigeret.
Simõ audita eius iniquitate, quamuis iam senior, tamẽ indignitate rei permotus
iuueniliter hosti cũ exercitu fit obuiã: præmissisq; cum fortissimo quoq; filijs ipse
cum reliquis copijs subsequebatur diuerso itinere: positisque compluribus inter montiũ
augustias insidijs, nusquam non rem gessit ex sententia: & in omnibus congressibus factus
superior, reliquum uitæ in pace exegit, cùm & ipse renouasset cum Romanis amicitiam.

XII. Simon Cendebæum regione expellit. A. M. 3838. Ante Chr. nat. 133.

Simon à genero suo Ptolemæo in conuiuio per dolum occiditur. CAP. XIIII.

XIII. 1. Mach. 16. Simon insidijs generi sui cæsus.

IS per octo annos Iudæis præfuit, postremo in conuiuio cæsus, insidijs generi sui E
Ptolemæi: qui uxore etiam eius & duobus filijs comprehensis, ac coniectis in uin-
cula, misit quosdam ut tertium quoque Ioannem, cui & Hyrcano fuit nomen, in-
terficerent. Adolescens autem hoc præsentiens maturè in urbem refugit, fretus fa
uore multitudinis conciliato per paterna beneficia, simulque odio, quo Ptolemæum prose-
quebatur populus. Is enim uolentem eum ingredi per portam aliam repulit, eo quòd iam
Hircanum receperat.

Quomodo frustratis Ptolemæi conatibus, Hyrcanus principatu potitus est. CAP. XV.

XIIII. 1. Mach. 16. Hyrcanus Ptolemæũ oppugnat. Hyrcani matris atq; fratrum tortura & mors.

ILle igitur recepit se in quandam arcem supra Hierichunta sitam, quę Dagon di F
citur. Hyrcanus uerò accepto paterno pontificatu, & sacris operatus, cùm litatũ
esset eduxit contra Ptolemæum exercitum: & oppugnando locum, cætera quidẽ
erat superior, uincebatur autem sola pietate erga matrem, & erga germanos mi-
sericordia. hos enim Ptolemæus productos in mœnia flagris cædebat in loco
omnibus conspicuo, minitans se præcipitaturum eos nisi frater ab oppugnando desisteret.
At ille putans quantum de oppugnatione remitteret, tãtùm se gratificari suis charissimis, sta
tim in primo conatu elanguescebat. Mater tamen ad eũ manus tendens supplicabat ne mol
liretur affectibus, sed potiùs indignitate rei motus, daret operã ut redactũ in potestatẽ inimi-

cum

A cum afficeret pœna,& ulciſceretur homines ſibi natura coniunctiſſimos:gratum.n.ſibi fore inter torm̃eta emori,modò nefarius homo ſcelerũ ſuorũ ſupplicium lueret.Hyrcanus uerò talibus uerbis accendebatur ad aſſultum maiore impetu faciendum,ſed quamprimùm uerberari & lacerari matrem uidebat,refrigeſcebat ſtatim oppugnationis feruor,& uincebatur filius maternis affectibus.Cumque hoc pacto traheretur diutiùs obſidio, ſuperuenit annus ille,quo ſolenne eſt Iudæis ceſſare ab operibus,recurrente anno ſeptimo.Atque ita liberatus à bello Ptolemæus, occiſis Hyrcani matre ac fratribus, fugit ad Zenonem,cognomine Cotylam, qui tum apud Philadelphenſes inuaſerat tyrannidem. *Hiſtoriarum Biblicarum finis.*

Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, placatus CCC. talentis, fœdus cum eo init. CAP. XVI. A. M. 3840. Ante Chr. nat. 131.

B  Ntiochus autem memor incommodorum, quæ à Simone acceperat, Iudæam aggreſſus eſt, ex quo regnare cœperat anno quarto, principatus uerò Hyrcani primo, ſexageſima ſecunda ſupra centeſimam Olympiade: uaſtatisque agris Hyrcanum in urbem ipſam cõpulit.eam ſeptenis caſtris cùm cinxiſſet,primùm nihil proficiebat, propter firmitatem mœnium & uirtutem propugnantium, accedente etiam aquarum penuria.cui tandem ſub occaſum Pleiadis delati imbres fuerunt remedio.poſtremò ad ſeptentrionalem muri partem, quà planior erat aditus, excitatis centum turribus,quæ ſurgebant uſque tertiã contignationem, impoſitisque in eas cohortibus, quotidie tentabat mœnia:duplicique foſſa longa ſimul & lata cinctis Iudæis præcluſit omnẽ exitum.Illi contra crebrò excurſantes,ſi fortè negligentius cuſtodiri caſtra offenderent, affi- XV. *Antiochus Hyrcanum in urbem compulit.*


C ciebant hoſtem clade aliqua:quòd ſi paratos ad reſiſtendum inuenirent,recipiebant ſe in tutiora facilè.Hyrcanus autem poſtquam cognouit ſibi obeſſe ſuorũ multitudinem,quòd inutiliter abſumerẽtur ad uictum neceſſaria,ſecretam infirmiorem turbam eiecit extra mœnia, ſolis retentis qui ob uigorem ætatis ad pugnam erant idonei. Antiochus autem excluſos uetabat progrẽdi,ita ut miſerabiliter oberrantes mœnibus conficerentur inedia. Sed cùm ſuperueniſſet feſtum Scenopegiæ,miſeratione ſuorũ rurſus in urbem recepti ſunt.Rex etiã rogatus ut gratia feſti inducias ſeptem dierũ concederet,religione motus impetrari eas paſſus eſt:nec hoc cõtentus,uictimas miſit magnificè,tauros auratis cornibus,& pocula tam aurea, quàm argentea,referta omnis generis aromatibus,& exercitui præbuit epulum, longè diuerſus ab Antiocho Epiphane,qui capta urbe porcos ſuper altari mactauerat, & iure carnium il- *Turba ad pugnam minimè idonea ciuitate ejcitur, & denuò recipitur. Inducię Iudæis conceſſæ.*

D larũ templũ aſperſerat,uiolatis Iudæorũ legibus ſimul & cęremonijs:unde acerbiſſima exorta ſunt eius gentis contra eum odia.at hic Antiochus propter religionem Pius cognominatus eſt ab omnibus.Hyrcanus uerò cognita eius æquitate & pietate delectatus, legatos ad eũ miſit,rogantes ut liceat ſibi patrijs uiuere legibus.tum rex repulſis qui ſuadebãt internecione delendã gentem inſociabilẽ,& diſcretã inſtituto à reliquis omnibus,& approbata Iudæorũ pietate,impetrauit ut obſeſſi arma ſibi traderent, & uectigalia Ioppes, cæterarumq; extra Iudæã urbiũ concederent,& inſuper præſidiũ reciperent,promittens pacem eis ſe daturũ his conditionibus.Aſſenſerunt illi ad omnia,excepto præſidio, quòd uitarent exterorũ conſuetudinẽ:quod ne reciperent maluerunt regi dare obſides & D talenta inſuper: quorum CCC mox repræſentata ſunt,& inter obſides fuit etiã ipſius Hyrcani frater: deiectaque mox lorica *Antiochus cum cognomento Pius dicatur, oſtenditur.*

E quæ impoſita erat mœnibus,ſoluta eſt obſidio. Cæterùm Hyrcanus aperto monumento Dauidis,qui olim regum omniũ fuerat ditiſſimus,tria millia talentorũ inde protulit:quibus pecuniis fretus,primus omniũ cœpit externũ militẽ alere: & inito cum rege fœdere, exceptũ in urbem cum exercitu tractauit liberaliſſimè:quin & profectũ in expeditionem Parthicam ſecutus eſt unà cum auxilijs. Teſtis eſt nobis Nicolaus Damaſcenus ſic ſcribens: Antiochus erecto trophæo ad Lycum fluuium,ubi Indatem Parthorum ducem profligauerat, hæſit ibi per biduũ ad preces Hyrcani Iudæi, quòd in id tempus fortè quædam Iudæorũ feſtiuitas incurrerat,per quam non licebat eis iter facere.Et uerum eſt,quod ille ſcripſit:nam Pentecoſte inſtabat poſt ſabbatũ,quo tempore noſtris iter facere nefas habetur.Deinde cum Arſace Parthо Antiochus ſigna contulit.quo prælio uictus,& uitam ſimul amiſit & exercitum. Syrorũ *Hyrcanus ex Dauidis monumento pecuniã petit. Nicolaus Damaſcenus. Antiochi mors.*

F autem regnum frater eius recepit Demetrius,dimiſſus ab Arſace,quo tempore Parthorũ regionem inuaſerat Antiochus,ſicut iam antè in alijs Commentarijs diximus.

Hyrcani expeditio in Syriam. CAP. XVII.

 AEterùm Hyrcanus audita morte Antiochi, confeſtim ad urbes Syriæ duxit exercitũ,ratus id quod erat,intenturũ ſe eas uacuas propugnatoribus. Medabam igitur non ſine magno labore ſexto demùm menſe ui cepit: deinde Samegam cum uicinis oppidis,& inſuper Sicima atq; Garizim cum gente Cuthæorũ, quæ accoXVI. *Hyrcanum in Syriam tendit, & urbes capit.*

templum extruit.

lebat templum instar Hierosolymitani extructũ, permissu Alexandri, à Sanaballate duce in gratiam generi ipsius Manasis, qui fuerat frater Iaddi pontificis, ut & antè dictum est. Incidit autem huius templi desolatio post annum C C. Hyrcanus uerò etiam Idumææ urbes cepit, Adora & Marissam, subiugatisq; omnibus Idumæis edixit, ut circunciderentur, nisi mallent è proprijs pelli sedibus. At illi amore patriæ admiserunt & circuncisionem, & reliquam secundum Iudaicos ritus uiuendi formulam: atque ex eo primùm tempore inter Iudæos cẽseri cœpti sunt. Cæterùm Hyrcanus pontifex renouaturus cum Romanis amicitiam, misit legatos ad senatum: ubi recitatis eius literis, amicitia impetrata est his conditionibus. Fanius M. F. Pr. indixit senatum in campum V I I I. Id. Februarias, præsente L. Manlio L. F. Mentina, & C. Sempronio C. F. Falerna, propter eas res quas legati retulerunt, Simon Dosithei, Apollonius Alexandri, Diodorus Iasonis, uiri honesti ac probi, missi à populo Iudæorum: qui etiam egerunt de amicitia & societate, quæ eis intercedit cum populo Romano, & de negotijs publicis, ut Ioppe & portus, Gazaraq; & fontes atque urbes reliquæ per Antiochum ablatæ præter senatus decretum, restituantur: hæc omnia. néue militibus regijs liceat per regionem ipsorum aut subditorum iter facere. & ut eo bello per Antiochum attentata præter decretum senatus, fiant irrita: utque legati à senatu missi, curent reddi quicquid Antiochus abstulerat, & pretium agrorum æstiment, qui eo bello uastati sunt. & ut literę cõmendatitiæ legatis dentur ad reges & liberos populos, quò tutò reuertantur in patriam. Quibus de rebus uisum est senatui renouare societatem & amicitiam cum uiris bonis, & missis à bono atque amico populo. De literis autem scribendis responsum est curæ futurum senatui, quam primùm ab alijs negotijs uacauerit, & daturum operam, ne ulla posthac eis inferatur iniuria, mandatumque est prætori Fanio, ut ex publica pecunia legatis numeraret uiaticum, quo commodiùs se referre possent in patriam. atque ita publico sumptu legatos prætor domum remisit, cum commendatitijs ad eos, per quorum loca erãt transituri. Et Hyrcani quidem pontificis rerum status hic fuit. Demetrius autem rex cupiens bellum Hyrcano inferre, opportunitatem non habuit, inuisus ex æquo tam Syris, quàm militibus, propter mores improbos, ita ut miserint ad Ptolemæum Physconem, rogantes ut aliquem ex Seleuci genere eis daret, quem possent regem sibi constituere. cumque is misisset Alexandrum Zebinam, commisso prælio Demetrius uincitur, & refugiens è pugna ad Cleopatram uxorem in Ptolemaidem, exclusus est ab ea: delatusque inde Tyrum ab inimicis capitur, & diu miserè uexatus tandem interficitur.

Idumæi subacti circuncidi coguntur.

Hyrcanus cum Romanis amicitiam renouat.

A. M. 3844. Ante Chr. nat. 127.

Demetrius fuga iniuste.

Demetrij uictus captus, & interfectus.

XVII. *Alexander ab Antiocho Gryphe cæsus.*

ALEXANDER autem regnum adeptus fœdus ferijt cum Hyrcano pontifice, deinde petitus bello ab Antiocho Grypo Demetrij filio, in prælio cæsus occubuit. At Antiochus regnũ Syriæ consecutus non ausus est expeditionem contra Iudæos suscipere, audito quòd frater ipsius germanus eodẽ nomine dictus Antiochus, copias contra se apud Cyzicũ colligeret. Quapropter nihil in Iudæos mouens, decreuit parare se cõtra fratris aduẽtũ, cognominati Cyziceni, eo q; in illa urbe educatus fuisset. patre aũt genitus erat Antiocho Sotere, qui à Parthis occisus est. Acciderat enim, ut Cleopatra duobus fratribus alteri post alterum nuberet, sicut aliàs diximus. Porrò Antiochus Cyzicenus ubi peruenit in Syriã, multis annis cũ fratre conflictatus est, Hyrcano interim per totũ illud tempus agente in pace continua. mox enim post Antiochi cædẽ defecerat à Macedonibus: iamq; nec ut subditus, nec ut amicus ullã illis ferebat opem ampliùs: sed maximis successibus res eius auctæ sunt Alexandri Zebinæ tẽpore, & maioribus etiam, regnantibus his duobus fratribus. Bellum enim, quo se atterebãt mutuò, occasionem Hyrcano præbuit, ut securè frueretur Iudææ prouentibus, & ingentẽ pecuniarum uim indecongereret. Tamen Cyziceno uastante fratris regionem, nõ dissimulabat & ipse quid in animo haberet: uidẽsq; Antiocho nihil esse ab AEgypto præsidij, sed tã ipsum, q̃ eius fratrẽ multas clades accipere ex cõtinuis inter se certaminib. utrunq; facilè despexit.

Antiochus Sotes à Pharthis occisus.

Antiochus Cyzicenus.

Hyrcanus pace fruitur.

Alexander Zebina, aliàs Zebinæus.

Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens, uictus aufugit. CAP. XVIII.

Hyrcanus Samariam nunc Sebasten uocatam, obsidet.

QVapropter duxit exercitũ ad Samariã urbem munitissimam, quæ quòd nunc Sebaste uocetur ab Herode condita, cùm erit opportunum, dicemus. hanc adortus oppugnabat nullis parcens laboribus, infensus ei propter iniurias illatas Marissenis, colonis Iudæorũ & socijs, iussu regum Syriæ. Cùm itaq; urbem fossa & duplici muro cinxisset per octoginta stadia, obsidioni præfecit filios Antigonum & Aristobulum: quibus urgentibus & fame premente, eò necessitatis adducti sunt Samaritæ, ut coacti uesci cibis insuetis homini, postremò Antiochi Cyzicenj opem implorauerint. qui cùm uenisset properè, uictus est ab Aristobuli militibus: & insequentibus eũ fratribus usq; Scythopolim, ægrè euasit. At illi reuersi cõtra Samaritas, rursum eos cõpellunt intra mœnia, & cogũt iterũ

Antiochus Cyzicenus ab Aristobulo cæditur & fugatur.

ab eo-

A ab eodē Antiocho auxiliū petere. Is accitis à Ptolemæo * Lathuro circiter ſex armatorū mil- *aliàs Lathyro.
libus, quos ille inuita matre, & tantùm nō imperio per eā deturbatus, miſerat, primùm uaga
batur per ditionē Hyrcani latrocinabundus cū AEgyptijs, nō audens quidē aperto Marte de-
cernere, quòd eſſet impar uiribus: exiſtimans tamē ſe uaſtādis agris effecturum, ut Hyrcanus
obſidionē Samariæ ſolueret. Sed poſtquā multos è ſuis amiſit exceptos hoſtium inſidijs, p-
fectus eſt inde Tripolim, Callimandro & Epicrati ducibus demandato bello Iudaico. ex his Callimander ſi
Callimander audaciùs, quàm prudentiùs cū hoſte congreſſus, profligatis ſuis & ipſe inter a- micans cecidit.
lios cecidit. Epicrates aūt pecunia corruptus, Scythopolim & alia quędā oppida manifeſtè Iu Epicrates.
dæis prodidit: nec quicquā Samaritis obſeſſis profuit. Atq; ita Hyrcanus integro anno in op Hyrcanus Samariā ſolo æquat.
pugnatione exacto, nō contētus urbē capere: etiā ſolo eā æquauit, inductis illò tortentibus:
B quorū eluuie ita cuncta fœdata ſunt, ut ne ueſtigium quidē ſupereſſet eius oppidi. Incredibi A.M. 3855.
le aūt quiddā narratur de Hyrcano pōtifice, dignatū eum eſſe diuino colloquio. Fertur enim Ant. Chr.
quòd illa ipſa die, qua eius filij cōſeruerunt cū Cyziceno prælium, pōtifex ipſe ſolus in tēplo nat. 116.
odoramenta adolens uocē audierit, nunciantē filiorū recentē, de Antiocho uictoriam: idq; Hyrcano Deus
mox progreſſus renūciauit multitudini, & paulò pòſt certius cōprobatum eſt eius oraculū. locutus.
& Hyrcani quidē res geſtæ ſic ſe habuerunt. Accidit autē hoc tēpore, ut nō Hieroſolymis ſo-
lùm, ſed & apud Alexandriā, reliquamq; AEgyptum & Cyprum fortuna aſpiraret Iudęorum
ſucceſſibus. Cleopatra enim regina à filio Ptolemæo Lathuro diſſidēs, copijs ſuis duces præ- Chelcias & A-
poſuit Chelciā & Ananiā filios Oniæ, qui tēplum in Heliopolitana præfectura ædificauerat nanius Iudæi
Hieroſolymitano ſimile, ut aliàs diximus. ex horum ſententia regina gerebat omnia, ſicut & Cleopatræ
C Strabo Cappadox teſtatur his uerbis: pleriq; enim qui priùs nobiſcum uenerūt in Cyprum, pijs præfe-
quiúe pòſt à Cleopatra illò miſſi ſunt, cōfeſtim deficiebant ad Ptolemęum. ſoli uerò ex Onię Strabo Cap-
factione Iudæi cōſtanter manſerunt in officio, eo quòd eiues eorū Chelcias & Ananias apud dox de Iudæo-
reginā eſſent in pretio. Hæc Strabo. Hyrcano autem apud Iudæos felicitas inuidiam peperit. fidelitate.
ſed præcipuè Phariſæorum ſecta malè ei uolebat, de qua ſuprà mentionem fecimus. tanta Hyrcanus in
autem eorum autoritas eſt apud populum, ut etiam ſi regi obloquantur aut pontifici, fidem Phariſæorum
tamen eis uulgus habeat. Horum diſcipulus & Hyrcanus fuerat, in primis charus huic homi odium incurrit.
num generi. quos cùm aliquando uocaſſet ad conuiuium, & accepiſſet comiter, poſtquam Hyrcani ad
animaduertit eos exhilaratos, ſic illos affatus eſt: Scire eos ſuam uoluntatem, quòd nihil ma Phariſæos con-
gis cuperet, quàm iuſtus eſſe, & omnia iuxta Dei placita facere, quemadmodum & ipſi docc- uiuas uocatos
D ant. attamen ſi quid in ipſo deſiderarent, & aliqua in re à iuſtitiæ præſcriptis aberrantem de- oratio.
prehenderent, officij illorum eſſe, ut admonitione corrigant. Cùm uerò omnes eius uirtu-
tem comprobarent, uehementer gauiſus eſt eorum teſtimonio. Tandem unus è conuiuis Eleazarus ſedi-
Eleazarus, uir malus & ſeditioſus: Quandoquidem, inquit, ais te cupere audire ueritatem: ſi tioſus fun-
uis eſſe iuſtus, abdica te pontificatu, & contentus eſto principatu populi. Illo uerò cauſam ctionis ergò Hyrcanū
rogante, cur ita hoc poſtularet: Quia, inquit, audiuimus à natu grandioribus, matrem tuam reprehendit, et
captiuam fuiſſe, regnante Antiocho Epiphane. Falſus autem erat is rumor, & ideo grauiter
his uerbis Hyrcanus offenſus eſt, nec minus Phariſæi cæteri. Tum Ionathas quidam è Sad- denuò à Iona-
ducæorum ſecta, quæ eſt Phariſæis contraria, præcipuus Hyrcani amicus, dicebat de commu tha conuitij eius
ni Phariſæorum ſententia conuitiatum Eleazarum: quòd ſi dubium uideatur, manifeſtum arguitur, &
E fore interrogatis illis, qua pœna hominem dignum cēſeant. Quod poſtquā Hyrcanus roga-
uit, dicens ex pronunciata ab illis ſentētia ſe cogniturū, an ex eorum cōſenſu factum ſit ſibi
cōuitium, & illi ſatis putarunt ſi uinculis caſtigaretur & uerberibus, quòd iniquū uideretur uinculis dignus
capite hominē plecti ob maledicentiā (& eſt alioqui hoc genus hominū clemēs in animad- iudicatur.
uerſionibus) uehementer exacerbatus eſt, quaſi iā cōpertum haberet eos eſſe autores oppro
bratæ ſibi generis infamiæ. Nec deſtitit Ionathas eum exacerbare, in tātum ut defectis Phari- Hyrcanus à Pha-
ſæis ad Sadducæos deficeret, & abrogatis illorum conſtitutionibus earū obſeruatores pœnis riſæis ad Sadda-
afficeret: atq; hinc factū eſt, ut & ipſe & ei⁹ filij parū gratioſi apud uulgū fuerint: quēadmodū caeos deficit.
aliàs opportuniùs dicetur. Nūc autē indicādū eſt, quòd multas cōſtitutiones à maiorib. p mā
nus acceptas Phariſæi tradiderint populo, quæ non ſunt ſcriptę inter leges Moſaicas: & ideò De Phariſæorū
F Sadducęi his autoritatē abrogāt, dicētes oportere eas tātū ſeruari, quę ſcripto cōtinētur. atq; traditionibus.
hinc magna inter utroſq; exorta eſt cōtrouerſia, dū ditiores ſtāt à Sadducæorū partibus: Pha-
riſæi uerò cæteræ multitudinis nitūtur fauoribus. Sed de his duab. ſectis & Eſſenorū tertia ſa-
tis docuimus in 11 de Iud. bello uolumine. Hyrcan⁹ aūt ſeditione ſedata, & poſthāc exacta ui
ta feliciter, elapſiſq; uno & xxx annis eius imperij moritur, relictis quinq; filijs ſuperſtiti- Hyrcani mors,
bus trib. maximis à Deo habit⁹ dignus honorib. principatu gētis Iudęorū, & pōtificatus, & p- & laus.

Hyrcani de filijs naticinium.

phetia. Fruebatur enim diuinis colloquijs. unde tãtam nactus est futurorum præscientiam, A
ut prædixerit duos maiores natu è suis liberis, nõ diu fore paterni principatus cõpotes: quorũ exitũ operæ prætiũ est cognoscere, ut sciatur quantum à paterna felicitate deciderint.

A.M. 3870. Ant. Chr. nat. 101.

Aristobulus principatum adeptus primus diadema sibi imposuit. CAP. XIX.

XVIII.

Aristobulus diadema sibi imponit,

DEfuncto enim eorũ patre, Aristobulus natu maximus uolens principatũ in regni formam uertere, diadema sibi primus imposuit, post CCCCLXXXI annos, & menses tres, ex quo de captiuitate Babylonica liberatus populus, ad pristinas sedes postliminiò reuersus est. cumq; fratrem suum secundum Antigonũ amaret, in societatem dominationis eum assumpsit, cæteros uerò in uinculis habuit. matrem etiam coniecit in carcerem principatus æmulam (nam illã Hyrcanus dominam rerum reliquerat) atq; eò crudelitatis processit, ut fame necaret in uinculis. post matrem uerò interfecit fratrẽ B
quoq;, quem præ alijs diligere uidebatur, & in regni societatẽ admiserat, alienatus ab eo per calumnias: quas primò quidem reiecit, partim quòd eum diligeret, partim quòd per inuidiam confictas putaret. Sed cùm aliquando Antigonus magnificè reuersus esset è bello, quo

in societatẽ Antigonũ admittit,

parricidiũ perpetrat,

ægrotat, &

tempore populus solenne Scenopegiæ festũ celebrat, accidit ut Aristobulus ægrotans decũberet, frater uerò interfuturus sacris, splendidissimè ornatus in templũ ascenderet cum armatorum comitatu, potissimùm pro salute fratris uota facturus. Tum hi, quibus studiũ erat excitare inter fratres discordiam, nacti occasionem è rebus prosperè gestis Antigoni, & pompa quam adornauerat, uenerunt ad regẽ, & omnia exaggerauerunt, dicentes hæc iã esse supra priuati hominis conditionẽ, & affectati regni manifesta indicia: aiebantq; uenturũ breui cũ ualida armatorũ manu ad occidendum regẽ, quòd stultũ existimet cũ regno solum potiri li- C

de Antigono falsò accusato interficiendo consultat.

ceat, cõmunicato honore contentũ esse. Aristobulus aũt quãuis non omnino his crederet, tamen prospiciens quomodo posset & suspicionẽ uitare, & securitati suæ consulere, collocauit satellites in loco quodã obscuro & subterraneo (decũbebat autẽ in turri quæ pòst mutato nomine Antonia dicta est) mandauitq; ut si quidẽ sine armis frater ueniret, nemo eũ attingeret: sin armatus aduentaret, ut trucidaretur. præmisit tamen ad eum qui moneret, ut

Aristobuli coniunx Antigono insidiatur.

inermis ueniat. At regina & reliqui insidiatores, persuaserunt nuncio, ut contraria diceret, audisse fratrem quòd armaturã eximiã sibi cõparasset, cupereq; ita armatũ contemplari. Antigonus uerò nihil mali suspicans, & fretus fratris beneuolentia, ita ut erat cũ tota armatura

Antigonus trucidatur.

uenit ad Aristobulũ, contemplandũ se præbiturus. cumq; peruenisset ad turrim Stratonis, quà ualde obscurus erat transitus, à satellitibus interfectus est. Huius autẽ casus facilè osten- D
dit quantũ possint liuor & calumnia, & quàm sint efficaces ad subuertendã etiã naturalẽ beneuolẽtiã. Sed illud maximè admiratu dignũ est, quod Iudas quidã, cuius prædictiones nunquã fefellerunt, uaticinatus est. Is cùm uideret Antigonũ accedentẽ ad templũ, apud discipu

Iudas Essæus uates de Antigono.

los, qui eũ ob hanc scientiã assectabantur, exclamauit: pœnitere se iã uitæ, quandoquidẽ eius uanitatẽ coargueret incolumis Antigonus, quẽ ea die apud Stratonis turrim moriturũ prædixerat: quoniã locus ille abesset D C stadijs, & dici pars maior exacta esset: atq; ita periculũ esse, ne mentiatur suũ oraculũ. Ad hunc modũ loquenti atq; tristi nunciatur Antigonũ cæsum in loco subterraneo turris, quæ & ipsa Stratonis uocabatur, sicut & illa maritima quæ

Aristobuli pœnitentia,

pòst Cæsarea nominata est: quæ ambiguitas uatem perturbauerat. Aristobulũ aũt continuò cepit fraternæ necis pœnitentia: quæ res morbũ eius aggrauauit, dum factũ suũ continenter E

morbus,

detestaretur, ita ut postremò crescentibus doloribus sanguinẽ uomeret: eũ quidam è ministris efferens, diuina opinor ita uolente prouidentia, prolapsus in eo ipso loco effudit, qui Antigoni cædis adhuc cruenta habebat uestigia. Quo facto ingens eorũ, qui uiderãt, clamor exoritur, quasi data opera puer illic effudisset sanguinẽ, ita ut clamoris causam scisciteretur Aristobulus. Omnibus autẽ dicere tergiuersantibus, tanto magis contendebat cognoscere, quòd natura ita cõparatum est, ut suspecta nobis sint, quæ dissimulantur silentio. Tandẽ ubi minis ac terroribus expressit ut faterentur ueritatẽ, conscientia grauiter ictus animũ, plurimas effudit lachrymas: & gemitũ ex imo pectore ducens: Ergò non latet Deum, inquit, meũ

conscientiæ stimulus, &

impium ac sceleratũ facinus, quãdo tã citò reposcor ad pœnas cognati sanguinis, O corpus impudens quousq; retinebis animã, quã materni simul ac fraterni manes flagitant? cur non F

mors.

semel eam reddis, ne sic per partes opus sit libare meum sanguinẽ, atq; ita parentare oppressis per nefas & parricidiũ: uix ea fatus erat cùm exhalauit animam, uno tantùm anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id est Græcorum amator, post auctam multis beneficijs patriam, illato bello Iturææ, magnaq; eius parte attributa ad Iudææ limites: cuius habitatores comminatione exilij coegit circumcisionem cæterosq; Iudaicos ritus admittere.

Alioqui

A Alioqui natura æquus erat & modeſtus, ut atteſtatur Strabo ex autoritate Timagenis, ſic dicens: Hic uir æquus fuit, & Iudæis multis in rebus commodus. nam & ditionem eorũ auxit, & partem Ituræorum eis conciliauit, coniunctam circumciſionis fœdere. *Strabo de Aristobulo.*

Alexandri Iudæorum regis res geſtæ. CAP. XX. A.M. 3871. Ant. Chr. nat. 100.

POſt Ariſtobuli obitum Salome eius uxor, quam Græci Alexandram nominant, ſolutis eius fratribus, quos ipſe, ut diximus, uinxerat: Iannæum, qui & Alexander eſt, regem conſtituit, ætate cæteros præcedentem atque modeſtia: cui accidit ut mox natus, inuiſus patri factus ſit, nec unquam dum ille uiueret in eius conſpectum admiſſus. Eius odij cauſam ferunt hanc. Cùm aliquando in ſomnis ei Deus apparuiſſet, rogauit de ſucceſſore, ſolicitus de Ariſtobulo & Antigone natu grandioribus, quos præ cæteris B fratribus diligebat. Sed cùm Deus huius effigiem deſignaſſet, contriſtatus quòd is in omnes fortunas eſſet ſucceſſurus, in Galilæa educari eum uoluit. Sed oraculi fidem euentus approbauit. Potitus enim hic regno poſt defunctum Ariſtobulum, alterum fratrum inſidiantem ſibi interfecit, alterum contentum priuata & otioſa uita in honore habuit. Conſtitutis deinde rebus imperij, prout ſibi uiſum eſt conducere, ad Ptolemaidem duxit exercitum: & cùm proſperè pugnaſſet, uictos intra mœnia compulit, eosq; obſeſſos oppugnare adortus eſt. Solæ enim è maritimis Ptolemais & Gaza ſubigendæ ſupererant, &, & præter has Zoilus, qui tyrannidem apud Stratonis turrim & Dora occupauerat. Sed cùm Antiochus Philometor & frater eius Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus ſuas uires attererent, nihil præſidij ab eis expectandum erat Ptolemaidenſibus, uerùm Zoilus tyrannus cum ijs, quos C alebat, militibus eorum quoque dominationi propter diſcordiam regum inhians, paululùm opis attulit. Nam reges negligere uidebantur illorum periculum, athletis ſimiles, quos cùm defeſſi ſint certamine, pudet tamen aduerſario manus dare, ſed per interualla ſe ad inſtaurandum certamen refouent. Supererat una ſpes ab AEgypti regibus, & Ptolemæo Lathuro, qui à matre Cleopatra è regno electus Cyprum obtinebat. ad hunc igitur miſſis legatis, orabant ut auxilio ueniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qui cùm ei ſpem feciſſent quòd delatus in Syriam habiturus eſſet Gazæos & Ptolemaidenſes in ſuis partibus, ſimulque Zoilum & Sidonios multosque alios adiutaturos, elatus promiſſis nauigationem parabat. Interim * Demænetus, qui plurimùm apud ſuos ciues autoritate pollebat, perſuaſit Ptolemaidenſibus ut mutarent ſententiam: conducibilius dicẽs D incertam cum Iudæis belli aleam ſubire, quàm in certiſſimam ſeruitutem accito domino ſe dedere, & inſuper non præſens ſolùm bellum ſuſtinere, ſed maius etiam ab AEgypto imminens. Cleopatram enim non permiſſuram Ptolemæum uires ſibi parare è uicinia, ſed contra eos uenturam cum ualido exercitu. dare enim reginam operam, ut illum etiam è Cypro eijciat. futurum autem ut ſi Ptolemæum ſua ſpes fruſtretur, ipſe in Cyprũ retrorſum fugiat, miſeri uerò ciues in extremo deſerantur periculo. Igitur Ptolemæus cognita in itinere Ptolemaidenſium mutatione, nihilominus curſum continuauit, & cùm appuliſſet ad Syeaminũ, eo loci copias expoſuit, quæ conſtabant connumeratis peditibus ſimul & equitibus circiter XXX millibus. His adductis ad Ptolemaidẽ, & caſtris ibi poſitis, cùm neq; legatos eius admittere, neq; uerba audire uellent, in magnã coniectus eſt ſolicitudinẽ. Poſtquã uerò Zoi- E lus ad eum & Gazæi uenerunt, petentes auxiliũ contra Iudæos & Alexandrũ agros ipſorum uaſtantẽ, obſidio quidem urbis metu Ptolemæi ſoluta eſt. Cæterùm reducto domũ exercitu Alexander cœpit aſtu agere, clàm Cleopatrã contra Ptolemæum uocans, apertè uerò amicũ eius & ſociũ ſe ſimulans. quin & CCCC argenti talenta daturũ ſe pollicitus eſt, ſi ille uiciſſim in gratiam ipſius Zoilum tyrannũ tolleret, & agros eius Iudæis attribueret. Tunc igitur Ptolemæus libenter Alexandri amicitiam admittens, Zoilum capit: deinde uerò comperto quòd ille clàm ad matrẽ ipſius Cleopatram nuncios mitteret, diſſoluto cũ eo fœdere, profectus eſt oppugnatũ Ptolemaidẽ, quæ portas ei clauſerat. Vbi relictis ad cõtinuandã oppugnationem ducibus cũ parte exercitus, ipſe cum reliquis copijs ad uaſtandam ac domandam Iudæam ſe contulit. At Alexander poſtquam intellexit eius propoſitum, & ipſe ex ſua ditione F collegit circiter L millia, uel, ut quidam ſcriptores malunt, LXXX millia, & cum his hoſti iuit obuiam. Ptolemæus uerò ex improuiſo adortus ſabbato Aſochim Galilææ oppidum ui cepit, & circiter decem captiuorum millia, præter aliam multam prædam abduxit.

Alexander Ptolemaidem obſidet.

Zoilus Stratonis turris et Dora tyrannus.

Ptolemæus Lathurus à matre regno electus.

** aliàs Demetrius.*

Zoilus & Gazæi, Ptolemæi contra Iudæos, opẽ implorant.

Zoilus captiuus.

Ptolemæus Ptolemaidem oppugnat.

Ptolemæus Aſochim ui capit.

Ptolemæi

Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria. CAP. XXI.

Ptolemæus Sephorim aggreditur.

DEinde aggreſſus & Sephorim non longè inde diſtantem, multis deſideratis abijt conflicturus cum Alexandro: cui occurrit ad Iordanem fluuium, iuxta Aſophon, qui nō multùm diſſitus eſt à flumine: & caſtra ex aduerſo hoſtiū metatus eſt. Habebat autem Alexander in prima acie pugnare ſolitos octies mille, quos hecatontamachos appellabat, geſtantes ærata ſcuta. ſed & Ptolemæi prima acies æquè æratis clypeis utebatur. Et cætera quidem inferiores ſibi uiſi, cunctantiores erant ad prælium: conſeruauit autem eos non parùm Philoſtephanus acici ſtruendæ artifex, iubens tranſire fluuium, ſupra quem caſtra habebant. nec Alexandro tranſitum eorum impedire placuit, rato facilliorem ſibi fore uictoriā, ſi hoſtis à tergo haberet fluuium, & è pugna non poſſet refugere. Et primùm quidem æquo Marte certabatur, multis utrinq; cadentibus. deinde cùm iam Alexandri milites ſuperiores fieri inciperent, Philoſtephanus cum parte ſuorum maturè cedentibus opē attulit. Cumq; inclinato Iudæorum cornu nullus ferret ſuppetias, deſtituti ope proximorū fecerunt fugæ initium, cæteroſq; exemplo ſuo traxerunt. Contrà Ptolemæi milites acriter inſtando Iudæos fugientes cædebant, & tandem profligatos eouſq; inſecuti ſunt interficiendo, donec laſſatis manibus ferrum quoque hebeſceret. Ferunt XXX millia cecidiſſe in eo prælio: Timagenes autem L millia in ſuis ſcriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga ſeruatos incolumes. Ptolemæus uerò cùm poſt uictoriam longè lateq; excurriſſet, ſerò tandem in quoſdam Iudæorum uicos ſe recepit: quos ubi uidit refertos pueris & mulieribus, mandauit militi, ut promiſcuè iugulatos & in fruſta cōciſos, in lebetes feruentes membratim conijcerent, ut qui effugerant è prælio, & ad eos uenerant, hoſtem crederent humanis ueſci carnibus, & eo maior terror incuteretur reliquis: & huius crudelitatis tam Strabo, quàm Nicolaus meminit. Idem etiam Ptolemaidem ui expugnauerunt, ſicut aliàs indicauimus. Porrò Cleopatra uidens augeri filij potentiam, ſubiecta Gazæorum urbe, & Iudæorū regione impunè peruaſtata, nō permittendū duxit, ut ille magis creſceret, maximè cum circa AEgypti portas obuerſaretur, & immineret eius imperio. Quapropter continuò tam nauales, quàm terreſtres exciuit copias, quarum ſupremum regimen penes Chelciam & Ananiam Iudæos eſſe uoluit: bonā etiā diuitiarum ſuarum partem cum nepotibus & teſtamento apud Coum inſulam depoſuit. Iuſſoque Alexandro filio cum magna claſſe in Phœnicen appellere, & deficientibus ad ſe eius regionis incolis, peruenit Ptolemaidem: unde excluſa oppugnationem eius urbis inſtituit. Tum Ptolemæus relicta Syria properauit in AEgyptū, ſperans ex improuiſo occupaturū ſe præſidijs uacuam, ſed opinione ſua fruſtratus eſt. Per idē tempus alterum è Cleopatræ ducibus Chelciam mori contigit, dum circa Cœleſyriā Ptolemæum perſequitur. At Cleopatra auditis filij conatibus, & quòd ei tentanti AEgyptum nō ex ſententia ſucceſſiſſet, miſſa eò parte exercitus omnino cum ea regione expulit: atq; ita rurſum ex AEgypto electus, apud Gazā exegit eam hyemē. Interim Cleopatra Ptolemaidē ſimul cum præſidiarijs expugnat. Quò cùm ueniſſet Alexander cum muneribus, & ita exceptus tractaretur, ut æquum erat hominē afflictum à Ptolemæo, nec aliud habentē refugium: cumq; quidā amicorum reginæ ſuaderent, ut illam quoq; regionē occuparet, nec ſineret tantam bonorū Iudæorum multitudinem uni uiro parére: Ananias cōtrarium cōſuluit, iniquū facinus dictitans, ſi hominē in ſocietatē receptum ſuis facultatibus exueret, præſertim ſuum cognatum. Sic enim fore, ut illata huic iniuria, omnes ubiq; gentium Iudæos à ſe alienaret. His rationibus Ananiæ regina inducta, abſtinuit ab Alexandro iniuriam, & fœdus cum eo fecit apud Cœleſyriæ urbē Scythopolim. Tum ille liberatus metu periculi quod à Ptolemæo hactenus impēdere uiſum fuerat, expeditionē ſuſcepit in Cœleſyriam, ubi Gadara poſt decē menſium obſidionē cepit: & paulo pòſt potitus eſt Amathunte, quod eſt caſtrum omniū quæ ad Iordanē ſita ſunt munitiſſimum, ubi Theodorus Zenonis filius res ſuas chariſſimas depoſuerat. qui ex inopinato Iudæos aggreſſus, interfectis ex eis decē millibus, impedimenta Alexandri diripuit. Nec tamen hac clade rex abſterritus eſt, quo minus in maritimo tractu Raphiam bello aggrederetur, & Anthedonē, cui poſtea Herodes rex mutauit nomē in Agrippiadē, quā & ipſam armis in poteſtatem ſuam redegit. & cùm animaduertiſſet, Ptolemæum Gazā relicta in Cyprum receſſiſſe, & matrem eius Cleopatram in AEgyptum, infenſus Gazæis quòd acciuiſſent illum contra ſe in auxilium, & urbem eorum oppugnauit, & agrū depopulatus eſt. Interim Apollodotus eorū dux noctu cum duobus millibus cōductitiorum militum, & decem millibus quæ ex oppidanis armauerat, erupit in caſtra Iudæorū: & quàm diu nocturna erat pugna, ſuperiores erant Gazæi, hoſtibus adueniſſe Ptolemæum ſuſpicantibus.

Alexandri exercitus Ptolemæo obuius.

Superior fieri uidetur, demū

inclinatum et ope deſtitutum fugit.

Ptolemæus Lathuri humanas carnes coquit. A. M. 3856. Ante Chr. nat. 115.

Cleopatra aduerſus filium copias militares exciuit.

Cleopatra Ptolemaidem oppugnat, &

expugnat.

Alexander cum Cleopatra fœdus facit.

Alexandri expeditio in Cœleſyriam.

Alexander Gazam oppugnat. Apollodotus me caſtra Iudæorū erumpit.

A cantibus.Sed quàm primùm dies illuxit,& rei ueritas apparuit, Iudæi ſe conglomerarunt,& impetu facto in oppidanos,circiter mille ex eis interfecerunt. Attamen ne ſic quidem quam uis grauante inopia, & aduerſariorum multitudine uoluerunt cedere,parati quiduis potiùs perferre, quàm ab hoſte ſubigi: & addebat illis animum Aretas rex Arabum,auxilij ſpem oſtentans.Sed priuſquã ille ueniret.Apollodoto perempto urbs capta eſt.Nam Lyſimachus ipſius frater inuidens ei,quòd tam gratioſus eſſet apud populum,occiſo eo collegit manum militum,atque ita urbem Alexandro tradidit. Qui primò pacatus introgreſsus eſt, deinde immiſit in oppidanos militem,permiſſa ſæuiendi licentia,ac paſsim Gazæi trucidabantur. Nec tamen illi moriebantur inulti,ſed repugnantes inuaſoribus,non pauciores Iudæos interimebant.Alij uerò deſolatas priùs ædes incendebant,ne hoſtis præda potiri poſſet.Quidã

Alexander perẽpto Apollodoto, in Gaza potitur.

A.M.3873. Ant. Chr. nat.98.

B etiam ſuiſmet manibus uxores ac liberos contrucidabant,ne in captiuitatẽ abſtraherentur. Senatores autẽ nũero D, in Apollinis fanũ confugerant:fortè enim ſenatus habebatur cùm hoſtis intromiſſus eſt.Alexander uerò etiam his iugulatis, & diruta inſuper urbe,reuerſus eſt Hieroſolyma,anno pòſt quàm caſtra ad Gazam admouerat.Eodem tempore etiam Antiochus Grypus occiſus eſt* Heracleonis inſidijs,anno ætatis ſuæ quinto & quadrageſimo, regni uerò nono ſupra uigeſimum. Cui ſuccedens Seleucus filius bellum geſsit cũ Antiocho patruo,cui Cyziceno fuit cognomen,quem deinde in prælio captum neci tradidit. Nec ita multo pòſt Cyziceni filius Antiochus cognomento Pius,peruenit Aradum,& impoſito ſibi diademate Seleuco bellum intulit,quem uno prælio uictum è tota Syria expulit.At ille fuga delatus in Ciliciam,poſtquã à Mopſeatis receptus eſt, cœpit ab eis tributa exigere: qui non

Antiochus Grypus

**Ruffine, Herodiani.*

Seleucus.

A.M.3874. Ant. Chr. nat.97.

Antiochus Pius alius Euſebes Seleuco bellum infert

C ferentes exactionem,unà cum regia & ipſum & amicos concremauerunt. Regnante uerò apud Syros Antiocho Cyziceni filio,Antiochus Seleuci frater bello eũ aggreditur,& uictus uitam ſimul amiſit atque exercitum:poſt quem frater eius Philippus aſſumpto diademate regnauit in parte Syriæ.Interim Ptolemæus Lathurus quartum ſuum fratrem Eucærum cognomine accitum à Gnido,regem apud Damaſcum conſtituit.His duobus fratribus ſtrenuè reſiſtens Antiochus,breui extinctus eſt.Nam Laodiceæ,cum auxilio ueniſſet Galadenorum reginæ,cum Parthis bellum gerenti,fortiter in prælio dimicans occubuit:quo facto Syriæ regnum remanſit penes duos fratres,Philippum atque Demetrium, ſicut aliàs narratum eſt. Porrò in Alexandrum domi ſeditio coorta eſt,cùm per Scenopegiæ celebritatem in parantẽ ſacrificare coniecta ſunt citreæ:nam hoc feſto noſtris morem eſſe,palmeos & citreos thyrſos

A.M.3876. Ante Chr. nat.95.

Antiochꝰ prælio victus moritur.

Eucærus rex Syriæ.

Alexander rediuina laborat.

D geſtare indicauimus.Quin & conuitijs impetitus eſt populariter, exprobrantibus captiuitatem,& indignum qui ſacris operetur iactãtibus. Quibus iniurijs exacerbatus,occidit eorum circiter ſex millia:& extructo circa fanum & altare ſepto ligneo pertinente uſque ad ea loca ad quæ ſolis ſacerdotibus patet aditus,hoc pacto arcebat à ſe uim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Piſidas & Cilicas.nam Syris infenſus,non utebatur eorum opera.De uictis deinde Arabibus,tributa Moabitis & Galaditis imperauit,& Amathũtẽ diruit,non audente Theodoro manus conſerere.Congreſſus etiam cum Arabum rege Obeda, & pertractus in inſidias,cùm camelorũ multitudine protruſus eſſet in fauces aſperas & acceſſu difficiles iuxta Gadara uicum Galaditidis,ægrè euaſit ipſe incolumis: delatusque fuga Hieroſo-

Amathus diruta

Obedas rex Arabum.

E lyma, ſuper acceptam cladem per ſex annos à ſua gente bello uexatus,non minus quàm L millia Iudæorum occidit.& cùm eos hortaretur ad reconciliationem,adhuc magis accendit eorum odia:& roganti quid ſe uellent facere,ore uno reſponſum eſt,ut ſeipſum interficiat: XX.

MOXQVE miſerunt ad Demetrium Eucærum,qui ab illo auxilia peterent.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio victum ſuperat. CAP. XXII.

ILle ueniens cum exercitu,coniunxit ſe cum eis,qui ſe acciuerant, & circa Sicima caſtra poſuit.Alexander uerò cum mercenariorum ſex millibus & ducentis inſuper,Iudæorumque ſuæ factionis uiginti millibus illi occurrit.habebat autem ille equitum tria millia,peditum uerò quadraginta. Itaque multa utrinque tentata ſunt,dũ hic mercenarios utpote Græcos ad defectionẽ ſolicitat:ille uerò ſtãtes cũ Demetrio Iudæos.Sed quia neuter his artibus quicquam proficiebat,poſtquàm uiſum eſt armis decer-

Demetrius Eucærus contra Alexãdrum expeditionem inſtituit.

Alexander cum Demetrio armis decernit, ad montes perfugit, &

F nere,uictoria fuit penes Demetrium:in quo prælio miles Alexandri conductitius ad unum cæſus eſt, nauata priùs forti ac fideli opera.Sed & ex Demetrianis multi deſiderati ſunt. Cæterùm poſtquã Alexander ad montes perfugit, miſerati eius fortunam confluxerunt ad eum circiter ſex millia quorum metu Demetrius retrò abijt.Poſt hæc Iudæi proprijs uiribus bellũ geſſerunt aduerſus Alexandrum,ſed ſemper uicti multos amittebant è ſuorum numero.tandem potẽtiſsimos eorum compulſos in Bethoma oppugnauit,& capto oppido redactos in

poteſtatem

Iudæorũ potentissimos uincit simul & cruci figit & uxores ac eorũ liberos iugulat.

potestatem abduxit Hierosolyma, ubi facinus cõmisit longè immanissimum. Epulans enim cum concubinis excelsiore loco, unde prospectus patebat, ad D C C C iussit suffigi crucibus: & in conspectu adhuc uiuentium iugulauit uxores eorum & liberos, pœnas exigens pro acceptis iniurijs, quæ tamen inhumaniores fuerunt, licet sæpè ab inimicis afflictus, in extremum uitæ & regni periculum adductus fuisset, dum non contenti proprijs eum impugnare uiribus, externa etiam auxilia conciunt: & postremò in eam necessitatem eum compellunt, ut quæ loca in Moabitica & Galaditica regione subegerat, restitueret Arabibus, ne & ipsi arma sua aduersus eum cum inimicis coniungerent: præter alia quæ in eius contumeliam gesta sunt innumera. Iniqua tamen fuit talis animaduersio, ita ut propter hanc crudelitatem Thracidæ cognomen apud Iudæos inuenerit. Cæterùm aduersariorũ exercitus ad octo millium numerum noctu in tutũ euaserũt: & toto tẽpore, quo uixit Alexander, egerunt in exilio: atq; ita demum liberatus à tumultibus, securè administrauit regnum in posterũ. Demetrius autẽ relicta Iudęa profectus Beroeam, Philippũ fratrem suũ obsedit in ea, habens secum decem millia peditũ, & mille equites. Straton uerò Beroææ tyrãnus & Philippi socius Zizum principem Arabũ exciuit, & Mithridatẽ Sinarem præfectum Parthorũ, qui postquã uenerũt cum magno exercitu, Demetrij castra oppugnauerunt, & tã siti, quàm missilium telorũ multitudine deditionẽ cum suis facere coegerunt: abductaq; ex ea regione præda maxima, Demetrium captiuum ad Mitridatem Parthorũ regem miserunt. Antiochẽses uerò quotquot in castris inuenti sunt, gratis dimissos redire Antiochiam passi sunt. Parthus uerò rex Demetrium apud se in omni honore habuit, donec ibi morbo absumptus est. at Philippus post hanc pugnam statim profectus Antiochiam, totius Syriæ regno potitus est.

Iudæi exules.

Demetrius Philippum fratrem Beroææ obsidet.

Demetrius capitur, honoratur, & moritur.

A B C

Antiochi Dionysi in Iudæam expeditio. CAP. XXIII.

XXI. *Antiochus Dionysius Damascenorũ rex.*

DEinde Antiochus cognomine Dionysus, frater ipsius, Damascum principatũ ambiens peruenit, & ibi rerum potitus rex factus est. qui cùm exercitum duxisset contra Arabas, Philippus eius frater hoc audito Damascum aduolat: & cùm opera Milesij arcis præfecti, urbe Damascenorum potitus esset, per ingratitudinem non remunerauit eum, quòd uellet uideri terrore urbem, non proditione cepisse. Quapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit. Progressum enim in circũ animi gratia Milesius excluſit, & urbem seruauit Antiocho. At ille auditis de Philippo rumoribus, cõfestim redijt ex Arabia: moxq; duxit in Iudæam exercitũ octo millium peditum, & equitum octingentorum. Cuius inuasionem Alexander metuens, fossam profundã duxit à Caparsabe, quæ nunc Antipatris dicitur, usq; ad Ioppense mare, quà solùm patebat accessus: excitatoq; muro, & per interualla castellis ligneis per C L stadia, præstolabatur Antiochũ. At ille omnibus his incensis traduxit hac exercitũ in Arabiam. & cùm Arabs primùm cessisset, deinde cum X equitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus, prœliatus est acriter. iamq; uincens occisus est, dum alterum suorum cornu laborãs uult in integrum restituere. Post eius casum exercitus refugit in uicũ Cana, ubi maxima eius pars fame ablumpta est. Post hunc Cœlesyriæ regnum Aretas adipiscitur, uocatus ad imperium à Damascenis propter odiũ, quo persequebantur Ptolemæum Mennæum. Is quoq; in Iudæam profectus cum exercitu, deuicto Alexandro apud Adida, certis conditionibus reduxit suos unde uenerat. Alexander uerò ad Dium oppidum admoto milite, eoq; ui capto, ad Essam inde duxit, ubi erãt Zenonis res pretiosissimæ: & primùm triplici muro eum locũ circũdedit, dein' expugnato oppido ad Gaulanam duxit & Seleuciã: & subactis his quoq;, redegit in suam potestatem uallem quæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Obiectisq; multis criminibus Demetrio locorum eorũ domino, principatu suo illum exuit, & tertio demùm huius expeditionis anno domũ reduxit exercitum, magna alacritate Iudæis eum ob res prosperè gestas excipientibus. Per hæc tempora iam & Syrorum & Idumæorum & Phœnicum urbes tenebant Iudæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotum, Gazam, Anthedona, Raphiã, Rhinocuram. in mediterraneis per Idumæam regionem Adora & Mariſſam, totamq; Samariam & montes Carmelum ac Itabyrium. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabala: & Moabiticas urbes, Esebonem, Medabam, Lembam, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonem, Cilicium, Pellam. hanc ultimam diruerunt, quòd incolæ recusarẽt Iudaicos ritus recipere. possidebant & alia Syriæ nõ obscura oppida, quæ imperio suo nouiter adiecerant. Post hæc Alexander ex temulentia morbo contracto, & triennio integro quartana laborans, nec tamen abstinens à castrensibus officijs, tandem exhaustis uiribus fato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum, quod ultra Iordanem situm est. Quem uidens

Caparsaba, Antipatris dicta.

Antiochus occiditur, & eius exercitus fame necatur.

Alexandri expeditio.

Vallis Antiochi.

Iudæorum potentia.

Alexander ægritudine torquetur.

D E F

regina

A regina iam morti uicinum,& nullam ſalutis ſpem præ ſe ferentẽ, flens & ſeipſam plangens, ſuam ſimul& liberorum deſolationem lamentabatur:Cui me,inquit,& hos filios relinquis, alieno indigentes auxilio? præcipuè cùm non ignores,quàm infenſus ſit tibi totus populus. Tum ille cõſuluit ei,ut ſuis monitis pareat,ſi uelit ſecurè cũ filijs regnum obtinere.Primùm ut apud milites celet ſuam mortem,tantiſper dum caſtellum illud ceperit:deinde poſtquam uictrix magnificè Hieroſolyma reuerſa fuerit, Phariſæis nonnihil licentiæ permittat. Hos enim pro habito ſibi honore laudaturos eam,& commendaturos apud populũ.Poſſe enim plurimùm apud Iudæos,ſiue inuiſum aliquem cupiant lædere,ſiue amicum iuuare. Valde enim his fidem habere uulgus,etiam ſi per inuidiam de quopiam malè loquantur.nec ſe ob aliam cauſam incurriſſe totius gentis odium,quàm quia hoc genus offenderit.Ergo,inquit, B ubi Hieroſolyma peruenieris accerſitis eorum primoribus oſtẽde illis meum corpus,& uerbis quàm proximè ueritatem ſimulatis,permitte ut eo utantur arbitratu ſuo,ſiue inſepulto & proiecto cadaueri ueliņ illudere propter antiquas iniurias,ſiue alio quolibet modo in id ſæuire,& pollicere nihil te,niſi ex illorum ſententia geſturam in adminiſtrando imperio.His uerbis ſi apud eos uſa fueris,& mihi magnificentior quàm à te ſepultura continget,contentis illis permiſſa poteſtate,& tu ſecurè dominaberis. Poſt hęc monita uxori data moritur,anno regni ſui XXVII, uitæ uerò undequinquageſimo.

Alexander moriens Alexãdræ uxori conſulit,ut Phariſæis obſequeretur.

Phariſæorum in populo licentia.

A.M. 3898. Ante Chr. nat. 73.

Alexandri mors.

Alexandro mortuo uxor Alexandra in regnum ſuccedit. CAP. XXIIII.

ALexandra uerò capto caſtello ſecundum mariti monita Phariſæos allocuta eſt, & C omnia illorum arbitrij faciens,quę ad cadauer uel ad regnũ pertinerẽt,ex infenſis beneuolos eos ſibi reddidit.Tum illi progreſsi ad plebem concionabantur,res geſtas Alexandri celebrantes, & regem iuſtum ſe amiſiſſe conquerentes, populum ad eum luctum ac mœſtitiam prouocauerunt,ut nullũ antehac regẽ funerauerint ſumptuoſius. CAETERVM Alexander duos quidem reliquit filios,Hyrcanum & Ariſtobulum,regni tamen adminiſtrationem Alexandræ teſtamento reliquit.è filijs autem Hyrcanus erat rebus adminiſtrandis parùm idoneus,& amator otij: minor uerò natu Ariſtobulus audax & ſtrenuus.ſed mulier gratioſa erat apud populum,eo quòd uiſa ſit ægrè tuliſſe ea,quæ maritus præter officium faceret.Illius conſilio pontificatus Hyrcano obuenit,non tam ætatis prærogatiua,quàm propter innatam ſegnitiem:alioqui ex Phariſæorum ſentẽtia permiſſu reginæ gerebantur omnia:quibus etiam plebs parére iuſſa eſt:& ſi quid conſtitutionum Hyrcanus D ſocer abrogauerat,quas Phariſæi iuxta maiorum traditiones induxiſſent,id totum ſancitum eſt denuò.Nomen igitur regni erat penes reginam,penes Phariſæos uerò adminiſtratio.Nã hi & exulibus reditum,& uinctis ſolutionem procurabant.quædam tamen etiam per ſe prouidebat mulier,& magnum mercede conductorum militum alebat numerum,uiresq; ſuas ita augebat,ut terrori eſſet circumuicinis tyrannis,& obſides ab eis acciperet.Et quod ad reliqua attinet,quieta erat eius ditio,ſoli Phariſæi turbas excitabant, incitantes reginam ut necaret illos qui Alexandro autores fuerant necandi illos DCCC.moxq; unum ex his iugulant Diogenem,deinde alium poſt alium, donec potentiores conuenientes in regiã,& cum his Ariſtobulus præ ſe ferens non placere ſibi quæ fierent,& ſi occaſio daretur non permiſſurus tantam licentiam matri,commemorabant ei quantis rebus geſtis,& quantis exhauſtis pericu- E lis fidem ſuam domino approbauerint,quodq; hac de cauſa magnis præmijs eos dignatus fuerit:rogabantq; eam,ne omnino in contrarium ſpes ſuas uerteret.Nunc.n. qui periculum ab hoſtibus euaſiſſent,domi ab inimicis mactari more pecudum,nemine opem ferente.aiebantq; ſiquidem contenti ſint iam occiſis aduerſarij,propter innatum affectum quo dominos proſequantur,patienter ſe laturos hanc calamitatem.Sin illi ſæuire pergerent,petebant ſibi dari diſcedendi ueniam.neq; enim niſi ipſius reginę permiſſu quæſituros ſibi incolumitatem,alioqui laturos,ut ibidem in ipſa interficiantur regia.Sed turpe eſſe tum ſibi,tum reginę,ſi illa diſsimulãte à mariti inimicis uexentur.Nihil enim libentius facturũ Arotã Arabẽ & reliquos tyrannos,quàm ſi ipſa ſe priuaret talibus uiris, quorum illis uel nomen auditum terrori fuerit.quòd ſi ne hoc quidem uelit concedere, & malit indulgere Phariſæorũ cupidi- F tatibus,ſaltem per caſtella ſe diſtribueret. ſe enim quandoquidem fortuna ita perſequatur Alexãdri familiares,contẽtos eſſe in humili ſtatu uitæ reliquũ exigere. Hęc & alia multa cùm dicerent,& ad miſerationẽ tam cæſorũ,quàm periclitantium manes Alexandri inuocarent, omnibus circumſtantibus commotæ ſunt lachrymæ: ſed maximè Ariſtobulus mentem ſuã declarabat,multis uerbis matrem obiurgans.Verùm illi ſibijpſis cauſa fuerunt horum malorum,qui fœminæ regnandi cupidine furenti, regnum contra ius permiſerint adhuc ſuperſtite

Hyrcanus & Ariſtobulus.

XXII.

Hyrcanus pontifex.

Phariſæi adminiſtrationis regiæ conſortes.

Phariſæi Alexandram ſæuire faciunt.

Proceres Alexandram mitigare conantur, atque Phariſæorum immanitatem unà cum Proceribus Ariſtobulus perſtringit.

Alexandra Iudæis castella cõcredit.

Aristobulus Damascum ablegatur.

Ptolemais obsessa.

Iudæi Tigranis legatos mittunt.

A.M. 3900. Ante Chr. nat. 71.

Alexãdra ægra. Aristobulus ex stella occupat.

Agaba.

Hyrcanus & Iudæorũ seniores Alexandram insuetos, inopes cõsilij, de Aristobulo conqueruntur.

Alexãdræ mors, & præconium.

Alexandri fami lię infortunium.

stite defuncti progenie. Tum illa inops melioris consilij, custodiam castellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexãdrio & Machærunte, in quibus res sibi charissimas recõdiderat. Nec multo pòst Aristobulum filium cum exercitu misit uersus Damascũ, contra Ptolemæũ Mennæum, qui grauis erat urbi uicinus. Sed ille nulla re memorabili gesta domum redijt. Peridẽ tempus nunciatum est, Tigranem Armeniorum regem cum D militum millibus inuasisse Syriam, & breui in Iudęam esse uenturum. Ea fama non immeritò reginam & totam gentem terruit: miseruntq; ad eum legatos cum magni pretij muneribus, obsidentem tunc Ptolemaidem. Regina enim Selene, aliàs Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & incolis eius autor erat, ut Tigranem excluderent. Ibi inuentum regem legati rogauerunt, ut bene sibi de regina sua déq; tota Iudæorum gente polliceretur. Ille uerò collaudatos quòd è longinquo A
B
ueniissent ad exhibendum sibi officium, iussit omnia bona sperare. Capta uerò Ptolemaide nunciatur Tigrani, Lucullum dum persequitur Mithridatem, illum quidem non assecutum (qui iam in Iberiam euaserat) sed Armeniã ingressum uastare eã regionem: quo cognito, ille statim domum reuersus est. Post hæc cùm regina in morbum difficilem incidisset, & uisum esset Aristobulo iam adesse tempus aggrediendi negotium, noctu egressus uno comitante famulo contulit se ad ea castella, quibus paterni amici erant præpositi. Iam pridem enim molestè ferens quæ mater gerebat, tum uerò longè magis timebat, ne illa mortua totum suum genus ueniret in potestatem Phariseorum: & uidebat quàm ineptus esset administrationi frater, ad quẽ spectabat successio. Conscia uerò fuit eius conatus sola uxor, quam domi reliquit cum liberis. ac primùm uenit Agaba, ubi Galæstes erat unus è potentibus, à quo perlibenter exceptus est. Sequenti uerò luce regina sensit Aristobuli absentiam: nec tamen statim C
suspicata est illum ad res nouandas esse profectum. Verùm posteaquam uenerunt nuncij alij super alios, quòd iam hoc iam illud castellum occupasset: nam uno exorso statim reliqua omnia in eius potestatem se dediderunt: tum demùm in magna consternatione fuit & ipsa regina & uniuersa gens. Sciebant enim nõ multum abesse Aristobulum, quin sibi usurparet gentis imperium: & uehementer timebant ne pœnas exigeret ab illis, qui in ipsius domũ debacchati fuissent. placuit igitur, ut uxor eius cum liberis custodiretur in castello, quod templo erat appositum. Ad Aristobulum autem magnus fiebat cõfluxus, ut iam nec strepitus deesset, nec ornatus regius. nam intra quindecim fermè dies occupauit castella uigintiduo, in quibus habens receptaculum, colligebat exercitum à monte Libano & Trachonitide & à tyrannis. homines enim semper pluribus se agglomerantes libenter obtemperabant, sperãtes D
etiam nonnihil utilitatis se percepturos ex eo, quem ipsi ex insperato res nouas molientem euexissent ad dignitatis regiæ fastigium. Iudæorum autem seniores & Hyrcanus reginam conuenerunt, & rogabant ut præsentibus rebus aliquod expediret consilium. Aristobulum enim iam penè totam dominationem ad se traxisse, occupatis tot locorum opportunitatibus. se autẽ non decere, etiamsi maximè ipsa ægrotet, ea superstite consultare absq; illius cõscientia. periculum autẽ iam esse penè pro foribus. At illa iubebat eos facere quicquid putarent reipublicæ conducere, habere eos magnam facultatem, uires gentis, milites, & in ærario multam pecuniam. Sibi enim iam non admodum curæ esse rerum administrationem, mimirum deficiente corpusculo. his dictis non multò pòst extremum halitum reddidit, exacto an- E
no regni IX, uitæ tertio supra septuagesimum, mulier supra sexum suum egregia, ut quæ mirum in modum honorum & imperandi cupida, operibus declarauerit suam industriã, quasi exprobrans uiris inscitiam, qui parùm feliciter administrant respublicas. Semper enim præsentibus magis, quàm futuris intenta, & omnia posthabendo firmo imperio, nec honestum nec iustum præ imperio curabat. In tantum quidem infortunium coniecit domum, ut potentiam quam sibi multis sudoribus & periculis parauerat, propter huius non muliebres cupiditates paulo pòst amiserit: quia & cum inimicis familiæ suæ sensit, & rempublicam orbauit præsidibus: quin & post obitum eius ex reliquijs malæ ipsius administrationis, multæ turbæ originem duxerunt in domo regia. attamen quàm diu rebus præfuit, gentem in pace continuit. Atque hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus. F

FLAVII

A

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XIIII.

Poſt bellum de regno inter fratres conuentum eſt ut Ariſtobulus regnaret, Hyrcanus priuatam uitam degeret. CAP. I. A.M. 3906. Ante Chr. nat. 65.

B

DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti uolumine diximus, nunc quæ deinceps conſecuta ſunt, dicturi ſumus: nihil magis ſtudẽtes, quàm ne quid uel per ignorantiam uel per obliuionẽ prætermittamus. Nàm qui hiſtoriam & rerum propter antiquitatem obſcurarum expoſitionem ſcribere ſe profitentur, debent quidem non negligere orationis cultum, & elegantem compoſitionem, tum quicquid lectioni gratiam conciliat, & adimit tædium: ſed præcipua cura impendenda eſt ueritatis ſtudio, ne ſuam fidem ſequẽtes fallant, & inducant in errorem aliquẽ. *Hiſtorici officiũ, & finis.*

C Cùm igitur pontificatum accepiſſet Hyrcanus anno tertio ſeptimæ & ſeptuageſimæ ſupra centeſimam Olympiadis, Q. Hortenſio, Q. Metello Cretico Coſs. ſtatim bellum ei Ariſtobulus intulit: & cõmiſſo ad Hierichuntem prælio, multi ex eius militibus ad fratrem transfugerunt. quo facto Hyrcanus in arcem confugit, in quam cuſtodiendi filij & uxor Ariſtobuli à matre eius depoſiti fuerant, ut antè diximus, reliqui etiã eius factionis homines cùm uictoris metu intra ſeptum fani ſe recepiſſent, breui deditionem fecerũt. Cœptum eſt deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in quibus obtinuit Ariſtobulus ut regnaret, & fratrem ſineret in otio frui quæ illi obuenerant facultatibus, & priuatã uitam agere. Hoc fœdus ictũ eſt in ipſo templo, & data acceptaque fide, iunctisque dextris ſancitum: & poſt mutuos complexus in conſpectu populi factos digreſſi ſunt, alter in regiam, alter priuatus in ædes Ariſtobuli. *Ariſtobulus & Hyrcanus de regno contendunt.* *Ariſtobuli cum Hyrcano fœderis conditio.*

D

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam ſibi & ſuis liberis parauerit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. CAP. II.

II. AMicus autem quidam Hyrcani Iudumæus nomine Antipater, uir pecunioſus, natura factioſus & ſtrenuus, infenſus erat Ariſtobulo, eo quòd ipſe ſtuderet Hyrcani partibus: quamuis Nicolaus Damaſcenus huius genus deducat à primatib. Iudæorum, qui in Iudæam uenerunt è Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis eius filij, quem fortuna ad Iudæorum regnum euexit, ſicut ſuo loco dicetur. Hic igitur Antipater primùm uocabatur Antipas, eodem quo pater ipſius nomine: quẽ ab Alexandro rege & eius uxore conſtitutum ducem totius Idumææ, ferunt amicitias Arabum & Gazæorum & Aſcalonitarum coluiſſe, multisq; eos ſibi conciliaſſe muneribus. Itaq; minor Antipater ſuſpectam habens Ariſtobuli potentiam, & timens eum propter mutuam ſimultatem, clancularijs obtrectationibus effecit, ut contra illum potentiores Iudæorũ conſpirarent: iniquũ eſſe dictitãs, ſinere Ariſtobulum incubare uſurpato per iniuriam imperio, ex quo eieciſſet fratrem natu maiorem, eumq; ætatis prærogatiua ſpoliaſſet. eiſdem uerbis etiam Hyrcanum obtundebat aſſiduè, addens ne uitam quidẽ illi eſſe in tuto, niſi matura fuga ſaluti ſuæ proſpiceret. amicos enim Ariſtobuli nunquam non conſultare, quomodo eo ſublato de medio, dominationem alteri conſtabiliant. His ſermonibus Hyrcanus nolebat credere, quòd eſſet natura bonus, & calumnias non libenter admitteret: quæ quidem animi lenitas & quietis amor parauit ei opinionem ignauiæ. at Ariſtobulus planè contrario fuit in genio, ſtrenuus ſimul & magnanimus. Cùm igitur Antipater uideret Hyrcanũ nihil moueri ſuis monitis, non deſtitit tamen quotidie nouas de fratre criminationes fingere, quaſi inſidiaretur uitæ illius. tandem urgendo ægrè obtinuit, ut fugeret ad Aretam regem Arabum, ſuum quoque pollicitus auxilium: idque eo faciliùs impetrauit, quòd Iudææ confinis ſit Arabia. Præmittitur itaque Antipater ad regem, accepturus ab eo fidem, quòd inimicis non dediturus eſſet ſuum ſupplicem: quod ubi ille interpoſita fide promiſit, Antipater ad Hyrcanum reuerſus eſt Hieroſolyma: & non multo pòſt aſſumpto eo noctu urbem egreſſus, magis *Antipater Idumæum Hyrcani amicum.* *Antipater primò Antipas uocatus.* *Antipater minor Iudæorum potentiores in Ariſtobulum mouet.* *Hyrcani integritas.* *Hyrcanum ad Aretam confugit.* A.M. 3907. Ant. Chr. nat. 64. *Petra urbs.*

III. magnis itineribus peruenit in urbẽ quæ Petra dicitur apud quã erat Aretæ regia: Et quòd A
eſſet regi amiciſsimus, rogabat eum ut Hyrcanũ in Iudæam reſtitueret, & inſtando quotidie
dandoque munera tandem perſuaſit. Hyrcanus quoque pollicitus eſt, ſi ope eius reductus
regnum reciperet, redditurum ſe ei regionem cum duodecim oppidis, quæ pater ipſius Ale-
xander de Arabibus ceperat. erant autem hæc: Medaba, Naballo, Liuias, Tharabaſa, Agalla,
Athone, Zoara, Oronæ, Mariſſã, Rydda, Luſa, Oryba.

A. M. 3908. Ante Chr. nat. 63.

Aretæ aduerſus Ariſtobulum expeditio.

Ariſtobulus Hieroſolyma confugit, & in tẽplo oppugnatur.

Onias à Deo pluuiam impetrat,

diris Ariſtobulum deuouere reuſus, Deũ erat, & tandem lapidatur.

Fidei uiolatio.

Fidei uiolatæ uindicta.

Ariſtobulus prælio uictus compellitur Hieroſolyma. CAP. III.

TAlibus promiſsis permotus Aretas expeditionem ſuſcepit contra Ariſtobulum, ducens quinquaginta millia pedeſtris ſimul & equeſtris exercitus: moxque uicit prælio. Poſt eam uictoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, deſolatus Ariſtobulus confugit Hieroſolyma. Arabs autem adducto ſecum toto exercitu, B
oppugnabat eum in templo, adiuuante Hyrcanum etiam populo, ſolis ſacerdotibus non de-
ſerentibus Ariſtobulum. ſed Aretas admotis tam Iudęorum quàm Arabum exercitibus acri-
ter oppugnationi inſtabat. Dum hæc ita geruntur, inſtante azymorum feſto, quod Paſcha
uocamus, optimates Iudæorum relicta ſua regione fugerunt in AEgyptum. Quidam autem
Onias uir iuſtus & Deo charus, qui aliquando ſiccitatis tempore impetrauerat pijs precibus
pluuiam, tunc in latebras ſe abdidit, ciuile bellum durare uidens, hunc in caſtra adductum Iu-
dæi rogabant, ut quemadmodum olim ſiccitati attulerat remedium, ita tunc deuoueret diris
Ariſtobulum, & quotquot eius factionẽ ſequebantur. Id cùm diu recuſans cogeretur à turba,
ſtans in medio eorum ſic precatus eſt: Deus uniuerſi huius mundi rex, quoniam & hi qui me- C
cum ſtant tuus ſunt populus, & qui oppugnantur tui ſacerdotes ſunt, precor ut neque hos
contra illos, neque illos contra hos, orantes exaudias. Poſt hæc uota circumſteterunt eum
quidam ex Iudæis uiri perditi, & obruerunt lapidibus. quam crudelitatem Deus ultus eſt
continuò, cædisque Oniæ pœnas exegit, in hunc modum. Dum Ariſtobulus oppugna-
tur cum ſacerdotibus, ſuperuenit Paſcha, in quo feſto nobis mos eſt multis Deum hono-
rare ſacrificijs, quibus quia carebant obſeſſi, rogauerunt ſuos tribules, ut accepta quantam
poſtularent pecunia, uictimarum copiam ſibi facerent. Illis uerò pactis mille drachmas in
ſingula capita, & repræſentari ſibi iubentibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerunt,
& per funem è muro demiſerunt pretium. At illi accepta pecunia non reddiderunt uicti-
mas: ſed eò progreſsi ſunt impietatis, ut non ſeruata fide hominibus, Deum etiam fraudа-
rent debitis honoribus. Sacerdotes autem quibus per pactorum ſpeciem illuſum fuerat, o- D
rauerunt Deum ut pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt uindicta: ſed uentus ue-
hemens immiſſus fecit per totam eam regionem magnam uaſtationem fructuum, ita ut tri
tici modius ueniret drachmis quindecim.

Hyrcani & Ariſtobuli legationes à Scauro petentes auxilium. CAP. IIII.

IIII. *Hyrcani & Ariſtobuli ad Scaurum legatio.*

Ariſtobulus diues. Hyrcanus pauper.

Ariſtobulus Aretæ & Hyrcano contraria tela molitur.

INterea Pompeius Scaurum miſit in Syriam, ipſe in Armenia diſtentus bello, quod adhuc gerebat contra Tigranem. Ille uerò ubi Damaſcum uenit, recens captam à Metello & Lollio, properauit in Iudæam continuato itinere. Huic le- E
gati facti ſunt obuiam, tam ab Hyrcano, quàm ab Ariſtobulo, utrique peten-
tes ſocietatem & auxilium. & cùm Ariſtobulus polliceretur CCCC talenta, nec
pauciora Hyrcanus, Scaurus Ariſtobuli promiſſa prætulit. Is enim liberalis erat, & abun-
dans pecunijs, & rogabat officium præſtari facilius. alter uerò pauper erat ac tenax, & cùm
maiora quàm frater impetrare cuperet, tamen non ſatis bona fide polliceri uidebatur.
Nam difficiliùs erat expugnare urbem adeo munitam & ualidam, quàm profugos repelle-
re & Nabathæorum turbam, præſertim non ualdè ad id bellum gerendum animatam.
Ob has igitur cauſas accepta ab hoc pecunia obſidionem ſoluit, denuncians Aretæ, ut re-
cederet, ni pareat declarandus hoſtis Roman. populi. Et Scaurus quidem Damaſcum reuer-
ſus eſt: Ariſtobulus uerò cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanum profectus eſt: F
& congreſſus cum eis apud locum quem Papyronem nominant, prælio uicit cæ-
ſis circiter ſeptem millibus hoſtium, inter quos etiam Cæ-
phalio frater Antipatri ce-
cidit.

Quemodo

A

Quomodo Ariſtobulus & Hyrcanus apud Pompeium de regno diſceptauerunt. CAP. V.

NOn multo autem poſt cùm Pompeius Damaſcum ueniſſet, & obiret Cœleſyriã, præſtò fuerunt ei legati ex uniuerſa Syria & AEgypto atque Iudæa. miſit enim ad eum inſigne donum Ariſtobulus, uitem auream D talentorum. meminit autem huius muneris etiã Strabo Cappadox his uerbis: Venit & ex Aegypto legatio, cum corona facta ex aureorum quatuor millibus: & ex Iudæa ſiue uitis, ſiue hortus, quod opus περιπολῆς, id eſt delectamentum uocabatur. hoc donum uidimus etiam nos Romæ dedicatum in Iouis Capitolini templo, cum inſcriptione Alexandri regis Iudæorum: æſtimabaturque quingentis talentis. fertur autem miſſum à dynaſta Iudæorum Ariſtobulo. Paulo poſt iterũ

B uenerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Ariſtobulo, qui etiã accuſabat eos qui acceperant pecuniã, primùm Gabinĩ, deinde Scaurũ, illũ C C C, hũc quadringenta talenta, hos quoque inimicos ei faciens. QVI cùm iuſſiſſet ad ſe diſceptatores uenire ineunte uere copijs ex hybernis reuocatis in Damaſcenum agrum profectus eſt: obiterq; arcem in Apamia diruit, quam Antiochus Cyzicenus munierat: & Ptolemæi Mennæi ditionem conſiderauit, uiri noxij non minus quàm fuerat Dionyſius Tripolitanus, qui ſecuri percuſſus eſt, affinitate etiam ei coniunctus. mille tamẽ talentis iſte redemit ſe à ſupplicio, quæ Pompeius erogauit in ſtipendia militum. Excidit etiam caſtellum Lyſiada, cuius tyrannus erat Silas Iudæus: tranſiens deinde per Heliopolim & Chalcidem, ſuperatoque medio monte in Cœleſyriam ueniens, à Pella Damaſcum ſe contulit. Ibi & Iudæos audiuit, & eorũ

C principes, hi inter ſe diſſidebant Hyrcanus & Ariſtobulus, ſicut gens ipſa ab utroque. Aiebant enim ſe nolle eſſe ſub regibus, quòd patrium inſtitutum habeant, ut ſui Dei pareãt ſacerdotibus. hos autem duos eſſe quidem è ſacerdotum genere, ſed uelle principatum gentis in aliam formam traducere, ut eam in ſeruitutem ſubigant. Hyrcanus autem querebatur, q cùm maior natu eſſet, priuaretur prærogatiua ab Ariſtobulo: & minimam portionem regionis ſibi relictam, cætera à fratre uſurpata per uim omnia. Hunc etiam & terra incurſare finitimos, & in mari habere piratarum receptacula. nec enim defecturam fuiſſe gentem, niſi turbarum concitator eſſet, atque natus ad uiolentiã. Atteſtabanturq; illi hæc dicenti plus, quàm mille ex Iudæorum optimatibus, quos Antipater ad hoc induxerat. Alter contrà excidiſſe eũ

D è principatu aiebat propter ignauiam, quòd natura ad nihil eſſet minus idoneus, quàm ad obeunda negotia, & ideo ueniſſe eum in publicum contemptum apud ſuæ gentis homines. Se uerò neceſſariò principatum aſſumpſiſſe, metuentem ne is migraret in aliam familiam, appellatione uerò uti, qua & pater ipſius Alexander uſus ſit, & in teſtimonium citabat quoſdam iuuenes faſtuoſos, inuiſos omnibus propter purpureas ueſtes, capillitij curam, & phaleras ornamentaq; cætera: qui hoc cultu tanquam ad pompam, & non ad iudicium uenerant. Pompeius uerò his cognitis, & improbata Ariſtobuli uiolentia dimiſit eos placidè: promittens ſe uenturum in eorum ditionem, quam primùm inſpexiſſet res Nabathæorum, interim iuſſit eos quietos eſſe, comiter habens Ariſtobulum, ne is alienatus intercluderet ei tranſitus. NEC tamen ullam apud eum iniuit gratiam, non expectatis enim Pompeij promiſſis,

E profectus eſt ad oppidum Delium, & inde in Iudæam ſe contulit.

Quo ſtratagemate Pompeius caſtella occupauerit. CAP. VI.

QVa re offenſus Pompeius, aſſumpto exercitu quem in Nabathæos parauerat, & excitis à Damaſco cæteraq; Syria copijs auxiliarib. alijsq; Romanis legionibus quæ ductum eius ſequebantur, contra Ariſtobulum mouit. Vt uerò præterita Pella & Scythopoli peruenit Coreas, ubi Iudææ mediterranea uerſus eſt initium, inuenit elegantem arcem in montis uertice ſitam Alexandrium. eò quia refugiſſe Ariſtobulũ intellexerat, accerſiuit illum ad ſe per nuncios. Ille uerò multis ſuadentibus, ut caueret bellum à Romanis, deſcendit: & cùm de iure principatus cum fratre diſceptaſſet, permiſſu Pompeij rurſum in arcem ſe recepit, idq; iterum & tertiò fecit, ſimul ſpe regni Pompeio obſecũdans, & omnia eius imperata ſe facturum ſimulans, ſimul redeundo in arcem ſe muniens, & appa-

F ratus bellicos faciens, metu ne ad Hyrcanũ transferretur dominium: Iubente autẽ Pompeio ut traderet ſibi caſtella, & præfectis de ea re propria manu ſcriberet, non traditurus alioquin: paruit quidem SED ægrè ferens ſeceſſit Hieroſolyma, quaſi ad certum bellum ſe præparaturus: nec multo poſt Pompeio ducenti contra eum exercitum in itinere uenit nuncius è Ponto, Mithridatem à filio ſuo Pharnace occiſum eſſe ſignificans.

Pompeius Damaſcum proficiſcitur.

Vitis aurea.

Hyrcani & Ariſtobuli legati ad Pompeium.

V.

Ariſtobulus & Hyrcanus à Iudæis ad Pompeium delati.

Hyrcani excuſatio coram Pompeio facta.

VI.

Pompeius bello Ariſtobulo molitur.

Ariſtobulus Pompeium accedit, atq; de iure principatus cum Hyrcano contendit.

Ariſtobulus caſtella Pompeio tradit.

VII.

Mithridates occiſus.

Hieroſolymitani portas Romanis claudunt. CAP. VII.

A. M. 3909. Ante Chr. nat. 62.

IT cùm prima caſtra habuiſſet apud Hierichuntē, ubi palmeta ſunt præſtantiſsima, & opobalſamum prouenit inter unguenta præcipuum, inciſis acuto ſcrupo fruticibus ſucci in modum ſcatens, mane ſequenti mouit inde uerſus Hieroſolyma. Tum uerò Ariſtobulus antè actorū pœnitens obuiam ei uenit: & oblatis pecunijs etiam intra Hieroſolyma cum admittens, rogabat, ut omiſſo bello quicquid uellet pacatè ageret. Pompeius uerò data petenti uenia, mittit Gabinium cum militibus in urbem ad accipiendam pecuniam: qui tamen re infecta redijt, excluſus & uacuis manibus, militibus Ariſtobuli pactum irritum facientibus. EA res uehementer Pompeio mouit ſtomachū, & additis Ariſtobulo cuſtodibus ipſe ad urbem uadit, cætera quidem probè munitam, tantùm è ſeptentrionali latere iniurijs expoſitam. Circuit enim eam uallis lata & profunda templum ambiens, quod muro admodum ualido è ſaxo ſtructo cingitur.

Pompeius templum cum inferiore urbis parte ui expugnat. CAP. VIII.

INtus autem erat diſsidium, urbanis quid opus eſſet facto non conſentientibus. nam quidam cenſebant urbē Pompeio dedendam: Ariſtobuli uerò factio excludi cum iubebat, & bellum geri, eo quòd illum haberet in uinculis. Hi præuenientes alteros templum occupant, & præciſo ponte qui in urbem ferebat, ad bellum ſe expediunt. At illi intromiſſo exercitu tradiderunt Pompeio urbē & regiam. Ille Piſoni legato ſuo miſſo eò cum parte exercitus & urbis & regiæ commiſit cuſtodiam: ipſe uicinas templo domos aliaq; propinqua ædificia muniebat, & primùm conditiones pacis eis obtulit: quas cùm non admitterent: omnia quæ circum erant muro muniuit, Hyrcano alacriter ſuppeditante quicquid uſus poſceret. Pompeius uerò à ſeptentrionali templi latere, quod maximè erat oppugnationi obnoxium, admouit milites. erant autem hac quoque parte turres altę, & foſſa manu facta, præter profundam uallem quæ templum cingebat. nam etiam uerſus urbē abrupta erant omnia, ſublato ponte, qua parte Pompeius erat cum ſuo contubernio. erigebantq; quotidie magno labore aggerem Romani, cędentes circumquaq; arbores. quod opus ubi perfectum eſt, ægrè completa foſſa propter immenſam altitudinem, admotis machinis à Tyro aductis, quatiebat templum ſaxis miſsilibus. Sed niſi patrius nobis mos eſſet per otiū ſeptimum quemque diem exigere, non potuiſſent abſoluere aggerē uetantibus aduerſarijs. prohibere enim uim inferentes lex permittit, ſed opus facientem hoſtem impedire nos non ſinit. Quod ubi animaduerterunt Romani, ſabbatis neque eminus inceſſebant telis Iudæos, neque manus cum eis conſerebant: tantùm erigebāt aggerem & turres, machinasq; admouebant, ut eis poſtridie aduerſus nos uti poſſent. Facilè eſt autē uel hinc diſcere, quanta pietate Deum colamus, & quàm obſeruantes legum ſimus, quandoquidem oppugnationis terror nihil obfuit, quo minus ſolennia peragerentur ſacrificia, bis per ſingulos dies manè & circa nonam horam ſuper altari immolantibus noſtris ſacerdotibus, ac ne in extremo quidem diſcrimine ſacra intermittentibus. Etenim capto templo tertio demùm menſe, die ieiunij, CLXX Olympiade, C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coſs. hoſtis quidem irrumpens iugulabat omnes obuios: illi uerò nihilominus ſacris operabantur, neq; metu mortis, neque iam cęſorum multitudine abſterriti, paſſuri quicquid liberet uictori potiùs, quàm deſerturi altaria, aut aliquid omiſſuri præſcriptum patrijs legibus. Quòd autem hæc non fabula ſit in pietatis laudem conficta, ſed rei ueritas, atteſtantur omnes, qui res à Pompeio geſtas conſcripſerunt, & in his Strabo, ac Nicolaus, Romanæq; conditor hiſtoriæ T. Liuius. Nam concuſſa turri maxima crebris arietis ictibus, collapſaq; & ſecum ruinam trahente muri proximi, certatim infuderunt ſe hoſtiū agmina. ſed primus euaſit per ruinas Cornelius Fauſtus Syllæ filius, ſequente cohorte militum. mox alia parte Furius centurio cum ſuis manipularibus: & inter utrumque Fabius & ipſe centurio cum manu ſuorum ualida. Omnia autem erant plena cædibus, & Iudæorum alij à Romanis confoſsi cadebant, alij mutuis uulneribus. nonnulli per abrupta ſemetipſos iactabant, aut ſubiectis in ædes ignibus concremabantur, non ſuſtinētes ſpectare quæ patrabantur ab hoſtibus. Ceciderunt è Iudęis duodecim millia: Romanorū perpauci deſiderati ſunt. Captus eſt & Abſalomus, patruus ſimul & ſocer Ariſtobuli. Læſa etiam eſt non mediocriter templi religio, humanis antehac nec ueſtigijs penetrati, nec oculis. Introgreſſus eſt enim in illud Pompeius, & unà cum eo non pauci alij, & inſpexerunt quæ nefas eſt uidere niſi ſolis ſacerdotibus. Cumq; intus eſſent ex auro mēſa & candelabrum, & pocula, & odoramentorum magna copia, præterea in theſauris ſacræ pecuniæ circiter talentorum duo millia,

Pompeius urbē & templum occupat.

Templum militē cingit, & tandem capit.

Cornelius Fauſtus. Furius. Iudæi cæſi.

Iudæorum cæſorum numerus. Religio templi læſa.

Pompeius nihil attingens templum ingreditur.

A millia,nihil horum pr̃ pietate attigit,ſed hic quoque ſui ſimilis fuit,& nihil commiſit indignum cæteris uirtutibus.Sequenti uerò die iuſsis purgare templum ædituis,& inſtauratis legitimis ſacrificijs pontificatum Hyrcano reddidit,tum propter alia ipſius officia,tum quia in colis Iudæis autor fuerat,ne arma pro Ariſtobulo ſumerent. deinde belli concitatores ſecuri percuſsit: Fauſtoq; & alijs qui primi murum cõſcenderant,digna præmia perſoluit.Et Hieroſolyma quidem pop.Rom.fecit ſtipendiaria, urbes uerò quas eorũ ciues ſibi ſubiugauerant in Cœleſyria,ademptas illis iuſsit proprio parére præſidi: & totam gentem priùs elatã rebus proſperis,contraxit intra ueteres terminos. Gadara deinde paulo antè diruta inſtaurauit in gratiam liberti ſui Gadarenſis Demetrij.reliquas uerò Hippon,Scythopolim,Pellam,Dion, Samariam,Mariſſam,Azotum,Iamniam, Arethuſam ſuis reſtituit habitatoribus easq; in
B mediterraneis,præter uarijs bellis dirutas. Maritimas uerò, Gazam, Ioppen, Dora, Straronis turrim,quæ ab Herode magnificè condita,& portubus atque templis exornata,Cæſarea mutato nomine appellata eſt:has omnes Pompeius liberas eſſe iuſsas prouinciæ contribuit.Quorum omnium malorum cauſa fuêre Hieroſolymitanis Hyrcanus & Ariſtobulus inter ſe diſsidentes.Nam & libertatem amiſimus,ſubiecti Romanorum imperio:& regionem de Syris bello captam reddere ipſis coacti ſumus:& inſuper plus quàm decem millia talentorũ breui tempore à nobis Romani exegerunt:& regnum quo priùs pontificale genus honeſtabatur, ad plebeios translatum eſt homines.Sed de his ſuo loco dicemus.Cęterùm Pompeius Cœleſyria uſque ad Euphratem amnem & AEgypti terminos Scauro tradita,cum duabus Romanis legionibus,ipſe in Ciliciam abijt, Romam properans: abduxitq́ ſecum Ariſtobulum
C uinctum cum duabus filiabus & totidem filijs, quorũ Alexander aufugit:iunior uerò Antigonus Romam unà cum ſuis ſororibus deportatus eſt.

Hyrcanum pontifex conſtituitur.

Hieroſolyma Romano populo fiunt ſtipendiaria.

Pompeij res geſtæ in Syria.

Eo quòd diſcordia ciues perduxit miſeros.

Scaurus Cœleſyriæ præfectus.

Ariſtobulus uinctus.

A.M. 3911. Ante Chr. nat. 60.

Scaurus bello aggreſſus Aretam,fœdus Antipatri ſuaſu cum eo ferijt. CAP. IX.

IX.

Scaurus Petram profectus, Aretã aggreſſus,& fœdus Antipatri ſuaſu contrahit.

SCauro autem ad Arabiæ petram profecto cum exercitu,& quia difficilis ad eam aditus eſſet,circumuicinos agros populante,militibusq; fame laborantibus,Antipater iuſſu Hyrcani frumentum ex Iudæa & alia neceſſaria eis præbebat: miſſuſq; ad Aretam legatus à Scauro,eo quòd hoſpes eſſet, perſuaſit etiam illi pecunia numerata uaſtationem agrorum redimere,ſponſor factus pro trecentis talentis.atque his conditionibus hoc bellum finitum eſt,non minus è Scauri,quàm ex Aretæ ſententia.

Alexander à Gabinio uictus,in quoddam caſtello oppugnatur. CAP. X.

A.M. 3915. Ant. Chr. nat. 56.

X.

D ALiquanto autem pòſt Alexandro Ariſtobuli filio Iudęã incurſionibus uexante, imperator Gabinius è Roma uenit in Syriam.is & alia multa memoratu digna geſsit,& contra Alexandrum expeditionem fecit,Hyrcano iam non ualente ei reſiſtere,& de muris Hieroſolymorum reficiendis cogitante, quos Pompeius deiecerat.ſed ab hoc conatu per Romanos cohibitus eſt.At Alexander peruagando regionẽ multos Iudæos armauit:collectisq; pperè decẽ armatorum millibus,& mille quingenti: equitibus,munitionibus firmauit Alexandrium caſtellum iuxta Coreas ſitum,
E & Machęruntem in finibus Arabum.Contra eum uenit Gabinius,præmiſſo M. Antonio cũ alijs ducibus,atq; ita Romani coniuncti cum Iudæis in officio manentibus, quorum duces erant Pitholaus & Malichus,aſſumptis etiã Antipatri auxilijs, occurrerũt Alexãdro,ſequente cum reliquo exercitu Gabinio.Tum ille recepit ſe propiùs Hieroſolyma,ubi conſerto prælio Romani occiderunt hoſtium circiter tria millia:nec pauciores capti ſunt. Tum Gabinius ueniens ad Alexandrium inuitabat concluſos ad pacem, ueniam præteritorum pollicendo. & cùm multi hoſtium extra caſtellum ſtationem haberent,Romani eos adorti ſunt ubi multis cæſis egregiam operam nauauit M.Antonius.Itaque Gabinius relicta ad oppugnationem parte exercitus,ipſe reliquam Iudęam perluſtrabat: & quotquot inueniebat urbes dirutas, ædificari iubebat.atque hoc pacto inſtauratæ ſunt,Samaria,Azotus,Scythopolis Anthedon, Raphia,Dora,Mariſſa,Gaza,& aliæ non paucæ, mandante Gabinio:quarũ poſthac habitatio tuta permanſit, cùm antè longo tempore deſertæ fuiſſent. His ita per regionem diſpoſitis, reuertitur ad Alexandrium: & cùm intenderetur oppugnatio, per legatos ueniam petijt Alexander, offerens caſtella Hyrcaniam & Machæruntem, & poſtremò Alexandrium: quæ Gabinius diruit. Cumq́ Alexandri mater ad eum ueniſſet, quæ Romanis fauebat, marito eius & reliquis liberis Romæ aſſeruatis, impetrauit ab eo quicquid petijt. Moxq́ diſpoſitis eius rebus, deduxit Hyrcanum Hieroſolyma, curaturum templum & ſuum ſacerdotium. deinde conſtitutis quinque iuridicis conuentibus, in totidem æquales par-

Alexander Alexandriũ caſtellũ munitionibus auxit.

Iudæorũ cædes.

Alexandrium obſeſſum.

Gabinius urbes dirutas reædificari iubet.

XI.

Gabinius caſtella diruit.

Hyrcanum Hieroſolyma deduxit,&

prouinciam diſtribuit.

tes totã prouinciã diſtribuit: ita ut alij iura peterent Hieroſolyma, alij Gadara, Amathuntem alij: quarti uerò Hierichuntem, quinti Saphorã, quod eſt Galilææ oppidum, ſicq; liberati dominis ſub optimatum gubernatione degebant. A

Ariſtobulus Romæ uinculis elapſus, rurſum in Iudæa captus à Gabinio, Romam remittitur. CAP. XI.

XII. *Ariſtobulus Romæ uinculis elapſus Alexandriũ denuò munit.*

AEterùm cùm Ariſtobulus Roma profugus, reuerſus eſſet in Iudæam, & conaretur Alexandriũ recens dirutũ denuò munire, Gabinius miſit eò milites ducibus Siſenna, Antonio & Seruilio, qui eum locũ occupari nõ ſinerent, & darent operã ut ipſum cõprehenderent. Multi enim Iudæorum ad eum propter nouarum rerum celebritatem cõfluebant, nouarum rerum auidi, ſiquidem & Pitholaus Hieroſolymorum præfectus cum mille armatis ad eum transfugit: alioqui in eo cõfluxu multi fuêre nõ ſatis armis inſtructi, Ariſtobulus uerò uolens occupare Machæruntem, tales dimiſit ut inutiles ad moliendum aliquid, aſſumptiſq; tantùm armatorum octo millibus, illuc contendit. Quos aſſecuti Romani uicerunt egregiè. quamuis enim repugnantes aliquantiſper, impreſſione facta coegerunt terga uertere, occiſis eorũ circiter quinq; millibus. reliqui uerò diſſipati, ut quiſq; potuit ſalutem ſibi quæſiuerunt. Ariſtobulus tamen plus mille ſecum trahens perfugit Machæruntem: muniebatq; id caſtrum, & quamuis rebus afflictis, bene ſperare non deſtitit. Sed non ultra biduum ſuſtinere potuit oppugnationem, & multis acceptis uulneribus captiuus cum Antigono filio, qui ei fugæ comes fuerat, ad Gabinium adductus eſt. atq; ita reflãte fortuna rurſum remiſſus Romam, in uinculis eſt habitus, poſtquam regno & pontificatu potitus eſt annis tribus cum dimidio, uir in ea dignitate magnificus & magnanimus. Liberos tamen eius dimiſit ſenatus, cùm ex Gabinij literis cognouiſſet, promiſſum hoc eorum matri, dum caſtella traderet: qui mox in Iudæam reuerſi ſunt. Porrò Gabinio paranti expeditionem in Parthos, & iam Euphratem traiecto, mutata ſententia uiſum eſt Ptolemæum in AEgyptum reducere, ſicut aliàs indicatum eſt. In hac quoq; expeditione ab Antipatro adiutus eſt frumento, armis, & pecunijs: & illius conſilio Iudæi qui Peluſium accolunt, cuſtodes AEgypti aditus, in ſocietatem pertracti ſunt. Cæterùm reuerſus ex AEgypto, deprehendit Syriã laborare diſſidijs & tumultibus. Ariſtobuli enim filius Alexander, denuò inuaſo per uim principatu, multos Iudæorum ad defectionem impulit. collectoq; magno exercitu regionẽ obeundo, interficiebat Romanos quotquot adipiſci potuit, reliquos in mõtẽ Garizim compulſos obſedit. Gabinius uerò hoc in ſtatu Syriam offendens, Antipatrum propter notã uiri prudentiã præmittit ad tumultuatores, ſi fortè poſſet ad ſaniorem mentem reductis perſuadere ut meliora ſequantur conſilia: quod ille ſedulò fecit, & multos reduxit ad officium. Alexandrum uerò cohibere non potuit. is enim habens ſecum XXX Iudæorum millia, auſus eſt occurrere Gabinio, & collatis ſignis decernere ad montem Itabyrium: quo prælio deſiderata ſunt ex acie Iudaica X millia. Tum uictor cõſtitutis Hieroſolymitanis rebus ex Antipatri ſententia, contra Nabatæos profectus, hos quoq; profligat uno prælio. nobiles etiam Parthos Mithridatem & Orſanem ad ſe profugos remiſit, ſparſo rumore quòd aufugiſſent in patriam: tantisq; rebus geſtis Romam reuertens Craſſo prouinciã tradidit. De his autem Pompeij & Gabinij contra Iudæos expeditionibus ſcribit Nicolaus Damaſcenus & Strabo Cappadox, nihil ab altero diſcrepans. B C D E

Ariſtobulus à Romanis ſuperatur, obſidetur, capitur, & uinculis conſtringitur.

A. M. 3916. Ante Chr. nat. 55.

Ariſtobuli filij dimittuntur.

A. M. 3917. Ant. Chr. nat. 54.

Gabinius reducto in Aegyptũ Ptolemæo, in Syriã reuertitur.

Alexander Ariſtobuli filius principatum inuadit, & à Gabinio uincitur.

Craſſi contra Parthos ducentis per Iudæam iter, & ſacrilegium. CAP. XII.

A. M. 3919. Ant. Chr. nat. 52.

XIII. *Marcus Craſſus ſacrilegium cõmittit.*

Craſſus per Iudæam iter facit.

RAſſus autem expeditionem contra Parthos parans in Iudæam peruenit, & pecuniam ſacram quam Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abſtulit, totcq; reliquo auro, cuius ſumma accedebat ad octo talentorũ millia, templũ ſpoliauit. Tulit etiam trabem ex auro ſolidam, trecentas minas pendentem. Mina autem apud nos conſtat duabus libris cum dimidia. Hãc trabẽ ei tradidit ſacerdos ſacri theſauri cuſtos Eleazarus, nõ præmalitia (nam erat uir bonus & iuſtus) ſed cùm concreditã haberet aulæorum templi cuſtodiam, ex hac trabe pendentium, quorũ admiranda pulchritudo erat & apparatus pretioſiſſimus: uideretq; Craſſum totum eſſe in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabẽ hanc redemptionẽ pro omnibus ei dedit: cùm priùs eũ iureiurando obſtrinxiſſet, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipſe traderet, æſtimatum plurimis aureorum millibus. Hæc trabs inſerta erat trabi cauæ lignææ, quod cæteris omnibus ignotũ ſolus ſciebat Eleazarus. Craſſus tamẽ & hãc pro reliquo tẽpli auro accepit, & mox uiolato iureiurãdo totũ quãtum intus erat egeſſit. Nec eſt mirandum tantas diuitias in

Minæ ualor.

Craſſus iuramentum datum uiolat.

A in noſtro templo fuiſſe, cuius Deum cùm omnes in toto orbe Iudæi & religioſi uenerentur ac colant tã Aſiani q̃ Europæi, eò cõferrent longiſſimo iam tẽpore. Nec ad iactationẽ cõficta eſt prædicta ſumma, nec caret teſtibus: ſed cùm alij multi, tum Strabo Cappadox arteſtatur nobis his uerbis: Mithridates autem miſit in Coum inſulam qui afferrent ſibi inde pecuniã, quam Cleopatra regina ibi depoſuerat, & Iudæorum octingenta talenta. Nobis autem nulla eſt publica pecunia, præter Deo ſacrã: & ſatis apparet, quòd hanc Iudæi ex Aſia in Coum deportauerant metu belli Mithridatici. Non eſt enim ueriſimile, eos qui Iudæam habitabãt, habentes urbẽ adeò munitã & tẽplum, pecunias in Coum miſiſſe. Sed nec Alexandrinos Iudæos hoc feciſſe eſt credibile, quibus nihil erat à Mithridate periculi. Idem Strabo alibi teſtatur Syllam quo tẽpore in Græciã traiecit, geſturus bellũ cõtra Mithridatẽ & Lucullũ, miſiſſe Cy-

B renẽ agitatã ſeditionibus gentis noſtræ, quæ orbẽ terrarũ repleuerit. Sic enim ſcribit: Quatuor erant genera in Cyrenenſium urbe, ciues, agricolæ, inquilini, & quarti Iudæi. Hoc ia in omnes urbes ſubrepſit, nec eſt facilè inuenire locum in orbe habitabili, qui nationẽ illã non acceperit, & ab ea teneatur. nam & AEgyptus & Cyrene, utpote eiſdem ſolitæ parére dominis, aliæq; multę regiones horum ritus admiſerunt: aluntq; congregationes Iudæorũ maximas, tempore coalitas, & utentes inſtitutis domeſticis. Per AEgyptum ſanè etiã coloniæ ſunt eius gentis, abſq; eo quòd Alexandrinæ urbis magna pars eis aſſignata eſt. habet etiam proprium magiſtratum qui ſuæ gentis res adminiſtret, & controuerſias ex iure dirimat, & contractus atq; pacta rata habeat, non aliter quàm ſit in abſoluta republica. Inualuit itaq; hæc gens in AEgypto, eo quòd antiquitùs originem inde habeat, & facilè migretur eò propter

C uicinitatem. In Cyrenaicam uerò regionem inde tranſijt, ut conterminam, quemadmodum etiam Iudæa eſt, uel potiùs partem olim regni AEgyptij. Hæc Strabo. Cæterùm Craſſus rebus arbitratu ſuo compoſitis, Parthorum ditionem inuaſit: ubi cum omnibus copijs perijt: ſicut aliàs narratum eſt. Caſſius autem in Syriam refugiens occupata ea reſiſtebat Parthis, propter recentem uictoriam excurſantibus: & cùm ueniſſet Tyrum, inuiſit etiam Iudæam. Vbi Tarichæas primo impetu cepit, & fermè XXX millia captiuorum abduxit. Pitholaum quoque, qui Ariſtobuli partes fouebat, interfecit hortante Antipatro, qui plurimùm apud eum poterat, & maximam inter Idumæos autoritatem habuit. apud quos duxit uxorem il-

D luſtri inter Arabas loco natam, Cypron nomine, ex qua quatuor ei nati ſunt filij, Phaſaelus, & Herodes qui poſtea regnauit, & Ioſephus atque Pheroras, & filia Salome. Hic Antipater etiam alios dynaſtas hoſpitio ſibi coniunxit & amicitia, ſed maximè Arabem, apud quẽ & liberos depoſuit, dum bellum cõtra Ariſtobulũ gereret. At Caſſius reparatis copijs ad Euphratem ſe contulit, ibique Parthis ſe oppoſuit, quemadmodum & ab alijs ſcriptoribus eſt memoriæ proditum.

Craſſus perit.

Caſſij in Syria res geſtæ.

Antipatri uxor, & proles.

Pompeij fuga in Epirum, & Scipionis aduentus in Syriam. CAP. XIII. A.M.3925. Ante Chr. nat. 48.

ALiquanto autem pòſt Cæſar occupata Roma, & Pompeio unà cũ ſenatu ultra mare Ionium fugato, ſolutum uinculis Ariſtobulum decreuit in Syriã mittere, additis ei duabus legionib. quò faciliùs ordinaret prouinciã. Sed is breuî fruſtratus eſt XIIII.

Ariſtobulus uinculis ſolutus, & ueneno ſublatus.

ſua ſpe, quã ex accepta à Cæſare poteſtate conceperat, à Pompeianis ueneno ſublatus, & à Cæſarianis funeratus. Corpus aũt eius diu melle cõditum iacuit, donec Antonius id

E in Iudæam remiſſum mandauit reponi in regum conditorijs. Scipio uerò iuſſu Pompeij ſecuri percuſſit Alexandrum Ariſtobuli filium, eò quòd aliquãdo cõtra Romanos rebellauiſſet. Et hic quidem apud Antiochiã affectus eſt ſupplicio: fratres uerò eius ad ſe recepit Ptolemæus Mẽnęus dynaſta Chalcidis, quæ ſita eſt in monte Libano: nã miſſo Philippione filio Aſcalonem ad uxorẽ Ariſtobuli, iuſſit eã cum eo mittere ad ſe Antigonũ filiũ & filias, quarũ alterius Alexandræ amore captus Philippio duxit eam coniugem. deinde uerò occiſo priùs eo Ptolemæus ipſe duxit Alexandram, & germanorum eius curam deinceps habebat.

XV.

Alexander Ariſtobuli filius ſecuri percuſſus.

Iulij Cæſaris in Aegyptum expeditio, & quàm fideli Iudæorum opera adiutus ſit. CAP. XIIII.

XVI.

A.M.3925. Ant. Chr. nat. 46.

F POſt Pompeij aũt obitum, & uictoriã Cæſaris, bellum ei gerẽti in AEgypto multis in rebus uſui fuit Antipater Iudæorum gubernator, idq; mandato Hyrcani. Mithridate enim Pergameno adducente auxilia, nec ualente tranſire per Peluſium, & circa Aſcalonem hærente, Antipater ei ſe adiunxit cum armatis Iudæorum tribus millibus, egitq; cũ Arabũ primatibus, ut & ipſi uenirent auxilio: eiusq; potiſſimũ opera è tota Syria auxilia cõtracta ſunt. nã certatim opẽ tulerũt Cæſari Iamblichus dynaſta & Ptolemæus eius filius, & Tholomæus Sohemi filius Libanũ mõtẽ incolẽs, & urbes penè uniuerſę.

Antipater exercitum collegit.

Mithri-

Peluſium obſeſſum, & captum.

Mithridates uerò motis è Syria caſtris perucnit Peluſium,& non receptus ab eius loci homi A
nibus,urbem oppugnauit. Vbi præcipuam operam nauauit Antipater,primusque deiecta
quadam muri parte aditum ceteris irrumpentibus, in urbem aperuit. & Peluſium quidem
ſic captum eſt. Antipatrum autem & Mithridatem euntes ad Cęſarē tranſitu arcebant Iudæi

Iudæi Oniæ regionem incolentes Cæſari aſſociati.

AEgyptij,qui regionem,quæ Oniæ dicitur,incolunt.Hos Antipater ut tribules in partes ſuas
traduxit,maximè cùm oſtendiſſet Hyrcani pontificis literas,in quib.rogabantur,ut amicos
ſe præberent Cęſari,eumq; commeatibus iuuarent,& rebus exercitui neceſſarijs. Qui moti
autoritate Antipatri ac pontificis libenter paruerunt:quod ubi audierunt qui Mēphim accolunt,& ipſi Mithridatem accerſiuerunt,& ille eò profectus hos quoq; adiunxit ſuis partibus.

Antipatri res geſtæ, & cum Cæſare amicitia. CAP. XV.

Mithridatis & Ægyptiorum concertatio.

POſtquam autem uentum eſt ad Delta quod uocant, conflixit cum hoſte circa lo- B
cum,qui Caſtra Iudæorum dicitur. Curabat autem dextrum cornu Mithridates,
ſiniſtrum Antipater. In ea pugna Mithridatis cornu inclinatū eſt,uidebaturque
cladem accepturum,niſi maturè præter fluminis ripam accurrens cum ſuis Anti-
pater,qui iam aduerſarios profligauerat,exemptis ſocijs periculo,AEgyptios,iā uincētes coe
giſſet terga uertere:qui adeò fugiētibus inſtitit,ut caſtra quoq; hoſtiū caperet: aduocato etiā
in prædæ partem Mithridate,quē inſectando hoſtem longè à tergo reliquerat.Is ex ſuis octin

Antipater à Mithridate, & Cæſare laudatur.

gētos deſiderauit,Antipater nō plus quinquaginta.Mithridates uerò de his Cæſarē per lite-
ras certiorem reddidit,ingenuè faſſus Antipatrum & ſalutis ſibi cauſam fuiſſe & uictoriæ:ita
ut Cæſar & tunc eū collaudauerit,& poſtea toto eo bello in rebus periculoſiſsimis eius forti
opera uſus fuerit:in quibus certaminibus etiam uulnera accepit. Quamobrem finito tandē C

Hyrcanus in Pōtificatu confirmatur, Antipater autem ciuitate donatur.

bello claſſe deuectus in Syriam Cæſar,magnos honores contulit,tum in Hyrcanū quē con-
firmauit in pontificatu,tū in Antipatrū quē ciuitate Romana & immunitate donauit.Non-
nulli uerò aiunt Hyrcanum ipſum huic expeditioni interfuiſſe,& in AEgyptum ueniſſe: At-
teſtatur mihi Satrabo Cappadox,ex autoritate Aſinij ſic ſcribens:Poſtq; Mithridates in AEgy-
ptum inuaſit,& cū eo Hyrcanus Iudęorū pontifex. Idē Strabo alibi ex autoritate Hypſicratis
ſic ſcribit:Mithridatem primò ſolum ueniſſe, accitū deinde ab eo Aſcalonem gubernatorē
Iudææ Antipatrum tria millia militum ei adiunxiſſe,& eiuſdem hortatu cæteros dynaſtas
ſocia arma contuliſſe,in hisq; Hyrcanū Pōtificem. Hæc Strabo.Eodem tempore etiam Anti-

Antigoni & Antipatri lis apud Cæſarem.

gonꝰ Ariſtobuli filius ad Cæſarē uenit, & queſtus eſt de patris infortunio,quòd propter ipſum D
ueneno extinctus fuiſſet Ariſtobulus,& frater ſuus à Scipione ſecuri percuſſus.rogabatq;,ut
ſui miſereretur,paterno principatu iecti.Præterea Hyrcanum accuſabat & Antipatrū,quòd
per uim principatum gentis gererent,nec abſtinuiſſent ab ipſius iniurijs.Antipater uerò cau
ſam ſuam egit diluens obiecta crimina:Antigonumq; ſeditionis & nouarū rerum ſtudioſum

Hyrcanus & Antipater corā Cæſare accuſantur.

Antipater Antigonum ſeditionis coarguit, ſuamq; cauſam agit.

eſſe coarguit:commemorabat etiam,quantum proximo bello laboraſſet pro Cæſare, ipſum
uerborū ſuorū teſtē adducēs.Ariſtobulū uūt meritò Romā uinctū pertractū,perpetuū hoſtē,
& inimicū populi Romani.Fratrē uerò huiꝰ cōuictū latrocinij debitas pœnas Scipioni dediſ-
ſe,& nō per iniuriā oppreſſum.Tū Cæſar oratione Antipatri motus,Hyrcanū pontificē decla

Hyrcanus pontifex, Antipater Iudææ procurator, declaratur.

rauit.Antipatro dynaſtiā quācūq; ipſe optaret obtulit,& procuratorē inſuper Iudęę declarauit.

Cæſarus literæ, & Senatuſconſulta de Iudæorum amicitia. CAP. XVI.

XVII.

Hyrcanꝰ mœnia patriæ collapſa reſtituendi facultatem adeptus.

HYrcano uerò etiā patriæ mœnia reſtituere pmiſit,rogāti hāc gratiā.iacebāt .n. uſq; E
ad id tempus,ex quo à Pompeio fuerāt diruta, deditq; hac de re in urbē literas ad
Cōſules,ut decretū hoc ſcriberetur in Capitolio,cuius ſenatuſcōſulti exemplū ſic
habet:L.Valerius L.F.Pr.retulit ad ſenatū idib.Decēbribus in æde Cōcordię,prę-

Iulij Cæſaris literæ.

ſente L.† Coponio L.F.& C.Papirio Quirino,de his,quæ Alexāder Iaſonis, Numeniꝰ Antio-

† *Ruffinus legit, Copinio.*

chi,Alexāder Dorothei,legati Iudęorū,uiri boni,& ſocij noſtri petierūt,renouātes ueterē er-
ga populū Rom.beneuolētiā:qui phialā & clypeū ex auro argumentū ſocietatis attulerūt,æ-
ſtimationis aureorū L.milliū.& literas petierūt ad liberas ciuitates ac reges, ut per regiones
eorū atq; portus tutò poſsint iter facere.Placuit igitur ſenatui eos in amicitiā & ſocietatē re-
cipere,& omnia quæ petierunt concedere,& allatū clypeum accipere.Hęc acta ſunt Hyrcani F
pontificatus & principatus anno nono,menſe Panemo.Quin & ab Athenienſibus honor ha
bitus eſt Hyrcano,quęſitus beneficijs:miſeruntq; ad eum decretū ſcriptū in hanc ſententiā:

Athenienſiū decretum in Hyrcani honorem.

Sub iudice & ſacerdote Dionyſio Aſclepiadis,Panemi menſis luna uigeſima,oblatum eſt du
cibus decretū Athenienſiū,Agathocle principe: de quo Eucles Menandri Alimuſius ſcriba
retulit Munychionis undecima,cōcilio iudicū facto in theatro:ſuffragia collegit Dorotheus
ſūmus ſacerdos,& aſſeſſores ex populo.Dionyſius Dionyſij dixit:quoniā Hyrcanus Alexādri

pontifex

A pontifex Iudæorum ac ethnarcha perpetua tã publicè, quàm priuatim, ciues noſtros beneuolentia proſequitur, nullã benè merẽdi occaſionẽ prætermittẽs: & quotquot Athenienſiũ uel propter legationes, uel propter priuata negotia illuc deueniunt, acceptos comiter, deducẽdos etiã curat in reditu, idq; multorum conſtat teſtimonijs: uiſum eſt nunc Theodoſio Theodori referẽte, & populũ de huius uiri uirtute cõmonefaciente, quàm propenſus ſit ad benemerendũ de noſtris ciuibus, honorare hunc uirũ uirtutis ergô corona aurea ſecundũ legẽ, & ponere ei effigiẽ aureã in tẽplo Demi & Charitũ: & præconis uoce promulgari eã coronam in theatro Liberalibus, dũ nouæ tragœdiæ aguntur, & Panathenæis & Eleuſinijs, & in gymnicis certaminibus. Curæque eſſe noſtris ducibus, ut dum ille in amicitia noſtra perſeuerat, ut quicquid in honorem eius & gratiam pro fauore & meritis excogitauerimus, exe-
B quãtur ſedulò: quò perſpicua ſit omnib. populi noſtri erga bonos uiros gratitudo ac beneuolẽtia, & huiuſmodi honorib. plures ad benemerendũ de nobis inuitentur. Eligi etiã legatos idoneos ex omni Athenienſiũ numero, qui ad illũ decretũ hoc perferãt, hortenturq; ut acceptis his honorib. certet nobiſcum beneficijs. & hactenus de collatis à populo Rom. & Athenienſi in Hyrcanũ honoribus. PORRO Cæſar ordinatis rebus Syriæ cũ claſſe profectus eſt. Antipater aũt deducto Cæſare in Syriã reuerſus, ante omnia diſiecta per Pompeium mœnia reſtituit, & obeundo prouinciã, nouarum rerũ cupidos cõpeſcuit, tum minis agens tum cõſilijs. Fore enim, ut ſi Hyrcano cõtẽti ſint principe, feliciter degãt fruendo ſuis quiſq; poſſeſſionibus. Sin nouas ſibi ſpes polliceantur, & lucra ex rebus turbaris captent, ſe quidem pro præſide habituros dominum, Hyrcanum uerò pro rege tyrannum, tum Romanos atq;
C Cæſarem acerbos hoſtes pro principibus. Hos enim nequaquam laturos mutari aliquid ex his, quæ ipſi conſtituerint: atq; his monitis ille regionem totam compoſuit. XVIII. *Antipater Iudæos Hyrcano conciliat.*

Antipater ex filijs ſuis Herodi Galilææ, Phaſaelo Hieroſolymorum regimen committit, & Sex. Cæſar Herodem magnum ac illuſtrem reddit.

CAP. XVII.

AEterùm cùm Hyrcanum ſtupidũ ac ſegnem animaduerteret, Phaſaelum è liberis ſuis natu maximum Hieroſolymis & circumuicinæ regioni ducẽ cõſtituit. Herodi ſecundo Galilæam curandã cõmiſit, etiam tum admodum adoleſcenti, nec excedenti annum quintumdecimum, quod tamen illi nihil obfuit, ſed quia fuit generoſo ingenio præditus, confeſtim occaſionem inuenit, quomodo poſſet uirtutem ſuã
D oſtendere. Cõprehenſum enim Ezeciam primarium latronẽ, & cæterorum ducẽ, Syriæ fines incurſare ac prædari ſolitum, affecit ſupplicio cũ multis latrocinij ſocijs: quod eius factum magnã ei apud Syrios cõciliauit gratiã, nihil magis cupientes, quàm repurgari tandẽ regionẽ à prædonibus. Decãrabãt igitur eũ hoc nomine per uicos & oppida, ut autorẽ pacis & fruendi ſecurè poſſeſſionibus. Quin & Sex. Cæſari per hoc factũ innotuit, cognato magni Cæſaris & tum adminiſtranti Syriam: quapropter etiã Phaſaelus excitatus eſt ad æmulationẽ fraternæ gloriæ, nolens uirtutis laude haberi inferior: nihilq; magis ſtuduit, quàm gratioſus eſſe apud Hieroſolymitanũ populum, omnia negotia publica per ſe obeundo, & in eis cũ magna gratia uerſando, nec abutendo poteſtate ad cuiuſquã iniuriam: quo factum eſt, ut Anti-
E pater haud ſecùs quàm ſi rex eſſet à tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qualis nõ dedeceret dominum: nec tamen rebus tã ſecũdis more cæterorum hominũ deprauatus eſt, quò minus Hyrcano fidẽ ſeruaret atq; amicitiam. Cæterùm optimates Iudæorum uidẽtes eum cum filijs tantoperè creſcere, tã fauore gentis, quàm Hyrcani pecunijs & percipiendis ex Iudæa reditibus, malignè erga eum affecti erant: iã enim amicitiã contraxerat cum Romanis imperatoribus, & perſuaſo Hyrcano, ut pecuniã eis mitteret, ipſe huius muneris ſibi uſurpauit gratiã. Miſit enim tanquã de proprio, & nõ quaſi ab Hyrcano acceptã. Hæc Hyrcanus audiens adeò nihil curabat, ut gaudere etiã facto uideretur. Sed maximè terrebat Iudæorũ primates uiolentũ ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntesq; Hyr-
F canum apertè iã incuſabant Antipatrum. Quouſq; tandẽ diſſimulabis, quæ geruntur quotidie? annon uides Antipatrũ cum filijs ſuccinctos principatus opibus, tibi uerò præter inane regni nomẽ nihil fieri reliquũ? Sed caue iſta neſcias, néue te tutũ putes, incolumitatis tuæ atque regni iuxtà negligẽs: neq; n. procuratores tuos ampliùs agũt: noli falli hac opinione: ſed iã ex profeſſo dominationẽ exercẽt. Nã Herodes Ezeciã cũ pleriſq; alijs interfecit, cõemptis noſtris legibus, quæ hominẽ quantũuis ſceleſtũ nõ ſinunt affici ſupplicio, niſi priùs damnatũ ex ſententia iudicũ: iſte uerò hoc auſus eſt, cùm à te poteſtatẽ hãc acciperet. Tãdem Hyrcanus his auditis motus eſt: accenderunt autem eius iram matres etiã eorũ, quos Herodes necauerat,

Antipater Phaſaelum Hieroſolymis, Herodem uerò Galilææ præfecit.

Herodis prudentia.

Herodes Ezeciã latronem interficit.

Antipater regio honore ornatur, & fidei ſimul ac amicitiæ cũ Hyrcano contractæ nõ obliuiſcitur.

Antipater Hyrcani pecunijs Romanos ſibi patronos: Iudæos autem infenſos reddit, at apud Hyrcanũ à Iudæorum primatibus accuſatur.

Herodes Antipatri filius tyrannidis & miſtitiæ inſimulatur, &

cauerat,nam hæ per singulos dies in templo non desinebant precibus suis tum regem, tum populum obtundere,rogantes,ut Herodes coram consessu iudicum facti sui rationē cogeretur reddere.Permotus igitur his hominem ad iudicium & dicendam causam euocat: at ille præstò fuit,præmonitus tamen à patre,ut non priuati more, sed cum comitatu ad se tuendū idoneo ueniret.Ergò ordinatis Galilææ rebus,quemadmodū existimabat sibi cōducere, mediocrē,sed tamen sufficientem sibi manum adiunxit in itinere, ne uel Hyrcanum terreret, si plures adduceret,uel ipse sine tutela subiret iudicij periculum.Quin & Sex. Cæsar præses Syriæ scripsit ad Hyrcanum,ut eum absolueret,minis si contrà feciſſet additis. Quod quidē facilè ab illo impetratum est,ne qua tristiore iudicum sententia feriretur, quandoquidē amabat eum non secùs atq; filium. Cumq; constitisset ante iudiciū, unà cum suis,omnes sunt attoniti,nec quisquam eorum,qui absentem accusauerant, ausus est hiscere: sed hærebāt inopes consilij. Tum unus quidam Sameas nomine,uir iustus,& ob hoc inuictus terroribus, assurgens sic exorsus est:Equidem iudices,tuq; rex,nec ipse unquā uidi quenquā, qui ad causam apud nos dicendam uocatus ad hunc modum comparuerit, nec uos puto posse proferre huiusmodi quempiam:sed quisquis hactenus apud hunc cōsessum iudicandū se præbuit, humilis uenit,& habitu timentis periculum,ac captātis misericordiam,atratus & promisso capillitio:at bonus iste Herodes cædis reus,& tam graui obnoxius crimini, adstat hic purpuratus & crine bellè composito,cum armatis stipatoribus:ut si capitalem secundum leges sententiam in eum tulerimus,nobis mactatis ipse euadat illata ui legibus. Verùm isti non succenseo,quòd maiorem incolumitatis suæ, quàm legum rationem habeat, sed uobis magis & regi,qui hanc ei concessistis licentiam. Scitote tamen potentem esse Deum, & quòd iste, quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis,& uos aliquādo & regem ipsum puniet.Nec uanus fuit uates.nam Herodes regnum adeptus,omnes illos iudices & Hyrcanum ipsum sustulit,excepto uno Samea:hunc enim in honore habuit propter iustitiā, & quia pòst obsessa urbe ab Herode ac Sosio admittendi Herodē autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationem illius effugere:sicut suo loco dicetur. Porrò Hyrcanus animaduertens iudices propensiores ad damnandum Herodem,rem in sequentem diem distulit,& clàm eū admonuit,ut fuga sibi consuleret,sic enim euasurum esse periculum: atq; ita ille secessit Damascum,quasi regem fugiens:cumq; conueniſſet Sex.Cæsarē, & res suas in tuto collocasset, palàm præ se tulit,quòd non esset comparitur,si denuò citaretur ad iudices.Illi uerò indignabantur,& conabantur Hyrcanum docere,quòd in ipsius perniciē hæc omnia tenderent: qui non ignorabat quidem eos uera monere,sed nihil expedire poterat ob ignauiam & amentiam.Cæterùm cùm Sex.Cæsar accepta pecunia Herodem præfeciſſet Cœlesyriæ, uehementer timuit ne ille contra se duceret. Nec eum sua fefellit opinio. Iratus enim,quòd uocatus fuisset ad causam dicendam, ueniebat cum exercitu: sed patris ac fratris occursu & precibus cohibitus est,quò minus inuaderet Hierosolyma,placantium eum & rogātium, ut terruisse contentus,re ipsa læderet neminem,néue ulteriùs aduersus autorem suæ dignitatis procederet.Debere etiam eum non tam meminisse,quòd citatus sit,quàm quòd absolutus etiam, & gratiam habere,quòd nihil triste passus,abierit incolumis. Cogitandum quoq;, quàm periculosa sit belli alea:& quòd Deus arbitratu suo his uel illis annuat uictoriam: atq; eo minus tum eam esse sperandam,quando non solùm contra regem suum & altorem bellū moueat, uerumetiam benemeritū,ipse nulla affectus iniuria.Nam quòd eum nō propter se, sed propter improbos consiliarios accusauerit,in eo suspicionem tantùm & umbram præbuisse periculi. Paruit his monitis Herodes,ratus sufficere sibi adfuturas spes, quòd potentiam genti declarauerit:atq; eo tum in statu res fuerunt Iudaicæ. CAETERVM Cæsar Romā reuersus,expeditionem parabat in Africam contra Scipionem & Catonem. tum Hyrcanus per legatos eum rogauit,ut confirmaret cœptam societatem & amicitiam.Nunc uidetur mihi operæpretium percensere omnes honores genti nostræ à Romanis Imperatoribus habitos,& inita cum eis fœdera,ut uniuersis notum sit,quòd tam ab Europæ quàm ab Asiæ regibus obseruati fuerimus,propter fidem ac fortitudinem. Quoniam autem multi nos odio habētes non credunt de nobis Persicarum uel Macedonicarum rerum scriptoribus, quod ea monumenta non ita peruulgata sint,apud nostrates seruata & alios quosdā barbaros, certè Romanorū decretis contradicere non poterunt: nam hæc & publicè dedicata sunt in urbibus atq; etiam in Capitolio,& columnis insculpta sunt æreis. Quin & Iulius Cæsar apud Alexandriā attestatus est Iudæis inscriptione columnæ æreæ, quòd Alexandrinæ ciuitatis ius habeant. Quare his argumētis usurus sum. apponam etiam senatusconsulta & decreta Iulij Cæsaris, quæ

in ius ab Hyrcano uocatur.

Sex. Cæsar Hyrcano, ut Herodē absolueret, scripsit.

Sameas aduersus Herodem dicit.

Sameas iudicibus cæteris omnibus ab Herode trucidatis, in honore habitus.

Herodes ab Hyrcano admonitus incolumitati suæ fuga consuluit.

Hyrcanus ignauiæ & imprudentiæ increpatur.

Herodes Cœlesyriæ præfectus Hyrcano aduersari auspicatur, & Hierosolyma copias ducens à patre & fratre placatur.

XIX. A.M. 3926. Ante Chr. nat. 45.

De honoribus, quos Iudæis exhibuere Romani.

Iulij Cæsaris in Iudæorum gratiā decreta scripta, & Sydonijs transmissa.

A quæ ad Hyrcanum & noſtram gentem attinēt.C. Iulius Cæſar Imp.& pont.max.dictator iterum,Sidoniorum magiſtratibus ſenatui & pop. ſalutem. Si ualetis bene eſt: ego quidem & exercitus ualemus.Mitto uobis exemplum tabulæ,quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Iudæorum ethnarcham ac pontificem attinet, ut in publicis ueſtris monumentis reponatur, inſcriptum Græcis & Latinis literis in ærea tabula. Eſt autem hoc. Iulius Cæſar Imp.iterū & pont.max.de conſilij ſententia decreui.Quoniam Hyrcanus Alexandri filius Iudæus & nūc & præteritis temporibus, tam pace quàm bello bonā ac fidelem operam in noſtris negotijs præſtitit,ſicut ei multi Imperatores atteſtati ſunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium uenit cum M.D.militibus,& ad Mithridatem à me miſſus uirtute ceſſit nemini: has ob cauſas Hyrcanum filium Alexandri & eius liberos ethnarchas Iudæorum eſſe iubeo,& pon-
B tificatum Iudæorū perpetuò retinere more patrio, eſſeq; ipſum & filios eius noſtros ſocios, & in amicorum noſtrorum recipi numerum. Iura quoq; omnia pōtificialia habere ipſum & filios decerno:& ſi qua controuerſia exorta fuerit de Iudaica diſciplina, iudiciū penes ipſum eſſe: ad hæc nec hyberna militi debere,nec pecunias ab eo exigi.C. Cæſaris conſulis placita, conceſſa,decreta,ſic habent:ut filij principatum gentis Iudæorum,& data ſibi loca poſſideāt: ut pōtifex ipſe ac ethnarcha Iudæorum iniuriam paſſis præſit: utq; ad Hyrcanum Alexandri filium Iudæorum pontificem mittantur legati acturi de ſocietate & amicitia.dedicariq; æreā tabulam hæc continentem in Capitolio,& apud Tyrum, Sidonem, Aſcalonem, in templis, inſcriptam Romanis atq; Græcis literis: utq; hoc decretum apud omnes omnium urbium
C quæſtores ac magiſtratus publicetur, quò pro amicis habeantur, & legatis eorum hoſpitia præbeantur,& decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæſar Imperator,dictator,conſul, honoris,uirtutis & benignitatis cauſa,conceſſit in commodum S.P.Q.Romani, Hyrcanum Alexandri filium eiusq; filios pontifices ac ſacerdotes eſſe Hieroſolymorum totiusq; gētis, iure quo & maiores eorum hoc ſacerdotium geſſerunt. C. Cæſar quintum Cos.decreuit habere & munire Hieroſolymorum urbem,& gubernare eam Hyrcanū filium Alexandri pontificem Iudæorum ac ethnarcham ſecundum ſuam uoluntatem, & ut Iudæis ſecundo locationis anno de reditibus eorum ſubducant,immunesque ſint ab angarijs & uectigalibus.C. Cæſar Imp.iterum, ſtatuit ut ſingulis annis tributa pendant Hieroſolymitani pro ſua ciuitate,Ioppe excepta,abſq; anno ſeptimo,quem Sabbaticum nominant,quoniam in eo neq; fru-
D ctus arborum colligunt,neq; ſeminant: utq; in Sidone ſecundo quoq; anno tributū reddāt quartam partem ſatorum:& ad hæc Hyrcano eiusq; filijs decimas perſoluant, ſicut hactenus eorum maioribus.Vtq; nullus uel præſes uel dux uel legatus in finib.Iudæorum auxilia colligat:néue militibus liceat pecunias ab his exigere,uel hybernorum uel quocunq; alio nomine:ſed ſint immunes,ab omnibus moleſtationibus. Quæcunque etiam poſtea parauerunt uel emerunt,his omnibus fruantur.Ioppen præterea,quam ab initio habuerunt Iudæi,dum in populi Rom.amicitiam reciperentur,placere ipſorum eſſe,quemadmodum antea. Tributa quoq; eius oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cum ſuis filijs,tam ab eius agri aratoribus quàm uectigalium portus nomine,& eorum quæ Sidonem exportantur,annua mo-
E diorum XXMDCLXXV.excepto anno ſeptimo,quem uocant Sabbaticum,in quo neq; arant,neq; de arboribus fructus colligunt. Vicos item quos in Magno campo Hyrcanus & ſui maiores ante eum poſſederunt,placet ſenatui eundem Hyrcanum & Iudæos etiam nunc habere,iure quo & antea habuerunt.Manere etiam iura quæ ab initio inter Iudęos & eorum pontifices fuerant,& quæcunq; beneficia à S.P.Q.R.conceſſa. Præterea eodem iure licere illis uti & in Lydda.Loca etiam,agros,habitationes,quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom.poſſederant,placere ſenatui,ut Hyrcanus Iudæorum ethnarcha habeat:eſſeq; ius Hyrcano eiusq; filijs & legatis ab eo miſſis ludos & gladiatores ſpectandi inter ſenatores ſedētibus.Vtq; quotieſcunq; poſtulauerint à dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur,& reſponſum eis omnibus intra decem dies reddatur,ſi quid à ſenatu decretum fuerit.C.Cæſar Imp.IIII.Cos.V.perpetuus dictator,huiuſmodi uerba fecit de iure Hyrcani Alexandri filij pontificis Iudæorum ac ethnarchæ. Quandoquidem
F mei anteceſſores Imperatores teſtimonium reddiderunt Hyrcano Iudæorum pontifici Iudæisq; tam in prouincijs quàm apud S.P.Q.R.& hoc nomine S.P.Q.R.ei gratias egit,æquum eſt nos quoq; horum meminiſſe,& dare operam,ut Hyrcano ac Iudæorū genti filijsq; Hyrcani à S.P.Q.R.pro ſuo erga nos fauore gratia referatur.C.Iul.Cos.Parianorum magiſtratibus,S.P.Q.Sal.Acceſſerunt me in Delo Iudæi & quidam de colonijs Iudæorum, præſentib. etiam ueſtris legatis,& indicauerunt mihi decretum, quo uetatis eos uti patrijs ſacrificijs &

C. Cæſaris decreta.

Sabbaticus annus.

Iudæorum libertas.

Hyrcano prouentus annui & loca adiudicātur.

Caij Iulij Cos. decreta.

ritibus: mihi uerò non placet talia decreta aduersus amicos nostros & socios fieri, uctariq; A
eos uiuere suis moribus, & conferre pecunias in sodalitates ac sacrificia, quandoquidem nec
Romæ hæc facere uetantur. Nam C. Cæsar Cos. in edicto quo interdixit in urbe sodalitia, hos
solos neq; pecunias conferre, neq; sodalitates parare uetuit. Ego quoq; cùm alia sodalitia in-
terdixerim, hos solos sino secundum patrios mores ac leges conuenire. Quapropter æquum
est etiã uos si quod decretũ fecistis contra amicos nostros & socios, id abrogare propter eorũ
Hyrcani legati ad Senatum introducuntur. uirtutẽ, & erga nos beneuolentiam. Post mortem autem Cæsaris M. Antonius, P. Dolobella
Coss. aduocato senatu & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum postulatis, & ami
citiam cum eis renouauerunt, & quicquid petierunt, senatusconsulto eis decretum est. Do-
lobella etiam acceptis ab Hyrcano literis scripsit per uniuersam Asiam, & primæ eius pro-
Dolobellæ decretum Ephesijs exaratum. uinciæ ciuitati Ephesiorum, in hunc modum: Dolobella Imperator Ephesiorum magistrati- B
bus, S. P. Q. Sal. Alexãder filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Iudæorũ,
mihi retulit de ciuibus suis, quòd militare non possint, cò quòd neque arma gestare, neque
iter facere eis fas sit diebus sabbatis, neque uictum more patrio possent sibi quærere. Quam-
obrem ego quoque quemadmodũ alij ante me Imperatores, immunes eos uolo à militia,
permittoq; ut patrijs utantur moribus, cõuenientes sacrorum causa sicut leges eorũ postu-
lant, & conferentes in offerenda templo sacrificia: uoloq; ut hæc ipsa scribatis per urbes pro-
L. Lentuli Cos. pro Iudæis decretum. uinciæ singulas. Atq; ita Dolobella Hyrcano per literas rogãti gratificatus est. L. autẽ Lẽtulus
Cos. pro sententia dixit: Iudæos ciues Romanos templa Iudaica habentes & facientes, Ephesi
in tribunali religionis ergò esse immunes à militia, pnũciaui duodecimo calẽdas Octobreis. C

QVAE SEQVVNTVR IN EXEMPLARI GRAECO
nostro non habentur, quia tamen & hæc in Russini uersione erant, ne
quid sedulus Lector desideraret ea apponi curauimus.

Decreta Deliorum. *Decretum Deliorum sub præside Bioto: mense Thargelione, uicesima die ad titulationem iudicũ. Marcus Phison legatus, aduenies in ciuitatem nostram, pro delectu militum conuocãs nos, & mul-*
tos ciuium, præcepit ut si qui essent Iudæi ciues Romani, nequaquã militare cogantur, eò quòd Cor-
nelio Lentulo consuli religionis causa Iudæos dimittere placuit. Quapropter obedire cõsuli uos opor-
C. Fannij consulis. *tet. His similia Sardiani quoq; de nobis decreuerunt. Caius Fannius Caij filius, dux, consul, magi-*
stratibus Coorum salutem. Volo uos scire, quomodo legati Iudæorum adierunt me, petendo accipere
Senatusconsulta pro ipsis constituta, quæ etiam subiuncta sunt. Igitur uolo uos curare uel prouide- D
re his hominibus secũdum Senatusconsultum, quatenus per uestrã prouinciã incolumes ad propria
reuertantur. Lucius autem Lentulus consul dixit: Ciues Romanos Iudæos, qui templa Iudaica habe-
re Ephesi uidentur, religionis causa dimisi. Hoc factum est duodecimo Kalendarum Iuliarum. Lu-
L. Antonij. *cius Antonius, Marci filius, uicarius ærarij uel proconsul, Sardianorum magistratibus, curiæ & po-*
pulo salutem. Iudæi ciues nostri adeuntes probauerunt nobis consilium habuisse proprium, secundũ
patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia uel iudicia inuicem mouent: & hoc petie-
runt, quatenus liceat illis hoc facere, quod custodiri uel permitti decreui. Marcus Publius filius Pu-
M. Publij. *blij, & Marcus Lucius Marci Publij filius dicunt: Lentulum proconsulem adeuntes intimauimus ei,*
de quibus Dositheus Cleopatridæ filius Alexandrinus uerba fecit, ut ciues Romanos Iudæos templa E
Iudaica facere solitos, si illi usum fuerit religionis causa eos fecisse, dimittat: & dimisit duodecimo
Kalendas Iulias. Lucio Lentulo & Caio Marcello consulibus, Lentulus decretum protulit. Ciues Ro-
manos Iudæos, sacraria Iudaica facere solitos, Ephesi ante tribunal religionis causa dimisi. Laodi-
censium princeps C. Rabilio Caij filio consuli salutem: Sosipater Hyrcani principis sacerdotum lega-
tus, porrexit nobis epistulã tuam, per quam designauit nobis, ab Hyrcano principe & sacerdote Iu-
dæorum destinatos quosdam cum literis pro sua gente conscriptis, quatenus sabbata Iudæis liceat
secundum patrias leges celebrare, ut ne quis eos quicquam impediat: quoniam amici & auxiliato-
res nostri probantur: aut ne quis eis uiolentiã inferat in nostra prouincia: & licet Tralliani palàm
dicant, non sibi placuisse, quæ pro his decreta sunt, tamẽ præcepisti hæc ita fieri. Postulamus autem
ita, ut & nobis eadem de his scribas obsequentibus tuis præceptis. Epistolam autem porrectam susce- F
pimus, quã reposuimus inter publica nostra monumẽta: & de reliquis quæ præcepisti prouidemus,
P. Seruilij. *quatenus in nullo culpemur. Publius Seruilius, Publij Galbæ filius, proconsul, Milesiorum magistra-*
tibus, curiæ & populo salutẽ. Pritanis Mercurij filius ciuis uester, dum in Trallibus negotia tracta-
rem, insinuauit mihi, præter nostram sententiam Iudæis uos inquietudinem inferre, & prohibere
eos sabbata celebrare, uel templa patria perficere, fructusq; sua consuetudine colligere. Volo igitur
uos scire, quomodo audiens uerba eius uel eorum, qui contra eum differebant, decreui ne prohiberẽ-
tur.

A tur. Decretum Pergamenorum ſub iudice Cratippo, menſe Deſio ſententia principum. Quomodo Romani ſequentes ſuos maiores, pro communi omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate, uel firma pace conſiſtere. Cùm tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Iudaeæ legatos, Stratonem Theodori, Apollonii Alexandri, Aeneam Antipatri, Ariſtobulum Aminta, Soſipatrum Philippi, uiros optimos, & hi ſingula demõſtraſſent, decreuit Senatus de his, quæ poſtulauerunt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius lædat Iudæos auxiliatores Romanorum, imò ut & caſtella & portus, uel prouinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit, redderet: & liceat eis à portubus deportare quæ uolunt, & ut nullus rex, uel populus à portubus Iudæorum ſeu uectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemæo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his, & amicus noſter exiſtit, imò etiam cuſtodiam à Ioppe depelli, ſicut Pergamenorũ.

B petiuerunt. Noſtra uerò curia Lucius Peticus uir optimus, iuſſit ut hæc fieri ita curemus, quẽadmodũ Senatus decreuit, & prouideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, uel in conuentu ſuſcepimus: qui cùm nobis epiſtolam, & Senatuſconſultum porrexiſſet, uerba faciens, demonſtrauit Hyrcani uirtutem & liberalitatem, quia publicè uel priuatim cunctis prodeſt, qui adeũ conuenerint: Literas uerò inter publica conſcripta repoſuimus, & nos quoq; omnia pro Iudæis agere, tanquam auxiliatores Romanorũ, ſecundũ Senatuſconſultũ decreuimus. quippe etiã poſtulauit Theodorus dum epiſtolã nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantis noſtri populi ſententiam, & petentis cuſtodiri uel ampliari noſtras cum eis amicitias, & ut meminerit temporibus Abrahã, qui omnium Iudæorum pater extitit, noſtros maiores amicos ei fuiſſe, ſicut & in publicis conſcriptis inC uenimus. Decretum Alicarnaſſæorum ſub ſacerdote Memnone Ariſtidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro inſinuante, quomodo Iudæi pietatis ſtudium omni tempore habent, populi Romani omnium hominum benefactores, pro Iudæorum amicitijs uel auxilijs ad noſtram ciuitatem præcepta miſerunt, quatenus permittantur immolationes Deo ſolennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Iudæis uiris uel mulieribus ſabbata celebrare, uel ſacrificia producere ſecundum leges Iudaicas. Si quis uerò hos prohibuerit militiæ reus, & debitor ciuitatis exiſtat. Decretum Sardianorum. Placuit curiæ uel populo, ducibus intimantibus, quomodo noſtram ciuitatẽ habitãtes Iudæi, multa uel maxima beneficia à populo ſæpè meruerunt: nunc quoq; cùm ingreſſi fuiſſent in curiam populũ petere, quatenus ſuis legibus & libertate data à Senatu popu. oq; Romano ſecundum conſuetudinẽ congregentur, & iudicia ſua diſponant, datus eſt illis locus, in quo cum uxoribus, uel filijs poſſint ceAlicarnaſſæorum. Sardianorũ, &

D lebrare Deo patrias orationes. Igitur uiſum eſt curiæ uel populo, concedere eis conuenientibus certis diebus agere ſecundum ſuas leges: deputari etiam eis locum, quem aptum ædificationibus uel habitaculis putauerint. Habeant etiam curatores annonæ ciuitatis diligentiã, ut ſiqua opus habuerint alimenta, faciãt eis introduci. Decretum Epheſiorum ſub iudice Minophilo. menſe Arthemiſio, prima die. Nicanor Euphimi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus quomodo interpellauerunt in ciuitate Iudæi, Marco Iulio Bruto proconſule, quatenus agerent ſabbata & omnia facerent ſecũdum patrias leges, nemine penitus impediente, proconſul conceſſit, placuitq; populo propter Romanos: nullum prohiberi obſeruare ſabbatorum diem: imò concedere eis omnia facere ſecundum Iudaicas ſuas leges. Hactenus ex Ruffino. Epheſiorum.

Multa igitur extant & alia huiuſmodi ſenatuſconſulta & Imperatorum decreta ad Hyrca-

E num & gentem noſtram aliasq; urbes, & reſcripta de iure noſtro ad prouinciarum præſides, de quibus propter hæc quæ hoc loco inſeruimus credere facile eſt his, qui noſtra ſcripta candidè lecturi ſunt. Quando enim tam manifeſta argumenta exhibuimus noſtræ cum populo Romano amicitiæ, oſtenſis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc uſque durantibus, duraturisque in poſterum, omnia hic apponere ſuperuacaneum ac moleſtum duximus, exiſtimãtes neminem fore tam difficilem, ut de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris coniecturam faciat nos uera dicere. Satis ergo iam declarata ſit, quę per ea tempora nobis cum populo Romano interceſſit amicitia & ſocietas. Incidit autẽ eiſdem temporibus tumultus in Syria ex cauſa huiuſmodi. Cecilius Baſſus unus è Pompeianis per inſidias interfecto Sexto Cæſare ipſe occupauit prouinciã cum legionibus. Quo

F facto magnum bellum exortum eſt circa Apamiam, Cęſarianis ducibus contra eum uenientibus cum equeſtribus ac pedeſtribus copijs: ad quos & Antipater miſit auxilia cum filijs, memor beneficiorum acceptorum à Cæſare, ideoque repetendas pœnas ab eius interfectore iuſtùm exiſtimans. Id bellum dum trahitur, Marcus uenit Sexti ſucceſſor, & interim Cæſar ab his qui cum Caſsio & Bruto cõiurauerant in ſenatu occiditur, exactis in principatu ſuo tribus annis cum dimidio, ſicut & alibi memoriæ proditum eſt. Tumultus in Syria exoritur. Sex Cæſaris obitus. A. M. 3928. Ante Chr. nat. 43. Iulij Cæſaris mors.

XX. *Cassius afflictis Iudæis insuper octingenta talenta ab eis exigit.* CAP. XVIII. A

Cassius in Syriã uenit, Marcũ & Bassum in suas partes pertrahit, & Iudæam affligit.

DEllo deinde ciuili post cædem Cæsaris exorto, consularibus alijs aliò discurrentibus ad parandos exercitus, Cassius in Syriam uenit occupaturus eum qui circa Apamiam erat exercitum: solutaque obsidione tam Marcũ, quàm Bassum in suas partes pertraxit: obeũdoq; ciuitates cõparabat arma & milites, tributa etiã exigẽdo grauia: sed maximè Iudææ afflixit, plus q̃ septingẽtis argenti talẽtis imperatis. Tum Antipater res ubiq; turbatas uidẽs, partẽ eius pecuniæ duobus filijs exigendã cõmittit, partem Malicho sibi parũ amico, partẽ quibusdã alijs: & primus Herodes ex Galilæa quantũ imperatum erat afferens, maximã apud Cassiũ gratiã iniit. prudens. n. illi uidebatur consilium, iam tum Romanorum alieno sumptu captare beneuolentiã. Sub alijs aũt procuratoribus ipsæ ciuitates

Herodes Cassiũ sibi coniungit.

Malichus Antipatro insidiatur.

uenum dabãtur unà cum suis habitatorib. quarũ quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, B
Lydda, Thamna: nã earũ plebes Cassius hastæ subiecit. adeò aũt exacerbatus erat, ut etiã Malichũ interfecturus fuerit, nisi Hyrcanus per Antipatrũ centũ talẽtis de suo missis, furorẽ eius lenijsset. At ille post Cassij discessum maximè insidiatus est Antipatro, per huius mortẽ Hyrcani dominationi securitatẽ se paraturũ existimãs. nec tamẽ latuerũt Antipatrũ eius cõsilia: nã cùm hoc sensisset, ultra Iordanẽ profectus copias colligebat tũ ex indigenis, tũ ex Arabibus. Verùm Malichus uir callidus inficiabatur insidias, deierãs apud Antipatrum & filios, q̃

eidem reconciliatur,

Phasaelo Hierosolymorũ præsidiũ tenẽte, Herode uerò habẽte armorũ custodiã, ne in mentẽ quidẽ sibi unquã tale aliquid uenerit. & uidẽs nõ succedere quod ꝓposuerat, recõciliatus est Antipatro, Marco Syriæ præsidẽte: qui postquã intellexit res nouas in Iudæa molitũ Malichũ, minimũ abfuit, quin eũ interficeret, quẽ tamen Antipatri precibus donauit incolumẽ. C

Malichus per insidias Antipatrum ueneno tollit. CAP. XIX.

A. M. 3929. Ante Chr. nat. 42.

ED Antipater imprudens seruauit Malichũ, ut se perderet. nam Cassius & Marcus coacto exercitu Herodẽ totius Cœlesyriæ ducẽ fecerunt, attributis ei nauali bus, equestribus, & pedestribus copijs, regnum etiã polliciti post finitum bellũ, quod tum gerebant cõtra Antonium & iuniorem Cęsarẽ. Malichus uerò tum maximè timens Antipatrum, decreuit è medio tollere: corruptoq; pincerna Hyrcani, apud quẽ ambo epulabantur, ueneno necauit hominem, & assumpta armatorum manu susc epit ciuitatis gubernacula. Cęterùm postq; Herodi ac Phasaelo innotuerunt structę in parentẽ insidiæ, indignantibus illis Malichus strenuè pernegauit omnia: atq; hic fuit finis Antipatri, uiri iusti ac D
pij, & patriæ amantissimi. Ex filijs aũt alter Herodes confestim uolebat patris mortẽ ulcisci, & cum exercitu aggredi Malichum: sed Phasaelo grandiori magis placuit dolo circũuenire hominem, ne uideretur ciuile bellum incipere: itaq; accepta Malichi satisfactione simulauit se credere, nõ esse illum paternæ necis conscium: seq; uertit ad excolendũ monumentũ quod patri struxerat. Interim Herodes ueniens Samariã, eamq; numis afflictam offendens, refouere eam cœpit, & iura reddendo controuersias ciuiũ dirimere: non multò autem pòst instante Hierosolymis festo, & ipse uenit in urbem cum militibus: quẽ Malichus metuens Hyrcano suasit, ne eum intrare permitteret: id quod Hyrcanus fecit, prætexẽs nefas esse sanctis populi cerimonijs profanam turbam superinducere. At Herodes contempta obnunciatione noctu urbem ingressus est, & Malichum uehementer perterruit: at ille solitarum artiũ non E
immemor, palàm lachrymabundus conquerebatur de Antipatri tanquam amici interitu, clàm uerò parabat sibi satellitium: quare uisum est Herodis amicis simulationem hanc, non coarguere, sed ad uitandam suspicionem uicissim comiter tractare Malichum.

Herodes iussu Cassij Malichum dolo interficit. CAP. XX.

Herodis & Phasaeli de Malicho interficiendo cõsilium.

Malichus Samariam uenit, & aduentu Herodis nocturno perterritus Antipatri interitum deplorat.

ATramẽ Cassio de patris obitu significauit per literas: & ille qui nõ ignorabat mores Malichi, rescripsit ut ulcisceretur parẽtis iniuriã: clàm etiã mãdauit Tribunis apud Tyrũ agẽtib. ut adessent Herodis iustis conatib. Cũq; capta à Cassio Laodicea, simul ad eũ uenirẽt afferẽtes coronã & pecuniã, Herodes expectabat daturũ esse illic pœnas Malichũ. At ille circa Tyrũ Phœnices suspicione cõcepta, maiora moliri cogitauit: & quia filius eius obses in ea urbe seruabatur, decreuit eã ingredi, & furtim illũ in Iudęã abducere: & occupato cõtra Antoniũ Cassio, gẽte ad defectionẽ cõcitata, sibijpsi principatum eius acquirere. Sed consilijs eius fortuna aspirare noluit, & Herodes homo callidus, F

Malichus letho ultimus ipse datus.

intellecto eius proposito, præmisso famulo quasi ad parandam cœnam, quia comites omnes inuitauerat, re autem uera ad tribunos, iussit eos Malicho cum pugionibus occurrere: illi uerò egressi, & nacti eum prope urbem in littore, confoderunt hominẽ. Quo facto Hyrcanus adeò est attonitus, ut obmutuerit: tandẽ ægrè ad se reuersus percontabatur Herodem quid hoc rei esset, & quis interfecisset Malichum: & audito factum esse iussu Cassij, laudauit facinus,

A facinus,malũ enim uirum fuiſſe,& inſidiatorem patriæ:atq; ita Malichus pro oppreſſo Antipatro pœnam perſoluit debitã. Porrò Caſſio profecto è Syria,apud Iudęam tumultus exoritur.Felix enim relictus cũ militibus Hieroſolymis,in Phaſaelum fecit impetum,& populus arma corripuit. Herodes uerò ad Fabium profectus eſt Damaſci præſidem.& uolens fratri ſuc currere,morbo prępeditus eſt:donec Phaſaelus per ſe ſuperato Felice,in turrim primùm cõpulſum, incolumitatẽ deinde pactũ abire paſſus eſt:quãobrẽ mox cum Hyrcano expoſtulauit grauiter,q̃ poſt accepta à ſe multa beneficia,inimicis ſuis fauorẽ impẽderet.nã frater Malichi tunc non pauca caſtella occupauerat,& inter cętera Maſadá longè munitiſſimũ.Vt igitur cõualuit Herodes cõtra hũc ꝓfectus,receptis omnibus caſtellis,pactus incolumitatem dimiſit.

Felix Phaſaelem armis adoritur.

Herodes in morbum incidit, & recuperata ſanitate contra Felicem proficiſcitur.

Antigonum Ariſtobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem Herodes profligatum è Iudæa pellit. CAP. XXI.

B ARiſtobuli autem filium Antigonum,qui cõciliato ſibi pecunijs Fabio exercitũ cõ parauerat,Ptolemæus Mennęus adoptat propter affinitatẽ.hunc etiã Marion ádiuuabat,apud Tyrios ope Caſſij tyrannidem adeptus,per Syriam quoque tyrannidẽ exercens,diſpoſitis in ea præſidijs,atq; etiã in Galilęa contermina occupatis tribus arcibus.Sed has omnes Herodes illò profectus recepit,& præſidiarios Tyrios clementer dimiſit,donatis ex his nõnullis,ꝓpter beneuolentiã qua ciuitatẽ eorũ ꝓſequebatur,munerib.His peractis occurrit Antigono,eumq̃ prælio ſuperat,& uix extremos Iudęæ fines ingreſſum inde profligat.Quamobrẽ reuerſum Hieroſolyma coronis tam Hyrcanus honorauit quàm populus.Iam enim gener per ſponſionem aſcitus erat in Hyrcani familiã:quò libentiùs eius

Antigonus à Ptolemæo Mennæo adoptatur.

Herodes præſidiarios Tyrios dimitti,deinde Iudæa Antigonum profligat.

C tutelã ſuſcepit,ducturus Alexandri Ariſtobulo geniti filiam,Hyrcani uerò ex filia neptem,ex qua poſtea pater factus eſt filiorũ triũ,& duarum filiarum.Duxerat autem etiam antè uxorẽ è ſuis popularibus*Dorem nomine, ex qua ſuſcepit Antipatrum filiorum natu maximum.

Herodes Hyrcani neptem coniugem ducit.

**Ruff. Doria & Doſim.*

Herodes in Bithynia occurrens Antonio pecunijs eum ſibi conciliat. quo factum eſt, ut ille accuſatores eius non admiſerit. CAP. XXII.

CAeterùm Caſſio apud Philippos ab Antonio & Cæſare deuicto,Cæſar inde in Gallias,Antonius in Aſiam proficiſcitur. qui ubi peruenit in Bithyniã,omniũ gentiũ legationes habuit obuiam. Aderant & Iudæorum primates,Phaſaelum & Herodẽ accuſaturi:quaſi in ſpeciem ſolùm regnaret Hyrcanus,re autem uera tota poteſtas eſſet penes hos fratres.Herodem uerò Antonius in magno honore habuit,qui ad obiecta di-

Iudæorum legati accuſaturi Phaſaelem & Herodem non audiuntur.

D luenda uenerat.quo factum eſt,ut ne ad colloquium quidem aduerſarios eius admiſerit:id.n. data pecunia Herodes impetrauerat.Progreſſo autem Epheſum præſtò fuit legatio miſſa Hyr cani pontificis & gentis noſtræ publico nomine, afferens coronam aureã,& rogans,ut quos Iudæos Caſſius præter ius belli captiuos abduxerat,ſcriptis per prouincias literis in libertatẽ uindicaret:& agros per Caſſium ademptos genti reſtitueret.Quorũ poſtulata Antonius æqua exiſtimans,confeſtim ſcripſit Hyrcano & Iudæis,ſimulq; ad Tyrios miſit decretũ hanc ſententiam continens:M.Antonius imp.Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Iudæorũ ſalutẽ.Si ualetis, bene eſt:ego & exercitus ualemus.Lyſimachus Pauſaniæ,Ioſephus Mennæi,Alexander Theo

A.M.3930. Ant. Chr. nat: 41.

Hyrcanus Antonio coronam auream offerens poſtulata aſſequitur.

dori,legati apud Epheſum me conuenientes, eandem,quam priùs Romæ, legationem mihi

Antonij epiſtola ad Hyrcanum miſſa.

E expoſuerunt,& noua hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti ſunt,declarãtes quanta nos proſequaris beneuolentia. quare cognitã non tam ex uerbis,quàm ex operibus ueſtram amicitiã,& mores compoſitos ac pios non complecti non poſſum.Ergò quoniam totã Aſiã aduerſarij noſtri ac pop.Rom.incurſauerũt,nec ſacratis locis nec ciuitatib.parcentes,neq; iuſiurandum præſtitum ſeruãtes,nos non tam priuatum noſtrum negotium agẽtes,quàm ſuſcepta defenſione reip.in diuini ſimul ac humani iuris uiolatores uindicauimus.Eorum.n. facinus ſol ipſe auerſatus uidetur,& intuitis oculis ſpectaſſe perpetratũ ſcelus in Cæſarẽ.Sed poſtq̃ impios eorum conatus excepit Macedonia,renouantes in eis locis priſcam gigantum audaciam,& agitatam furoribus maleficentiam, quam circã Philippos exercuerunt,occupatis opportunis locis & uſq; ad mare mõtium uallo permunitis,ut per unicam ceu portam patéret

Bruti & Caſſij exitium.

F aditus,dijs ipſis eorum iniuſta molimina damnantibus uicimus. & Brutus compulſus intra mœnia Philippenſium,obſeſſuſque à nobis addidit ſe Caſſio ſocium exitij.qui poſtquam meritas pœnas dederunt, pace nos in poſterum fruituros ſperamus, & Aſiam conquieturam à bellorũ tumultib.Iã.n noſtra opera uniuerſum Aſiæ corpus:uelut è graui morbo, recolligere ſe incipit.Cùm igitur etiam de te cum tua gente augendo ornandoq; cogitẽ, curæ mihi erit quicquid in rem ueſtrã fuerit.edictũ etiã oppidatim ꝓpoſui, ut quotquot uel liberi, uel ſerui ſub haſta à C.Caſſio Caſſianis ue uenundati ſunt,liberè dimittantur: uoloque,ut quæ mea &

Dolobellæ benignitate uobis conceſſa ſunt, ea perpetuò rata ſint. Tyrios quoque iubeo, ut A
iniuriam à uobis abſtineant, & quicquid de Iudæorum finibus occupant, id totũ reſtituant.
Antonij edictum ad Tyrios delatum. Coronam autem, quam miſiſti, accepimus. M. Antonius imp. Tyriorum magiſtratibus, S.P.
Q. Sal. Renunciatum eſt mihi Epheſi ab Hyrcani pontificis ac ethnarchæ legatis, agros ipſo-
rum ditionis uos occupaſſe, idque factum quo tempore noſtri aduerſarij tenuerunt eam pro
uinciam. Quoniam igitur pro imperio bello ſuſcepto, iuſtitiæ pietatiq́ue proſpicientes uindi
cauimus in ingratos ac perfidos, uolo etiam uobis pacem eſſe cum noſtris ſocijs: & quicquid
ab aduerſarijs noſtris accepiſtis, habere uos non permittimus, ſed iubemus uos prioribus do-
minis reddere. Nemo enim eorum neque prouinciam à ſenatu accepit, neque exercitum,
ſed quæ per uim corripuerunt, largiti ſunt miniſtris ſuæ uiolentiæ. quando igitur illi meritas
pœnas dederunt, æquum cenſemus, ut ſocij noſtri ea quæ antè habuerunt, nemine uetante, B
retineant: uosq́ue ſi quos Hyrcani Iudæorum ethnarchæ agros, poſtquam C. Caſſius bellum
illicitum in noſtra prouincia mouit occupaſtis, eos reddatis: néue ullam uim interponatis,
quò minus ad priſtinos dominos redeant: quòd ſi aliquid iuris in eos prætenditis, quam-
primùm ad ea loca uenero, integrum uobis erit ius ueſtrum repetere, id quod etiam ſocijs
noſtris peræquè integrum ſeruabimus. M. Antonius imp. Tyriorum magiſtratibus, S. P. Q.
Sal. Edictum meum ad uos miſi, quod uolo curetis referri in publicas tabulas literis Græcis
& Latinis: & in loco aliquo conſpicuo proponi, ut legi poſſit ab omnibus. M. Antonius imp.
cùm Tyrij uiri comparuiſſent, de publicis negotijs dixit: Quoniam C. Caſſius hoc perturba-
to rerum ſtatu alienam prouinciam & militem præſidiarium inuaſit, & ſociorum noſtrorum
facultates diripuit, & uaſtauit Iudęorum gentem amicam populo Romano, inſolentia eius C
armis noſtris perdomita, iudicijs atque edictis, quæ ille perpetrauit, corrigimus, ut ablata reſti
tuantur noſtris ſocijs: & ſiue corpora Iudæorum ſiue bona diuendita ſint, illa in libertatem,
hæc ad priſtinos reuertantur dominos. Qui uerò contra edictum hoc noſtrum fecerit, pœnas
daturus eſt: & qui inobedientiæ conuicti fuerint, in eos pro rei dignitate animaduertere cura
bimus. Eodem ferè exemplo Sidonijs, Antiochenſibus & Aradijs ſcripſit: uiſumq́ue eſt hoc
loco etiam hæc inſerere, argumento futura, quanta prouidentia nos dignatus ſit Romanus
populus.

Antonius in Syriam cùm uenisſet, Herodem & Phaſaelum tetrarchas conſtituit. CAP. XXIII.

XXI. *Antonius Cleopatræ amore captus.* A.M. 3931. Ante Chr. nat. 40. POſthæc autem in Syriam aduentante Antonio, Cleopatra in Cilicia facta illi ob- D
uiam, amoribus ſuis cum implicuit: quo tempore rurſum centum è Iudęorum
gente potentiſſimi uenerunt ad eum, ut accuſarent Herodem unà cum ſuis, electo
ad hoc eloquentiſſimo quoque è ſuo numero. Iuuenum autem cauſam defen-
dendam Meſſala ſuſcepit, aſſiſtente ſibi etiam Hyrcano, qui iam ſocer factus fuerat. Antonius
uerò audita utraq; parte apud Daphnen, ſciſcitatus eſt ex Hyrcano, utra pars meliùs admini-
ſtraret rempublicam. Qui cùm reſpondiſſet, Herodem in hoc præſtantiorem eſſe, Antonius,
Herodes accuſatur. qui iam antè familiariter diligebat iuuenes propter paternum hoſpitium, quo tempore cum
Gabinio agens patris eorum contraxerat amicitiam, hos ambos tetrarchas conſtituit, & Iu-
Antonius Herodem & Phaſaelem tetrarchas conſtituit. dæorum eis committit gubernacula. Literas quoque in hoc ſcripſit, & ex eorum aduerſarijs
Herodis & Phaſaeli aduerſarij in uincula conijciuntur. x v coniecit in uincula, occiſurus etiam, niſi interceſſiſſet Herodis deprecatio: quamuis ne E
ſic quidem ceſſauerunt à legatione reuerſi. Sed rurſum mille uenerunt Tyrum, Antonium
ibi præſtolaturi, qui magna pecunia iam corruptus ab Herode & eius fratre, imperauit eius
loci magiſtratui, ut in Iudæorum legatos nouatores rerũ animaduerteret, & Herodi adiutor
eſſet ad principatum parandum. Herodes uerò, qui ante urbem in arena conſtiterat, protinus
antegreſſus hortatus eſt eos ut ſe ſubducerent: nam & Hyrcanus cum eis aderat: admonens
quantum inſtaret periculum ſi contendere pergerent: quod illi contempſerunt: moxq́ue
erumpẽtes in eos Iudæi cum indigenis, partim trucidauerunt eos, partim ſauciauerunt: reli-
qui uerò domum refugientes poſthac quieuerunt. Populo uerò clamoribus agente contra
Herodem, cõmotus ad iram Antonius iuſſit quos uinxerat interfici. Altero deinde anno Sy- F
Ptolemæus Mennæus moritur. Lyſanias. riam occupauerunt Pacorus regis filius, & Barzapharnes Parthorum ſatrapa: quo
tempore Ptolemæus Mennæus defunctus eſt. cuius in principatu ſucceſſor
filius Lyſanias amicus factus eſt Antigono Ariſtobuli filio, con-
ciliante ſatrapa qui multum apud eum poterat.

Parthi

Parthi Antigonum Aristobuli filium in regnum reducunt. CAP. XXIIII.

ANtigonus deinde mille talenta & quingentas mulieres daturũ se Parthis est pollicitus, si ab Hyrcano in illum regnum transferrent, & Herodem unà cum suis interficerent: quæ tamen nõ dedit, sed Parthi nihilominus asserturi regnum Antigono, duxerũt uersus Iudæam exercitum, Pacorus per maritima, Satrapa per mediterranea. Pacorum excluserunt Tyrij, sed Sidonij ac Ptolemaidenses intromiserunt. Ille alã equitum in Iudæam speculatum præmisit, iussam etiã adiutare Antigonũ: eos ducebat pincerna regius, & ipse Pacorus nomine. Adiungentibus autem se Antigono Iudęis Carmelum mõtem incolentibus, & paratis cũ eo in hosticum inuadere, ille spem cõcepit posse se horũ opera partem quandã regionis in potestatem redigere, quæ Drymi uocabatur: & quibusdam eis occurrentibus persuaserunt usq; Hierosolyma. Vbi adiungentibus se alijs iam multum aucti numero, aggressi sunt oppugnare regiam. moxq; ferentibus opem his, qui fratrũ partes sequebantur, & pugna in foro cõserta, repulerunt hostem iuuenes: eoq; in templũ compulso, miserunt armatos quosdam in propinquas ædes, ut eis essent præsidio. in quos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremauit ædibus. quam iniuriã paulò pòst Herodes ultus est, aduersarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cumque quotidianæ uelitationes inter eos fierent, hostes expectabant cõuenturas è tota regione turbas ad Pentecosten, quam uocant, festiuitatem. Quæ dies postquam illuxit, multa hominũ millia circa templum cõgregata sunt, tam armatorum quàm inermium: qui & templum & urbẽ occupauerũt, excepta regia. hanc.n. Herodes seruabat cũ paucis militibus. eius murum Phasaelus custodiebat: Herodes uerò cũ suorũ cohortibus erupit in hostẽ agentem in suburbio: & egregia pugna edita coegit multa millia terga uertere, fugientia partim in urbẽ, partim in templum, partim etiam intra uallum quoddam in propinquo positum. In ea pugna & Phasaelus adiuuit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus rogante Antigono in urbem ingressus est, prætextu quidem quasi seditionis compescendæ gratia, sed reuera principatum illi astruere cupiens. Quin postquam à Phasaelo occurrẽte exceptus est hospitio, suasit ei, ut legatus iret ad Barzapharnem, insidias hoc pacto instruens. Ille nihil suspicatus paruit, non probante hoc factum Herode propter Barbarorum perfidiam, hortanteque ut potiùs Pacorum & alios ad se uenientes opprimeret. Itaque profecti sunt in eam legationem Hyrcanus atque Phasaelus: & Pacorus relictis apud Herodem ducentis equitibus, ac decem liberis quos uocant, legatos deduxit. Vt uerò in Galilæam uentum est, armati eis occurrunt, qui illis oppidis præerant: & Barzapharnes primùm alacriter eos excipit donatque muneribus: deinde struere insidias incipit. Phasaelus uerò cum suo comitatu deductus est in propinquum, iuxta mare, diuersorium. Vbi audito quòd Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Parthis esset pollicitus, suspectos iam habuerunt barbaros, quidam etiam nunciauit, noctu illis parari insidias, & clàm adhiberi custodiam. Et sanè cepissent eos, nisi expectassent donec relicti Hierosolymis Parthi Herodem caperent, ne his sublatis ille præsentiens effugeret: id quod uerum esse mox apparuit, conspectis custodibus. Quare non defuerunt qui hortarentur Phasaelũ, ut nihil ampliùs expectans cõscenso equo se inde proriperet, præcipuè Ofilius, qui id secretum cognouerat è Saramalla Syrorum tunc ditissimo, & naues ad fugam offerebat, nam non longè mare aberat. At ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinquere: sed accedens Barzapharnem negabat eum rectè facere, qui agitaret eiusmodi consilia. Si enim pecunijs opus habeat, plures accepturũ à se, quàm ab Antigono: & alioquin turpe esse, legatos suam fidem secutos insontes interficere. At barbarus hæc audiens deierabat non esse uera, & inanibus eum turbari suspicionibus: moxq; ad Pacorum abijt.

XXII.

Pacorus equites in Iudæam speculatum præmisit.

Iudei se Antigono coniungunt.

Herodes Phasaelus Antigonum reprimunt.

Antigonus tumultuatur.

Pentecost.

Herodes in suburbio pugnat.

Pacorus Phasaelo, ut legatus ad Barzapharnem iret, suadet.

Herodes Phasaelum cohortatus est.

Phasaelus & Hyrcanus à Parthis parari insidias sibi animaduerunt.

Parthi Hyrcanum & Phasaelum captiuos abducunt. CAP. XXV.

QVo profecto statim Parthorum quidã iniecerunt uincula Hyrcano & Phasaelo, multum dètestanti eorum periurium. Ad Herodem autẽ missus eunuchus mandatum habebat, ut productum extra muros comprehenderet. Phasaelus uerò misserat nuncios, qui indicarent Parthorum perfidiã: quos quoniã hostes interceperant, Herodes re cognita Pacorũ adijt & Parthorũ potentissimos, quasi aliorũ dominos. qui cùm scirẽt omnia, dolosè dissimulabãt: aiebãtq; oportere cum cũ ipsis progressum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos esse cõprehensos ab aduersarijs, sed aduentare significaturos quàm bene Phasaelo successerit. id Herodes nõ credidit, ut qui ex alijs de fratre capto audierat: quam eius suspicionem augebat Hyrcani filia, cuius filia ipsi

Phasaelus & Hyrcanus uincti.

Parthi Herodẽ comprehendere moluntur.

deſponſa erat: huius monitis, licet alijs contemnentibus, libenter parebat, utpote mulieris cordatiſſimæ. Interim dum Parthi quid faciendum ſit conſultant, quòd non placeret apertè tantum uirum aggredi, rem in ſequentem diem differunt. Herodes animaduerſa eorum trepidatione, & magis etiã permotus nuncio de intercepto à Parthis fratre, utcunq; negarent alij, appetente ueſpera decreuit ad fugã uti hac opportunitate temporis, neq; diutiùs inter hoſtes cunctari in rebus tam dubijs. Aſſumpto igitur armatorum, quos circa ſe habebat, ſubſidio, & impoſitis in iumenta mulieribus, matre & ſorore, & ſponſa ſua Alexandri filia nepte Ariſtobuli, matreq; ſponſæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitioq; ac reliqua turba comitũ, properabat uerſus Idumæam inſcijs hoſtibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui non tali rerum facie cõmotus fuiſſet ad miſericordiã, fœminis infantulos ſuos trahentibus, & cum lacrymis ac eiulatu relinquẽtibus patriã, & uinctos amicos, nec de ſe meliora ſperantibus. Verùm Herodes obdurato cõtra ſæuientẽ fortunã pectore, & ipſe præſenti erat animo, & comites inter eundum ſingillatim accedens hortabatur, ne mœrori ſuccumberent, hunc enim fugæ officere, in qua ſola ſalutis ſpes ſit repoſita, quibus uerbis accenſi conabantur calamitati reſiſtere. Interim minimum abfuit quin ipſe ſibi manus inferret, euerſo uehiculo, & matre adducta in mortis periculum: adeò & caſus hic eum terruit, & metus ne inter has moras ſuperueniret hoſtis inſequens: iamq; gladium ſtrinxerat uolens ſe percutere, cùm interuentu proximorũ eſt prohibitus, obteſtantium ne ſuos inimicorum iniurijs relinqueret, neq; enim eſſe uiri fortis, ſe uno malis liberato amicos contemnere. Partim igitur ui, partim pudore coactus deſiſtere ab incœpto facinore, refota matre, & pro tẽpore adhibitis remedijs, pergebat inſtitutum curſum, petens caſtellum Maſſadam quàm maximis compendijs. in quo itinere non ſemel impugnatus à Parthis perſecutoribus, ſemper uictor diſceſſit. Imò ne Iudæi quidem eo fugiente quieuerunt, ſed ſexageſimo ab urbe ſtadio illũ aggreſſi in pugnã pertraxerunt: quibus uictis & profligatis, quaſi non ex neceſſitate, ſed multò antè præparatus conflixiſſet: in eo loco ubi Iudæos uicit, poſtquã regno potitus eſt, regiã cõdidit cum primis memorabilem, adiuncto etiam oppido, quod Herodiũ uocari uoluit. Poſtea uerò quàm ad Reſſam uicum Idumææ peruenit, occurrit ei frater Ioſephus: ubi conſultatum eſt inter eos quid facto opus eſſet, cùm tantam turbam ſecum traherent, etiã abſq; milite conductitio: Maſſada uerò, ad quod caſtellum decretum erat confugere, tantam multitudinem non caperet. Maiorẽ igitur partem dimiſit, numero ſupra nouem millia, iuſſis alijs aliàs per Idumæam ſalutẽ ſibi quærere, additoq; uiatico: expeditioribus aũt quibuſq;, & ſuis intimis neceſſarijs aſſumptis in caſtellũ ingreſſus eſt: depoſitisq; ibi cũ ſuo comitatu mulieribus, quorum omnium numerus ad octingentos pertingebat, quòd ibi & frumentum & aqua & reliqua omnia neceſſaria ſuppeterẽt, ipſe properauit ad Petrã Arabiæ. Cæterùm ubi dies illuxit, reliqua quidẽ omnia Hieroſolymitanorũ bona direpta ſunt per Parthos unà cum ipſa regia, ſola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talenta, intacta remanſit. Herodis etiam facultatũ magna pars euaſit, præſertim quas ille maturè prouidens in Idumæam deportandas curauerat. Nec contenti Parthi urbis direptione, egreſſi agrũ quoq; latè populati ſunt, & Mariſam urbẽ opulentam euerterunt. atq; ita Antigonus in Iudæam à rege Parthorum reductus, Hyrcanũ & Phaſaelum uinctos accepit. Vehementer aũt triſtatus eſt, quòd mulieres effugiſſent, quas Parthis tradere conſtituerat, & unà cum pecunia daturum ſe promiſerat. Veritus deinde, ne populi fauore Hyrcanus in regnum reſtitueretur, qui à Parthis aſſeruabatur, amputauit ei auriculas, hoc agẽs, ne ille propter hoc uitium ad recipiendum pontificatum eſſet idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, niſi ei qui integro ſit corpore. Sed maximè miranda eſt Phaſaeli generoſitas, qui ubi neci ſe deſtinatum cognouit, non tam mortem indignè ferens, quàm miſerabile ac turpe ducens inimici arbitratu cadere, cùm manus ſibi inferre non poſſet propter uincula, alliſo ad ſaxum capite uitam abrupit, quod illi tum in tali neceſſitate conſtituto, uiſum eſt honeſtiſſimum, adempta inimico poteſtate ſæuiendi in ſe pro libidine. Fertur autem quod ſauciato uehementer capite, Antigonus ſubmiſſis medicis, pro remedio uenenum in uulnus indiderit: ante tamen quàm exhalaret animam, audito ex quadam muliercula quòd Herodes frater hoſtem euaſiſſet, ualde tranquillo animo mortem tulit, ultorem ſuæ necis poſt ſe relinquens, qui poſſet ab inimicis pœnas exigere. At Herodes non fractus malorum ſe circumſtantium magnitudine, expediebat conſilium ad moliendas res arduas. Ad Arabum enim regem Malchum, multis ſuis beneficijs iam antè obligatum proficiſcitur, cùm maximè opus haberet mutuam operam poſtulaturus, & acceptu-

Herodes fugit cum familia, &

tandem ſubtriſtem conſolatione erigit.

Herodes ſibi manus inferre nititur.

Herodes ſæpè à Parthis impugnatus, uictor diſcedit.

Herodium oppidum.

Herodes Maſſadam caſtellum ingreditur.

Parthi Hieroſolymorum bona diripiunt, nec non

agros, & Mariſam opulentam urbem euertũt.

A. M. 3932. Ant. Chr. nat. 39.

Hyrcano amputantur auriculæ ab Antigono.

Paſaeli mors.

Antigonus Phaſaelo, loco remedij uenenũ porrigi iubet.

Herodes à Malcho Arabiæ rege repudiatur, ac regno excedere iubetur.

de

A de fratris interitu, dabat operã, ut eum quamprimùm ab hoſte redimeret, uel trecenta talenta paratus expendere. qua de cauſa etiam Phaſaeli filium ſeptennem ſecũ ducebat, oppigneraturus eum apud Arabes. Sed cùm occurriſſent ei miſſi à Malcho qui denunciarent ut finibus eius regni excederet, ſic Parthis iubentibus (prætexebat autẽ hoc ſuaſu optimatũ ſuorũ, ne debitam pecuniam redderet, utq; ille fraudaretur rebus, quas Antipater penes eos depoſuerat) reſpondit ſe non ueniſſe ut moleſtus eſſet cuiquã, ſed ut colloqueretur cum rege de rebus maximè neceſſarijs. Deinde cùm conſultiùs uideretur diſcedere, ualde modeſtè abijt AEgyptum uerſus iter ingreſſus: & tunc quidẽ in quoddam templum diuertit, ubi multos ex comitatu reliquerat. Sequenti uerò die cùm ueniſſet Rhinocura, ibi cognouit de fratris obitu. Malchus aũt pœnitẽtia motus, & curſim inſecutus Herodẽ, nihil profecit: iã enim ilB le procul aberat uerſus Peluſium properans: quò poſtquàm peruenit, non recipientibus eũ nautis qui nauigaturi erant Alexandriam, magiſtratus eius loci conuenit: à quibus ob priſtinæ fortunæ reuerentiã honorificè in eam urbem deductus, à Cleopatra detinebatur: quæ tamen efficere non potuit ne Romã properaret, licet hyberno tempore, & perturbatiſſimis, ut nunciabatur, rebus Italiæ. Soluens igitur inde uerſus Pamphyliam, & cum graui tempeſtate conflictatus, ægrè in Rhodum euaſit, iactura etiã ſarcinarum facta. Vbi duo ex amicorũ cohorte ei præſtò fuerunt, Sappinas & Ptolemæus. Et cùm inueniſſet eam ciuitatem grauiter afflictã bello, quod cõtra Caſſium geſtum fuerat, ne præſenti quidẽ inopia cohiberi potuit, quo minus uel ſupra uires eam refoueret: inſtructaq; triremi & cum amicis conſcenſa, in Italiam Brunduſium appulit: Inde Romã profectus, ante omnes Antonio denarrauit ea quç C ſibi in Iudæa contigerant: & quòd frater Phaſaelus à Parthis captus occiſus ſit, & Hyrcanus apud eoſdem captiuus detineatur: quodq; Antigonum regem eõſtituiſſent, pollicitum eis mille talenta, & quingentas mulieres, quas ex ipſius familia ſeligere deſtinauerat: & quòd eas noctu aſportaſſet non ſine labore, & ægrè manus hoſtium euaſiſſet: & poſt hæc omnia, familiam in extremo periculo relictã oppugnari, ipſo per medias tempeſtates contẽptis omnibus difficultatibus properante ad unicum ſubſidium, quod in illo haberet repoſitum.

Herodes Romæ à ſenatu Iudæa rex declaratur. CAP. XXVI.

Herodes in AEgyptum contendit.

Herodes Romã properat.

Herodes Rhodũ appellit.

Herodes Antonio caſus ſuos narrat.

ANtonium uerò mutatæ Herodis fortunæ cõmiſeratio ſubijt, reputãtem quòd XXIII.
etiam ab illo faſtigio deuoluantur homines, non mediocriter mouente eum
D cùm paterni hoſpitij memoria, tum pecunia quam Herodes pollicebatur, ſi eius ope rex fieret, quemadmodum ante poteſtatẽ tetrarchæ conſecutus fuerat: ſed præcipuè huc impellebat odium Antigoni, quem quòd pro turbulento haberet ac Romanis infeſtiſſimo, ad iuuandum Herodem erat propenſior. Cęſar quoq; partim propter Antipatri militiam in AEgypto cum patre ipſius toleratã, & hoſpitij ius ac reliquam beneuolentiã, partim ut Antonio gratificaretur, quem ualde ſtudioſum Herodis ſciebat, ad dignitatem ipſius tuendam & conatus promouendos erat paratiſſimus, conuocatoq; ſenatu Meſſala ac deinde Atratinus, cõmendarũt productum Herodem, tam patris, quàm ipſius beneficia & ſtudium Romani nominis cõmemorantes: ſimulq; accuſauerunt & hoſtem declarauerunt Antigonum, non ſolùm ob uetera crimina, uerùm etiam quòd contemptis Romanis à Parthis accepiſſet imperium. Quibus rebus cùm ſenatus eſſet offenſus, tum AntoE nius eum docuit quòd etiam ad Parthicum bellum plurimùm conduceret regnare Herodẽ: idq; mox omnium ſuffragijs approbatum eſt. Quo inſignius fuit Antonij erga illum ſtudiũ, non ſolùm quia præter ipſius ſpem regnum ei parauit (nunquam enim putabat Romanos hoc ſibi conceſſuros, ſolitos hunc honorem regio ſeruare generi: & ideò coniugis ſuæ fratri id petiturus erat Alexandro, nepoti ex patre Ariſtobuli, ex matre Hyrcani) ſed etiã quia intra ſeptem dies inſperata felicitate ornatum dimiſit ex Italia. Hunc adoleſcentem poſtea Herodes interfecit, ut ſuo loco indicabimus. Cæterùm dimiſſo ſenatu, Antonius & Cæſar mediũ habentes Herodem exiuerunt, conſulibus cæteriſq; magiſtratibus deducentibus, aſcenderuntq; in Capitolium ſacra ibi facturi, & ſenatuſconſulta depoſituri: & nouus rex primo regni ſui die cõuiuio acceptus eſt ab Antonio. Atq; hoc pacto ille regium faſtigiũ adeptus eſt
F CLXXXIIII Olympiade, C. Domitio Caluino iterum, C. Aſinio Pollione Coſs. Toto autem eius abſentiæ tempore Antigonus familiã eius oppugnabat in Maſada, abundantem quidem cætero cõmeatu, ſed laborantem aquarum inopia, ita ut hac de cauſa Ioſephus frater cũ ducentis familiaribus ad Arabas inde fugere decreuerit. Audierat enim Malchum iã pœnitere, quòd parùm officioſus in Herodem fuiſſet. Id cõſilium mutauit imbre noctu de cælo demiſſo. Ciſternis. n. aqua repletis, nõ ampliùs fuga opus habuit: ſed haud ſecus, quàm

Herodes Antonio eſt dilectioni, Antigonus uerò odio.

Auguſtus Cæſar Herodi fit commodo.

Herodes Senatui Romano cõmendatur, &c.

rex declaratur.

Antigonus Herodis familiam oppugnat.

Malchi pœnitentia.

diuina

diuina ope hac difficultate leuati, magno animo excurrerunt, & conſerentes manus cũ An- A
Ventidius Romanorum dux Antonio extorquet pecunias. gonianis, modò apertè, modò clàm multos trucidarunt. Interea Ventidius Romanorum dux, miſſus ut Parthos è Syria pelleret, poſt illorum abſceſſum in Iudæam uenit, eo prætextu, quaſi Ioſepho laturus auxilium: ſed re uera hoc conſilio, ut pecuniam extorqueret ab Antigono. Poſitis igitur caſtris prope Hieroſolyma, ſatis magnam pecuniæ uim exegit ab eo. Quo facto ipſe quidem cum maiore copiarum parte receſſit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cũ quadã militum parte ibi reliquit: quẽ & ipſum placandum habuit Antigonus, ne quid interim moleſtus eſſet, dum Parthi ut ipſe ſperabat, ſuccurrerent.

Herodis ex Italia nauigatio, & pugna aduerſus Antigonum. CAP. XXVII.

XXIIII. *Herodes milites contra Antigonum colligit.* ITerim Herodes ex Italia reuerſus Ptolemaidẽ, collectis non mediocribus copijs tum ex cõductitio, tum ex ſuæ gentis milite, properabat per Galilæam cõtra Anti- B
gonum, adiutus à Silone ac Ventidio, ad quos Gellius ab Antonio miſſus fuerat cũ mandatis, ut Herodẽ in ſuum regnũ deducerent: quamuis Ventidius tũ fortè diſtinebatur cõponendis ciuitatum tumultibus, quos irruptio Parthorum excitauerat. Silo
Silo ab Antigono pecunia corruptus. uerò in Iudæa erat, ſed pecunia corruptus ab Antigono. Attamen Herodis ulterius proceden tis copiæ augebantur in dies, & tota Galilæa, paucis exceptis, ſtabat ab eius partibus. Ducenti aũt ei uerſus Maſadã, quòd neceſſe eſſet ſeruare cognationẽ in eo caſtello obſeſſam, impedi-
Herodes Ioppen oppugnat et occupat. mento fuit Ioppe: quã occupatã ab hoſte opus erat primùm capere, ne quã hoſtilẽ munitionẽ à tergo relinqueret petiturus Hieroſolyma: qua occaſione arrepta Silo mouit exercitum: quẽ cum Iudæi perſequerentur, Herodes cũ modica manu eis occurrit, & Iudæis profligatis Silonem ægrè repugnantẽ ſeruauit. Capta deinde Ioppe properauit Maſadã ad liberandos C
Herodi multi ſeſe adiungunt. obſidione domeſticos. Ex incolis autẽ alij propter paternam amicitiã illi ſe adiungebant, alij propter ipſius gloriam, nonnulli quòd amborũ deuincti eſſent beneficijs: ſed maxima pars ob ſpes quas de confirmato iã rege cõceperant. Augebatur autẽ ualde exercitus, cui Antigonus in tranſitu locis opportunis ſtruebat inſidias, & tamen nihil, aut parùm hoſtẽ lædebat his artibus. Nam Herodes receptis è Maſada domeſticis, & capto Reſſa caſtello, petebat Hie-
Herodes Reſſa caſtello capto Hieroſolyma petit, & quare urbem adortus ſit proclamari mãdat. roſolyma, ſequentibus Silonis militibus, & multis Hieroſolymitanis eius potentia perterritis. Cumq; ad occidentalẽ urbis tractũ caſtra poſuiſſet, qui hac parte diſpoſiti erãt cuſtodes ſagittis eũ impetebant, & miſſilibus deinde quibuſdã catenuatim excurrentibus, & ſtationes hoſtium infeſtãtibus, Herodes præconẽ proclamare iuſſit circa mœnia, ſe bono publico ue-
Herodes nõ regio ſtemate natus ab Antigono dicitur, ſimul ac niſſe & ad ſalutẽ urbis, ne apertorũ quidẽ inimicorũ retaliaturum iniurias, ſed etiã inimiciſ- D
ſimorum in ſe peccata obliuioni traditurum. Ad hæc Antigonus ita reſpondebat uerſo ſermone ad Silonẽ ac Rom. milites, rẽ ipſorũ æquitate indignã eos facere qui Herodi regnum aſtruant, homini priuato & Idumæo, hoc eſt ſemijudæo, cùm id more gẽtis debeatur ſucceſſioni generis. Nã ſi offenſi quòd ipſe à Parthis regnũ accepiſſet, ideò uelint hoc auferre, non deeſſe multos ex eo genere qui legitimè poſſint id accipere, nihil de pop. Rom. malè meriti,
à mœnibus arcetur. & ſacerdotes inſuper, quos iniquũ ſit priuari debitis honòribus. Ad hunc modũ ambobus inter ſe cõtendentibus, & uſq; ad cõuitia prorumpentibus Antigonus permiſit ſuis, ut arcerent hoſtes à mœnibus: qui cũ ſtrenuè iacularentur è turribus, facilè eos fugauerũt. Tum ue
Silo largitione corruptus. rò Silonẽ largitione corruptũ eſſe patuit. Subornatis enim aliquot militibus è ſuis familiaribus, qui clamoribus largiores cõmeatus & pecuniã in alimenta flagitarent, abduciq; ſe in hy E
berna ad cõmodiora loca poſtularent, uaſtis circa urbẽ omnibus, quòd Antigoniani amoliri eſſent uitæ neceſſaria: turbari cœpit exercitus, & parare abitũ. Contrà Herodes rogabat Silonis tã duces quàm milites ne ſe deſererent, miſſum tũ à Cæſare & Antonio, tũ à ſenatu reliquo. Sibi curæ futurũ, ne quid exercitus deſideret, atq; etiã ut abundè adſint quæcunq; requi
Herodes de commeatu proſpicit rerent. Poſt quas preces continuò dimiſſis ſuis per agros, nullã Siloni diſcedendi anſam reliquã fecit. Maior enim quàm quiſquã ſperaret rerum neceſſariarũ allata eſt copia: amicis etiã ſuis apud Samariã agentibus ſignificauit, ut frumentum, uinum, oleum, pecora, & reliqua neceſſaria Hierichuntem comportarent, ut & in poſterum inde ſuggeri poſſent militibus. Ea
res non fefellit Antigonum: ſed continuò dimiſit per agros, qui per inſidias frumentatores interciperent. qui ſicut iuſſi ſunt cõparata circa Hierichuntẽ armatorum multitudine, inſeſ- F
Herodes equitatu Hierichuntẽ petijt. ſiſq; montibus, intenti obſeruabant eos, qui cõmeatus conueherent. Nec Herodes interim ſegnis erat: ſed aſſumptis X cohortibus, quarum V è Romanis, totidem è Iudæis conſtabãt, adiunctisq; mixti generis conductitijs & equitatu modico, Hierichuntem petijt: offendẽsq;
Romani Hierichuntem diripiunt. urbem relictam ab habitatoribus, & D ex his ad montium uertices confugiſſe cum familijs, hos quidem captos dimiſit. Romani uerò inuadentes urbem diripuerunt, repertis

intra

A intra ædes omne genus rebus pretioſiſſimis. Rex igitur relicto in ea præſidio reuerſus eſt, & Rom.exercitū hybernatum in recens deditas regiones dimiſit,Idumæā,Galilæam & Samariam.Antigonus quoque pro largitione obtinuit a Silone ut partem Rom.exercitus intro Lyddam acciperet,captans Antonij gratiam.atque ita Romani degebant in magna rerum copia, ab armis tantiſper uacantes. Herodi uerò otiari non libuit,ſed miſſo in Idumæam Ioſepho fratre cum M peditibus & C C C C equitibus,ipſe in Samariā profectus, & depoſita ibi matre cognatisque alijs quos è Maſada eduxerat,in Galilęam duxit,oppugnaturus quędam loca ab Antigono inſeſſa præſidijs.Cumque Sephorim cælo ningēte peruenisſet,Antigonianis inde refugientibus magnam nactus eſt rerum neceſſariarum copiam. Inde in latrones quoſdam ſpeluncarum receſſus habitantes equitum alam immiſit,cum peditum tribus cohortibus,ut

B eos cohiberet à maleficijs.aberant autē non longè à uico,qui Arbela dicitur. Quadrageſimo deinde die ipſe uenit cum toto exercitu, & magna audacia hoſte occurrente, in ſiniſtro acici cornu laborari cœptum eſt,donec ipſe armatorum manu ſtiparus ſuccurrit,& hoſtes iam uincentes coegit terga uertere,ſuos uerò fugientes gradū ſiſtere. nec hoc contentus profligatos & palantes uſque ad Iordanem perſecutus eſt. atque ita uniuerſam Galilæam in partes ſuas traduxit,præter eos qui erāt in ſpeluncarū receptaculis.numeratiſque uiritim C L drachmis, & pro portione centurionibus,ſuos in hyberna dimiſit. Interea Silo ad eum uenit cum ſuis ducibus, qui apud Antigonum in hybernis fuerant,illo nolente eos poſt unum mēſem exactum ampliùs alere.Nam & ad finitimos miſerat, qui iuberent eos ſublatis omnibus rebus ad uictum neceſſarijs in montes refugere,ut Romani præinopia fame perirent.At Herodes Phe-

C rorę fratrum minimo commeatuum curam cōmiſit,iuſſo inſtaurare Alexandrium. Ille uerò breui & militibus magnam neceſſariarum rerū abundantiam prębuit, & caſtellū illud prius deſertum denuo cōdidit.Eodem tempore Antonius morabatur Athenis.In Syria uerò Ventidius Silonem accerſens cōtra Parthos,iuſsit primum Herodi nauare operam,deinde ad proprium bellum exire prouinciales auxiliarios. AT ILLE Silone ad eum miſſo, ipſe contra latrones in ſpeluncis degentes duxit militem.Erāt autem hæ ſpeluncæ ſitę in præruptis mōribus,anguſtis tramitibus acceſſibiles,& acutis cinctæ rupibus.in harum cauernis illi cū totis habitabant familijs . Rex autē arcas in hunc uſum cōpactas de uertice montis per machinas demittebat catenis ferreis:eo q nec infernè propter aſperitatem montis aſcendere daretur, nec ſupernè cōtra eos derepere.Hæ arcæ completæ erāt militibus haſtas falcatas geſtantibus,

D ad attrahendos repugnantes & deturbandos per præceps.Hæc tamen arcarum demiſſio periculoſa erat propter immenſam altitudinem: & in ſpeluncis non deerant uictui neceſſaria.Vt uerò demiſſæ ſunt arcę ad earum oſtia,& nemo prę metu audebat progredi,quidam armatus accinctus gladio,manu utraq; apprehēſa catena qua arca ſuſtinebatur,demiſit ſe intra fauces morę impatiens,illis exire cunctantibus:& ad quandam cauernam accedens,primùm iaculis multos intùs cōfecit:deinde reſiſtere conatos falcata haſta attractos dabat in præceps,deinde penitiùs reconditos inuadens iugulauit multos,ac tum demùm in aream ſe recepit. Cæteros uerò ciulatum audientes pauor corripuit,& ſalutis deſperatio.eos tamen conatus impediuit nox interueniens,multiq; rege per præconem pollicente ueniam deditionē fecerūt. Sequēti uerò luce eodem uſi ſunt oppugnationis genere,magis etiā ex arcis excundo & pugnando

E in ſoribus,& ſubiecto igne antra incendendo.inerat.n.intùs multa materies.Senex autē quidam deprehenſus intus cum uxore ac ſeptem filijs,rogatus ab eis,ut ſe deditionem facere permitteret,ſtans ante oſtium,primum quemque exeuntem iugulabat,donec ad unum omnes confecit,& uxorem ultimam.deinde præcipitatis cadaueribus, poſtremò ſeipſum ſuperiecit, mortē ſeruituti præferēs.primò tamē in humilitatē Herodis multa ciecit conuitia,licet rex è ſpecula quadam dextrā porrigeret, & polliceretur ueniā. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatæ ſunt.Rex autem Ptolemæo præpoſito ei regioni,in Samariam profectus eſt cum ſexcentis equitibus,& tribus millibus peditum,ut armis cum Antigono rem decerneret.Sed Ptolemæo ſua præfectura nō bene ceſſit:nā iuuaſus ab his, qui & antè Galilæam turbauerāt,

F interfectus eſt.quo facto receperūt ſe in paludes & loca inacceſſa, totū eū tractū rapinis infeſtantes & excurſionibus.Herodes aūt reuerſus pœnas ab eis exegit latrocinij:& ex defectoribus alios mox interfecit alios refugientes in loca munita expugnatos ſupplicio tradidit, & arces ipſas diruit:atque ita ſublatis rerū nouarū autoribus,ciuitates centum talentis mulctauit. Interea cęſo in pugna Pacoro,& Parthis profligatis,Ventidius Herodi in auxiliū mittit Macherā cum duabus legionibus & mille equitibus,iubente hoc Antonio.Ille uocatus ab Antigono, & pecunijs corruptus, inuito Herode ad eū ſe contulit, tanquam inſpecturus eius negotia.

Iosephus Herōdis frater in Idumæā ablegatur.

Herodes latrones à maleficijs cohibet.

hoſtem Antigonum uincit,atq;

tota Galilæa potitur.

A. M. 3933. Ante Chr. nat. 38.

Ventidius Parthis contrariatur.

XXV.

Herodes expeditio in latroneſ.

Audacia cuiuſdam militis gladio accincti.

Senis alicuius prodigioſum & nefandum facinus.

Herodes armis cum Antigono decertat.

Ptolemæus interfectus.

Herodes defectores morte permit.

Pacori mors.

Herodi Macherā uenit auxilio.

At

Machæra in Iudæos sæuit.

At Antigonus suspectum habens eius aduentum, non admisit hominem, sed per funditores glandibus impetitum arcuit, satis declarans suum animum. Ille tum demum Herodem bene monuisse, & se non obtemperantē errasse intelligens, in Emauntem urbem se recepit: & in eo itinere quotquot Iudæorū ad manus ei uenerūt, interfecit nullo amici, aut hostis discrimine, iratus ob ea, quæ sibi acciderāt. quo facto rex exacerbatus petebat Samariā. Nam decreuerat ea de causa audire Antonium alijs sibi opus dictitans, quàm his, qui se magis, quàm hostem læderent. alioqui sufficere uel se ipsum ad opprimendū Antigonū. Machæra uerò consecutus eum rogabat ut maneret: aut si certū esset pergere, saltē Iosephū fratrem sibi attribueret, gerenti bellū contra Antigonū. Itaq; reconciliatus Machæræ multùm roganti, relicto ibi Iosepho cū exercitu, præcepit ei ne rem totā in discrimen adduceret, néue cū Machæra contenderet. Ipse uerò properauit ad Antonium oppugnantē Samosata sita ad Euphratē fluuiū, ducēs auxiliares tā pedites quàm equites. Postquā autē peruenit Antiochiā, repertis ibi multis collectis qui cupientes adire Antonium non audebant se cōmittere itineri propter obsidentes uias barbaros, & sæuientes cædibus, bono animo esse iussis ducē se præbuit. Statione aūt altera à Samosatis insidiabatur barbarorū turma cōmeantibus ad Antoniū: ubi quà exitus erat in campestria occultauerant se non pauci equites, non moturi se loco, donec uiatorū agmen perueniret in planiciem. Cumq; iam primi pertransiuissent, Herodes qui præsidio erat extremo agmini, inuaditur à fermè quingentis equitibus. Qui cùm primos sibi occurrentes in fugā uertissent, rex cum suis stipatoribus magno impetu in eos illatus hostē repulit, & excitatis suorū animis pugnā redintegrauit, reuertentibus qui paulò antè fugerant, ita ut ubiq; cæderentur barbari. Rex aūt sæuire ferro non destitit, nec nisi receptis iumentis, quæ nō pauca gerebant sarcinas, simulq; mancipijs, cœptū iter prosecutus est. Et cùm plures alij in propinquo cāpis saltu insidiantes in illos coorirentur, hos quoq; cū ualida suorū manu aggressus in fugā compulit: multisq; ex eorū numero cæsis tutū sequentib. se iter præstitit. Illi uerò seruatorē eum & protectorē suum appellabant. Postquam autem prope Samosata uentum est, exercitū instructū & ornatū ei honoris causa misit obuiam Antonius, propter adducta auxilia, & quia profligatos ab eo barbaros audierat: multumq; gauisus eius aduentu, & cognitis quæ obiter gesserat, collaudata uiri uirtute, cōplexus est eū & salutauit comiter, in summoq; honore habuit ut regē recens à se declaratū. Antiocho autē paulò pòst id castrum dedente, & hoc pacto finito bello, Sosio prouinciā Antonius cū exercitu tradidit: cōmendatoq; ei Herodis negotio, in AEgyptū ipse profectus est. Tum Sosius duas legiones cum rege præmisit in Iudæam, ipse cū reliquo exercitu sequebatur. Interim absente fratre Iosephus in Iudæa perierat hoc modo: Immemor mandatorū fratris quæ illi Antoniū adiuturus dederat, assumptis & à Machæra quinq; cohortibus uersus Hierichuntē profectus ad demetendas eius agri fruges, in montibus castris locū cepit: & quia Rom. cohortes constabant è tyronibus non admodū rei militaris peritis, quòd pleriq; è Syria delecti essent, circumuentus ab hoste inter locorū difficultates, amisso exercitu & ipse fortiter pugnans occubuit, sex enim cohortes desideratæ sunt. Antigonus uerò potitus cadaueribus, Iosepho præcidit caput, L talentis à Pherora fratre redimendū. Quo facto Galilæi à suis præfectis deficientes, factionem Herodis in lacum demersam necauerunt: & apud Iudæam multa nouata sunt. Machæra autem Gitthā castellū muniebat. Regi uerò apud Daphnen Antiochiæ suburbium fratris casus renunciatus est, iam antè tale aliquid expectanti propter quædam insomnia, quibus non obscurè de fratris morte præmonitus fuerat. Accelerato igitur itinere postquā ad Libanū montem peruenit, assumptis octingentis eius loci hominibus, ducens etiā unam Romanā legionem, Ptolemaidem petijt: unde noctu profectus cū exercitu, per Galilæam progrediebatur. Cui occurrentes hostes, prælio uicti cōpulsi sunt in castellū unde exiuerant pridie: quod primo mane oppugnare adortus, ui repentinæ tēpestatis coactus est infecta re inde exercitū in proximos uicos abducere. Superueniente aūt ab Antonio legione altera, qui castellum tenebant territi noctu id deseruerunt. Rex quoq; properauit Hierichūtem, uolens ulcisci fratris interitum. quò postquam uenit, honoratissimū quemq; adhibuit ad conuiuium: peractaq; cœna dimissis conuiuis recepit se in cubiculum. Hîc uidere licuit res regis à Deo nō negligi. Triclinium enim illud in quo cœnatū fuerat, iam uacuum sine cuiusquā noxa concidit: quo factū est, ut omnes Herodem Deo charum crederent, ut qui miraculosè seruatus uideretur è tanto periculo. Sequenti uerò die cùm hostium sex millia ad pugnā descendissent à mōtium uerticibus, Romanos terrebant: eorumq; uelites procursando tragulis & saxis feriebant regios, adeò ut ipsi quoq; regi quidā tragula uulnus in latus inflixerit. Porrò Antigonus misit

Herodes Antonio Samosata obsidenti suppetias latū uadit, simul ac insidijs Barbarorum impetitur.

Herodes Barbaros profligat, atq; spoliat.

Herodes ab Antonio honorificè excipitur, comitterq; salutatur.

Antonius Sosio prouinciam in Aegyptum profecturus tradit.

Iosephus Herodis frater in prælio occiditur.

A. M. 3934. Ant. Chr. nat. 37.

Galilæi ab Herode deficiunt.

Machæra Gittham castellum munit.

Herodes Galilæos pugnā propulsat.

Triclinij casum mirè euadit,

uulneratur.

Samariam

A B C D E F

A Samariam ducem quendam nomine Pappum, uolens uideri ita abundare copijs, ut foris quoq; posset bellum gerere. Sed ille Machæræ se oppositit. Herodes uerò occupatis quinq; oppidis, præsidiariorum circiter M M in eis interfecit, & incensis oppidis contra Pappum reuersus est, qui castra habebat ad uicum Isanas nomine: & confluentibus ad se multis à Hierichunte ac Iudæa, ubi animaduertit hostem præ audacia uenire ad pugnam, collatis cum eo signis uicit egregiè, & accensus ulciscendi fratris cupidine, sæuiendo instabat in uicum fugientibus. Repletis autem ædibus milite, & quibusdam in tecta confugientibus, his superatis & tectis dirutis uidit omnia referta & constipata militibus. Hos igitur saxis supernè impetentes aceruatim conficiebant: nec fuit toto hoc bello spectaculum miserabilius, quàm uidere innumera cadauera cumulata intra parietes. & hoc facinus maximè fregit hostium

Antigonaeus uincit, &

B audaciam, ita ut non ampliùs sperarent aliquid lætius. Videre enim erat multitudinem maximam coeuntium circa uicum, qui tunc fugiebant. & nisi repentè ualida tempestas interuenisset, regij uictores petijssent confestim Hierosolyma, & bello finem imposuissent. Iam enim Antigonus de fuga disp iciebat, cogitans urbem deserere. At rex iam uespere iussis parare cœnam militibus; ipse pugna lassatus in quoddam cubiculum lauatum abijt: ubi maximum discrimen adijt, quod tamen euasit Dei prouidentia. Cùm enim esset nudus, & uniùs tantùm pueri ministerio lauaret, intùs in eisdem ædibus latebant quidam hostium armati, quos metus eò compulerat. Dumque ille se abluit, primus prodiens stricto gladio per fores se proripit, deinde alter & tertius armati similiter, adeò attoniti, ut illæso rege cõtenti essent sibijpsis fuga salutem quærere. Sequenti uerò die præciso Pappi inter reliquos occisi capite,

Lauans periculũ mirificè effugit illæsus.

C milit illud Pheroræ in ultionem fratris: nam is eum sua manu interfecerat. Post hęc ubi tempestas desæuijt, moto inde exercitu uenit Hierosolyma, & castra propè urbem metatus est, anno tertio postquam Romæ declaratus rex fuerat: quibus mox propiùs admotis quà maximè oppugnationi obnoxia erant mœnia, ante templum fixit tentoria; uolens sic ea quemadmodum olim Pompeius aggredi. & tribus aggeribus ei loco circumdatis, turres erexit adiutus operarum multitudine: & cæsa circumquaque materie, præpositisque huic operi uiris idoneis, durante etiam tum obsidione Samariam ad nuptias profectus est, ducturus filiam Alexandri, neptem Aristobuli, quam ei desponsam fuisse iam diximus.

Herodes Pappi caput Pheroræ tradi præcipit. Hierosolymis oppugnandis exercitum admouet, utq; nuptias celebrat.

Antigonus à Sosio & Herode opprimitur. CAP. XXVIII.

D NVptijs uerò peractis uenit per Phœnicem Sosius, præmissisque per mediterranea copijs; mox & ipse affuit habens secum multos tam pedites, quàm equites. Venit etiam rex à Samaria, ad ueterem exercitum non mediocrem accessionem adducens: erant enim circiter X X X millia. omnes autem conuenerunt ad Hierosolymorum mœnia; & consederunt ad septentrionale urbis latus, ad undecim legiones peditum, & sex equitum millia; præter auxiliares Syrorum copias. Prærant autem duo cum imperio, Sosius ab Antonio missus in auxilium, & Herodes pro seipso bellum gerens, ut deiecto Antigono hoste populi Romani ipse pro eo ex senatusconsulto regnum acciperet. Intus autem certatim resistebant Iudæi ex tota ea regione collecti & concluſi intra mœnia, templum Domini iactantes; & fausta populo ominantes, non deserturum Deum suos

XXVI. *Hierosolymorũ obsidium ab Herode & Sosio institutum.*

E in periculo: direptisque extra urbem tam hominum, quàm equorum alimentis; per clandestina etiam latrocinia difficultatem annonæ augebant obsessoribus. Cui rei Herodes ita prospexit, ut contra latrocinantes opportuna loca præoccuparet insidijs; & commeatus additis præsidijs è longinquo conueheret, ut breui necessaria uictui abundarent in exercitu. Adhæc operarum frequentia facilè absoluti sunt tres illi aggeres. æstas enim erat, & opus feruebat, nulla interturbatum aeris intemperie. Machinis etiam murum quatiebant, & nihil intentatum relinquebant. At obsessi intrepidè repugnabant, conatus eorum eludentes uarijs artibus. Excurrentes enim crebrò, modò incepta, modò iam perfecta opera incendebant: & conferentes pugnam cum Romanis nihilo erant inferiores audacia, peritia tantùm rei militaris cedebant. tum pro diiecto machinis muro intùs recentem extruebant, & cu-

Herodes annonæ difficultati prospexit.

Iudæi obsessi intrepidè repugnant.

Concertatio sub terranea.

F niculis obuios agebant alios cuniculos, ut nonnunquam sub terra manus conferrent. utętesque desperatione pro fortitudine ad extremũ perdurabant; idque obsessi à tam numeroso exercitu, ipsi fame simul laborantes & inopia. nam in sabbaticum annum inciderat oppugnatio. Tandem euaserunt in mœnia primùm lectissimi uiginti milites, deinde Sosij centurio. captus est enim primus murus diebus X L. secundus uerò quindecim: & quædam porticus circa templum exustæ sunt, quas Herodes Antigonum incendisse calumnia-

Hierosolyma ab Herodianis expugnantur. A.M. 3935. Ant. Chr. nat. 36.

batur, uolens in eum concitare inuidiam populi. Capta uerò exteriore templi parte & ima urbe, Iudæi ad interiora templi & ſuperiorem urbem refugerunt: timentesque ne à Romanis impedirentur mactare Deo quotidianas uictimas, per legatos petierunt, ut has tantùm ſinerentur introducere. Rex uerò annuit, ſperans remiſſâ tandem obſtinatione ceſſuros. Vt uerò ſpem ſuam fruſtratam uidit, pertinaciter pro Antigoni regno contendentibus, totis uiribus adortus urbem expugnauit: moxque omnia repleta ſunt cædibus, Romanis longa oppugnatione exacerbatis, Herodianis Iudæis conantibus aduerſam factionem extirpare funditùs: eratque continua cædes per angiportus & domos, ne religione quidem templi tuente ſupplices. Non ætati ulli parcebatur, non ſexui, ne imbelli quidem: & quamuis obſtante rege, & precibus intercedente, nemo tamen temperabat à manibus, ſed ueluti furore perciti ſæuiebant, nullo ætatis diſcrimine. Antigonus quoque neque ueteris neque recentis ſuæ fortunæ ratione ſatis habita deſcendit è turri, Soſioque ad genua procidit. & ille nihil miſeratus mutatam eius fortunam, inſultauit homini Antigonam appellans. non tamen incuſtoditum reliquit tanquam fœminam, ſed uincto cuſtodes addidit. Cæterùm Herodes deuictis hoſtibus, non minus negotij habuit in compeſcendis alienigenarum auxilijs. ruebat enim multitudo conductitiorum ad uiſendum non fanum ſolùm, ſed intimum etiam adytum. Rex uerò alios precibus, alios minis, nonnullos & armis reprimebat, moleſtiorem clade uictoriam exiſtimans, ſi quid eorum, quæ uideri fas non eſſet, ueniret in conſpectum profanæ multitudinis. Prohibebat etiam rapinas per urbem fieri, identidem Soſium rogitans, ſolitudiníne ſe regem Romani facturi eſſent, exhauſta urbe rapinis ſimul ac cædibus: exiguumque dicens ſibi uideri tantæ ciuium cædis pretium etiam ſi totius orbis dominium contingeret. Illo uerò referente pro expugnatione urbis direptionem meritò permitti militi, promiſit ſe de ſuo mercedem numeraturum ſingulis. atque ita redempta ciuitate ab ulteriore uexatione, promiſſa perſoluit. Liberaliter enim militibus, & pro portione ducibus, Soſio uerò etiam regiè dedit munera, ita ut omnes bene nummati diſcederent. Ea clades Hieroſolymorum incidit in conſulatum M. Agrippæ & Canidij Galli, CLXXXV Olympiade, menſe tertio, ferijs quibus ſolenne fit ieiunium, tanquam recurrente in idem temporis momentum illata Iudæis à Pompeio calamitate. Nam & ab illo eadem die urbs capta fuerat ante annos uigintiſeptem. Soſius autem conſecrata Deo corona aurea profectus eſt Hieroſolymis, Antigonum uinctum ducens ad Antonium. Herodes autem ueritus ne aſſeruatus Antigonus, & Romam perductus ab Antonio, apud ſenatum iure ſecum contenderet, docens ſe regio natum ſanguine, Herodem uerò plebeium, & quòd ſi ipſe propter offenſum Romanũ populũ indignus eſſet qui regnaret, certè filijs eius inſontibus regnum deberetur: hæc inquam timens multis pecunijs induxit Antonium, ut Antigonum tolleret. Quo facto tum demum Herodes metu liberatus eſt. Atque ita Aſſamonæi principatus deſijt poſt annum centeſimum uigeſimumſextum: quæ domus illuſtris fuit, & celebrata propter continuatum in ea gente honorem ſacerdotij, facinoraque maiorum egregia, quibus propugnauerunt pro Iudæorum republica. Verùm hæc familia inteſtinis ſeditionibus agitata amiſit imperium. Adminiſtratio autem rerum peruenit ad Herodem Antipatri filium, plebeio natum genere, & ſubiecto regibus. Atque hunc Aſſamonæorum exitum à maioribus traditum accepimus.

Antigonus ſupplex Soſio factus.

Herodes deuictis hoſtibus militares copias compeſcere ſtudet,

rapinas per urbem fieri prohibet, &c.

urbem ab ulteriore uexatione pecunijs exercitui datis redimit.

Soſius coronam auream Deo conſecrat.

Antigonus ab Antonio uitali luce priuatur.

Herodis progenies plebeia.

Aſſamonæi principatus finis.

A B C D E

FLAVII

F

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XV.

Expugnatis à Sosio & Herode Hierosolymis, Antigonus ab Antonio securi percutitur, Herodes uerò primos amicorum eius interimit.

A.M. 3935. Ant. Chr. nat. 36.

CAP. I.

HIEROSOLYMORVM expugnationem Sosij ductu atque Herodis, & captiuitatem Antigoni, superiore uolumine diximus: nunc quæ deinceps consecuta sunt dicemus. Postquam tota Iudæa potitus est Herodes, quantum urbanæ plebis etiam nondum regnum adepto fauerat, eos uicissim promouebat: aduersæ autem factionis homines quotidianis absumebat supplicijs. In præcipuo honore apud eũ erat Pollio Pharisæus, & Sameas huius discipulus. Dũ enim obsiderentur Hierosolyma, hi consulebant ciuibus, ut Herodem in urbem reciperent, eamque ob rem gratiam illis habuit. † Pollio uerò hic olim capitis reo Herode, Hyrcano cæterisque iudicibus prædixit opprobrans, quòd absolutus eorum sentẽtijs ab omnibus illis pœnas exiget, quam prædictionem procedente tempore Deus euentu comprobauit. Tunc uerò captis Hierosolymis, omnem regiam supellectilem in unum congessit: à diuitibus quoq; ablata & collecta magna ui auri ac argenti, totum id Antonio eiusque amicis donauit. Interfecit etiam XLV primates ex factione Antigoni, appositis ad portas custodibus, qui etiam cadauera scrutabãtur, ne quis eorum efferretur pro mortuo. Et quicquid auri aut argenti inueniebatur, id totũ ad regẽ referebatur, nec ullus finis malorum aderat: nam bona eorum auaritia domini egẽtis absumebat: & agri inculti manebãt propter tempus anni sabbatici, quo nobis non est fas serere. Cæterùm Antonius accepto Antigono uolebat eum uinctũ seruare ad triumphum: sed ubi audiuit gentem ad res nouas spectare, & odio Herodis fauere Antigono, magis placuit apud Antiochiam eum securi percutere: uix enim Iudæi contineri poterãt in officio. Testis est Strabo sic scribens: Antonius Antigonum Iudæum perductum Antiochiã securi subiecit: Romanorumque primus affecit regem hoc supplicio: ratus non aliter posse adduci Iudæos, ut Herodem pro illo regem constitutum admitterent: nam ne tormentis quidem adigi poterant, ut appellatione regis eum dignarentur: tanta apud eos fuit prioris regis existimatio: quare uisum est ignominiosa morte obscurare eius memoriam, & lenire publicum Herodis odium. Hæc Strabo. HYRCANVS autem pontifex captiuus apud Parthos cognito quòd Herodes regnum assecutus esset, reuersus est ad eum, in hunc modum dimissus. Barzapharnes & Pacorus Parthorum duces, Hyrcanum, qui primò pontifex, deinde rex fuit, & fratrem Herodis Phasaelum, captiuos abduxerant: quorum Phasaelus non ferens captiuitatis dedecus, & turpi uitæ honestam mortem præferens, se ipsum interfecit, sicut supra diximus.

Herodes amicos promouet, inimicos uerò tollit.

Sameæ Pollionis discipulus.

† Superiore lib. cap. 17. Sameæ hoc tribuitur.

Herodes factionis Antigonianæ primates interficit.

Antigoni mors. Strabo.

II.

Hyrcanus ad Herodem reuertitur.

Phasaeli interitus.

Quomodo Hyrcanus à Parthis dimissus ad Herodem reuertitur. CAP. II.

HYrcanum autem ad se perductum Phraates Parthorum rex propter claritatem generis comiter habuit: & uinculis solutum uoluit Babylone degere, ubi magna erat Iudæorum frequentia. hi non aliter quàm pontifici ac regi Hyrcano honorem habebant: nec hi solùm, sed quantum Iudæorum ultra Euphratẽ habitabat: ita ut nõ admodum præsentis fortunæ pœniteret hominem. Sed postquam resciuit Herodem ad regiam dignitatem euectum, ad nouas se spes transtulit, natura suorum amans, & gratiam ab eo expectans, quòd aliquando de capite periclitantem seruasset in iudicio. Cœpit igitur de profectione consultare cum Iudæis, officij causa inuisere illum solitis: qui tamen ut maneret ei suadebant, commemorantes obsequia sua, & honores quos exhiberent non aliter, quàm uel regi uel pontifici: imò ne in patria quidẽ talẽ dignitatẽ cum obtinere posse, propter corpus mutilatũ ab Antigono. nec reges solere pariter meminisse accepti in priuata uita beneficij, quandoquidẽ mores cum fortuna sint mutabiles. nec tamen his monitis Hyrcano potuerũt eximere patriæ desideriũ. Herodes quoq; ei scripsit, rogaret Phraatẽ & eius regni Iudæos,

Hyrcano à Iudæis ingens honor defertur.

ne sibi inuideret cõmunem cum genero futurã potestatem, nunc enim adesse tempus refe- A
Baramalla legatus Herodis ad Phraatem. rendæ suo quondam,& altori & seruatori gratiæ. Simulq; etiam ad ipsum Phraatem legatũ misit Samarallam cum multis muneribus,eblanditurum ne obstaret cupienti referre gratiã homini,qui se & educasset & conseruasset. Nec tamẽ reuera hoc agebat:sed quia ipse iniquè imperabat,cauens mutationis occasiones,quærebat Hyrcanum in potestatem suam redigere,aut etiam omnino tollere:id quod postea fecit. Tunc aũt dimissum à Partho,& ab illis Iudæis honorificè adiutũ uiatico,cùm excepisset,in summo honore habuit:primumq; in conuentibus locum ei tribuendo,& in conuiuijs semper honoratiorem cedendo,patremq; appellitãdo,iactabat hominem quo minus suspicaretur insidias. Quin & alijs artibus procurabat quicquid putaret sibi ad stabiliendũ principatũ cõducibile, unde tamen domesticæ sedi
Ananelo summo sacerdotio ab Herode donatur,iuxta nonnullorũ chronologiam. tionis enata est occasio. Cauens enim ne quis illustrium crearetur pontifex,accito Babylone B
A.M. 3933. Antè Chr. nat. 38. nõ obscuri generis sacerdote Ananelo,huic summũ sacerdotiũ dedit. Mox igitur Alexandra non tulit hanc contumeliam,Hyrcani filia,uxor Alexandri Aristobuli regis filij, ex quo liberos habebat,alterum formosissimum,nomine Aristobulum, alteram Mariammen Herodis coniugem,insigni pulchritudine fœminam. Hæc iniquissimè ferebat cõtemptum filium,q; eo superstite aliunde uocatus pontificatũ usurparet. Scribit igitur Cleopatræ per quendã fi-
Alexãdra ab Antonio, filio Põtificatũ per Cleopatram petit. dicinem,ut pontificatũ filio suo petat ab Antonio. Sed Antonio rem negligẽte,amicus eius Gellius ob quædã negotia in Iudæam profectus,ut uidit Aristobulum,delectatus est eius forma,admiratus staturã adolescentis simul & pulchritudinem, nec minus Mariammen regiã coniugem,felicemq; prole Alexandrã prædicans:cum qua colloquutus persuasit ut depictas
Alexandra Aristobuli & Mariammæ effigies mittit ad Antonium. amborũ effigies ad Antonium mitteret. fore enim ut his conspectis ille nihil non à se impe- C
trari patiatur. His uerbis uerbis excitata mulier eas effigies ad eum transmisit. Gellius quoq; rem exaggerabat,affirmans eos sibi uisos non mortali,sed planè diuino natos genere,uolens Antoniũ in amores pellicere. Qui indecorũ sibi ratus puellam Herodi nuptã accersere, atq; etiam Cleopatræ suspiciones uitans,scripsit ut aliquo honesto prætextu puerum ad se mitteret,& honestè addidit,nisi molestũ uideatur. Quæ postquã relata sunt Herodi,nõ putauit tutum Aristobulũ in ipso floreæ ætatis,uidelicet decimumsextũ agentẽ annũ,adhæc genere nobilissimũ mittere ad Antonium,primùm Romanorũ nemini cedentẽ,deinde procliuem ad libidines,& huiusmodi uoluptates undecunq; uenantẽ impunè propter potentiã. Rescripsit igitur,si uel pedẽ è regno suo moueat adolescens,fore ut cuncta cõpleantur bellicis tumultibus,Iudæis nouationẽ rerum sub alio rege sperãtibus. Hoc pacto cum satisfeciſſet Antonio, D
decreuit non omnino adolescentẽ & Alexandrã expertes honoris relinquere,uxore etiã Mariamme assiduis precibus obtundente,ut fratri debitũ pontificatum redderet,dicenteq; ipsi
Herodes in Alexandram inuehitur. quoq; id fore cõmodum,adempta per honorẽ adolescenti peregrinandi facultate. Aduocato igitur amicorũ concilio,multis uerbis in Alexandrã inuectus est:eã & clàm regno suo insidiatam,& per Cleopatram id agere,ut ope Antonij à se regimen transferatur in puerũ. idq; tanto iniustius eam moliri,quòd & filiam suam interim honore parto priuare conetur,& regnum perturbatione reipublicæ alijs parare,quod ipse quæsisset multis sudoribus ac periculis. se tamen præteritorũ libenter obliuisci,nec desinere pietatem erga eam cæterasq; necessi
Herodes Aristobulo dat pontificatum. tudines colere:& nunc eius filio pontificatum dare, cui Ananelus hactenus propter ætatem immaturam prælatus sit. Hæc postquam elocutus est uerbis meditatis, quo magis fucũ face- E
ret mulieribus & amicorũ consistorio,Alexandra uix sui cõpos, tum præ gaudio, tum quòd se suspectam intelligeret,cœpit cum lachrymis pro se uerba facere,fassa se pro sacerdotio nihil non tentasse indignitatis & contemptus impatientia:regnum aũt negans se uel ambisse unquam,uel etiamsi ultrò offerretur,admissuram fuisse. Satis honoris sibi uideri, q; filiam cum ipso regnare uideat,satisq; ita consultum securitati totius familiæ. Victam igitur beneficiorum magnitudine accipere se honorem filij,futuramq; posthac regi obsequentissimã: ueniamq; præteritorum petere, si quid fiducia generis & necessitudinis propter indignitatẽ rei egisset immodestius. Post hoc colloquium ad reconciliationis fidem datis uicissim dexteris discesserunt,omni,ut tum uidebatur,suspicione sublata.

Herodes Aristobulum coniugis suæ Mariammes fratrem pontificem declaratum non multo pòst necandum curauit. CAP. III. F

III. *Herodes Ananelo Pontificatum abrogat.*

IVm rex confestim pontificatum abrogat Ananelo,uiro peregrini generis,utpote nato ex Iudæis olim ultra Euphratẽ traductis per Assyrios,ut antè diximus. Multa .n. millia huius gẽris Babyloniã incolebant,unde & hic erat,à pontificib. alioquin oriundus, & Herodi iampridem notus familiariter. Eum adeptus regnum cum autorita-

A autoritate ſua pontificem feciſſet,ipſe poſtea abdicauit quo familiam ſuam componeret per turbatã,propter neglectas leges patrias. Alioquin honor hic ſemel aſſumptus ſolet eſſe perpetuus.primus Antiochus Epiphanes eam legem uiolauit,pro Ieſu ſubrogato in hoc ſacerdotium fratre ipſius Onia.Secundò Ariſtobulus ab Hyrcano fratre eum honorem in ſe tranſtulit. Tertius Herodes Ariſtobulum adoleſcentem uiuo adhuc pontifici ſucceſſorem dedit. atq; ita tum uiſus eſt diſcordiæ domeſticæ attuliſſe remedium.nec tamen ut fit poſt reconciliationem uacauit ſuſpicionibus, ueritus Alexandram ne in poſterum quidem quieturam,ſi daretur rerum nouandarum occaſio. Iuſſit igitur eam continere ſe intrà regiam,& nihil pro poteſtate agere. Adhæc obſeruabatur aſſiduè,ita ut nihil regem lateret,ne eorum quidẽ quæ ad quotidianam uiuendi rationem attinerent:quæ omnia exaſperabant eam,& incitabant ad

B odium.Plena enim muliebri ferocia ſuſpectã ſe obſeruari indigniſſimè ferebat,malens quiduis potiùs pati,quàm amiſſa licentia,honoris ſpecie in ſeruitute & timore uitã degere. miſit ad Cleopatram literas,præſentem rerum ſuarum ſtatum deplorans,& rogans ut opem aliquã ſibi afferat.Illa iuſſit eam unà cum filio clàm in AEgyptum ad ſe confugere. quod conſilium placuit,moxque tale quiddam comminiſcitur. Paratis duabus ſandapilis,in has ſe & filium incluſit,iuſſis famulis conſcijs,ut noctu has efferrent.erat autem mare petendum,ubi paratũ ſtabat nauigium quod eos in AEgyptum deueheret.hæc apud Sabbionem amicum mulieris AEſopus ipſius ſeruus effutiuit,putans eum non inſciũ eius conſilij.Quo cognito Sabbion, qui hactenus inimicus Herodis erat, ſuſpectus quaſi ſocius inſidiarum quibus Antipater ueneno ſublatus fuerat,arripuit occaſionem conciliandæ ſibi per hoc indicium regiæ beneuo-

C lentiæ:& ad eum inſidias Alexandræ detulit.at ille paſſus eam tentare negotium,in ipſa fuga deprehenſam retraxit. Veniam tamen erroris dedit,non auſus ei mali quicquam facere.Verebatur enim non ceſſaturam Cleopatram,odij tali anſa præbita.Quare ſimulata magnanimitate,uolebat per clementiam uideri indulgentior.ſtatuit tamen modis omnibus adoleſcentem tollere. ſed interponenda erat mora, quò magis laterent inſidiæ. Iamque inſtabat Scenopegia,feſtum apud nos cumprimis celebre, cuius ſolennitatis dies decreuerat cum reliquo populo per hilaritatem exigere.attamen hinc quoque data eſt ocaſio per inuidiam, quò magis acceleraret quod ſemel ſtatuerat. Poſtquam enim adoleſcens annum tum egreſſus decimumſeptimum, ſacris ſecundum legem operaturus ad altare aſcendit ornatu pontificali, ceremoniasque decenter tractabat ipſe,eximia forma,& ſtatura quàm pro ætate pro-

D cerior,tota facie generis dignitatem præferens, conuertit in ſe multitudinis oculos ſimul & ſtudia,reputantis ſecum etiam aui Ariſtobuli memoria digna facinora. Victi igitur affectu paulatim ſe aperiebant,confuſi nimio gaudio,nec continentes fauſtas uoces ac cõprecationes,licentius quàm ſub tali rege decebat, proferentes debitam familiæ beneficiorum tum memoriam tum gratiam. Hæc omnia perpulerunt Herodem, ut quod de adoleſcente decreuerat perficeret.Itaque peracta feſtiuitate dum apud Alexandram accipitur conuiuio, comitate pertracto in opportunum locum adoleſcente, oſtendebat ſe paratum in eius gratiam iuueniliter colludere. cumque loci eius natura eſſet æſtuoſior,citò defeſſi relicto luſu, magnis piſcinis,quæ ibi circa aulã erant imminentes, frigus captabant meridiano tempore. ac primum ſpectabant natantes quoſdam è ſocijs & famulis.Deinde poſtquam prouocante

E Herode adoleſcens quoque eis ſe miſcuit, amici quibus hoc datum erat negotium, deprimentes eum natantem, & quaſi per luſum ac petulantiam mergentes, non prius deſtiterunt, quàm omnino aqua præfocatus eſt. Hic fuit Ariſtobuli exitus anno ætatis decimooctauo,pontificatus primo,qui mox ad Ananelum redijt.Hic caſus ubi mulieribus renunciatus eſt,uerſa repentè rerum facie lamentatio exoritur ſupra cadauer iuuenis & luctus inconſolabilis: totamque urbem rumore ſparſo mœror occupat,nulla non domo calamitatem deflente tanquam propriam.Sed præcipuus fuit dolor Alexandrę,quã etſi dolus non fefellit, perpeti tamen metu maioris mali neceſſe habuit:& ſæpe ad inferendam ſibi manũ pronior, impetum tamen hunc animi repreſſit,ſi fortè ſupereſſe poſſet extincto per ſummum nefas filio,& retenta diutiùs uita nullam ſignificationem dare quòd data opera necatum ſenſiſſet,

F donec aliquando ſe offerret ultionis facultas.Quapropter diſſimulanter hoc tulit,nullã ſuſpicionem prę ſe ferens.At Herodes modis omnibus curabat fidẽ facere,ſe inſcio caſum hunc contigiſſe,non luctum ſolùm figens,ſed & lachrymas & mœſtitiã ueræ ſimillimã. ac fortaſſe ueræ etiam miſerationis nonnihil ſentiebat ad conſpectũ extincti in ipſo flore ætatis ac pulchritudinis,tametſi mortem eius plurimùm ad ſecuritatem ſuam exiſtimaret conducere:ſed potiſſimum hoc agebat, ut alienus uideretur ab hoc crimine. Cæterùm quòd ad ma-

Pontificatus tribus abrogatus.

Alexandra Herodi ſuſpecta.

Alexandra fugam clam moliens deprehenditur.

Herodes Ariſtobulo inſidias ſtruit.

Herodes Ariſtobulum tollendum curat.

Ariſtobulus dolo Herodiano ſubmergitur.

Ariſtobulus aquis præfocatus lugetur.

Herodes hypocriſeos ſuæ indicia prodit.

Ariſtobuli ſepultura.

gnificentiſſimum funeris apparatum attinet, nihil ſibi ad ſummam liberalitatem fecit reliquum, tam in exornando conditorio, quàm in congerendis eò aromatibus & alijs rebus pretioſiſſimis, quo maius miſeris mulieribus hoc pacto afferret ſolatium. A

Cleopatra Iudæorum & Arabum regnis inhians, partem eorum ab Antonio impetrat. CAP. IIII.

Alexandra Cleopatræ Herodis inſidias, filijq; ſui interitum literis patefacit.

ALexandra tamen nullo modo emolliri potuit, ſed indies magis ac magis exacerbante mœſtitia, per luctum accendebatur ad uindictæ deſiderium. Per literas igitur inſidias Herodis Cleopatræ indicat, ſimulq; filij ſui miſerabilem interitum. Illa uerò iampridem adiuuandi eam cupida, & tum etiam miſerata mulieris infortunium, non ſecùs quàm proprium curauit hoc negotium: nec unquam deſtitit incitare Antonium ad ulciſcendam necem iuuenis: indignum facinus dictitans, Herodem ope eius alieni iuris regno potitum, in legitimam regum ſtirpem tam inſolenter debacchari. His permotus Antonius poſtquam Laodiceam peruenit, accerſiuit ad ſe Herodem, dicturum cauſam de obiecto necis Ariſtobuli crimine. factum enim improbabat, ſi quidem ipſe Herodes autor eius fuiſſet. At ille nec cauſæ ſuæ ſatis fidens, & Cleopatræ odia metuens, indeſinenter Antonium contra ſe irritantis, decreuit quidem parére: neque enim aliter facere poterat: ſed commiſſa regni cura Ioſepho patruo, clàm ei mandauit, ut ſi Antonius in ſe grauius aliquid ſtatuiſſet, confeſtim Mariammen interficeret. Sic enim ſe affectum erga uxorem, ut etiamſi poſt ipſius mortem aliquem potiri contingat illius pulchritudine ad ſuam id iniuriam pertinere exiſtimet. aiebatque totum hoc negotium exhiberi ſibi propter eius fœminę formam, in quam ille iam pridem fama cognitam accenſus ſit. atque his mandatis, non admodum læta ſperans de rerum ſuarum exitu, proficiſcitur ad Antoniũ. Porrò Ioſephus creditum ſibi regimen adminiſtrans, & ſæpiſſimè Mariammen conueniens, partim propter negotia, partim honoris cauſa, dum crebra mentio fit coniugalis amoris, quo eam Herodes proſequeretur: irridentibus hanc eius aſſeuerationem mulieribus, præſertim Alexandra, ille nimio ſtudio approbandi eis affectum regis, eò prouectus eſt, ut mandatum illud proderet, ratus id certiſſimum amoris argumentum, quòd neque ſine ea uiuere ſuſtineret, neque uel morte ipſa ab ea diſiungi. quæ Ioſephi uerba mulieres non tam ut indubitatum Herodis amoris ſignum interpretatæ ſunt, quàm exhorruerunt illius tyrannicum animum, ſi uel mortuus ſæuiret in earum capita. Interea per urbem rumor ab inimicis regis ſparſus eſt, excruciatum cum ab Antonio neci traditum: qui cùm reliquam regiam turbauit, tum mulieres maximè. Alexandra uerò etiam Ioſephum hortata eſt, ut aſſumptis ipſis ad ſigna legionis Romanæ confugeret, quæ tum ad regni cuſtodiam circa urbem tendebat ſub tribuno Iulio. Sic enim primùm ſi quid turbarum in aulam incideret, ipſas in tuto fore propter Romanorum beneuolentiam. Deinde ſperandum eſſe conſequuturam quiduis Mariammen, ſi in Antonij conſpectum uenerit, atque etiam regnum recepturam, & quicquid deberetur regio generi. Tenente adhuc ea conſultatione, literæ ab Herode ſuperuenerunt rumori contrariæ. quam primùm enim uenit ad Antonium, mune ribus eum placauit, quæ in hoc Hieroſolymis attulerat: & crebris colloquijs indignationem uiri lenijt, ut minus poſthac ponderis apud eum haberet Cleopatræ inſtigatio. Negabat enim Antonius oportere regem facti ſui rationem reddere, alioqui ne regem quidem futurum. ſed dato illi ſemel honore, etiam liberam poteſtatem permittendam eſſe. idque ipſum etiam Cleopatræ aiebat conducibile, ſi non multùm ſe miſceret alienis imperijs. Hæc ſignificabant Herodis literæ, reliquumque honorem, quo ſe dignaretur Antonius, ad conceſſum adhibens & ad quotidiana conuiuia, idq; non ceſſante à criminationibus Cleopatra: quæ capta eius regionis cupidine, quo regnum id ſibi uſurparet, omnibus modis quærebat illum perdere. Sed quia iuſtum ſe præberet Antonius, nihil poſthac expectandum grauius, uenturumq; breui conſtabilito tam regno quàm amicitia. nec relictam Cleopatræ cupiditati ullam ſpem, quando Antonius pro eius poſtulatis Cœleſyriam ei conceſſiſſet, hac conditione, ne poſthac Iudæam peteret, & ut moleſta eſſe deſineret. His literis redditis uoluntas cõfugiendi ad Romanos euanuit. non tamen latuit id conſilium, ſed quãprimùm deducto aliquãtiſper Antonio cõtra Parthos eunte, Herodes in Iudæã reuerſus eſt, ſtatim ſoror Salome & eius mater indicauerunt quid Alexandra cũ ſuis uoluerit. Nec hoc contenta Salome etiã maritum ſuum Ioſephum criminata eſt, Mariãmes conſuetudinẽ obijciens. Hoc autẽ fecit propter ſimultatem ueterẽ, quòd regina elati animi fœmina inter muliebres contentiones exprobraret

Herodes ad Antonium uocatur, cauſam de Ariſtobuli nece dicturus proficiſcitur, atque uxoris ſuæ necẽ Ioſepho patruo ſuo præcepit.

Ioſepus mulieribus arcanum detegit.

Herodes excruciatus ab Antonio & neci traditus narratur falſo.

Herodes Antonium donis cæcat.

Herodes in Iudæam reuerſus accuſationem contra Ioſephũ & Mariammen inſtitutã audit.

B C D E F

A exprobraret ei obſcuritatē generis. Porrò Herodes qui ſemper ardēter amaret Mariāmē coniugē, ſtatim perturbatus eſt, nō ferens zelotypiæ ſtimulos. ægrè tamē ſe cōtinens, ne à recta ratione tranſuerſum raperetur inſanis affectibus, ſeorſim Mariammen percontatus eſt, ecquid haberet cum Ioſepho commercij. Illa uero pernegante factum, cum deierationibus, & quicquid inſons fœmina poſſet in defenſionem adducente, rex paulatim aſſentiendo placari ſe ſinebat uictus amore uxorio, ita ut poſtremò ueniam peteret, quòd temerè fidem habuiſſet rumoribus: agebatque ei gratias pro ſeruata pudicitia, ſuum uiciſſim amorem commemorans: tandem, ut mos eſt amantium, prorumpentibus lachrymis ruunt in complexus mutuos. Cùm tamen nondum uxori amoris ſui fidem faceret, tantoque magis conaretur id efficere: tum illa, Non eſt, inquit, amantis mandare ſi quid ipſi humanitùs accidat, uxo- *Mariāmes Herō di iudicium Ioſephi indicat.*
B rem innoxiam addi fati comitem. Hoc uerbo rex uelut ictus præ dolore confeſtim eam è complexu dimiſit: uociferabaturque capillos ſibi lacerans, tenere ſe manifeſtò deprehenſam conſtupratam à Ioſepho coniugem. nunquam enim proditurum fuiſſe data ſibi priuatim ac ſecretò mandata, niſi obſtricta mutuum fide per ſtupri conſuetudinem. atque ita parùm abfuit, quin eam interficeret. Sed amore uictus, licet ægrè, cohibuit ſe tamen. Veruntamen Ioſephum ne in conſpectum quidem admiſſum iuſſit interimi, & Alexandram, ut malorum omnium cauſam, uinctam coniecit in cuſtodiam. *Ioſephus moritur: Alexandra autem carcere detinetur.*

INTEREA turbabantur res Syriæ, Cleopatra non deſinente in omnes incitare Antonium: quem hortabatur ut auferens IIII.
cuique ſuam dynaſtiam, ipſi contribueret: multumque apud eum poterat irretitum ſuis *Cleopatra Antonium dementat,*
amoribus. cumque natura eſſet alieni appetens, nihil ſibi putabat illicitum. primò
C fratrem cui debebatur regni ſucceſſio, ueneno ſuſtulit, agentem annum XV. deinde *fratrem unà cum ſorore interfici mandat.*
Arſinoen ſororem ſuam Epheſi in templo Dianæ ſupplicem, interfecit per Antonium. Pecuniarum etiam ubicunque ſpes affulgeret, neque templum, neque ſepulchrum, neque aſylum ullum unquam uiolare dubitauit, modò ad illam redirent ſpolia quæſita uel ſacrilegio: miſcebatque ſacra profanis, fas nefas, ut augeretur lucris uel iniquiſſimis. Ad ſummam nihil ſatis erat mulieri ſumptuoſæ & uoluptatibus deditæ, cuius cupiditates uix totius orbis expleri poſſent opibus. quamobrem & Antonium continuò ſolicitabat, ut alijs ablata ipſi largiretur: & ingreſſa cum illo Syriam, ſtatim cogitauit quomodo eam poſſeſſionem ſuam faceret. Nam Lyſaniam Ptolemæi filium interfecit, cauſata eum ſtudere rebus *filium Ptolemæi nomine Lyſaniā trucidat, &*
Parthicis. flagitabat etiam ab Antonio Iudæam ſimul & Arabiam ſibi dari, ademptas ſuis
D regibus. Verùm ille erat quidem adeò deditus ei mulieri, ut non illecebris ſolùm, ſed etiam beneficijs eius captus uideretur: puduit tamen eum tam inſignis iniuſtitiæ, ne uideretur ad procacis fœminæ nutum libenter peccare etiam in rebus maximis. Ne igitur *partes Iudææ & Arabiæ ablatas ab Antonio captat.*
uel negando eam contriſtaret, uel imperata illius omnia faciens uideretur mortalium omnium nequiſſimus, partes de utriuſque regione ablatas ei largitus eſt: ad hæc urbes quotquot ſunt intra fluuium Eleutherum uſque ad AEgyptum: præter Tyrum & Sidonem, quas iam inde à maiorum ætate ſciebat liberas, quamuis has quoque illa multis precibus impetrare conaretur.

Cleopatra regina in Iudeam aduentus. CAP. V.

E HAEC aſſecuta Cleopatra, & Antonium in Armeniam cum exercitu profectum uſque ad Euphratem proſecuta, reuertitur: obiterque adita Apamia & Damaſco, etiam Iudęam ei libuit inuiſere: ubi excepta ab Herode, conceſſam ſibi Arabiæ partem & Hierichuntini agri reditus ei locauit. Is & balſamum fert, *Balſamum ubinam creſcat.*
quod unguentorum longè pretioſiſſimum ibi tantùm prouenit, & eximiarum palmularum uim magnam. Per hæc negotia contracta maiore cum rege familiaritate concubitum eius appetijt, mulier natura intemperans, & dedita libidini, ac fortè etiam amore tacta nonnihil: quamuis ueriſimile ſit per ſtuprum quæſitam occaſionem ſtruendis inſidijs. Sed illa amorem prętexebat. Herodes autem iam antè ei parùm amicus, quòd noſſet infeſtam ex æquo omnibus: tum uerò etiam odio dignam iudicans tam proiectam libi- *Cleopatra Herodem ad ſtuprum ſolicitat,*
F dinem, necnon maturo ſupplicio, quæ ſe ſic proſtituere conaretur, tunc eius poſtulata repudiauit. Deinde cum amicis conſultauit, num habens eam in ſua poteſtate deberet occidere. ſic enim multis moleſtijs leuare poſſe eos quibus uel hactenus infenſa fuerit; uel in poſterum futura ſit. Quin & ipſi Antonio id fore utile, quandoquidem nec illi fida futura ſit, ſi in quam temporum difficultatem delapſus opera eius opus habeat. Huc procliuiorē cohibuerunt amici, indignum cenſentes, hominem in magnis uerſantem negotijs in manifeſtiſ- *Herodes Cleopatram occidere conſultat.*

ſimum ſe periculum conijcere,& obſecrantes ne quid ageret temere. Non enim hoc laturũ Antonium,quantumuis ei hoc approbetur utile.quin hoc ipſo augendum eius deſiderium, quòd per uim atq; inſidias amiſiſſe eam uidebitur. nec ſupereſſe uel mediocrem excuſationem,cùm mulier ſit omniũ eius ætatis longè honoratiſſima, & ſi quid utilitatis ex eius nece poſſit exiſtere,coniunctum ſit cum Antonij iniuria.unde facilè apparere,quàm magna & immedicabilia mala exoritura ſint in regno & familia regis ipſius, cùm nihil uetet recuſata illius illicita poſtulatione,res pro præſenti ſtatu rectè diſponere.His deterrentes,& periculum probabilibus rationibus oſtendentes,cohibuerunt eum à tanto facinore. Ille placata muneribus regina,uerſus AEgyptum eam deduxit. Cæterum Antonius ſubiugata Armenia Artabazem Tigranis filium cum filijs ſuis ſatrapis uinctum in AEgyptum miſit, munus Cleopatræ,& quicquid precioſum de eo regno ceperat. Regno autẽ Armeniæ potitus eſt Artaxias filiorum illius natu maximus, qui in eo tumultu effugerat: cui pòſt Archelaus & Nero Cæſar per uim à ſe pulſo iuniorem ipſius fratrem ſucceſſorem dederunt. Quod autem attinet ad tributa regionum quas regina ab Antonio dono acceperat, Herodes ea iuſtè reddebat, parùm tutũ putans præbere Cleopatræ occaſionem maleuolentiæ. ARABS uerò poſtquã eorum exactio ad Herodẽ ſpectare cœpit,aliquãdiu ſoluebat ei ducẽta talẽta annua:deinde malignior factus & ad dandum ſegnior,uix partes quaſdam reddebat,ac ne eas quidem integras.

Herodes Cleopatrã in Aegyptũ deducit.

Artaxias Armeniæ regno potitur.

A. M. 3941. Ant. Chr. nat. 30.

Herodes bellum Aretæ infert, quo tempore Antonius à Cæſare Actiaco prælio victus eſt. CAP. VI.

QVam eius iniquitatẽ & iuris contẽptum non ferẽs Herodes illaturus erat bellum, atq; ad eam rẽ uſus eſt tẽpore Romani belli. Cùm enim expectaretur pugna Actiaca,quæ in CLXXXVI. Olympiadem incidit,Cæſar de imperij ſumma decertaturus erat cum Antonio. Herodes uerò multorum iam annorum poſſeſſor regionis pacatæ & refertæ paſcuis ac pecoribus, nouis quoq; abundans reditibus & opibus, delectus habendo magno apparatu expediebat auxilium Antonio. Sed ille hanc operã ei remiſit, negans ſibi opus eſſe. uerùm quia tã ex ipſo quàm ex Cleopatra audierat de Arabis perfidia, iuſſit in illum bellũ uertere. nã & regina hoc in rẽ ſuã fore exiſtimabat, ſi alter ab altero mutuis atterererẽtur cladibus. Igitur Antonij iuſſu reuerſus Herodes domi cõtinuit exercitũ, cũ quo mox inuaſit Arabiam equitatu ſimul & pedeſtribus copijs inſtructiſsimus, Dioſpolim petens quò occurſuri erant Arabes. non enim eos latuit hæc expeditio. Poſt acerrimũ igitur conflictum penes Iudæos fuit uictoria. Poſt hæc rurſum magnus Arabum exercitus cõfluxit ad Cana, qui locus eſt in Cœleſyria, quod præſentiens Herodes duxit contra eos maximam exercitus ſui partem.Cumq; uellet munitis uallo caſtris per occaſionẽ deinde prælium committere,imperanti hæc reclamabat multitudo,mitteret moras,& confeſtim in Arabas duceret.Faciebat aũt eis animos, tum quòd pulchrè inſtructã aciẽ habere ſe crederent,tum recẽs memoria prioris pugnæ,in qua egregiè uicerant.cùm igitur ardor eorum uix cohiberi poſſe uideretur,decreuit rex uti alacritate militũ,& profeſſus ſe nõ ceſſurum illis uirtute, armatus ante agmen ibat in hoſtẽ,ſubſequente inſtructa acie.quæ res attonitos reddidit Arabas.paulisper enim repugnare conati,ut uiderunt nõ poſſe ferri eorũ audaciã, maiore ex parte in fugã uerſi ſunt.actumq; de eis fuiſſet,ni Athenio Herodẽ inuaſiſſet, eiusq; exercitũ. Hic Cleopatræ dux erat in ea regione:& quia Herodẽ oderat,nõ imparatus pugnæ euentũ expectabat, quieturus ſi Arabes uincerent.Vbi uerò uinci eos animaduertit, cũ collectitia manu indigenarum feſſos iam, & uictoriam ſuam putantes ex improuiſo adortus magnam ſtragem ædebat.Nam Iudæi uiribus in profeſſos hoſtes abſumptis, tum uerò etiam ob uictoriam diſſolutiores,facilè hoſti cedebant, multaq; uulnera accipiebant in locis aſperis & inequitabilibus, quorum peritiores erant aduerſarij. His igitur uehementer laborantibus Arabes reſumptis animis reuerſi in prælium trucidabant iam fugientes. nec una erat exitij facies, pauciq́ue in caſtra euaſerunt. Rex uerò uidens eos uiribus impares, citato equo profectus eſt ad euocandos, qui illis ſuccurrerent. nec tamen licet feſtinus, affuit in tempore, ſed Iudæorum caſtra capta ſunt. Arabibus autem non mediocris felicitas ex inſperato contigit, dum & uictoria potiuntur,à qua plurimum aberant,& hoſtium ualidum exercitum opprimunt.Ex illo tempore Herodes latrocinijs cœpit agere & excurſionibus in Arabiam, caſtra ponẽdo in montibus: & cauebat quidem totum exercitum prælio committere,neque tamen non hoſtibus aſſiduitate & laborioſitate incommodabat, & ſuorum caſum omni ratione corrigere ſtudebat.

aduerſus Arabi eos incitatur.

Arabiam inuadit, & Arabes uincit.

Cana locus.

Herodes Athenionis proditione ab Arabibus uincitur.

De

A

De terræmotu qui Iudeam concuſſit. CAP. VII.

QVo tempore dum maximè apud Actium Antonius conflictatur cum Cæſare, ſeptimo regni Herodis anno, Iudæa terra quali nunquã antè motu cõcuſſa, magnã per totã eam regionẽ iacturam fecit pecudum: quin & hominum oppreſſa ſunt ruinis ædium circiter deceẽ millia. militaris tamẽ multitudo nihil detrimẽti accepit, utpote ſub dio agitans. Hæc clades in maius etiã aucta rumoribus, quos nuncij gẽtilium odiorũ nõ ignari dabant auribus Arabum, immane quantum extulit hoſtium animos, quaſi ſubuerſis Iudæorum urbibus, & extinctis hominibus, nulli iam ſupereſſent aduerſarij. Legatos itaq; gentis, qui rebus afflictis pacẽ petituri uenerant, cõprehẽſos necauerunt, moxq; magna alacritate properauerunt ad hoſtilẽ exercitum. At illi non auſi aduẽtum eorum præſtolari, utpote deiecti animis ob calamitatẽ, rempub. negligere, nec multum à deſperatione abeſſe uidebantur. Quos ita affectos rex excitabat, duces eorum appellando, & quantum in ſe erat conando animum illis addere. Cumq; generoſiores quoſdã in meliorẽ ſpẽ reſtituiſſet, tum demùm auſus eſt etiam exercitum alloqui, quẽ priùs uiderat in recẽtibus cladibus nullã orationem admittere. Eos igitur his uerbis conſolatus ſimul & cohortatus eſt.

VI. *Terræmotus in Iudæa.*

Iudæorum legati necati.

B

Herodes Iudæos maſtos conſolatur.

Herodis concio ad exercitum. CAP. VIII.

NOn ignoramus, uiri fortiſſimi, multa hoc tempore noſtros conatus remotata infortunia, quibus quantumuis audaces perterreri nihil mirum fuerit. Sed quoniã bellũ eſt pro foribus, & quæ hactenus acciderunt, non niſi ueſtra uirtute poſſunt corrigi, cohortandi mihi eſtis, & monendi quo pacto retinere poſſitis priſtinũ robur animi. Ac primùm de bello uerba faciam, declaraboq; nos id iuſtiſſimis de cauſis gerere, coactos inimicorũ iniurijs: id quod uel præcipuè debet acuere ueſtrã fortitudinẽ. Deinde oſtendam, nec hæc quæ nos cõtriſtant, eſſe tam grauia, quàm uidentur, & magnam nobis ſupereſſe ſpem uictoriæ. Ac primùm de eo differam, quod prius propoſui, uosq; ipſos teſtes eorum quæ dicturus ſum faciam. Noſtis enim ipſi Arabum iniuſtitiam, & quàm ſint erga alios quoq; omnes perfidi, nimirum genus hominum impium, ac barbarum: ſed nos præcipuè ſemper infeſtauerunt, ob auaritiã & inuidiam perpetuis iniurijs nos laceſſentes. Et tamen ne alia beneficia noſtra in eam gentẽ collata cõmemorem, quis eos imminẽte Cleopatra de libertate periclitantes eripuit niſi nos? Mea enim cum Antonio coniunctio, & illius erga me benеuolentia in cauſa fuit, ne quid iſti grauius paterẽtur, dum ille cauet cõmittere, quòd nobis ſuſpectum eſſe poſſet: deinde poſtquam precibus illa euicit ut de utraq; regione portiones quædã ei deciderentur, in his quoq; diſpenſandis non ceſſauit mea induſtria: & datis de meo magnis muneribus ſecuritatem ambobus acquiſiui meo unius ſumptu, dum c c talenta expendo, & pro alijs ducẽtis fideiubeo, pro reditibus eius ipſius terræ, quam iſti olim noſtram occupant. Atqui æquum erat nos Iudæos & à tributis immunes eſſe, nec cuiquam ullam agrorum partem decidere: certè in Arabum gratiam, (qui nobis ſalutem ſuam debent) indignum erat quicquam expendere. Sed multo iniquius eſt, eos qui negare non poſſunt ſuam libertatem noſtrum eſſe beneficiũ, & eam ob rem gratias nobis egerunt, fraudare nos debitis, præſertim amicos & pacis tempore: quandoquidem fides etiã hoſti ſeruanda, multo magis inter amicos locum habeat neceſſe eſt: at non inter tales quales iſti ſunt, qui nihil tam honeſtum putant, quàm quod cum lucro coniunctum eſt, & iniuriã impunitam eſſe debere, quæ lucri gratia committitur. Dubium igitur non eſt, noſtri officij eſſe iniuſtos iuſto bello perſequi, quod Deus ipſe fieri uult, iubetq; nos ſemper odiſſe uim & iniuriam, maximè in bello non ſolùm iuſto, uerum etiam neceſſario. Quod enim confeſſione omnium tã Græcorum, quàm Barbarorum eſt crudeliſſimum: hoc cæſis noſtris legatis perpetrauerunt. Nam & Græci caduceatores ſacros ac inuiolabiles eſſe uolunt, & noſtri honeſtiſſima ſanctiſſimaq; legis præcepta per angelos (hoc eſt nuncios) à Deo acceperunt. hoc enim nomen & Deum in hominum notitiam adducere, & hoſtes hoſtibus conciliare poteſt. Quid igitur magis neſarium, quàm legatos de iure agentes interficere? aut quæ illis poſt hoc facinus expectanda uel in bello proſperitas, uel in reliqua uita felicitas? ego ſanè non uideo. Dixerit fortè aliquis, ius quidẽ & fas penes nos eſt, ſed penes illos uires & maiores copiæ. uerùm iſthæc oratio indigna eſt noſtris hominibus. cum quibus. n. iuſtitia eſt, cũ illis etiã Deus, ubi aũt Deus eſt, ibi nec multitudo nec fortitudo deeſſe poteſt. Sed age etiã per ſe uires noſtras expendamus. Prima pugna uicimus, in ſecunda primo congreſſu eos profligauimus, non ferentes noſtram impreſſionem. uictores deinde nos Athenio non indicto bello ex inſidijs aggreſſus eſt.

C

Herodes Iudæos iam conſolatus, ne pauidiores ad certos ad animos fortitudine exercitione hortatur.

Belli cauſa contra Arabes ſuſcepti.

D

Fides cuilibet ſeruanda.

E

Magiſtratuum officium.

Legati inuiolabiles.

F

Deus Iuſtitiam colentibus patrocinatur.

est. uerùm hęc fortitudo eorum dicenda est; an insidiæ potiùs & secunda iniquitas? Cur igitur A
nobis minus sit animi, quibus oportebat esse plus spei? aut cur nobis timẽdi sint, qui quoties
absque dolo certandum est, semper succumbunt, quando uerò uincere uidentur; per iniu-
stitiam hoc faciunt? Quid, quòd etiam si fortes quis eos existimet, hoc ipso magis ad uirtutem
excitari debet? non est enim generosi laus infirmissimum quemque aggredi, sed posse etiam
fortes deuincere. Quòd si quem domesticæ clades terrent, & terręmotus proximus, primùm
cogitet hoc ipsum esse, quod Arabas decipit, putãtes grauius quàm reuera fuit: deinde non de
cere ut illis audaciæ, nobis timiditatis, eadem causa sit. Illi enim nunc audent non quòd ali-
cuius boni sibi sint conscij, sed qa nos afflictos credunt calamitatibus. ubi autem nos uiderint
occurrere, collabetur eorum fiducia, & nobis hoc ipso crescent animi, qp iam cum nõ ita fero-
cientibus pugnabimus. Nam neq; usq; adeo afflicti sumus, neque, ut quidã putant, irato Deo B
nobis hoc accidit, sed casus hi sunt fortuiti. Quòd si Dei uoluntate hoc factum est, mirum ni
eiusdem uoluntate cessauit calamitas, & hac castigatione contentus est. Quòd uerò præsens
bellum ei probetur ut iustum, ipse euidenter declarauit. Nonnullis enim per totam regionẽ
terręmotu oppressis, uestrum qui arma gestatis nemini quicquam mali contigit sed omnes
estis incolumes manifesto diuinæ uoluntatis indicio, qp si populariter militassetis unà cum li-
beris & uxoribus, neminem uestrũm desideraretis. Hæc cogitantes, & quod maius est, habere
uos Deum protectorem omni tempore, persequimini iusto bello gentem impiam, nec ami-
Res cum ultrute gerendæ. citiæ iura, nec fœderum fidem seruantem, in occidendis legatis fortem, cùm uirtute gerenda
res est, semper fugacem. His uerbis Iudæorum animi non mediocriter accensi sunt ad prælиũ.
Herodes contra Arabes tendit, & Herodes autem sacris de more peractis, properè duxit eos trans Iordanem contra Arabas: me C
tatusque castra non procul ab hostibus, decreuit castellum inter utrosq; situm occupare: com
modum sibi id ratus, siue pugnandum esset, siue castra in tutiorem locũ transferenda. cumq;
idem esset Arabum quoq; consilium, circa eum locũ certamen contractũ est. ac primùm telis
uelitati eminùs, deinde manus conserunt, utrinq; nonnullis cadentibus, donec Arabes uicti
Insigni victoria ponitur. discesserunt. Ea pugna Iudæis tantum momentũ ad bene sperandum fuit, ut quia hostes cer-
tamen detrectabant, ausi sint uallum eorũ diuellere ipsa castra expugnaturi. Atq; ita coacti
Arabes processerunt non satis bene structa acie, ne tantillum quidem alacritatis aut spei ad
pugnã afferentes: conseruerunt tamen manus, uel quia plures numero, uel quia necesse erat
lacessenti hosti resistere. post diutinũ igitur conflictũ non paucis utrinq; cæsis, tandẽ Arabes
in fugã uersi sunt. Tanta autẽ strages impulsis semel edebatur, ut non solùm hostium gladijs D
conficerentur, sed præ impetu fugientis inconditæ multitudinis alij proculcarentur, alij suis
ipsorũ telis se inducrent. itaq; quinq; millia desiderata sunt. cętera turba refugit quidẽ intra ca
stra, sed nulla certa salutis spe, non tam cõmeatus quàm aquæ penuria. Porrò Iudæi quia non
potuerunt unà cum fugientibus irrumpere, obsidione eos cinxerunt, & auxilijs aditus, & fu-
Arabes siti labo rantes pacem posc unt, & uinciendi oblati capiuntur. gam obsessis intercludendo. In hac rerum difficultate Arabes legatos ad Herodem miserunt,
primùm pacem petentes, deinde quia sitis urgebat, in quamuis conditionem descendentes,
dum in pręsentia uiuere liceret. At ille non legatos, non pecuniam pro captiuis, nihil deniq;
æquum admittebat, enixè cupiens facinorum in suos patratorum pœnas ab eis exigere. Itaq;
coacti siti inter alia mala prægrauante, progressi præbuerunt se uinciendos, & in captiuitatem
abigendos, ita ut intra quintam diem capti sint ad quatuor millia. Sexta uerò omnes reliqui E
decreuerunt prodire, & hostem aggredi, uel certã cladem malentes, quàm paulatim ignomi-
niosè perire. Quę sententia postquàm placuit, eruperunt è castris, sed parùm idonei ad præ-
lium, fractis tam uiribus quàm animis, propter extremum infortunium mortem in lucro re-
putantes. Quare primo conflictu circiter septẽ millia ceciderũt: domitaq; per hanc cladẽ gen-
tis ferocia, in Herodis (quem suo malo ducem egregium experti sunt) clientelam se dederũt.

A. M. 3942 Ant. Chr. an. 29.

Herodes ad Cæsarem profecturus necessariò, Hyrcanum interficit.

CAP. IX.

VII. QVa felicitate ille multùm elatus domũ reuertitur, aucta ob rem bene gestam exi-
stimatione. Sed dum maximè res suas constabilijsse uidetur, summum discrimẽ
Herodes Antonio deuicto tristatur, adijt, Antonio apud Actium deuicto armis Cęsaris. Tum enim actũ de se putauit, F
non ipse solus, sed & amici eius omnes & inimici: Nemo enim credebat impunè
fore ei tantã Antonij amicitiã. Quo factũ est, ut amici quidẽ nihil dissimularẽt desperationẽ;
è medio Hyrcanum tollere statuit, & inimici uerò cõdolere se fingentes, clàm gauderent, pollicentes sibi in futurum meliorẽ statũ
reipublicæ. Ibi Herodes uidens præter Hyrcanum neminẽ supersse regij generis, statuit eum
è medio tollere: siue euasurus esset periculum, tutiùs ratus neminẽ extare digniorẽ imperio:

siue

A siue opprimendus esset à Cæsare, successionem illi inuidens. Hæc secum uolutanti, ab ipsius Hircani familia præbita est nonnulla occasio. Erat enim Hyrcanus miti ingenio, toto uitę suę tempore nullis se admiscens negotijs, omnia fortunæ permittens, & quamcunq; illa conditionem attulisset, ea bene contentus: Verùm Alexandra ambitiosa fœmina, & mutationis spem modestè ferre nesciens, solicitauit patrē ne ulteriùs ferret Herodem afflictorē suæ familiæ, sed potiùs sibi quoq; caueret, seq; speratæ fortunæ seruaret. Consuluit deinde, ut Malcho Arabiam ditione tenenti scriberet, petereteq; ab eo tutelā & hospitiū. Si enim contingat Herodem malè mulctari ab offenso Cæsare, dubio procul ad ipsum rediturum imperium, propter nobilitatem generis, & fauorem populi. Talia suadētem Hyrcanus primò repulit, deinde uictus importunitate mulieris, interdiu noctuq; eandē cantilenā de futurorum spe, deq;
B Herodis insidijs occinētis, ad Arabem literas dat amico cuidam Dositheo: in quibus scriptū erat, ut equites mitteret, qui eum ad Asphaltitem lacum deducerent. Distat is ab Hierosolymitanis finibus per trecenta stadia. Hæ literæ ideo Dositheo potissimùm creditæ sunt, quòd & Hyrcani cliens erat & filiæ: & inuisum ei Herodem non una de causa uidebatur uerisimile. Nā Iosephi ab eo necati cognatus erat, & aliquanto ante fratres eius apud Tyrum inter alios ab Antonio interfecti fuerant. Nihilo tamen magis ob hæc Hyrcano fides seruata est. Pluris enim ille faciens præsentis regis gratiā, ostendit ei epistolā. qui laudata illius beneuolentia, unum etiā ab eo postulauit ministerium: ut cōplicata epistola, & obsignata Malcho eā redderet, & responsum ab illo reciperet. multum enim sua referre, si etiā illius mentē intelligat. Quod ubi Dositheus sedulò executus est, Arabs rescripsit paratum se & ipsum & familiam
C recipere, atq; etiā omnes illius factionis Iudæos: missurumq; instructā manum, quæ eos tutò deducere ualeat, & uolūntati eius obsecuturum per omnia. Postquā autē etiā hanc epistolā Herodes accepit, accito Hyrcano, rogauit eum, ecquid haberet cum Malcho fœderis. Quo inficiante, prolatis in cōsistorio literis, occidi eum imperauit. Atq; hæc ita in ipsius Herodis cōmentarijs scripta habentur: nā ab alijs traduntur aliter, uidelicet non ob hoc crimen, sed quasi regi insidiatum, necatum esse. Scribunt enim sic: In quodam conuiuio dissimulata suspicione quæsiuisse ex Hyrcano, num quas literas à Malcho accepisset. respondisse illum, accepisse quidem, sed nihil præter officiosam salutationem continentes. Alterum ampliùs interrogasse, num quod etiam munus accepisset. Cumq; respondisset, nihil præter quatuor iumenta, quibus uectaretur: regē traxisse hoc in crimē corruptelæ ac proditionis, moxq; ho-
D minem duci iussisse. Insontem autem perijsse argumentum afferunt mitissimum ipsius ingenium, ut qui ne iuuenis quidem unquam ullā temeritatis aut audaciæ significationē dederit, ac ne tum quidem cùm ipse principatū potiretur: sed tū quoq; pleraq; omnia ex Antipatri administrauerit sententia. Tunc uerò iam octuagesimum annum excesserat, sciebatq; opes Herodis in tuto esse: Euphrate etiā traiecto, relictisq; qui trans eum amnem in summo honore habuerant, in patriam postliminiò redijt, ut sub illius potestate uiueret, quo minus uerisimile est eum molitum facinus à sua natura alieniissimum, confictaq; uidentur hæc ab Herode omnia. Hic finis fuit Hyrcani post uariam fortunam, qua tota uita circumactus est. Nam statim principiò regnante matre Alexandra pontifex Iudæorum creatus, per nouē annos eum honorem obtinuit: cui defunctæ cùm in regnū successisset, elapsis tribus mēsibus
E ab Aristobulo fratre pulsus est, ac deinde Pompeij ope restitutus. receptisq; omnibus honoribus quadraginta annos in eis exegit. deinde iterum ab Antigono pulsus, & mutilato corpore, captiuus apud Parthos uixit. unde aliquanto pòst domum reuersus, quāuis multa sibi de Herode polliceretur, nihil tamen eorum consecutus est post tantā fortunæ uarietatem: & quod omnium est maximè miserabile, ut modò diximus, in extrema senectute indigno fine absumptus est. Fuit enim æqui amantissimus & perpetua modestia, imperiumq; maxima ex parte per alios administrabat, amore otij, & imperitiæ sibi conscius. Antipater certè atq; Herodes huius bonitate ad tantas opes prouecti sunt: pro quibus meritis contra ius ac fas occisus est. Cæterùm Herodes Hyrcano sublato ad Cæsarem properans, & nihil boni de se sperans propter amicitiam Antonij, suspectam habebat Alexandram, ne usa hac temporis op-
F portūnitate ad defectionem concitaret populum, & intestinis seditionibus regnum perturbaret. Quare mandata regni cura Pheroræ suo fratri, & matrem Cypron, & sororem, & totam denique cognationem in Masada deposuit: iussitque fratrem, si quid sibi accidisset durius, habenas regni retinere. Mariammen uerò uxorem, quia propter simultatem cum matre eius & sorore degere non poterat, in Alexandrio cum Alexandra matre collocauit, commissa quæstori suo Iosepho & Sohemo Ituræo castelli custodia, uiris & antè semper fidissimis,

deniq; eum interimi mandat.

Herodes ad Octauium Cæsarem profecturus rem domesticam composuit.

fidissimis,& tunc honoris causa his mulieribus regijs adhibitis. Verùm his quoque mandatum dederat,ut si quid quod nollet accidisse sibi cognoscerent,confestim ambas interficerēt, regnumque pro uiribus liberis eius ac Pheroræ fratri conseruarent. A

Quomodo Herodes etiam à Cæsare regnum obtinuit. CAP. X.

Herodes Cæsarē adit, &

HIs mandatis properauit Rhodū ut illic Cęsari occurreret. Quò postquam appulit, posito tantùm diademate,de cætero paratu regio nihil mutauit: admissus que ad colloquium,tum maximè ostendit animi sui magnitudinem,neque ad supplicationes(ut in tali fortuna mos est)uersus,neque preces adhibens,quasi rogando uenìam,sed facti sui rationem reddens intrepidè. Fatebatur enim apud Cęsarem & amicitiam sibi intercessisse maximam cum Antonio,& totis uiribus se conatum ut penes illum esset rerum imperium:non armis quidem coniunctis,quòd tum distineretur bello Arabico,sed misso ad illum frumento simul atque pecunijs.nec tamen se hac parte sibijpsi satisfeciſſe:professum enim amicum,pro bene de se merito non opes solùm,sed caput etiam & salutē debere obiectare periculis.Id quia non licuerit,certè hanc laudem suam esse,quòd ne post Actiacam quidem cladem illum deseruerit, neque fortuna iam apertè mutata ad nouas spes se transtulerit. quo tempore si non auxilio, at consilio à se adiutum hominem, commonstrando quo uno modo seruari posset,nec omnino in ordinē redigi, uidelicet si Cleopatram interficeret. hoc.n. mature perpetrato,licebat illi & imperio potiri,& à te pacem facilius consequi,quàm inimicitias.Ille uerò per incogitantiam consilium meum aspernatus estatque hoc pacto tibi magis quàm sibi consuluit.Nunc igitur si odio Antonij meum quoque studium damnas,nō negauerim ea quę feci,neque uereor ingenuè fateri quanto illum amore prosecutus sim.Sin amoto personarum respectu,hoc tantùm in disquisitionē uocas,qualis sim amicus, & quàm memor beneficiorum, licet tibi quoque hoc experiri. mutato enim nomine nihilo minus manebit amicitia,& laudem suam merebitur. His uerbis cùm magnam generositatē præ se ferret,non mediocriter allexit Cæsarem,cuius liberalē ac magnificū: ut occasione dicēdæ causæ paulatim insinuaret se in illius amicitiā. Quare diademate restituto hortatus eum,ut nō minùs suam,quàm quondam Antonij amicitiam coleret,in summo honore habuit,addens scripsisse Capidium,quantum apud monarchas studio Herodis adiutus fuisset. Ergo ubi præter spem acceptum se uidit Cæsari,& ope eius denuò confirmatū in regno,senatusconsulto quoque per illum impetrato deduxit eum in AEgyptum,donatum plurimis muneribus,quibus etiam amicos eius sibi conciliauit,& animi declarauit magnitudinem.Conatus est etiam Alexandro Antonij amico impetrare ueniā,quod tamen non potuit,quia Cæsar animaduersurum se in illum iurauerat.Reuersus deinde in Iudęam auctus honore ac potestate, omnes qui cōtra expectauerūt attonitos reddidit, quasi Dei benignitate semper illustrior è periculis euaderet.Mox igitur parauit se ad excipiendum redeuntem ex AEgypto Cęsarem.Qui postquam uenit, omni regia magnificentia eum accepit apud Ptolemaidem: exercitui quoque omnem hospitalitatem exhibuit,& rerum ad uictum accommodarum copiam. Quo factū est,ut in intimam familiaritatē reciperetur,unà obequitare solitus dum traducuntur copię, tractansque tum ipsum tum amicos ministerio uirorum CL ditissimo & sumptuosissimo cultu insignium. Quin & squalida ac inaquosa loca transeuntibus nihil deesse passus est, non uinū nō aquā,qua militi tum magis etiam opus erat.Ipsum quidē Cęsarē talentis DCCC donauit: adeoque satisfactum est omnibus,ut luculentiùs etiam quàm pro eius regni facultatibus tractatos se faterentur.quo magis amicitię promptæque ad benemerendum uoluntatis fidem fecit, & usus opportunitate temporis egregiā opinionē magnanimitatis sibi parauit. tursumque ab AEgypto redeuntes alios Romanorum primates tot officijs prosecutus est:ut nemini mortalium hac parte cederet. B C D E

VIII.

Herodes in principatum confirmatur,

in Ægyptum Cæsarem deducit, &

in Ægypto redeuntem eundem magnifice excipit.

Herodes Mariammen calumnijs oppressam interficit. CAP. XI.

Herodi uxor & socrus infensæ.

SEd cùm primū in regnum reuersus est, perturbatam familiam inuenit,infensamque sibi uxorem Mariammen & socrum Alexandram. ratæ enim,id quod non immeritò suspicabantur,non securitatis causa se in id castellum conclusas,sed quasi in carcerem,ita ut nec suis nec alienis bonis frui possent,ægerrimè ferebant.Mariamme quoque maritum simulare amorem credebat, quòd ei bonum esset atque commodum.sed nihil molestius ferebat, quàm quòd ne illo quidem defuncto spes relinquebatur ipsam fore superstitem:nec unquam excidebant mandata olim Iosepho data,ita ut omnibus modis demereri conaretur custodes,præcipuè Sohemum, non ignara incolumitatem suam sitam in eius manibus.Ille uerò principiò fidus erat,non discedens ab Herodis præscripto:deinde

Sohemus arcanum effutit apud Mariammen.

A inde munuſculis ac blãditijs muliebrib. paulatim mollitus eſt:poſtremò effutijt omnia mãdata regi,preſertim quòd non ſperaret eũ cum eadem poteſtate reuerſurum.Eam ob rem ſic exiſtimabat,nec ab illo ſibi eſſe periculũ,& à mulieribus paratam gratiam, præſentem dignitatem,& in poſterum facilè retenturis.Quòd ſi Herodem rebus ex ſententia confectis redire contingeret,nihil eũ niſi vxoris arbitratu acturũ.ſciebat enim quàm impotenter eã rex amaret.His ille de cauſis à mãdatis diſceſsit. Mariãme verò iniqſsimo animo tulit noua ſibi ſemper alia ex alijs ab Herode naſci pericula:votaq; faciebat ne ille vnquam ſaluus reuerteretur, cogitans vitam ſibi cum eo fore intolerabilem: id quod poſtea nec diſſimulauit,apertè faſſa quid ſe vreret.Ille enim cùm præter ſpem magna ornatus fortuna appuliſſet,primò, vt parerat,vxori lætum de hac re attulit nuncium:eamque ſolam omnium ob amorem ac iucundiſ-
B ſimam conſuetudinem ſalutauit & complexus eſt. Mulier verò narrante eo ſuos ſucceſſus, ſuſq; deq; ferre uidebatur, nec bellè ſum affectum occultabat:ſed ut erat ingenuis minimeque fucatis moribus, ad illius blandas appellationes ingemiſcebat:narrationeq; eius contriſtari magis,quàm gaudere videbatur:vt iam Herodes non tam ſuſpicionibus,quàm manifeſtis ſignis turbaretur. Angebatur enim videns inexpectatam & apertam vxoris auerſationem:quam moleſtiam præ amore ferre non valens,nec in ira nec in reconciliatione perdurare poterat, & ſibi ipſe non conſtans iam hoc iam illo affectu diſtrahebatur. adeò animus inter amorem & odium ambigebat, vt cum ſæpe cuperet punire mulieris ſuperbiam,intercedente amore uetaretur. Nihil autem magis timebat quàm ne ſumpto de ea ſupplicio,ſeipſum hoc pacto grauius læderet ob defunctæ deſiderium. Talibus curis æſtuantem,& ſic er-
C ga Mariammen affectum ut uidêre ſoror eius & mater, opportuniſsimum tempus ſe nactas putauerunt:moxq; aſsiduis calumnijs concitabant hominem, accedentes eius odium ac zelotypiam:quas ille nec reijciebat,nec tamen libebat credere,& ſæuire in dilectam coniugem. peius tamen indies erga eam afficiebatur,magisque ac magis exaſperabatur,dum nec illa animum ſuum occultat,& ipſe ſemper amorem uertit in odium. Ac fortaſſe iam tum ſæuiùs in eam aliquid ſtatuiſſet, ni commodum nunciatum eſſet extinctis Antonio & Cleopatra Cæſarem Aegypto potiri:cui obuiam properans familiam ſic ut erat reliquit. Diſcedenti Mariamme commendauit Sohemum, plurimum ei ſe debere propter habitam ſui curam profitens,& cui uſdam Iudææ partis ei præfecturam impetrauit. Cæterùm Herodes in Aegypto cum Cæſare congreſſus,liberiùs iam cum illo egit amicitia fretus,& magnis ab eo beneficijs
D ornatus eſt. Quadringentorum enim Gallorum Cleopatræ ſatellitium ei donauit,& regionis partem reddidit,quam illa priùs occupauerat. Attribuit etiam eius regno Gadara, Hippon, & Samariam,in maritimis Gazam, Anthedonem, Ioppen, Stratonisq; turrim: quæ illi non mediocris fuit ad regium ſplendorem acceſsio. Deducto deinde uſque Antiochiam Cæſare,in regnum reuerſus ſenſit fortunam,quàm foris propitiam,tam domi aduerſam,maximè quod ad coniugium attinet,qua parte ſibi antè uidebatur fœliciſsimus.Flagrabat enim legitimo coniugis Mariammes amore, quàm qui ardentiſsimè,ne illis quidem exceptis, de quibus à ſcriptoribus proditur. Ea fœmina cætera pudica & inuiolatæ fidei, innatam habebat muliebrem quandam moroſitatem, improbius illudens obnoxij mariti patientiæ, ita ut non habita regiæ potentiæ ratione,non rarò contumelioſius eum tractaret, quam tamen il-
E le diſsimulanter & moderatè ferebat, licet ſolitam apertè & ſorori eius & matri exprobrare humilitatem generis. quæ cauſa fuit implacabilis inter eas mulieres odij,atque etiam calumniarum,quoties daretur occaſio:eęq; ſuſpiciones paulatim creſcentes durauerunt integrum annum poſt Herodis à Cæſare reditum. Tandem diu fotum odium in hunc modum erupit: Cùm meridiano tempore quietis cauſa in cubiculum ſe rex contuliſſet, pro coniugali affectu Mariammen accerſijt. hæc autem introgreſſa quidem eſt, ſed unà cubare noluit, rogantem contemnens,& inſuper patris ac fratris ſui necem opprobrans. Quo indignè ferente, & uix ab inferendis mulieri manibus temperante, poſtquam ex ſtrepitu commotiorem eum ſenſit ſoror, ſubmittit iampridem ſubornatum pincernam, qui indicaret ſolicitatum ſe à Mariamme,ut ei operam commodaret in propinãdo regi amatorio poculo: & ſi ampliùs ſci-
F ſcitaretur qualénam id eſſet,diceret pharmacum penes ipſam eſſe,à ſe requiſitum tãtùm miniſterium.quòd ſi rex mentione amatorij nihil moueretur, tum & ipſe ſileret.nihil enim illi fore periculi. Hæc prædoctum illo ipſo temporis articulo intromittit ad eum alloquendum. Atq; is cõpoſito uultu ingreditur,& quaſi rẽ ualde ſeriã afferens,ait ſe largitione à Mariãme ſolicitatum, ut amatoriũ regi miſceret. Quo audito cum ille perturbaretur,ait pharmacum quoddam ſibi oblatũ,cuius ipſe uim ignoret:ideoq; id renũciare,qđ hoc & regi & ſibi tutius

Herodes Mariammæ fortunam ſuam narrat.

Herodes calũnijs in Mariãmen cõcitatur.

Antonius & Cleopatra pereunt.

IX.

Herodes cum Cæſare congreditur.

Herodes ſoris fortunatus, domi autem rerũ aduerſarũ frequentia diſtractus.

Mariamme animi dotibus quibus ornata.

Herodes Mariammes eunuchum quæstionibus obijcit; &

exiſtimet. Ad hæc uerba Herodes, iam antè ſatis commotus, cùm magis etiam exaſperatus A
eſſet, eunuchum Mariammes fidiſsimum tormentis examinauit, ſciens quòd ſine illo nihil
nec magnum nec paruum tentatum ſit. Ille cruciatus nō ferens ad interrogata quidem nihil
reſpondit, hoc tantùm prodidit, offenſam eſſe mulierem propter ea, quæ Sohemus indicaue
rat. Adhuc eo loquente exclamat rex, Sohemum & ſibi antehac & regno fidiſsimum non fu-

Sohemum interfici iubet.

iſſe hæc proditurum, niſi aliquid commercij ſecretioris inter ipſos interceſsiſſet. moxq; So-
hemum comprehēſum imperat interfici, uxorem uerò cauſam ſuam iubet agere aduocato
intimorū amicorum conſilio, accuſationem accuratam exorſus, & cōfictum amatorij ac ue
neficij crimen intentans. Erat aūt uerbis immodicus, & iratior, quàm decorum iudicij poſtu

Mariamme dānatur; &

lat: quo factū eſt, ut cùm eum ita uelle uiderent, omniū qui aderāt ſuffragijs damnata ſit: qua
ſentētia prolata, uiſum tamen eſt tam ipſi quā alijs quibuſdā pręſentibus, nō eſſe eius ſuppli B
cium præcipitandū, ſed includendam in aliquē regię carcerem. At Salome cum ſua factione
modis omnibus dedit operā ut mulier ſine mora necaretur: quò tāto facilius regem perpule
runt, q̄ dicerent timendū eſſe aliquē motum in populo, ſi ſciretur uiuā aſſeruari in carcere.

ad ſupplicium ducitur.

Atq; ita Mariamme ducta eſt ad ſuppliciū. Id conſpicata Alexandra, & intelligens ſimilem e-
xitum ſibi expectādum ab Herode, omiſſa priſtina ferocia ualde indecorè mutata eſt. Volens
enim oſtēdere ſe nō eſſe conſciā eius criminis, cœpit filiæ conuicium facere omnib. audien-
tibus, ſceleſtiſsimā & ingratā erga uirū clamitans, dignāq; tali exitio, quæ auſa ſit tā immane
facinus. non. n. pro merito maritum gratiam retuliſſe bene de omnibus ipſis. Hęc illa inhone
ſtè ſimulante, & interim eius capillos uellere audente, etiā alij meritò damnabant ineptā e-
ius ſimulationem, ſed in nemine hoc magis apparuit, quā in ipſa, quæ ducebatur ad interitū. C
Nam neq; uerbo ullo eam dignata eſt, neq; uel tantillum intemperijs eius perturbata, excel
ſo animo improbare ſe illius turpē dementiā uultu ſignificabat. Ipſa intrepida ſpecie, ac ne
colore quidem metu mortis mutato ibat, generoſam indolem extremo quoq; ſuo tempore
pręferens. Ad hunc modum perijt mulier & temperans & magnanima, ſed non ſatis mode-

Mariāmes corporis & animi ornamenta.

ſta, & paulo contentioſior. Cęterùm formæ uenuſtate, et comitate cum maieſtate coniuncta
dici non poteſt, quantum oēs ætatis ſuæ fœminas ſuperauerit, quæ potiſsima cauſa fuit quo
minus iucundè eum rege uitam degeret. Obſequijs enim ob amorē ab eo culta, & nihil mo-

Herodes uxoris necatæ cauſa miſerè affligitur.

leſtum expectans, licentioſius æquo ſe gerebat. moleſtè etiam ferebat ſuorū caſus: idq; apud
ipſum quoq; fatebatur. Tandem effecit ut inuiſa eſſet regis, & matri & ſorori, atque etiam il-
li ipſi, à quo ſolo nihil timebat. Ea perempta impotentiùs etiam flagrare cœpit rex, iam antè D
miſerè affectus ſicut diximus. Neq; enim uulgari coniugum more amabat, ſed cùm penè ad
inſaniam uſq; indulgeret huic cupidini, ne licentioribus quidem uxoris moribus effici po-
tuit ne indies magis ac magis eam diligeret. Tum uerò magis etiam uidebatur in pœnam ne
catæ Mariammes ſęuire. Ac ſæpe inuocabat eius nomen, ſæpe etiam indecorè lamentabatur.
excogitabat aūt oblectamenta quæcūq; poterat, apparandis conuiuijs ac compotationibus,
nihil tamē ꝓficiebat: quare & regni curā reliquit. adeoq; dolori ſuccubuit, ut ſæpe miniſtros

Peſtis Hieroſolymis graſſans.

iuberet uocare Mariāmē, quaſi illa adhuc uiueret. Sic affecto ſuperuenit peſtilētia, quæ & ple
bis & eius amicorū maiorem partem abſtulit, omnibus irato Deo hāc immiſſam interpretā-
tibus propter iniuſtum reginæ ſuppliciū. Ita aucta regis ægritudine poſtremò in ſolitudines

Herodes occiſa uxore in grauem morbum incidit.

ſe abdidit prætextu uenationis, ubi afflictans ſe intra paucos dies grauem morbum cōtraxit. E
Is erat inflammatio & dolor ceruicis, mente etiam mota nonnihil. nec remedia quicquam
proderant, ſed cùm exacerbare potiùs malum uiderentur, res minimum à deſperatione ab-
fuit. itaq; medici partim propter morbi contumaciam, partim quia in tanta difficultate nō
erat libera diętæ electio, permittebant ei quicquid appeteret, in incertum euentum ſalutem

Alexandra arces Hieroſolymitanas ſuæ tutelæ ſubijcit.

fortunæ cōmittentes. Eo ſic apud Samariā, nunc Sebaſten, decumbente, Alexandra habitans
tum Hieroſolymis, re cognita conata eſt urbis arces in ſuam poteſtatē redigere, alteram tem
plo contiguā; alterā in ipſa urbe ſitam. nā qui has obtinēt, totam gentē habent obnoxiā: quia
nec ſine his ſacrificia quotidiana poſſunt peragi, neq; Iudæi ſine ſacrificijs degere, quibus ui-
ta citius contemnatur quàm religio. Præfectos igitur tentat, ut ſibi & genitis ex Herode ac fi-
lia pueris eas traderent, ne fortè illo defuncto occuparentur ab alijs. Quòd ſi cōtingat eū ſa- F
nitatem recipere, interim à nemine tutiùs eas ſeruari, quàm à domeſticis. Hæc ſolicitatio nō
eſt æquis auribus accepta, ſed cùm eſſent alioquin etiam fidi, tū eo magis manebant in offi-
cio, quòd & Alexandrā oderant, nec fas putabant deſperare de uiuente adhuc Herode. amici

Alexandræ mors.

enim erant ueteres, unus etiam nepos regis, Achiabus nomine. Quare continuò per nunci-
os de Alexandra ſignificauerunt. ille ſine mora eam iuſsit interfici: ſuperatoq; tandem uix &

difficulter

A difficulter morbo affectis corporis uiribus & animi sic efferatus est, ut quauis ex causa ad sæ- *Alexandræ mors.*
uiendum esset propensissimus. quamobrem ne ab intimis quidem amicis sanguinarias ma- *Herodes intimos amicos interficit.*
nus abstinuit, Costobaro uidelicet, Lysimacho, Antipatro cognomine Gadia, & Dositheo,
occasione arrepta huiusmodi: Erat Costobarus unus inter primates Idumæorũ, penes cuius
maiores olim fuerat sacerdotium Coze numinis, quod tum religiosè ab ea gente colebatur. *Costobarus Idumææ præficitur;*
Postquam autem Hyrcanus eorum reipublicę formam in Iudaicos mutauit, Herodes regnũ
adeptus, Idumææ ac Gazæ præposuit Costobarum, data in matrimonium Salome sua soro
re, cuius maritum Ioseph um interfecerat, ut iam dictum est. Ea fælicitate præter spem oblata
inflatus ille, paulatim ad tantam insolentiam progressus est, ut regis imperata detrectaret, in-
dignum ratus Idumæos seruire hominibus, quorum sacra & religionem acceperant: misitq;
B legationem ad Cleopatram, docens Idumæam semper maioribus eius reginæ paruisse. pro-
inde nunc quoq; impetrandam esse regionem ab Antonio. Se enim paratum illi potius obse
qui. Hæc autem moliebatur non quòd Cleopatram mallet habere dominam, sed ut accisis
Herodis opibus, eo facilius ipse Idumæorum dominationem inuaderet. Nam spem ei facie-
bat tam generis claritas, quàm pecuniarum copia, quibus parandis ille nunquam non inten
tus ne à turpibus quidem lucris abstinebat, nimirum nihil mediocre uolutans in animo.
Sed Cleopatra frustrà tentato precib. Antonio, nihil impetrare potuit: & Herodes re cognita *Mortis periculo eximitur;*
interfecturus erat hominem, nisi intercessissent pro eo tã mater quã soror: ita tamen eum do
nauit illarum precibus ut nũquam posthac illi fideret. Orto deinde inter coniuges dissidio,
Salome libellum repudij marito mittit, præter legitimum morem patriæ. lex enim nostra so- *præter morem ab uxore repudiatur;*
C lis maritis hoc ius permittit, mulieribus autem ne dimissis quidem fas est nubere, nisi prio-
ris uiri permissu. Verùm illa magis ex propria licentia quam communi iure fecit diuortium,
& ad fratrem se conferens ait se prætulisse fraternam beneuolentiam coniugali fœderi. Cõ- *unà cùm alijs insidiarum accusatur; &*
spirasse enim eum ad res nouas moliendas cum Lysimacho, Antipatro & Dositheo: suisq; re
bus fidem astruebat per Babæ liberos, quos ille iam per XII annos seruasset incolumes. E-
rat autem hoc uerum, & tum præter omnem opinionem à rege auditum uehementer eius
animum perculit. Quod enim ad Babæ liberos attinet, decreuerat eos aliquando tollere, ad-
uersatos semper suis conatibus; ob temporis autem longitudinem memoria exciderant.
causa uerò odiorum hæc fuit: Regnante Antigono dum Herodes obsideret Hierosolyma, in
tantis rerum difficultatibus maior populi pars fessa, propensa erat ad accipiendũ Herodem
D intra mœnia. Sed obsistebant Babæ liberi pollentes autoritate ac opibus, & fidi Antigono,
quòd putarẽt eum regem magis esse è republica. Tãdem capta urbe per Herodem, Costoba-
rus destinatus ad obseruandos urbis exitus, ne quis aduersæ factionis elaberetur, sciens ma-
gnam esse Babæ filiorum apud uulgus autoritatem, & cogitans illos mutato rerum statu ma
gnum momentum afferre posse suis conatibus, subtractos clam in suis agris habuit. Ac tunc *filios Babæ ad necem quæsitos ab Herode occultat.*
quidem licet suspectus Herodem periurio fefellit, negans se quicquam scire quò illi deuene
rint. Rege deinde per edicta præmiũ promittente indici, & modis omnib. eos perquirẽte, ne
tum quidem fateri uoluit. ueritus enim nõ impunè sibi hoc fore post primam negationem,
pergebat eos occultare, iam necessitate etiam non modo beneuolentia. Hoc postquam so-
roris indicio rex cõperit, missis quibusdam ad loca latebrarũ, & illos interfecit, & quotquot
E in eodẽ hærebant crimine: ut nihil iam reliquũ esset ex Hyrcani cognatione, sed sublatis o- *Babæ liberi luce uitali priuati.*
mnib⁹ quorũ excellebat dignitas, arbitratu suo posset quicquid uellet agere, nemine ampli⁹
resistente. Quo factũ est ut magis discederet à patrijs ritibus, & peregrinis studijs ueterũ in- X.
stituta corrũperet inuiolabilia: quo tẽpore permagna facta est bonorũ morum in deteri⁹ in-
clinatio, labãte disciplina qua antehac populus solebat cõtineri in officio. Ac primũ athletica *Herodes Athletica certamina et amphitheatrũ, peregrinos mores sectans, instituit.*
certamina quinto quoq; anno in honorẽ Cæsaris instituit, theatro Hierosolymis extructo:
deinde in cãpo amphitheatrũ vtrũq; sumptuoso opere cõspicuũ, sed alienũ à Iudaicis morib.
apud quos nullus est horũ usus, nulla spectaculorũ ostentatio. Ille tamẽ celebritatẽ hanc no-
bilissimã esse uoluit, denũciatã circũuicinis atq; etiã lõginquis gẽtibus, propositisq; prẽmijs
magnus undiq; athletarũ cęterorũq; certatorũ concursus factus est, cõfluxeruntq; exercita-
F tissimi quiq; in hoc genere. Euocabãtur enim magnis prẽmijs nõ hi tantũ q gymnicis certa- *secundum quorundam chronologiam, hæc inciderunt*
minibus dabant operã, sed musici etiã præstãtes, & qui uocantur thymelici: necnon quadri-
garij ac trigarij, & qui singulis equis celetizõtes cursum peragunt: magna contentione regis, A. M. 3939.
ne quid desideraretur, quod usquam in hoc genere esset spectabile. Theatrum ipsum per cir A. ch. n. 32.
cuitum titulis erat ornatum Cæsaris, & trophæis deuictarum ab illo gentium, auro atque ar
gento collucentibus: quod uerò ad instrumentum & apparatum attinet, non uestes precio-

liſſimæ,non gemmæ raritate inſignes deerãt in his ſpectaculis: conquiſitis etiam feris plurimis,leonibus,cęterisq́; uel robore ſpectandis,uel aliquo naturę miraculo.Hę modò inter ſe, modò cum damnatis hominibus cõmittebantur:quę peregrinis quidẽ ſpectatorib.plurimũ admirationis ob ſumptum,atq; delectationis afferebant;indigenis uerò prorſus ad diſſolutionem patriæ diſciplinæ tendere uidebãtur.Nihil enim magis impiũ exiſtimabant,quàm ex ſpectandis hominibus cum beſtijs cõparatis uoluptatẽ crudelẽ captare homines:abſurdũ æquè peregrinis artibus mutare inſtituta domeſtica. Sed nihil tam moleſtũ fuit quàm trophæa:quæ cùm putarẽt armis contectas imagines,quarũ uſus interdictus eſt noſtris legib⁹, indigniſſime eas ferebant.à quibus cum eos ſic abhorrere Herodes animaduerteret,per uim nihil agere uoluit,ſed blandis alloquijs conabatur hanc ſuperſtitionem eximere. nihil tamẽ mouebantur,ſed credentes eum grauiter peccare,uno ore exclamant:etiamſi reliqua omnia ferre oporteat,non laturos ſe intra urbẽ hominũ imagines(ſic trophæa uocabant) hoc enim nefas eſſe.Herodes uerò uidens eos turbatos,& ſine ſatisfactione non facilè ceſſuros,accitis ad ſe præcipuis ex illo numero,& in theatrũ adductis,rogabat eos,oſtenſis trophæis,quidnã hoc eſſe putarẽt.cũq́; reclamaſſent,hominũ eſſe imagines,iubet detrahi ornatũ appoſititiũ, & oſtendit nudos ſtipites.quo facto in riſum uertitur indignatio cõcepta ex ſuſpicione imaginũ.Atq; ita ſedato multitudinis tumultu,pleriq; iam mutati æquo animo ferebant omnia.quidã tamen ne ſic quidem deſtiterũt externos mores abominari,ueriti ne ex hac mutatione ſequeretur magnũ aliquod rei incõmodũ:putauerũtq́; ſui officij,labãti diſciplinę publicę uel capitis periculo ſuccurrere,nec pati Herodẽ quicq̃ cõtra receptos mores inducere, & pro rege hoſtẽ agere.ex his X ciues cõiurauerũt contẽpto periculo, ſicasq́; ueſtib. texerũt: & in his unus cæcus,ob indignitatẽ eorum quæ audierat nõ tam paratus ad agendũ aliquid, quàm ad patiendũ,ſi qd aſſertorib.patrij moris accideret,cuius exemplo nõ mediocriter cõfirmati ſunt cæteri.Hi cõmunicatis cõſilijs in theatrũ uadũt, ſperãtes nec ipſum regẽ improuiſum impetũ ſuũ euaſurũ,aut certè multos ex aulicis eius ſtipatoribus opprimendos:& uel hoc ſibi fore mortis ſolatiũ,ſi illũ uiolatæ religionis ergò in populi inuidiã adducerent.Et illi quidẽ quaſi duces ſe cæteris præbentes hæc facere ſtatuerãt. quidã uerò ex his quos Herodes ad perſcrutanda & indicanda talia diſpoſuerat,rẽ totã expiſcatus, regi theatrũ ingreſſuro aperit.is rem illam ſibi non negligendã exiſtimans, quod & ſe multis inuiſum,& turbas ſubinde exoriri uidebat,recipit ſe in regiam,& nominatim coniuratos accerſit:qui comprehenſi in ipſo facinore, & ſcientes nullum eſſe effugium, decreuerunt præſentem neceſſitatem ferre forti animo. Nihil enim inficiati interrito uultu ſicas protulerunt,profitentes ſe rectè ac piè coniuraſſe, non propter priuatos affectus, aut ſui commodi gratia,ſed pro diſciplina publica, quam nemo bonus uiolare ne morte quidem ſibi intentata ſuſtineat. Hæc illi cùm magna confidentia pro ſe attuliſſent, à regijs abducti per omnes cruciatus necati ſunt. Nec multo pòſt delator eorum inuiſus omnibus à quibuſdam correptus non ſolùm interfectus eſt,ſed etiam fruſtatim conciſus & obiectus canibus, idq́ue multis inſpectantibus: nemo tamen hoc factum prodidit,donec poſt longas ac ſæuas Herodis inquiſitiones à conſcijs quibuſdam mulierculis per tormenta expreſſa eſt confeſſio. Tum uerò autores eius facinoris cum totis familijs plectebantur,plebe nihilominus interrita, & parata leges defendere,ni maiore cohiberetur potentia. Quod animaduertens rex omni ope obuiam iuit eorum conatibus,ne fortè hi motus in apertam defectionem erumperent. Cùm igitur duas arces munitas in urbe haberet,unam in qua ipſius erat regia; alteram uerò iuxta templum Antoniam à ſe communitam,uiſum eſt tertiam quoque munire Samariam, mutato nomine Sebaſten,quæ foris totam gentem contineret in officio. Abeſt à Hieroſolymis itinere unius diei,ad urbanos etiam tumultus compeſcendos opportuna. Aliam etiam toti genti ceu arcem impoſuit, olim Stratonis turrim dictam: ipſe Cæſaream appellari maluit. In magno etiam quem uocant campo,ſorte lectis equitibus caſtellum condidit, & in Galilæa Gabalam,Eſthmonitim in Peræa.His arcibus ad tutelam regni per totam regionem opportunè diſpoſitis,adempta eſt uulgo leuiſſimis quibuſque cauſis mobili, tumultuandi materia:parato ad quoſcunque clancularios conatus remedio,dum in propinquo ſemper ſunt, qui uel præcaueant, uel recens ortos compeſcant. In primis autem Samariam cincturus mœnibus,dedit operam,ut tam è milite auxiliari, quàm è finitimis gentibus plurimos in eius ciuitatis corpus congregaret, partim propter templum quod ibi dedicare ſtatuerat, partim quo illuſtriorem eam faceret,ſed maximè quia prætextu magnificentiæ ſecuritatem rebus ſuis hoc pacto procurabat. Vrbi abrogato uetere,nouum nomen Sebaſtes impoſuit, agroſq́;

In Herodem coniuratio auſpicata.

inquiſita & detecta.

Herodes coniuratos iubet comprehendi, & necari.

Herodes ſeipſum munit aduerſus ſeditiones.

Stratonis turris, Cæſarea dicta. Gabala. Eſthmonitis.

Herodes Samariam munit, & frequentat habitatoribus.

A agrosq; eius natura feraces habitatoribus diuisit,ut mox ab initijs essent locupletes:firmissimum deinde murum circumdedit, natura etiam loci accliuioris adiutus,& præter ueterem ambitum tantum spatij complexus,ut nulli celebrium urbium cederet. erat enim XX stadiorum circuitus.In eius meditullio fanum sesquistadij amplitudine esse uoluit, modis omnibus ornatissimum, in quo templum extruxit cum quouis alio pulchritudine & magnitudine conferendum,reliquas etiam urbis partes procedente tempore magis ac magis excolere studuit securitatem captans ex firmitate loci,quo pro arce uti uoluit, pulchritudine uerò loci suæ liberalitatis ac magnificentiæ monumentum relicturus ad posteros. *Sebaste urbs Samariæ olim nunc cupata.*

A.M. 3948. A.ch. n. 23.

De fame quæ in terram Iudæam incubuit. Cap. XII. XI.

B EODEM anno,qui fuit regni Herodis decimustertius, maximæ calamitates in eam regionem ingruerunt,siue ea fuit uindicta irati numinis,siue ita ferebant statæ temporum uicissitudines. Primũ siccitas diuturna obtinuit,inde insecuta est sterilitas,ne illis quidem fructibus prouenientibus quos sponte sua terra solet edere.Postea per inopiam mutata uictus ratione morbi iam inualuerunt & pestilentia,succedẽtibus alijs post alias calamitatibus.Nam hoc ipsum pestem exacerbabat,quod ægroti in tanta penuria nec curam sibi conuenientem,nec alimentum congruũ habere poterant:& quotidie multis morientibus,etiam superstites per desperationem curam suorum relinquebant,non profuturam in tantis rerum difficultatibus. Itaque absumptis ueteribus frugibus,& nullis in earum uicem subnascentibus,nihil spei reliquum erat, malo præter opinionem indies crescente,dum non uno anno etiam semina ipsa pereunt,terra non reddẽ- *Siccitas & sterilitas Iudææ; & Fames horrenda.*

C te debitum.Quapropter necessitas multa ad præsentem usum excogitare cogebat: ac ne Herodi quidem amplæ facultates suppetebant,dum fraudatur agrorum redditibus, absumpta in ædificationem urbium uetere pecunia:adeoq; nec quicquam suppetebat quo succurrere posse uideretur,occupante malo.ad hæc accedebat populare in regem odium, ꝙ ferè soleat calamitatum culpa in eos reijci,penes quos est regimen reipublicę.Cogitabat tamen aliquã medelam afferre tam difficili tempori,sed modũ uix expediebat,ꝙ nec finitimi res ad uictũ necessarias uendere possent,eadẽ pressi inopia,nec pecuniarum tantum supereſſet, quantũ posset omnibus sufficere.Tamen existimans opus esse ut omnes ad ferendam opem cõsilia conferrent,quicquid erat in regia suppellectilis tam aureæ quàm argenteæ,id totũ concidit, *Herodes fame laborantibus Iudæis subuenit.*

D nec laudatorũm artificum parcens operibus,nec uasis ad usum necessarijs. Inde confectam pecuniam mittebat in Aegyptum,quam tum Petronius tenebat pro Cęsare.Is licet obrutus multitudine ob talem necessitatem ad se confugientium,tamen quia priuatim amicus erat Herodi,& seruatos cupiebat eius subditos,præ alijs eis concesſit frumenti exportationem, tam in emendo quàm in euehendo adiuuans,ita ut maximum momentũ ad gẽtis salutem in eo fuerit.Porrò Herodes aduecto frumento,& approbata populo sua diligentia,nõ solùm mutauit auersorum à se animos,uerùm etiam eximiã laudem beneficentiæ & prouidentiæ retulit.Nam primùm his qui sibijpsis frumentum quærere non poterant, diuisit omnib. accuratissimè dispensans. Deinde quia multi erant qui propter senium uel aliam debilitatem cibos parare non ualebant , his quoque prouidit adhibitis pistoribus, ut in promptu alimenta haberent.Quin & aduersus hyemis asperitatem prouidit,ne qui periclitarẽtur in-

E opia uestiũ absumptis pecoribus,& lanis alijsq; tegmentis deficientibus. Vbi uerò etiã huic necessitati prospectum est,propinquis quoq; Syrorum urbibus solicitudinem impendit,distributis ad sementem faciendam frugibus.quod sanè & ipsi fuit commodum, terra mox uberem referente gratiam,ut omnibus alimenta suppeterent.Et quamprimùm segetes messi maturæ factæ sunt,ad L M hominũ quos ipse aluerat dimisit per agros:atq; ita res penè perditas restituit sua diligentia,nõ mediocriter subleuatis etiã finitimis qui eisdem laborabant difficultatibus.Nemo enim eius opem implorauit,quem nõ pro ipsius dignitate adiuuerit: sed & castella & urbes,& ex plebe qui grauabantur numerosiore familia,ad illum confugientes necessitati inueniebant remedium:ita ut reuocatis ad rationẽ quæ in exteros tantum insumpserat,reperta sint frumenti cororũ X millia.corus aũt capit X medimnos Atticos.Intra *Corus.*

F regni uerò sui pomœria LXXX millia cororum expensa sunt.quæ quidem eius cura, & tam opportunè collata gratia,tantum apud Iudæos ualuit omniũ sermone celebrata, ut positis odijs quicquid hactenus uel administrando regno,uel transgrediendis patrijs ritibus pecca ũerat,libenter obliuiscerẽtur,bene compensatũ putãtes eius liberalitate,qua usi fuerãt hoc difficillimo tempore.Nec minor uel gratia uel gloria parta est apud exteros, ut per hæc mala non mediocriter nomen regis illustratũ sit,& quantum damni domi acceptum est, tantũ foris ad *Herodes à populo celebris habetur.*

ris ad celebritatem nominis accreuerit. Cùm enim in alienis neceſſitatibus tantam oſtendiſ A
ſet magnanimitatem, omnes non qualis antè fuiſſet reputabant, ſed qualem tum recens ex-
perti fuiſſent. Eodem tempore & auxilia miſit Cæſari, quingentos ſelectos è ſuo ſatellitio,
Herodes Hieroſolymis regiam ædificari curat. quos Aelius Gallus duxit in expeditionem Arabicam, eorumq; ſæpe forti opera uſus eſt. Re-
bus igitur in priſtinam fælicitatem reſtitutis, regiam in ſuperiori urbis parte ędificauit, extru
ctis ædibus ampliſſimis, exornatisq; auro & marmorib. & ſubſellijs, ut magnum uirorũ nu-
merum poſſent capere: domibus etiam pro cuiuſq; dignitate appellatione indita, ut una di-
XII. ceretur Cæſaris, Agrippæ altera. Coniugem deinde duxit amore correptus, nihil penſi
Herodes Simonis filiam ducit in matrimoniũ. habens, dum uoluptati indulgeret. Occaſio autem nouarum nuptiarum fuit hæc: Erat inter
Hieroſolymitanos ciues Simon Boethi Alexandrini filius, ſacerdos cum primis nobilis, ha-
bebatq; filiam omnium eius ætatis pulcherrimã: cuius forma cùm uulgi ſermonibus cele- B
braretur, primùm fama illius Herodes permotus eſt, deinde conſpectæ amore captus nolu-
it uti ſua potentia, ne tyrannicè uideretur agere, maluitque in legitimum thorum puellã in-
troducere. Cumq; Simon nec affinitate tali, nec tamen cõtemptu dignus uideretur, quo cu-
piditati ſuæ ſatisfaceret, id quod æquius uiſum eſt elegit, ut uidelicet honoris acceſſione eũ
ornaret. mox igitur Ieſu Phabetis filio pontificatum abrogat, & ſucceſſorem ei dat Simonẽ,
Herodes caſtellum condit. atq; ita affinitatem cum illo contrahit. Peractis deinde nuptijs nouum caſtellum cõdit, quo
loco Iudęos olim uicerat, dum pelleretur armis Antigoni. diſtat autem à Hieroſolymis circi-
ter LX ſtadijs, natura firmũ, & ad excolendum idoneum. Collis enim eſt leniter accliuis, at-
tollens ſe in manufactam altitudinem, habens mammæ ſpecie circumferentiam: eſtq; diſtin
ctus teretibus turribus, aſcenſu arduo, qui per CC gradus lapideos ſcanditur. intus aũt diuer C
ſoria ſunt regia, magnis impenſis ſtructa, tam ad firmitatem, quàm ad pulchritudinẽ: & in pe
de collis habitationes ſpectatu digniſſimæ, tum propter alia, tum propter aquæductus egre-
gios, magno ſumptu è longinquo perductos. Circumiacens planicies ædificijs referta eſt ad
iuſtæ urbis magnitudinẽ, cui collis ille uice arcis imminet. Ita omnibus ordinatis ex ſenten-
tia nullos amplius in regno ſuo motus timebat, duobus potiſſimũ modis ſubditos in officio
cõtinens: timore ſuppliciorum quæ nemini remittebat, & liberalitate qua prouidebat publi
cis neceſſitatibus: cõmuniebatq; ſe accuratiſſimè, quaſi incolumitas ſua pertineret etiam ad
Herodes extraneos colit. rempublicã. Ciuitatibus ſe comem & humanum præbebat, dynaſtas per occaſionẽ colebat,
ad conciliandã ſibi eorum gratiã munificentiſſimus, q̃ innatam haberet magnanimitatem
regiam. Ita factum eſt ut cum apud omnes eſſet gratioſus, magnis rerum ſuarum incremen- D
tis augeretur. Hæc tamen ambitio ſtudiumq; demerendi Cæſarem cum Romanis potentio-
ribus cauſa fuit, ut multùm à patrijs inſtitutis decederet, & leges diuinas uiolaret, dũ in ho-
Imagines Graeci colere ſolitã. norẽ eorũ urbes condit, & templa extruit, licet non in ſolo Iudaico. hoc enim illi nequa-
quã laturi erant, q̃ nefas ſit noſtris ſtatuas ac effigies more Græcorũ colere. Quapropter ex-
tra eorũ regionẽ tales urbes collocabat, excuſans ſe Iudæis, q̃ nõ ſponte, ſed potentiorũ iuſ-
ſu hæc faceret: & interim Cæſarem Romanosq; tanto magis ſibi deuinciens, quòd in eorum
honorem à patrijs conſuetudinibus ſuſtineret diſcedere. Sed præcipuus ſcopus erat utilitas
propria, & ſtudium memoriæ propagandæ ad poſteros, ita ut in condendis & exornandis ur-
bibus nullis ſumptibus parceret.

Cæſarea oppidum conditur. Cap. XIII. E

Stratonis turris. ERgo quùm animaduertiſſet in maritimis locũ cõdendæ urbi opportuniſſimum,
cui olim Stratonis turris nomen fuerat, & formã eius magnificè deſcripſit, & ædi
ficijs marmoreis totam exornauit accuratiſſimè, tam regijs palatijs, quàm priua-
torum ciuiũ ædibus. & quod fuit omnium operoſiſſimum, portum à tempeſta-
Piræus Athenarum portus. tibus tutũ addidit, magnitudine Piræo parẽ, ſtationib. inſtructum & diuerſorijs, admirandũ
ſtructura, eò q̃ propter loci naturam omnis materia tantæ fabricæ aliunde magno ſumptu
conuehenda fuit. Sita eſt hæc urbs in Phœnice, quà in Aegyptum pręternauigatur, Dora in-
ter & Ioppen, littorales urbeculas, nõ ſatis portuoſas, q̃ Africo ſint oppoſitæ. Hic enim pro-
celloſis flatibus arenas in littus prouoluens, nullam ſtationẽ quietam eſſe patitur, ita ut ple-
runq; naues mercibus onuſtæ, in ſalo ancoras iacere neceſſe habeant. Hanc locorum incom F
moditatẽ correcturus, circulum portus circumduxit, quantum putaret magnæ claſſi recipi-
endæ ſufficere: & in uiginti ulnarum profundum prægrandia ſaxa demiſit, quorũ pleraq; pe
dum quinquaginta longitudinis, latitudinis uerò octodecim, altitudine nouempedali fue-
runt, quædam etiam maiora, minora alia. Hæc moles in mare iacta brachium ducentos pe-
des longum efficit, cuius ſpatij dimidium oppoſitum eſt frangendis fluctibus, inde procyma

tion

A tion Græcè dictum:reliquum ſuſtinebat murum lapideum diſtinctũ turribus, quarũ maximæ & pulcherrimæ nomen Druſus à Druſo Cæſaris priuigno,immaturò fatò defuncto. Inerant & crebri fornices,nautarũ diuerſoria.Excenſus deinde lato ambitu totũ portum cingebat,locus ad ſambulandum animi cauſa iucundiſſimus.Os autem portus patet uerſus ſeptentrionẽ uentorum ſereniſſimum.crepido uerò totius ambitus,à ſiniſtra quidẽ portũ intrantib.turris eſt lato margini inſiſtens,ad firmiùs reſiſtendum fluctibus:à dextra aũt duę columnæ lapideæ coniunctæ turri ex aduerſo ſitæ pares celſitudine. Circum portum ędes continuata ſerie marmore politiſſimo extructę ſunt,extante in medio tumulo,in quo templum Cæſaris procul conſpicuum adnauigantibus,& in eo ſtatuæ,Romæ altera,altera Cæſaris,unde nomen Cæſareæ,urbi tã materia quàm artificio ſtructuræ conſpicuæ;cloacis etiam ſubter
B rancis non minus mirandæ:quæ paribus diſtantes interſtitijs in mare exeunt,una tranſuerſa dirimente,ut imbrium & purgamentorum proluuies faciliùs in mare deferatur, & marini æſtus,quoties accedunt,ſubintrare poſſint,& totam urbem ſubluere.Extruxit etiam theatrũ è ſaxo,& à meridionali portus latere amphitheatrum capaciſſimum, unde latè proſpectus patet in mare.Atq; hæc oĩa duodecim annorum ſpatio ſunt abſoluta,rege nec labori parcẽte nec ſumptibus. Hac iam altera urbe poſt Sebaſten condita,decreuit Romam mittere filios Alexandrum & Ariſtobulũ,ut ſalutarent Cæſarem.Eò poſtquàm uentum eſt, Pollionis hoſpitio uſi ſunt,qui erat Herodis ſummus amicus:licebat tamen etiam Cæſaris uti hoſpitio.
C Excepit enim adoleſcentes ſumma humanitate,fecitq; Herodi poteſtatem, ut arbitratu ſuo è filijs quẽcunq; uellet hęredem regni deſignaret,aucto prius noua acceſſione Trachonitidis,Batanææ,& Auranitidis,tali de cauſa. Zenodorus quidam conduxerat ditionem Lyſaniæ,nec cõtentus his prouentibus in Trachone fouebat latrocinia,inde quoq; captans compendium:incolæ enim locorũ eorum libenter rapto uiuunt,aſſueti pẽdas ex Damaſcenis agere.Eos Zenodorus adeò non uetabat,ut lucrorum etiam eſſet particeps. Ab his malè uexati propinquorũ agrorũ coloni,Varum prouinciæ præſidem querelis obtundebant,poſtulãtes, ut Zenodori iniurias per literas ſignificaret Cęſari.Ille reſcripſit expugnanda eſſe latronum receptacula,& regionem eam ditioni Herodis cõtribuendam:ſic enim fore, ut eius prouidẽ
D tia caueretur in poſterum,ne Trachonitæ uicinis ullas exhiberent moleſtias. Alioquin difficile erat eos cõpeſcere iam aſſuetos his artibus uictum quęrere:ut qui nec oppida haberent, nec agros,ſed in ſpeluncas ac cuniculos more ferarum refugia.Habebant aũt paratam aquæ & cibariorum copiã,ut externa ui petiti poſſent ſatis diu bellum in latebris trahere. Specus enim illi aditus habent anguſtos.nec niſi unum poſt alium hominem admittẽtes, ſed intus ſunt ampliſſimi,& ſuprà quàm credas capaces,plano ſolo deſuper tecti.nã totus is locus cõſtat petra aſpera,& nõ facilè meabili, niſi aliquo ducente per ſemitas: quæ non per directum feruntur,ſed multis mæandris flexuoſę ſunt.incolæ quoties propinquos populari prohibebantur,ipſi inter ſe exercebant latrocinia,nihil ſibi non permittentes. Eam regionem poſtquàm Herodes accepit à Cęſare,adhibitis ducibus ad eos penetrãs maleficia coercuit, & circumuicinis ſecuritatem peperit.Zenodorus aũt partim inuidia,partim dolore ademptæ poſ
ſeſſionis permotus,Romam ad accuſandum Herodem profectus eſt:nihil tamen efficere potuit. Interea in Aſiã Agrippa mittitur,adminiſtraturus trãſmarinas prouincias pro Cęſare. XIII.
E Eum q̃ eſſet amiciſſimus,Herodes apud Mitylenen cum ſalutaſſet,in Iudęã reuerſus eſt. Cæterùm Gadarenſes quidam Agrippam adeunt,Herodem accuſaturi,quos ille ne auditos q̃dem ad regem uinctos remiſit.Arabes etiam iampridem infenſi Herodi,tum aperire cœperunt inimicitias,idq; de cauſa,ut tum uidebatur,ſatis probabili. Zenodorus enim deſperatis rebus ſuis Auranitidem ditionis ſuæ partem illis elocauerat L talentis annuis:quam cum donatio Gæſaris complecteretur,non patiebantur auferri,modò excurſionibus ac ui eam ſibi uindicantes,modò contendentes de iure poſſeſſionis apud iudices.pelliciebant etiam ad ſe egenos milites,qui miſerorum more meliora ſperant ex rerum nouitatibus. Hæc cùm matu
rè Herodes cognouiſſet,maluit tamen bonis rationibus occurrere, quàm hoſtiliter, ne daret occaſionem nouis motibus.Decimoſeptimo demum eius regni anno Cæſar uenit in Sy-
F riam:moxq; Gadarenſium plurimi cœperunt clamare in Herodem, grauem eum dictitantes ac tyrannicum,inſtigati huc potiſſimùm Zenodori criminationibus:qui interpoſito iureiurando pollicitus erat,non priùs ſe deſtiturũ,quàm quouis modo effeciſſet, ut illi à dominatione regia liberati attribuerentur ad prouinciam Cęſaris. Ab hoc perſuaſi clamitabant, idq; aliquanto audacius, quia ne illos quidem pœnas dediſſe uidebant,quos rex deditos ab Agrippa acceperat. Erat enim ſi quis alius erga ſuos inexorabilis,ab alienis uerò acceptas

Druſus turris.

Theatrum & amphitheatrum.

Herodes filios Romam mittit; quos Cæſar humaniter excipit.

Zenodorus latrocinijs & rapto uiuit.

Trachonitis Herodi attribuitur.

Herodes malefi-cia coercet.

Agrippa in Aſiam mittitur.

Arabes Herodi infenſi.

Zenodorus Auranitidem Arabibus, à Cæſare Herodi dono datam, elocat.

Gadarenſes Nicorodem apud Cæſarem fruſtrà accuſant.

iniurias libenter contemnebat ac remittebat. Cùm igitur de ui & rapinis eius, uiolatisq; ac A
dirutis templis quererentur, Herodes quidem nihil territus, paratus erat cauſam dicere: Cæſar uerò dextram ei dedit, nihilo alienatior propter tumultuantem multitudinem. & prima quidem die qua congreſſi ſunt, de his actum eſt. poſtridie uerò interruptum eſt hoc negotiũ. Gadarenſes enim uidentes quorſum Cæſar & amici eius tenderent, & certis coniecturis timentes ne dederentur Herodi, ſequenti nocte alij ſe iugulauerunt, alij præcipitauerunt tormentorum metu: quidam etiam in flumen ſe iacientes necauerunt: atque ita cum ſeipſi prædamnaſſe uiderentur, ſine mora Cæſar Herodem abſoluit. Acceſſit huic & alia non me-

Zenodori mors. Herodes à Cæſare muneribus amplißimis donatur;

diocris fælicitas. Zenodorus enim præcordijs ruptis ſanguine multo per ſeceſſum profluente apud Antiochiam Syriæ perijt. Cæſar uerò & huius portionem, ſanè non contemnendã, donauit Herodi: quę ſita Galilæam inter & Trachonem, complectitur Vlatham, Paneadem, B
& agros finitimos. adiunxit eum deinde rectoribus Syriæ, mandauitq; ut omnia ex eius ſententia fierent. Deniq; eò tum fælicitatis prouectus eſt Herodes, ut cùm in toto, quàm latè patet, Romano imperio duo eſſent omnium potentiſſimi Cæſar & Agrippa, Cæſar poſt Agrippam nemini maiorem quàm illi honorem haberet, Aprippa item poſt Cæſarem nemini. qua mutua beneuolentia fretus Pheroræ ſuo fratri tetrarchiam impetrauit, de ſuo regno deciſis centum talentorum reditibus, ut etiam ſi quid fatale ſibi accideret, in tuto eſſent res il-

Cæſari templum extruit;

lius, neq; ſubijceretur Herodis filiorum imperio. Deducto inde ad mare Cæſare in regnum reuerſus, in terra Zenodori elegantiſſimum ei templum cõſtruxit è marmore cãdido, prope Panium quod uocant. Id ſpelunca eſt in monte amœniſſima, eiq; ſubiecta in immenſum hi-
ans terræ deuexitas, plena aquis ſtagnantibus, ei mons ualde magnus imminet. Sub ſpelun- C

tributorum partem tertiam ſubditis remittit;

ca autem ſcatent fontes Iordanis fluminis. Hunc locum alioquin etiam celebrem ornauit templo extructo in honorem Cęſaris. Tunc etiam tertiam tributorum partem remiſit regni ſui ſubditis, prætextu quidem ut poſt ſterilitatem ſe reficerent, re autem uera ut placaret eorum animos, offenſos talibus regis operibus, quæ uidebantur planè ad religionis & bonorũ

ſeditionibus occurrit;

morum perniciem tendere, ut omnium iactabatur ſermonibus. Cui rei & aliud ille remedium attulit, occaſiones turbarum auferens, & iubens ſua quemque agere negotia, ueritis per urbem conuenticulis & frequentioribus conuiuijs, appoſitisq; etiam ſpeculatoribus, & grauiſsimis pœnis qui contrà facerent propoſitis. Nam multi clàm & propalàm abducebantur in caſtellum Hyrcaniam, ibiq; dabant ſupplicium: & diſpoſiti erant tam in urbe quàm per i-
tinera qui obſeruarent conuenientes cuiuſcunq; rei gratia. Adeò enim hanc curam non ne- D
gligebat, ut ſæpe ipſe plebeio cultu noctu miſcuiſſe ſe uulgo perhibeatur, & expertus fuiſſe quid de ſe ſentiret populus: & quotcunque pertinaciter improbarent eius ſtudia, in omnes

populum Sacramento obſtringit; &

inclementer animaduertebat: reliquam uerò multitudinem ſacramento obſtringebat, iuſiurandum exigens quòd non diſceſſuri eſſent à fide & officio. Atq; ita maior pars metu cedebat & obſecundabat: qui uerò liberius ſtomachabantur, & cogi ſe indignabantur, eos quocunq; pacto poterat tollebat de medio. Requiſiuit etiam iuſiurandum à Pollionis Phariſæi Sameæq; ſectatoribus pleriſque: quod cum non impetraſſet, non tamen in eos ut in cæteros

de Eſſæis religioſè ſentit.

tales ſæuijt, Pollionis reuerentia. Remiſit etiam hanc neceſſitatem his qui Eſſæi apud nos uocantur, genus hominum Pythagoreis Græcorum non abſimile, de quib. alibi narraui prolixius. Nunc prætereundum non uidetur, nec alienum à propoſita hiſtoria, cur religioſam de E

Manahemus Eſſæus Herodi regnum prædicit.

his opinionem rex habuerit. Erat quidam Eſſenus, Manahemus nomine, cum aliàs uitæ honeſtæ & probatæ hominum teſtimonio, tum uerò diuinitùs etiam conceſſum habens donũ fatidici ſpiritus. Hic cõſpicatus Herodem etiam tum cum cæteris pueris ludum literariũ frequentantem, regem Iudæorum ſalutauit. Ille putans ſe aut rideri, aut non ſatis notũ eſſe homini, correxit eius uerba, unum de plebe ſe profitens. Tum Manahemus ſubridens, & blando plauſu nates eius manu feriens: Imò regnabis, inquit, & fæliciter dominaberis: ſic enim

Regum bonorũ uirtutes tres præcipuæ.

Deus uult: & memor eſto Manahemi uerborum, quæ te fortunæ mutabilis admoneant. Nihil enim te magis cogitare decet, quàm de iuſticia & pietate, & æquitate erga ciues ſubditos. ſed ſcio te hoc non facturum, futuri præſcius. eris enim tam diuini, quàm humani iuris immemor, licet alioqui fortunatiſſimus, & ſempiterna dignus gloria. Nec tamẽ Deum latebis, F
qui te extremo uitæ tempore graui caſtigatione reprehenſurus eſt. Hæc uerba non magni fecit Herodes, qui tum nihil tale ſperabat: proſperis deinde ſucceſsibus ad regnum & tantam fælicitatem elatus, cùm maximè uigeret, Manahemum accerſitum rogat de diuturnitate imperij. Ille nihil certi reſpondit, ſed ſciſcitante rege num decem annos duraturum ſit, & uiginti, inquit, & triginta: atq; ita indeterminatum fatalem finem reliquit. Herodes uerò uel hoc

conten-

A contentus, Manahemum data dextera dimisit. & ex eo semper Essenos in precio habuit. Hæc tametsi fidem excedere uidentur, uisum est tamen lectori indicare, quòd multi sint in eo genere, quibus ob morum probitatem diuinitas aperire dignatur sua decreta & consilia. *Herodes Essenos honorat.* A.M. 3953. A.ch.n. 18.

Herodes nouum templum, diruto priore, Hierosolymis ædificat. Cap. XIIII. XIIII.

DECIMO octauo autem sui regni anno Herodes post tot præclara facinora, post absoluta tot admiranda opera, eximiũ aliud concepit animo, Dei templum denuò cõstruere, ampliore ambitu, & huic cõueniente celsitudine, ratus id, quod res erat, id fore omniũ celeberrimũ etiam ad posteritatis sempiternam memoriã. Cęterùm ueritus ne populũ difficultate deterritũ minus ad hoc obsequentẽ haberet, aduocata concione sic eum allocutus est: Non habeo necesse, uiri tribules, ut uel gesta uel opera mea cõmemorem, quæ, ex quo regnare cœpi, plus uobis utilitatis & securitatis, quàm mihi ornamẽti & laudis attulerunt. Scitis enim ipsi, quòd in maximis uestris difficultatib. nulla priuati commodi ratione uobis prospexi: & quæ hactenus opera Deo iuuante absolui, uobis potissimùm seruiunt, per quæ factum est, ut res Iudaicæ nunc magis, quàm unquam antea floreant. Quare ut dicere cœpi, non opus est singulatim percẽsere uel urbes uel alia ędificia, quibus tum Iudæam ipsam, tũ alias huic contributas regiones excoluimus: sed illud potius uobis nunc proponam, quod maximè uel ad religionis cultũ, uel ad regionis ornatũ attinet. Tẽplo huic, quod postliminiò reuersi à captiuitate Babylonica patres nostri instaurauerũt, desunt ad priscam altitudinem LX cubita. tanto enim celsius erat uetus illud Solomonis ædificiũ. nec hoc culpa maiorum nostrorum accidit, per quos non stetit, quin pat illi pristinæ structura surgeret: sed hanc mensuram præscripserunt Cyrus & Darius Hystaspis filius: sub quorũ & posterorum imperio, quia illi tum uixerunt, sicut postea Macedonum, non potuerunt assequi primum illud pietatis archetypum. Nunc quoniam Deo uolente ego rerum potior, cui otium, pecunia prompta, magni reditus suppetunt, & quod maximum est, Romanorum orbis dominorum amicitia, dabo operam, ut quod maiores sub alieno nutu uiuẽtes non satis accurauerunt, suppleã, & quicquid decst ad honorem Dei, memor acceptorũ beneficiorũ, gratè ac piè persoluam. Hac tam inopinata oratione omnium animi sunt attoniti, ꝙ supra spem polliceri uideretur; & augebantur magna solicitudine, ne fortè demolitus uetus ædificium, nouum non posset absoluere. Quare periculosum uidebatur consilium, & conatus perdifficilis. Quod ubi animaduertit rex, iussit eos bono animo esse. manssurum enim uetus templum integrum, nec demoliendum tantisper dum omnis materia cõparetur, quæ sit ad futuram fabricam necessaria. neq; eos fefellit. Mille enim plaustra parauit, quæ lapides cõueherent: & ex omni artificum copia peritissimos selegit ad decem millia, & insuper mille sacerdotes stolis sacerdotalib. suo sumptu uestitos, partim cæmentariæ, partim lignariæ fabricæ nõ imperitos: hosq; omnes adhibuit operi, materia iam antè conuecta. Sublatis deinde ueteribus fundamentis, & nouis repositis, desuper templum extruebat, longitudine cẽtum cubitorum, altitudine totidẽ, & uiginti amplius: qui uiginti cubi i aliquanto pòst fidẽtibus fundamentis decesserunt, eosq; denuò addere decreuerant nostri Neronis temporibus. Constabat autem structura è lapidib. candidis firmissimis, magnitudine uiginti quinq; cubitorũ in longum, octo in altum, latitudine uerò cubitorum duodecim. eratq; (sicut & regia porticus) hinc & inde humilius, media sui parte excelsum, à multis stadijs cõspicuum, maximè ex aduerso habitantibus aut aduentantibus. Portæ uerò ipsi templo pares, & superliminaria aulæis uariegatis ornabãtur, floribus purpureis distinctis, & habẽtibus columnas intextas, sub quarum capitibus uitis expandebatur aurea dependentibus uuis, mirandum sanè opus tam manus quàm materiæ precio. Cinxit etiam totum templum amplissimis porticibus, quæ responderent reliquæ magnificentiæ, & priores illas pulchritudine uincerent. Harum duæ ualidis muris fulciebantur, opere uel in primis memorabili. Tumulus erat petricosus, arduus, à uertice sensim uersus orientale urbis latus resupinus. Huius uerticem prius Solomon rex noster instinctu Dei muro circumdedit. Radices quoq; eius alio muro cinxit, cui uersus austrum subiecta est uallis profunda. Hic murus constat saxis grandibus plumbo inter se uinctis, complectens interius spacium, & in profundum descendens, ut miranda sit magnitudo & altitudo structuræ, forma quadrangulari. Saxorum enim magnitudo à fronte est conspicua, interiora ferro uincta iuncturas continent contra omnium temporum iniurias firmissimas. Hoc opus postquam æquatum est uertici, cauitas quæ intererat murum inter & tumulum expleta est, ut complanatis omnibus fieret area, & circùm quadriporticus quatuor stadiorum circuitu, singulis lateribus inter duos angulos per stadia singula patẽtibus. Interius deinde

Herodis ad populum concio, de templo extruendo.

Herodes templũ construit.

deinde ipſum uerticem ambit alius murus lapideus:cuius orientale latus quàm longum eſt A
duplicem habet porticum,ſpectãtem ianuam templi ſiti in meditullio.Eam porticum prio-
res reges adornauerant. Circum templum affixa erant ſpolia barbarica, quæ omnia Hero-
des denuò dedicauit,additis etiam recentibus Arabicis. In ſeptentrionalis lateris angulo
arx erat firma & bene munita,opus Aſamonæorum, qui gentis ſacerdotium ſimul & prin-
cipatum tenuerunt,& † turrim id uocauerunt,repoſitorium ſtolæ pontificiæ,quæ non pro-
† Barin denomi nauerant. mebatur,niſi põtifice ſacris operaturo. Hanc Herodes in eo loco aſſeruauit, poſt cuius obi-
tum in Romanorum poteſtate fuit,uſq; ad Tiberij Cæſaris tempora. Eius principatu Vitel-
Pontificiæ ſtolæ repoſitorium & cuſtodes. lius Syriæ præſes à Hieroſolymitis honorificentiſſimo hoſpitio receptus,quò gratiam eis re
ferret,à Cæſare imperauit,ut iuxta ſua poſtulata ipſi haberent ſacræ ſtolæ cuſtodiam : fue-
runtq; Iudæi eius cuſtodes uſque ad Agrippæ regis obitum. Poſt quem Caſſius Longinus B
præſes Syriæ, & Cuſpius Fadus Iudææ procurator, iuſſerunt eos denuò ſtolam in Antoniã
Antonia turris. deponere,dictitantes debere eam in Romanorum poteſtate eſſe,quemadmodum & antea.
Miſſi ſunt hac de cauſa legati ad Claudium Cæſarem,deprecaturi talem neceſſitatẽ: ubi in-
uenerunt iuniorem regem Agrippam,cui petenti conceſſa eſt ſtolæ cuſtodia, ſcriptis de hac
re ad Vitellium literis. Olim autẽ fuerat ſub ſigillo pontificis & præfectorũ gazophylacio,
qui pridie ſolennis feſtiuitatis adibant arcis & præſidij Romani præfectũ,& recognito prius
ſigillo ſtolam accipiebant:ac mox peracto feſto,reportatam in eundem locum, & in conſpe
ctu arcis præfecti obſignatam deponebant:quod quidẽ hoc loco propter toties uariatũ mo
rem admonere uiſum eſt.Sed tum Herodes hanc quoq; turrim munitiorẽ reddidit ad tute-
lam templi,& in memoriam amici ſui Romanorũ imperatoris Antonij uocauit Antoniã. C
Occidentalis autem porticus quatuor portas habebat:harum ab una tranſitus erat in regiã
Porticus excelſa. per uallem in medio interiectam:duæ ferebant in ſuburbia,poſtrema in urbẽ,gradib.multis
uſq; ad imam uallem diſpoſitis,& inde alijs ſurſum per accliue tendentibus. Vrbs enim ſita
erat è regione templi,theatrali ſpecie,toto auſtrali tractu in profundam uallẽ deſinens.Quar
tum aũt latus meridianum etiam ipſum habebat portam ab utroq; angulo æquè diſtãtem,
& triplicem porticum baſilicam longitudine ab orientali ualle ad occidentalem pertinen-
tem.Nec enim ulterius poterat. Ibi ſpectaculum erat,ſi ullum aliud ſub ſole memorabile.
Nam quum uallis in immenſum dehiſceret,ita ut caligarent deſpicientium oculi, deſuper
extructa erat præalta porticus:cuius tecto conſcenſo ſi quis utramq; altitudinem coniunctã
contemplaretur, abſq; uertigine id non poterat,uiſu deficiente ob nimiam profunditatẽ, D
priuſquam ad imum pertingeret.In eius porticibus ſtabant paribus interuallis quatuor co-
lumnarum ordines,quorum quartus intertextum habebat lapideum parietem. Craſſitudo
autem cuiuſque columnæ,quantam poſſent tres homines conſertis inter ſe complecti bra-
chijs: longitudo uigintiſeptem pedum,ſubiecta ſpira duplici. Numerus uniuerſarũ fuit cẽ
tum ſexagintaduo,capitellis ſculptis opere Corinthio pulchris uſq; ad miraculum. His qua
ternis ordinibus fiunt per interualla ternæ porticus,ita ut in unoquoque latere duæ pariles,
triginta pedum latitudinis, plus quinquaginta altitudinis,ſtadij longitudine,claudãt inter
ſe mediam,cuius latitudo ſeſquialtera,altitudo uerò duplicata, tanto ſuperabat utranque.
Earum lacunaria lignea,ſculpturata figuris uarijs. Mediæ uerò conuexitas altius ſurgebat,
excitato ſuper epiſtylia pariete lapideo politiſſimo,columnis inſertis diſtincto, mirabili ar- E
Septum interius. tificio commiſſuris oculos fallentibus.Atque hoc modo ſe habebat primus ambitus. Inte-
rius uerò nõ longo interſtitio ſecundus,paucis gradibus ſcanſilis,ſeptum habebat lapideũ,
cum inſcriptione quæ uetaret tranſgredi alienigenam,ſub interminatione pœnæ capitis.
Hoc interius ſeptum tam auſtrino quàm ſeptentrionali latere patebat ternis ianuis æqui
diſtantibus,ab oriente uerò una magna,per quam intrarent caſti unà cum uxoribus.Interio
ra autem fani mulieribus nefas erat ingredi.Tertium uerò ſpatium intimum, ſolis ſacerdo-
tibus acceſſibile.In eo templum erat,& ante illud altare,in quo hoſtias immolare Deo ſoli-
ti fuerunt. Herodes autem interiora,à quibus profani lege arcebantur, non auſus ingredi,
Templi dedica- tio. per ſacerdotes curabat fabricam intimarum porticuum:abſolutoq; octo annis reliquo ædifi
cio,tandem etiam templum ipſum eorundem ſacerdotum opera ſeſquianno perfecit. Quo F
A.M. 3961. facto ingens gaudium exortum eſt in populo,omnibus gratias agentibus Deo pro tam cele
A.Ch.n.10. riter finito opere,& regi pro accurato tam alacriter negotio fauſta ominantibus, & inſtaura
iuxta aliorum ſupputationem. tionem templi magna feſtiuitate concelebrantibus.Ibi rex trecentos boues Deo mactauit,
& alij pro ſuis quiſque facultatibus tantum uictimarum,quantum uix comprehendi poſſit
A.M. 3962. numero,fallente ueram æſtimationem eorum multitudine. Incidit enim in hãc celebritatẽ

abſo-

A absolutæ templi fabricæ etiam natalis regni, quem Herodes anniuersaria hilaritate solitus est colere, ut hoc pacto conduplicaretur lætitia publica. Cæterùm rex inter alia templi opera etiam cryptam fecit subterraneam, ab Antonia ferentem ad orientalem portam templi, cui turrim etiam imposuit, in eum usum ut occultè illuc posset ascendere. si quid per tumultũ contra regem uellet nouare populus. Fertur toto tempore quo templum struebatur nunquam interdiu pluisse, noctu tantum imbribus descẽdentibus, ne interrumperetur ædificatio: eaq; fama quasi per manus tradita ad nos peruenit à maiorib. nec est ueri absimile, si quis in cæteris quoq; rebus diuinam prouidentiam respiciat. Et de templo instaurato hactenus.

A.Ch. n. 9.

Subterraneus in templum introitus.

Prouidentiæ diuinæ peculiaris declaratio.

B

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XVI.

Alexander & Aristobulus Roma ad patrem reuersi, Salomes ac Pherorę calumnijs appetuntur.

CAP. I.

C INTER cæteras reipublicæ curas ad se pertinere existimans rex, etiam priuatas iniurias tam in urbe, quàm in agris compescere, nouam legem tulit prioribus dissimilem, quam ipse sancijt, ut fures liceret uendere in seruitutem extra regni terminos: quòd uidebatur non tam ad pœnam maleficorum tendere, quàm ad dissolutionẽ patriarum consuetudinum. Seruire enim apud exteros, & diuersam uiuendi rationem habentes, & cogi ad faciendum quicquid illis imperare libuerit, religionem magis lædebat, quàm ipsos conuictos sceleris. Qua de re satis cautum erat in pristinis legum sanctionibus: uidelicet furem quadruplum reddere: quòd si non sit soluendo, uendi, nõ tamen exteris, nec in seruitutem perpetuam, sed uindicandum in libertatem anno septimo. Quamobrem sic uulgo interpretabantur, nouam illam legem iniquam pœnam statuere, & tyrannicũ quiddam magis quàm regium sapere, non sine contemptu inueterati iam moris publici: traducebaturque hoc nomine rex omnium criminationibus inuidiosissimis. Per idem tempus nauigauit in Italiam, salutatum Cæsarem, & ad inuisendos Romæ suos liberos. Ibi Cæsar humanissimè tractato filios reducẽdos domum reddidit, satis iam instructos disciplinis liberalibus. Qui postquam reuersi sunt in patriã, statim excepti sunt magnis studijs multitudinis, quòd essent cõspicui tum statura, tum multis ornamentis animi, & modis omnibus regium quiddam præ se ferrent ipsa specie. Mouerunt hæc ad inuidiam Salomen sororem regis, cæterosque quorum calumnijs Mariamme oppressa fuerat, metuentes suæ potentiæ, quùm uiderent non defore ultores materni interitus. Hinc igitur occasione arrepta, illos quoq; calumnijs appetunt, dictitantes parùm iucundam eis esse patris consuetudinem, memoria supplicij de genitrice sumpti, quasi auersantibus pollutum materno sanguine. Videbant enim calumniatores esse causam odij, & hac una uia expugnare se posse & abolere paternam beneuolentiam. Nec hæc ad ipsum regem perferebant, contenti in uulgum tales rumores spargere, quibus tandem ad illum perlatis, facilè diuinabant exoriturum tantum odium, ut ne naturalibus quidem uinceretur affectibus.

Herodes 'legẽ fert de uendendis furibus.

Furis pœna. Exod. 22.

Herodes in Italiam tendit, & liberos suos in Iudæã reducit.

Herodis filij domum reuersi, calumnijs exosi reddũtur.

Herodes dat Alexandro & Aristobulo coniuges. CAP. II.

F VNC tamen maiore eos, quia genuerat, amore prosequens, quàm ut uel suspicioni aut calumniæ locũ daret, in eo quo par erat honore illos habuit, & quòd iam essent adulti, uxores eis coniunxit, Aristobulo Salomes filiam Bernicen, Alexandro Archelai Cappadocum regis filiam Glaphyram. Post hæc audito quòd Marcus Agrippa ex Italia redijsset in Asiam, profectus illò inuitauit eum in regnum suum, ut uenire dignaretur ad amicum & hospitem: quo impetrato, nihil prætermisit, quod illi uoluptatem afferre posse crederet, excipiens eum in recens conditis urbibus, & ostẽdens ædificia, ad hæc omne genus delicíarum & magnificentiæ tam ipsi quàm amicis exhibens, apud Seba-

Herodes filijs coniuges coniungit. I I.

Herodes Agrippam splendidè excipit. A.M. 3956.

A.Ch.n. 15. Sebasten,& ædificatum à se Cæsariensem portum,& in extructis à se arcibus,Alexandrio, He A
rodio,Hyrcania.In urbem quoq; Hierosolymitanam eum perduxit, occurrentibus popula-
Agrippa boues 100 Deo immolat,et epulũ populo donat. riter omnibus amictu & cultu festiuo cum faustis acclamationibus. Agrippa autem Deo
hecatombe immolata populo epulum præbuit:& quamuis libenter ibi diutius fuisset com-
moratus,appetẽte tamen hyeme tempestatum metu maturiùs abnauigauit in Ioniam, unà
cum amicis maximis honoratus muneribus.

Herodes ad Agrippam denuò nauigat. Cap. III.

REX autem exacta domi hyeme,instante uere rursum ad illum properauit,audito
quòd cum exercitu Bosphorum peteret:factaq; præter Rhodum ac Coum naui- B
Herodes Chij porticum diru tam reparari curat. gatione,Lesbum petit,ratus se ibi eum inuenturum. Sed repulsus aduersis Bo-
reæ flatibus, aliquot diebus apud Chium hæsit: ubi & priuatim multos sa-
lutatum uenientes regijs honorauit muneribus:& qùm animaduertisset porticum urbis
dirutam bello Mithridatico iacentem adhuc,quòd propter inopiam reparari non posset ad
pristinam pulchritudinem & amplitudinem,tantum pecuniarum cõtulit in eius fabricam,
quantũ satis superq; ad absoluendam esset,hortatus ut quàm primum ueterem ornatum ur
bi redderent.Mutato deinde uento primùm Mitylenẽ, deinde Byzantiũ allatus, ut audiuit
denuò Agrippam inuisit; Agrippam iam ultra Cyaneos scopulos prouectum,quanta potuit cõtentione secutus,apud
Sinopen Ponticam urbem eum offendit,ex insperato uisus cum nauibus appellere: fuitque
gratissimus eius aduentus,& singulari affectu se inuicem complexi sunt:quòd euidens esset C
honorificentissimè excipitur; argumentum fidei & amicitiæ,regem relicto principatu & intermissis proprijs negotijs præ-
stò factum Agrippæ opportunissimo tempore.Quamobrem indiuisus ei hærebat Herodes
in exercitu laborum socius,& consiliorum particeps. Nec minus aderat quùm remittendus
esset animus,solus adhibitus ex æquo & in difficilibus propter beneuolentiam, & in iucun-
cum Agrippa proficiscitur; dis honoris gratia.Confectis deinde Ponticis negotijs,quorum causa illuc Agrippa uenerat,
placuit nõ reuerti nauigio:sed per Paphlagoniam,Cappadociam,ac maiorem Phrygiam ter
restri itinere peruenerunt Ephesum:& inde rursum Samum traiecerunt nauibus. Toto autẽ
beneficia plurima obuijs cõfert, & eo itinere per singulas urbes multa rex in multos beneficia contulit.Eteneim non solùm pe-
cunia largiter adiuuabat petentes,& magnos sumptus faciebat in hospites: uerùm etiam si
cui mediatore opus erat apud Agrippam,per neminem alium facilius uoti compos factus D
est.Cumq; etiam ipse magnanimus esset,ac facilis ad concedendum ea quæ neminem læde-
rẽt,non leue erat momentum & in rege,incitante uel sponte currentem ad beneficentiam.
Chijs immunitatẽ impetrat. Primùm enim iratum Ilienſibus reconciliauit,& pro Chijs debitam Cæsaris procuratoribus
pecuniam persoluit,immunitate impetrata:& alijs item, quacunque in re singulis opus es-
set,affuit.

Ionici Iudæi Græcos apud Agrippam accusant,conatus sibi adimere priuilegia per Romanos concessa. Cap. IIII.

POstquam autem uentum est in Ioniam , præstò fuit magna multitudo Iudæo-
Iudæorũ Ionicorum de indigenarum iniurijs querela. rum eius regionis urbes incolentium:qui nacti opportunitatem questi sunt de
indigenarum iniurijs,quòd nec legibus suis eos uiuere finerent, & festis diebus E
traherent ad tribunalia,& sacram pecuniam Hierosolyma mittere uetarent, adi-
gerentque se ad expeditiones & munia publica,conuertendamq; in eos sumptus sacram pe-
cuniam,contra concessa per Romanos priuilegia. Has querelas ut Agrippa audiret,Herodes
dedit operam,addito eis uno ex amicis Nicolao,qui causam eorum ageret:qui coram Agrip
pa,assidentibus Romanorum honoratioribus,& regibus aliquot ac dynastis,in hunc modũ
Nicolai apud Agrippã oratio,pro Iudæorum immunitatibus. pro eis uerba fecit:Omnibus quidem,qui aliquam iniuriam patiuntur,Agrippa maxime,cõ
fugiendi ad potestatum maiorum opem incumbit necessitas:nobis uerò etiam impetrandi
quæ petimus adest fiducia.Neque enim aliud postulamus,quàm quod iam antè uestra bene
ficentia concessum est:quodque hi nobis adimere conantur,qui æquè ac nos uestro subiecti
sunt imperio.Atqui si magnum est uestrũ beneficium,digni sumus,qui id retineamus, hoc F
ipso,quod nos dignos eo iudicastis.sin paruum,turpe fuerit,ne parua quidem uos datores ra
ta facere.Quamobrem satis apparet nobis illatam iniuriam ad uos quoque pertinere,quorũ
isti & iudicia contemnere non uerentur,& gratiam irritam reddere.Quòd si ipsos aliquis in-
terroget,malintne uita carere,an patrijs institutis,pompis,sacrificijs festiuitatibus,quib. ho-
nores Deorum suorum concelebrant:sat scio quiduis potius passuros,quàm diuelli à patrijs
ritibus.Nam & bella pro religionib.uindicandis sæpenumerò suscipiuntur,& huius(qua per

uos

A uos fruimur)tranquillitatis ac fælicitatis hoc maximum habetur præmium, quod cuiq; licet ſuo more uiuere,& pietatem colere. Quod igitur ipſi nullo pacto ſuſtinuerint, hoc alijs infer re conantur: quaſi uerò non perinde ſit, uel tuam uel alienam pietatem impedire ac lædere. Quin & aliud conſideremus. Eſtné ulla gens, aut ciuitas, aut populus, qui non ſummam ſuæ fælicitatis in ueſtro principatu & Romana potentia collocet? eſtné qui ueſtram gratiam uelit eſſe irritam? Nemo ſanè, qui modò ſapiat. Nemo enim eſt, cuius id uel priuatim, uel publicè non referat. Atqui iſti dum ueſtra nobis beneficia conantur auferre, ne ſibi quidem ipſis ullum ius ſaluum relinquunt, eorum quæ ueſtra benignitas conceſſit, quæ tamen ſunt inæſtimabilia. Quale enim uel illud eſt, quòd quùm multæ aliæ gentes regibus pareant, hi ſub tutela Romanorum principum in libertate fæliciſſimam uitam exigunt? Noſtræ autem
B res, etiamſi nemo ſit moleſtus, nullam tamen merentur inuidiam. Cætera enim communi cum reliquis ueſtris ſubditis fælicitate fruentes, nihil nobis eximium poſcimus, niſi ut liceat patriam pietatem colere: quod nec per ſeipſum eſt inuidendum, & permittentibus etiam conducibile. Nam Deus & cultores ſuos ſemper amat, & eos qui talem cultum non prohibent. Quid enim eſt in noſtris ritibus, quo quiſquam meritò offendi debeat? imò quid non coniunctum cum omni pietate ac iuſticia? Neque enim celamus præcepta uitæ, quæ ſequimur, aut ſtudia, quæ exercemus: ſed ſeptimo quoque die ab omnibus alijs negotijs uacantes, perdiſcendis legibus operam damus, iudicantes hanc diſciplinam plurimùm conferre corrigendis moribus. Hi ritus noſtri cùm per ſe quoque in diſquiſitionem uocati, nihil habeant reprehenſibile, nunc uetuſtate etiam, contrà quàm multi opinantur, conſecrati ſunt:
C ut non poſſit non eſſe religio, tot ſæculis ſancita deſerere. Hæ ſunt iniuriæ, quas iſti nobis per uim inferunt, Deo dicatam pecuniam per ſacrilegium diripientes, immunibus tributa imponentes, feſtis diebus ad lites & negotia profana pertrahentes, nulla neceſſitate exigente, ſed tantùm in religionis noſtræ contumeliam, qua nos præditos eſſe ſciunt, iniuſtis atque illicitis odijs prædi ti. Veſtrum enim imperium omnibus ex æquo conſulens, & beneuolentiã mutuam ſubditorum alit, & obſiſtit odijs. Has iniurias, Agrippa præſtantiſſime, rogamus ut à nobis prohibeas, utq; in poſterum quoque detur noſtris uiuere moribus, quemadmodum antea, nec aduerſarijs plus in nos liceat, quàm nobis in illos. Id enim non ſolum iuſtum eſt, ſed cõceſſum etiam ueſtra clementia: & extant de hac re multa ſenatuſcõſulta, in Capitolio
' æreis tabulis cõſecrata, quæ hodieq; leguntur, dubio procul propter expertam noſtram fidẽ
D atq; beneuolentiam, & alioqui ſacroſancta etiamſi nullum noſtrum præceſſiſſet meritum: quandoquidẽ non ſolis nobis, ſed fermè omnibus mortalibus, adeò nihil de priſtinis beneficijs detrahitis, ut ea potius indies præter omnem ſpem reddatis cumulatoria: quæ quidem oĩa percenſere præſentis temporis anguſtia nõ patitur. Sed ne uanè iactare uideamur noſtra officia, omiſsis præteritis, ſatis teſtari poteſt uel rex noſter, qui tibi aſſidet. quod enim ille beneuolentiæ aut officij genus familiæ ueſtræ non exhibuit? ubi fides eius deſiderata eſt? quid non in honorem ueſtrum excogitauit? ad quam neceſsitatẽ non primus præſtò affuit? Quid igitur prohibet nos quoq; nonnihil gratiæ pro huius meritis accipere? Nec prætereunda eſt patris huius Antipatri fortitudo, qui bello quod Cæſar in Aegypto geſsit cum M M militum auxiliariorum affuit: in quo ita ſe geſſit, ut tam terreſtribus quam naualibus prælijs nul
E li uirtute cederet. Et quid opus eſt commemorare quantum tunc rebus eius momentum attulerit, qualibus ac quantis ab eo muneribus auctus fuerit? quam ad rem in memoriam reuocandæ fuerint literæ, quas ea de re Imperator ſcripſit ſenatui, quibus à pop. Rom. honores & ius ciuitatis impetrauit Antipatro. Poterit enim hoc ſolum argumentum ſufficere ad declarandum non immeritò nos dignatos tanta gratia, & à te confirmationẽ eius petere: à quo uel nouam ſperare debuimus, uidentes tantam tibi cum rege noſtro amicitiam intercedere: quandoquidem & à Iudæam habitantibus renunciatum eſt nobis, quantum uictimarum obtuleris Deo, quibúsue uotis illum honoraueris: utq; populum epulo exceperis, & mutuis hoſpitalitatis officijs delectatus ſis: quæ quidem omnia debent argumenta haberi amicitiæ Iudæorum gentis, & tanti Romanorum principis, cõfirmatæ coram ipſis Herodis penatibus.
F Per hæc te obteſtamur in ipſius regis præſentia, nihil aliud quàm ut quæ ipſi conceſſiſtis Iudæorum generi, aliorum fraude intercipi non patiamini. His Nicolai uerbis nemo Græcorum ſe oppoſuit: quia non de iure contendebatur apud iudices, ſed ſupplicatio tantùm offerebatur iniuriam deprecans. Nec illi inficiabantur, ſed hoc ſolùm facto prætexebant, quòd oneroſi ſibi eſſent inquilini Iudæi. At illi & ingenuos ciues ſe approbauerunt, & ſine cuiuſquam iniuria patrijs legibus uiuere. Quamobrem Agrippa intellecto quòd uim paterentur,

Agrippa Iudæorum immunitatẽ antè conceſſam confirmat.

tur,ſic reſpondit:ſe nõ ſolùm propter Herodem amicum illis gratificari paratum; ſed etiam A
quia æquum poſtulare uideantur. Quare etiamſi plura petijſſent,cõceſſurum ſe fuiſſe quic-
quid ſaluis populi Rom.commodis concedi poſſet:nunc quia id tantùm poſtulent, ut quæ
prius conceſſa fuerint,rata maneant,confirmaturum ſe populi Romani beneficium, & da-
turum operam ne quis illis moleſtus ſit amplius,ſecundum inſtituta patria uiuẽtibus. Hæc

Herodes Agrippæ gratias agit.

locutus dimiſit conuentum. Tum Herodes aſſurgens ei gratias egit omnium nomine. De-
inde poſt mutuos complexus uale dicto à Leſbo digreſſi ſunt.

Herodes in Iudæam reuertitur. Cap. V.

Herodes Hieroſolyma cõtendit; & cauſam peregrinationis expoſuit.

REX igitur paucis pòſt diebus ſecunda nauigatione uſus Cęſaream appulit,& in-
de Hieroſolyma petijt:ibi aduocata in cõcionem tã urbana multitudine, quàm B
reliquis Iudæis qui tum fortè aderant,rationem eis ſuæ peregrinationis expoſu-
it,& impetratam immunitatem Iudæis per Aſiam degentibus. Commemorauit
deinde quantũ fælicitatis eis ſuus principatus attuliſſet,dum ipſe nihil magis curaret, quàm
ne quid deeſſet ſubditis:& gloriabundus profeſſus eſt quartam tributorum partem ſuperio-
ris anni illis ſe remittere. Illi uerò ſimul oratione ſimul munificentia regis deliniti,cum ma-
xima lætitia diſceſſerunt,omnia fauſta regi comprecantes.

Domeſticum diſſidium inter Herodem & filios. Cap. VI.

III.

INterim domeſticũ diſſidiũ indies augebatur,Salome tanq̃ hæreditario odio ado
leſcentes proſequente,atq; ex præterito facinore quo matrem eorũ oppreſſerat,
audaciã aſſumente,& hoc agente nequis ſupereſſet,q̃ poſſet ulciſci mortẽ imme- C
ritæ. Nec deerat occaſio,q̃ adoleſcentes nõ optimè erga patrẽ affecti uiderentur,
partim memoria materni interitus,partim dominandi cupidine. Rurſum igitur

Salome & Pherora Herodis filios Alexandrũ & Ariſtobulum conuiciantur; &

uetera mala renouabãtur,his in Salomen ac Pherorã conuitia iactãtibus, illis uiciſſim odia
& inſidias cõtra adoleſcentes exercentibus.& cùm eſſet odiũ mutuũ,non erat tamen ſimi-
le:dũ hi uel propter genus & mores ingenuos,uel propter ætatis imperitiam procaci lingua
irã non diſſimulant:illi contrà maleuolè ac aſtutè calumnijs uiã præſtruũt,prouocantes ado
leſcentũ ferociam,quam mox erant apud patrẽ eorum in ſuſpicionẽ uocaturi: uoluntatem
uindicandi maternã necẽ uel propria manu non deeſſe illis,hoc argumento colligentes, q̃
nec puderet eos talis matris,& iniuſtè interfectã contenderent. Iamq; fabula erant totius ci-
uitatis,cunctis ſimplicitatẽ adoleſcentũ miſerantibus,nec ceſſante Salome occaſiones ueri- D
ſimilis criminationis ex ipſis ſumere:qui impatienter ferentes matris mortem,& iuueniliter
contentioſi,nõ illius modò uicẽ,ſed ſuam quoq; ſortẽ miſerabantur,q̃ neceſſe haberent cũ
infelicis parentis interfectorib.uitam degere,& ſe quodammodo contaminare illorum con-

IIII.

tubernio.atq; huic diſſidio magnum incrementũ abſentia regis addidit. Qui poſtquam

apud parentem eorum Herodem traducunt.

reuerſus eſt,& concionẽ illam apud populũ habuit,mox tũ à Pherora tũ à Salome eſt moni-
tus,imminere magnum periculũ ab adoleſcentibus palàm iactantibus non impunè laturos
qui matrem interfeciſſent. His affinxerũt,Archelaũ Cappadocẽ eis ſpem facere, q̃ ope illius
peruenturi ſint ad Cæſarem,& patrẽ accuſaturi. Quibus auditis Herodes turbatus eſt, tanto
magis q̃ eadẽ & ab alijs renunciabãtur:& per hæc an.eactorũ admonebatur, q̃ propter do- E
meſticorũ diſſidia nec amicis nec dilectiſſima cõiuge diu frui potuerit:futuraq̃; ex præteritis
colligens,& maiorem aliquã calamitatẽ ſecuturã timens,planè cõfuſus erat animo. Reuerà
enim quẽadmodũ foris ſuprà ſpẽ fortuna utebatur,ppitia,ſic domi præter opinionẽ omnia
malè cedebant:ut meritò ambigendũ ſit,poſſit ne penſari tanta fælicitate externa eius cala-

Herodes filium Antipatrum ecuehit ad aliorum oppreſſionem.

mitas domeſtica,an ſatiùs eſſet carere ex æquo utraq;,& intra priuatã fortunã cõſiſtere. Dum
talib.curis intra ſe fluctuat,uiſum eſt aliũ filium,q̃ etiamnum priuatus erat, accerſere, cõpri-
mendiſq; adoleſcentum ferocib.animis illũ opponere,& honorib.euehere: is dicebatur An
tipater:non q̃ uellet(ſicut poſteà uictus affectu nimio fecit)omnia in illũ cõferre,ſed ratus ſe
filios Mariãmes hoc pacto caſtigatiores redditurũ,& minuendã eorum arrogãtiam, ſi uide-
rent nõ eſſe neceſſe ut ſibi ſolis ſeruaretur tãti regni ſucceſſio. Quapropter hunc quaſi ſucce-
daneum in domum induxit,putans ſe iam proſpexiſſe adoleſcentibus,ut poſito faſtu tracta- F

Antipater Herodis animum à fratribus ſuis imquè auocat.

biliores ſe patri præberent.ſed longè aliter euenit. Nam & illi factum hoc iniuriam ſuam in-
terpretabantur:& Antipater tali erat ingenio,ut præter ſpem nactus ampliorẽ libertatem,in
hoc omni ope incumberet,ne fratribus primo loco apud patrem cederet,& alienatũ iam ab
illis per calũnias,& propenſum ad hoc,ut(quod iſte uehementer cupiebat)infenſior etiã in-
dies fieret. Quãobrẽ nihil aliud cogitabat,hoc tãtùm cauẽs, ne ipſe uideretur fratrũ delator,

ſed per

A ſed per alios cõſiliorum ſocios rem ageret,qui neq; ſuſpecti eſſent regi; & fidem etiã propter amicitiam uerbis ſuis poſſent adſtruere.Iam enim complures ad hunc noua ſpe inflatum colendum ſe contulerant,& Herodem fucata ſpecie beneuolentiæ captabant: cumq; per multas easq; inter ſe fidas perſonas hæc ageretur fabula,adoleſcentes magis etiam,quam antè occaſionem illis præbebant.Nam & lachrymæ ſæpe eis prorumpebant,non ferentibus iniurias ac contumelias,& matrem interdum inuocabant,patremq; iam apertè ut parùm æquum amicis incuſabant.Quæ omnia malitioſè ab Antipatri coniuratis obſeruabantur, moxq; affingentes etiam nonnihil,Herodi renunciabant,fouentes domeſticum diſſidium.Rex enim ægrè hæc ferens,& uolens deprimere Mariammes filios,maioribus ſemper Antipatrum augebat honoribus:cuius precibus poſtremò uictus,matrem eius in regiam induxit. Cæſari e-
B tiam ſæpe pro eo ſcribens,priuatim hunc diligentiùs commendabat:& cùm nauigaſſet ad ſalutandum Agrippã,poſt decennalem adminiſtrationem Aſia decedentẽ,ſolum ex filijs Antipatrum ſecum duxit:quem ei cum multis muneribus tradidit Romam ducendum, & recipiendum in Cæſaris amicitiam:ut iam uiderentur omnia per hunc agi; protruſis à principatu adoleſcentibus.

Herodes matrem Antipatri in Regi inducit; ipſam uerò Cæſari commendat.

Antipatro Romæ degente Herodes Alexandrum & fratrem adductos ad Cæſarem accuſat. CAP. VII.

C AP peregrinatio non medioeriter Antipatro profuit ad honorem & primatũ inter regios liberos.Illuſtris enim factus eſt Romæ, paternis literis cõmendatus amicis omnibus.Vnum moleſtè ferebat,quòd non aderat, neq; poterat fratres continuis uexare calumnijs,& uerebatur,ne patris animus mutatus, æquiorem ſe præberet erga Mariammes filios.Hęc aſſiduè cogitans non deſiſtebat à propoſito:& abſens quoq; per literas exacerbabat patrem in eos,quaſi de incolumitate ipſius ſolicitus,ſed reuerà ad ſperatam regni ſucceſſionem malis artibus uiam ſibi præmuniens:donec ad tantam irã Herodem perduxit,ut inimicus eſſet adoleſcentibus.Sed cùm repugnaret huic affectui, timeretq; ne quid per iram ageret temerè,decreuit Romam nauigare, & ibi filios accuſare apud Cæſarem,ne propter indignationem uideretur parum pius erga filios. Quò poſtquam
D peruenit,nõ inuentum ibi Cæſarem Aquileiam uſq; perſecutus eſt:& cùm ueniſſet in colloquium,rogaſſetq; ut de infortunio ſuo uellet cognoſcere, adductos coràm filios accuſauit inſolentiæ tentatiq; ueneficij,conquerens eò proceſſiſſe illorum odia, ut per immane facinus paterno regno potiri cuperent:cùm ſibi per Cæſarem libera poteſtas permiſſa ſit relinquendi eum ſucceſſorem,qui in pietate erga patrem ſit conſtantior. Illos uerò etiamſi principatus non accedat,contentos eſſe patris exitio,idq; etiam cum ſuæ uitæ periculo quærere: tam immane ac ſceleſtum odium inueteratum eſſe in eorum animis. Eam calamitatem diu toleratam nunc demùm ſe cogi aperire Cæſari,& aures eius talibus inquinare ſermonibus. & quo tandem ſuo merito?quáue iniuria? aut quomodo eos æquum putare, ut quem ipſe principatum longo tempore per multa pericula quæſiuiſſet,eius non ſinant eſſe dominum, nec liberam poteſtatem permittant relinquendi eius cuicunq; per pietatem huinc honorem promerito,ut ad hoc præmium ſpectantibus maior fiat de pietatis officijs contentio: maximè cùm ſaluo naturæ iure ne fas quidem ſit illis cogitare tale aliquid. Neminem enim poſſe
E affectare parentis regnum, niſi qui eiuſdem optet interitum,quandoquidem uiuo non detur ſuccedere.Se quidem nihil paſſum illis deeſſe eorum quæ regijs liberis ab amantiſſimo patre præſtari conueniat,non ornamenta,non miniſterium,non delicias, coniugia quoque procuraſſe illuſtriſſima,alteri ſuæ ſororis,alteri Alexandro Archelai regis filia collocata. Et quod maximum ſit,ne poſt talia quidem auſa patria ſe poteſtate in eos uſum,ſed ad commu nem benefactorem Cęſarem adduxiſſe,& decedentem ex ira uel patris uiolati,uel regis per inſidias appetiti,ex æquo ſe cum eis apud talem arbitrum diſceptare,rogare tamen ne impunè ſit illis tantum facinus,néue ipſe cogatur in perpetuo metu uitam degere: quando ne illis quidem expediat poſt tam nefarios conatus ſolem inſpicere,& impunitatem auferre poſt proculcata pietatis ac humanitatis iura omnia.Hæc crimina poſtquam Herodes magna ue-
F hementia filijs obiecit coram Cæſare,adoleſcentes,qui ne loquente quidem illo continere lachrymas poterant,tum uerò perorata cauſa toti in fletus effuſi ſunt; nullius quidem tantæ impietatis ſibi conſcij,grauem tamen accuſatorem patrem ſuſtinentes:quòd neque decorum eſſet contra eum liberè dicere,neque tutum cauſam ſuam deſerere. Quamobrem hærebant ancipites,lachrymis ac gemitibus miſerationem ſibi quęrentes,& hoc ipſo ſoliciti,ne uiderentur perturbante conſcientia,defenſionem ſui expedire non poſſe,cùm potiùs iuue-

Antipater Romæ degens illuſtris redditur; &

abſens Herodem literis in fratres exacerbat.

Herodes filios apud Cæſarem accuſat; &

filiorum lachrymis demum effuſis ad miſericordiam commouetur.

nili imperitia & conſternatione impedirentur: quod tamen Cæſaris prudentiam non latuit A
adeoq; omnium, quotquot aderant mouebant miſericordiam, ut ne pater quidem accuſa-
tor immotus hoc affectu perdurare potuerit.

Alexandri defenſio, & cum parente reconciliatio. *Cap. VIII.*

Alexander ſuo & fratris nomine patris obiecta diluit.

IVM iuuenes ubi obſeruauerunt & illum iam flecti & Cęſarem, cęteroſq; partim condolentes ſibi partim etiam non temperantes à lachrymis, alter illorum Alexãder uerſa ad ipſum patrẽ oratione, ſic aggreſſus eſt obiecta diluere: Pater, quàm beneuolo ſis erga nos animo, ſatis declarat hoc ipſum iudicium. Si enim aliquid triſte de nobis ſtatuiſſes, nunquam ad omniũ ſeruatorem nos adduxiſſes. Poteras enim uel pro regia, uel pro patria poteſtate in fontes animaduertere. Cęterùm adducere nos Romam, & hunc teſtem ac arbitrum facere, ſeruare uolentis argumentum eſt. Nemo enim B
ad fana ac tẽpla adducit, quẽ uelit perdere. Quòd ſanè cauſam noſtram aggrauat, qui quidẽ ipſi nos indignos uita cenſemus, ſi ſuſtinenda ſit læſæ erga talem parentem pietatis opinio. Quanto enim ſatius mori innoxios, quàm tanti ſceleris ſuſpectos uiuere? Quare ſi ueritati ſatis patrocinari poterimus, felices nos uel tuo iudicio, uel euaſo diſcrimine. Sin uincit calũnia, ſuperuacaneum fuerit nos ſolem hunc cernere. Quid enim hoc non amota ſuſpicione profuerit? Videtur quidem in noſtrã ætatẽ affectati regni crimen competere, & probabilius hoc facit infelicis matris calamitas. Sed uide obſecro, an non idem crimẽ in quemuis noſtri ſimilem torqueri poſſit. Nihil enim prohibet quicunq; rex habeat liberos defunctæ matri ſu perſtites, eos in ſuſpicionem uocare, quaſi patri ſtruant inſidias. Sed ſuſpicio nõ ſufficit in im
pietatis crimine. Age proferat qui poteſt argumentũ tentati facinoris, quod aliquam fidem C
calumniæ ualeat aſtruere. Potéſtne quiſquã indicare uenenum paratũ, aut coniurationẽ cũ æqualibus, aut corruptos precio famulos, aut ſcriptas contra te literas? cum tamen horũ ſingula interdum de nihilo fingat calumnia. Grauis enim res eſt diſſidens inter ſe regia: & ſpes principatus, quem tu ais pietatis prẽmium, ſæpe ad nefarios conatus praua ingenia perpulit. Nos certè nullius facinoris conuinci poſſumus. Calumnias autem refellere apud obturatas aures quî poſſumus? Sed liberius quaſdam uoces iecimus. At non in te pater, quod nefas eſſet, ſed in eos qui quicquid audiunt, effutiunt. Matrẽ aliquis noſtrũ deſleuit: at non quia mor tua ſit, ſed quia etiam poſt mortem, à quibus minimè debuit, malè audiat. Principatum affectamus quem pater obtinet. Quid ita? Si nobis honores regij contigerunt, ſicut re uera contigerunt, annón conatus noſter eſt ſuperuacuus? Sin minus, certè ſperare licet. An te interfecto ab his expectari poſſet ſucceſſio, quos poſt tam atrox facinus nec terrę laturæ ſint, nec maria? Quid ſubditorum pietas, & totius gentis religio, ferret ſcilicet parricidas ſcelere parto regno potiri, & ſanctiſſimum à te extructum templum ingredi? Quid, ſi cæteros contemneremus, poſſétne quicunq; interfector tuus pœnam euadere incolumi Cæſare? Non tam impios genuiſti, neq; tam incircumſpectos, ſed infortunatiores fortè quàm tuis etiam rebus eſt conducibile. Quòd ſi neq; quod accuſes habes, neq; quicquam deprehendiſti, quid tibi poteſt tantæ impietatis fidem facere? Quia mater perijt. Sed illius fatum cautiores nos potius quàm irritatiores potuit reddere. Poteramus plura pro nobis afferre, ſed quid opus eſt excuſare quæ nunquam facta ſunt? Quare ab omnium domino Cæſare, & nunc noſtro arbitro,
hoc tantum petimus, ut ſi re uera de nobis ſuſpiciones pores ponere mi pater, uiuamus, licet E
infelices. eſt enim graue magnorũ ſcelerũ quamuis falſa criminatio. Sin à nobis timere tibi pergis, tua pietate ſalua, noſtramet ſententia damnemur. nec enim uſq; adeò chara nobis eſt uita, ut eam cum autoris iniuria retinere uelimus. His uerbis & Cæſar ne antè quidem ad credendum calumniæ facilis, magis etiam flectebatur, & intentis in Herodẽ oculis ipſum quoque permoueri animaduertebat: & quotquot præſentes aderant ſolicitudo cepit de iuuenibus non ſine regis inuidia apud omnes aulicos. Nam abſurditas calumniæ, iuuenumq; in ipſo flore ætatis periclitantiũ miſeratio, ad ferendã opẽ concitabat animos omniũ: ſed multò magis poſtquã tã cordatè Alexãder accuſationi patris reſpõdit: manentibus reis in eodẽ habitu, & præ mœſtitia humentes oculos in terrã demittẽtibus. Tandẽ alluxit ſpei nõnihil, ut
uideretur rex ipſe excuſationis egere, qui ſine ullis certis argumẽtis tã temerè criminationẽ F
aggreſſus fuiſſet. Poſtremò Cæſar aliquãtiſper deliberabundus, uel hoc ipſo iuuenes peccaſſe pronunciauit, quòd nõ tales ſe parenti præſtitiſſent, ut nulla poſſet in eos hærere ſuſpicio. Herodẽ aũt rogauit ut ſuſpicari deſineret, ac recõciliaretur filijs. Periniquũ enim eſſe, habere cum fidem talibus calumnijs: & poſſe illos in poſterũ mederi offenſis prioribus, & redintegrare mutuum amorẽ priſtinum, ſi ad abolendas ſuſpiciones uteres utrinq; diligentiùs co

Alexandri & Ariſtobuli filiorum Herodis, miſeratione præſentes omnes permoti.

leretur

A leretur pietas. Poſt hanc admonitionem iuuenibus innuit. Quibus iam ad preces patri accidere parantibus, pater has non expectans prior flentes unum poſt alium complectitur, compatientibus omnibus q̃ aderant tã ingenuis, quàm famulis. Tum igitur poſt actas Cæſari gratias unà diſceſſerunt, & cum eis Antipater ſimulans ſe gratulari reuerſis in gratiam. Sequentibus deinde diebus Herodes C C C talentis Cæſarem donauit, munera ædentem Romæ, & congiarium diuidentem populo. Cæſar uiciſſim ei donauit dimidiũ redituum è metallis Cyprijs, & reliquũ dimidium procurationi eius cõmiſit: alijsq; hoſpitalibus officijs honorato, liberam poteſtatẽ permiſit eligendi ſucceſſorẽ quemcunq; è filijs, aut ſi mallet diſtribuendi regni in ſingulos. Quod cùm ille iam pararet facere, negauit ſe cõmiſſurũ quin ille quàm diu uiueret tã regnum haberet in poteſtate quàm filios. His ita peractis rex rurſum Iudæam

Herodes filijs reconciliatus &c

300 talenta Cæſari donat.

Cæſaris in Herodem collata munera.

B repetit. Quo abſente Trachonitæ, nõ parua ditionis pars, ab eo defecerãt, ſed opera ducum, quos in regno reliquerat, perdomiti, rurſum coacti fuerant imperata facere. Cæterùm Herodes & filij nauigantes cùm appuliſſent Eleuſam oppidũ Ciliciæ, qđ Sebaſte mutato nomine dicitur, offendunt ibi Archelaum regem Cappadocum. Is excepto rege perhumaniter, multùm gauiſus eſt ob reconciliatos filios, & q̃ Alexander eius gener refelliſſet obiecta crimina: datisq; uiciſſim regijs muneribus digreſſi ſunt. Poſt hæc Herodes in Iudæam reuerſus aduocata in templum concione, quid ea in peregrinatione egiſſet expoſuit: denarrataq; humanitate Cæſaris, & alijs rebus quas illos quoq; ſcire referre iudicabat, extremã orationem uertit ad filios: aulicosq; & cæteram multitudinem ad concordiam adhortatus eſt, pronuncians filios poſt ſe regnaturos, primùm Antipatrum, deinde ex Mariamme natos Alexandrũ & Ari-

Rebelles perdomuit.

Eleuſa oppidum Ciliciæ.

Herodis Romã reuerſi ad populum oratio.

C ſtobulum. Interim debere omnes ſe unum reſpicere, & pro rege habere atq; domino, nõ obſtante ſenectute, quæ ad regendum propter longam experientiam magis eſſet idonea, præſertim non deficientibus alijs facultatibus, quibus & ſubditi in officio continerentur, & liberi: milites quoq; cum ſuis ducibus ſi ſe unum reſpiciant, fælicem uitam acturos abſque ullis perturbationibus. His peroratis dimiſit concionem, quibuſdam rectè uiſus dixiſſe, quibuſdam ſeciùs. Iniecta enim æmulatione inter filios, res omninò ſpectare ad aliquam mutationem uidebantur.

Herodes quinquennale certamen ob abſolutam Cæſaream celebrat. Cap. IX.

V.

Cæſarea abſoluta.

A. M. 3957. A. ch. n. 14.

D ERIdem tempus perfecta eſt Cæſarea, decimo anno poſtquam ædificari cœpta eſt, regni uerò anno VIII ſupra uigeſimum, Olympiade CXCII. in eius dedicatione magna fuit celebritas, & apparatus facti ſunt ſumptuoſiſſimi. exciti enim ſunt ad certamen artifices muſici, & athletæ gymnicorum certaminum. ad hæc gladiatorum ac ferarum comparatus magnus numerus, & quicquid huius generis in precio eſt tam Romæ quàm apud gentes cæteras. Conſecratum eſt aũt hoc quoq; certamen Cæſari, inſtaurandum per ſingula quinquennia. Hunc omnem apparatũ rex ſuo ſumptu magna ambitione undecunq; curauit conuehi, multa in hoc conferente etiam uxore Cæſaris Iulia, & mittente permulta precioſa ex Italia, ut omnibus cõputatis ſumptus ad D talenta accederet. Congregata igitur ingenti multitudine ſpectaculorum gratia, legationes quæ à diuerſis populis mittebantur ob accepta beneficia, omnes excipit diuerſorijs & menſis & continuis hilaritatibus, dum hominum frequentia ſpectaculis ſe totos dies oblectat, noctu uerò conui-

certamen quinquenn. etc.

E uijs & oſtentatione magnificẽtiæ, cum inſigni laude magnanimitatis regiæ. In omnib. enim ſtudebat ut poſteriora quæq; maiorem admirationem ſui facerent: ferutq; ipſum ſæpe Cæſarem & Agrippam dixiſſe, quòd maior quàm pro præſenti ditione eſſet Herodis magnanimitas, qui dignus uideretur totius Syriæ atq; Aegypti imperio. Poſt hanc celebritatem & feſtos dies aliud oppidum extruxit in campo qui dicitur Capharſaba, electo ad hoc agro aquoſo & plantis idoneo, amne circumfluente ipſum oppidũ, & luco circumdante pulcherrimarum arborum. hanc à ſuo patre Antipatro denominauit Antipatrida. Deinde caſtellum matrem ſuam nomine referens ſupra Hierichuntem condidit, cui Cyprum uocabulum impoſuit, communito egregiè, & inſtructo amœnis domicilijs. Nec fraterni affectus oblitus memoriæ illius dedicauit ædificia pulcherrima, primùm turrim Pharo non minorem in ipſa ur-

Herodes Antipatridem oppidũ condit.

Cyprum caſtellum.

F be, in defuncti monumentum Phaſaelum uocatam, propugnaculum urbis munitiſſimum. Deinde eiuſdem nominis oppidum circa uallem Hierichuntinam condidit, quà itur ad ſeptentrionalia: quo factum eſt, ut circumquaq; ſitus ager antea penè deſertus diligentiùs coleretur ab habitatoribus. Phaſaelidem urbem hanc appellauit. Quin & reliquam eius beneficentiam enarrare perdifficile fuerit, quanta contulerit in urbes tam Syriæ quàm Græciæ, & ubicunq; illum peregrinari cõtigit. Plurimas enim adiuuit, aut extructis publicis operibus,

Phaſaelum turrim.

Phaſaelidem urbem &c.

in exteros beneficus ſuo ſumptu templum Pythii exædificauit.

aut ſicubi incœpta pendebant propter inopiam, pecunijs in abſolutionem eorũ erogatis. A Inter hæc p̃cipua ſunt, q̃ Rhodijs Pythium templum ſuo ſumptu exædificauit, & ad cõpingẽdas naues multa argenti talenta præbuit. Nicopolitanis urbem ad Actium à Cæſare conditã habitantib. maiorẽ partem publicorum operum ſuis perfecit impendijs. Antiochenſib. urbem Syriæ maximam habitantib. ſecante mediam eius longitudinem platea, hanc ipſam utroq; latere ornauit porticib⁹, & uiam eius ſubdialem lapide polito ſtrauit, tam ad ornamentum urbis q̃ ad incolarum cõmoda. Ludos etiam Olympios nõ ſatis reſpõdentes ſuæ celebritati, ꝓpter inopiam, adiuuit attributis annuis redditib⁹, quo ſplendidius & ſacrificia fierẽt, & alia quæ ad decorandum tam frequentem cõuentum pertinerent: ꝓ qua munificentia ꝓpetuus agonotheta à plurimis declaratus eſt. Hic alius quiſpiam miretur in uno homine tam diuerſitatem ingenij. Si enim ſpectemus eius liberalitatem ac beneficentiam qua erga B omnes uſus eſt, non poſſumus non dicere eum natura beneficentiſſimum. Ediuerſo ſi iniurias eius & ſæuitiam in ſubditos etiam cõiunctiſſimos cõſideremus, fateri cogemur hominẽ fuiſſe brutum, inexorabilem, & ab omni alienum modeſtia: atque ita pugnantes inter ſe uoluntates habuiſſe uidebitur. Ego uerò aliter credo, & utrumq; ab una cauſa ꝓfectum exiſtimo. Eo enim q̃ honoris eſſet cupidiſſimus, & totus huic affectui deditus, incitabatur ad magnificentiam, ſicubi ſpes eſſet aut in præſens laudis, aut in poſterum memoriæ. Quare q̃ eſſet ſupra facultates ſumptuoſus, cogebatur moleſtus eſſe ſubditis. Nam cùm in alios erogaret plurimum pecuniæ, neceſſe erat eam aliquando malè quærere. Deinde ſciens ſe ob eas iniurias inuiſum ſubiectis, eas offenſas lenire uidebat difficilè: neq; enim poterat niſi uellet redditus minuere. Itaq; aburebatur ſuorum odio in ſuum cõmodum. Nam ſi quis illorum C nõ per omnia ſeruitutem toleraret, aut uideretur uelle dominationem eius excutere, in tales impotenter ſæuiebat nõ aliter quàm in hoſtes, nullo cognatorum aut amicorum diſcrimine, q̃ ſolus uellet honorari ab omnibus. Quàm autem honoris cupidus fuerit, colligere licet ex his ipſis honoribus, quos ille Cæſari & Agrippæ cæterisq; eius amicis exhibuit: uolebat enim exemplo eſſe ſuis, ut quemadmodum ipſe præſtantiores coleret, ſic etiam coleretur ab omnibus, & hoc pacto ſatis declarabat cuius rei natura eſſet appetentiſſimus. Sed Iudæis per leges patrias non licet hoc modo potentiores colere, quibus moris eſt maiorem rationem iuſti & æqui habere, quàm officiorum talium. Itaq; eum malè habebat, q̃ non poſſent ſtatuis & templis demereri regis gratiam, & ſimilibus adulationibus explere inſanam cupiditatem glorioſi hominis. Atq; hæc mihi cauſa uidetur cur Herodes erga familiares & D conſiliorum participes iniquior, erga exteros & alienos tanto beneficentior fuerit.

Ludi Olympij.

Herodes cur in ſuos crudelis; in extraneos munificus fuerit.

Herodes ambitioſus.

Iudæorum Cyrenenſium & Aſiaticorum ad Cæſarem legatio. Cap. X.

VI. *Iudæorum Aſiaticorum & Cyrenenſium afflictio; eorundemq; ad Cæſarem legatio.*

ASiatici aũt & Cyrenenſes Iudæi multum affligebantur ab earum regionum ciuitatibus, qui cùm à priſcis regibus accepiſſent ius ciuitatis ex æquo cũ cæteris, tũc multas iniurias à Græcis patiebantur, ac publica pecunia ſpoliabantur, & priuatim lædebantur. Cumq; Græci nec finem nec modum iniuriarum facerent, coacti ſunt per legatos de eis apud Cæſarem conqueri. Is reſcripſit ad prouincias, placere ut Iudæis ſeruetur æquale ius cum alijs, cuius reſcripti exemplar ſubijcimus, quo teſtatius fiat, quomodo erga nos affecti fuerint Imperatores ueteres. Cæſar Aug. Pont. Max. Trib. poteſtatis ita cenſet: Quoniam Iudæorum gens ſemper fida & grata fuit pop. Ro. non nunc E tantùm, ſed ſuperiori etiam tempore, præcipuè patri meo Imp. Cæſari, ſub Hyrcano pontifice: placet mihi de cõmuni iurati ſenatus ſententia, Iudæos uti proprijs ritibus ac legibus, ſicut utebantur tempore Hyrcani Pont. Dei Max. & fanis eorum ius aſyli manere: licereq; eis uotiuam pecuniam per certos homines mittere Hieroſolyma: neq; cogi ad præſtanda uadimonia ſabbatis, aut pridie ſabbatorum poſt horam IX in paraſceue. Quod ſi quis deprehendatur furari ſacros libros aut ſacram pecuniam ex locis eorum religioſis, hunc teneri ſacrilegij, & bona eius addici ærario Ro. po. Suggeſtionem etiam eorum oblatam mihi per C. Martium Cẽſorinum, pro ea pietate qua omnes homines cõplector, iubeo cum hoc decreto dedicari in illuſtri loco, quem uniuerſa Aſia meo nomini conſecrauit apud Argyram. Quòd ſi quis contra decretum auſus fuerit, non mediocri pœna mulctabitur. Inſcriptum eſt colum- F næ in templo Cæſaris: Cæſar Norbano Flacco S. Iudæis ubicunq; gentium degentib. ſacram pecuniam ex ueteri inſtituto Hieroſolyma mittere nemine prohibente liceat. Hæc Cæſar. Agrippa quoq; pro Iudæis ſcripſit in hunc modum: Agrippa Epheſiorum magiſtratib. ſenatui & pop. S. Pecuniæ ſacræ quæ Hieroſolyma mitti ſolet more patrio, procurationem ac tutelã penes Iudæos eſſe uolo in Aſia: & ſi quis ſacram Iudæorum pecuniam furatus ad aſyla cõfugerit,

Litteræ Cæſaris pro Iudæis exaratæ;

Agrippæ, Epheſiorum magiſtratibus tranſmiſſæ;

A gerit,eum inde abſtractum dedi ad pœnam Iudæis,quo iure abſtrahuntur ſacrilegi. Syllano etiam magiſtratui ſcripſit,ne Iudæi ſabbatis cogerentur ad præſtanda uadimonia. M. Agrippa Cyrenæorum magiſtratibus & ſenatui S.Iudæi Cyrenenſes(pro quibus iam Auguſtus ſcripſit Flauio Libyæ pręſidi,alijsq; eius prouinciæ magiſtratibus non eſſe prohibendos mittere ex more ſacram pecuniam Hieroſolyma)conqueſti ſunt nunc apud me,uexari ſe improborũ quorundam ſycophantijs,& uetari hoc facere prętextu quorundam tributorum,quę tamen non debeantur.Hos ego ſuo iuri ſuisq; moribus relinqui iubeo.& ſi qua in urbe pecunia ſacra intercepta eſt,eam per delectos ad hoc idoneos Iudæis reſtitui. C.Norbanus Flaccus procos. Sardianorum magiſtratibus Sal.Cæſar mihi ſcripſit,iubere ſe neminem Iudæorum prohiberi ſecundum patrium morem collectas pecunias Hieroſolyma mittere. Quare ego quo- *C.Norbani Flacci, Sardianorũ magiſtratui; &*

B que uobis ſcribo de hac re,ne uos lateat tam mea uoluntas quàm Cæſaris. Nec aliter Iul. Antonius procos.reſcripſit:Epheſiorum magiſtratibus ſenatui ac pop. S. Aſiam habitantes Iudæi Febr.Idibus reddenti mihi ius apud Epheſum indicauerunt,Cæſarem Aug.& Agrippam conceſſiſſe ſibi uti patrijs legibus & moribus,primitiasq; ſuo quemq; arbitratu pietatis ergò conferre,deportandas abſq; impedimento ad templum Dei maximi:rogaueruntq; ut ab illis conceſſa meo conſenſu rata habeam. Quare ſcire uos uolo, me quoque ſecundum Cæſaris & Agrippæ decreta permittere,ut quicquid uolunt,ſecundum patriũ morẽ nemine prohibente faciant.Hęc decreta in hoc appoſuimus,ut quoniam ſcripta noſtra in Græcorũ manus peruentura ſunt,oſtẽderem eis iam inde maiorum ætate hunc honorem nobis habitũ, ne prohiberemur per poteſtates publicas uti patrijs moribus,imò illorum conſenſu,religio- *Iulij Antonij, Epheſiorum Senatus.*

C ne conceſſa Deum coleremus.Quæ quidem eo crebrius inculco,ut flectam gentes exteras, & odium noſtri,cuius nullam rationem habent idoneam, eorũ animis eximam. Nam moribus nulla gens eiſdem utitur perpetuò,ſed oppidatim ferè in his fit mutatio. Iuſtitia uerò omnibus hominibus ex æquo competit, res utiliſſima tam Græcis quàm barbaris,cuius maxima in noſtris legibus habetur ratio,nosq; omnibus modò eas inuiolatas ſeruemus, caros ac amicos poteſt reddere. Quamobrem rogatos omnes uolumus,ut non tam nos ob diuerſum uitæ genus horreant,quàm complectantur ob uirtutis ſtudia. Hæc enim communis eſt omnibus,& ſine hac non poteſt humana uita conſiſtere. nunc ad hiſtoriæ contextum redeo. *Iuſtitia.*

Herodes opus habens pecunia ſepulchrum Dauidis ſubijt. Cap. XI.

D HErodes multum pecuniarum domi foriſq; profundens,audito φ Hyrcanus, qui VII.
ante eum regnauerat,recluſo Dauidis ſepulchro tria millia talentorum argenti extuliſſet,ſupereſſeq; multo plura, quæ poſſint quantumuis magnis ſumptibus ſufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc uerò noctu apertum ſepulchrum ingreditur,cùm priùs accuratè cauiſſet ne hoc reſciſceret populus,aſſumptis tantum amicorum fidiſſimis.depoſitas tamen pecunias nõ inuenit ſicut Hyrcanus,ſed mundi precioſi & aureorum ornamentorum uim magnam inde ſuſtulit. His inuitatus ad diligentius ſcrutandum,interiùs proceſſit uſq; ad conditoria corporum Solomonis ac Dauidis.ubi duos ſatellites amiſit,erumpente(ut fertur)ex adytis flamma contra progreſſos temerè.quo caſu territus exiuit,& tactus religione ad expiandũ ſe in aditu ſepulchri monumentũ è candido marmore cõdidit ſumptuoſis impendijs.Eius operis & Nicolaus illius *Herodes Dauidis ſepulchrum ſpoliat.* *Nicolaus hiſtoriographus.*

E tẽporis ſcriptor meminit,ſed non itẽ de deſcenſu regis,præter decorum id factum exiſtimãs: idq; more ſuo fecit.Viui enim regis hæc auribus dedit,captans gratiam, & ea tantum attingens quæ ad gloriam illius pertinere uiſa ſunt.Quin & multa eius apertè iniuſta facinora aut alia ſpecie afficta,fucauit,aut quantum potuit occultare ſtuduit:quandoquidem etiam crudelitati in Mariammen ac filios ſpecioſam cauſam aſtruere conatur,illã impudicitiæ, hos inſidiarum patri paratarum inſimulans:& hoc toto opere facit perpetuo,quæ rectè ac iuſtè rex geſſit nimijs extollens laudibus,contraria uerò diligenter excuſans. Sed illi ob quam dixi cauſam danda uenia, non tam ad poſteritatis cognitionem, quàm ad gratificandum ſuo regi ſcribenti. Nos uerò qui & generis propinquitate Aſamonæos reges contingimus,& *Ioſephus ex Pontificali genere natus.*

F ſacerdotij honore fungimur , turpe ducentes mendacium , incorruptè res geſtas exponimus , ſalua reuerentia poſterorum regis illius , qui etiam nunc rerum potiuntur,maiorem tamen ueritatis rationem habentes cum ipſorum quoque uenia. Cæterùm Herodis domus poſt uiolatum ſepulchrum cœpit labi in deterius:ſiue diris ultricibus in eam partem incumbentibus , quæ iam antè malè habebat:ſiue fortefortuna talis calamitas incidit in ea tempora,ut meritò uideri poſſet impietatis præmiũ.Diſſidium enim erat in aula bello ciuili ſimile,& odia mutua cõcertantia calũnijs.Sed inter oẽs eminebat Antipatri contra fra- *Pœna uiolati ſepulchri Dauidici.* *Herodis domeſtica dijcordiæ.*

tres artificioſa machinatio, qui ꝑ alios inuoluēs illos falſis criminationibus, ipſe patrociniū A
eorū ſæpe ſimulabat, ut approbata ſua beneuolētia facilius iuuenes clàm poſſet opprimere:
atq; talibus uerſutijs circūueniebat patrē, ut putaret hūc ſolum incolumitatis ſuę curā gere
re. Quapropter etiā Ptolemæū procuratorē ſuū rex Antipatro cōmendauit, & cū matre eius
omnia cōmunicauit cōſilia, adeò ut nihil non horū arbitratu gereret, & infenſum eū redde-
rent his, quos inuiſos regi eſſe ipſorū intererat. Mariāmes uerò filij rē indies ferebāt ægrius,
ꝑpter nobilitatē indignātes ſuo loco ſe dimoueri, ac deterioribus cedere, & tantū nō in ordi
Diſſidium mu-liebre. nem redigi. Quin & uxores ipſorū eiſdē laborabāt paſſionibus, quarū altera Alexādro nupta
Archelai filia Glaphyra odio mutuo ꝑſequebatur Salomē, tū ꝑpter mariti amorem, tum ꝙ
Pheroræs filiam Herodis in coniugium ipſi data faſtidit. inſolētius ſe erga filiā eius gereret. Ea nupta erat Ariſtobulo, q̄ illi ſibi honore æquari ferebat
indignè. Atq; hac altera cōtentione accedente, ne Pheroras quidē regis frater alienus erat à B
diſcordia. Habebat enim priuatā cauſam ſuſpicionis & odij. Inciderat in amorē ancillę ꝑprię
tā inſanū, ut oblatā ſibi à rege in coniugiū filiā faſtidiret, contentus ancillæ cōplexibus. Id æ-
gerrimè tulit Herodes, uidēs Germanū affectū à ſe tot beneficijs, & penè regni ſociū, non re-
ſpōdere pietate mutua, & infortunatū ſe fratrē exiſtimās: & cū non ualeret Pherorā ad ęqui-
orē mentē reducere, puellā collocauit cū Phaſaeli filio. Procedente deinde tēpore ratus iam
deferbuiſſe fratris cupidines, cōqueſtus de repulſa, alterius cōditionē ei detulit, quæ Cypros
nomine dicta eſt. Tū Ptolemęus Pheroræ cōſulit, ne pergat fratrē contēnere, & ab amore tur
pi reſipiſcat, propter quē ſtultū ſit priuare ſe regis amicitia, & in eius uicem odiū ac tranquil
litatis iacturā incurrere. Ille intelligens hoc ſibi utile, ꝙ iam antè calumnijs appetitus ueniā
à rege conſecutus fuerat, mulierē iam filij matrē ex ſe factā ablegat: & regi pollicetur ducturū C
ſe filiā eius alterā: condixitq; diem XXX ad celebrandas nuptias, iureiurando interpoſito ni-
hil ſibi poſthac cū ablegata fore cōmercij. Elapſo aūt præfinito tēpore in tantum amori ſuc-
cubuit, ut nō ſtaret pollicitis, & rurſum reuolueretur ad priſtinā mulieris conſuetudinem. I-
bi tum Herodes non amplius potuit iram tegere, ſed ſæpe iaciebat uoces quaſdā, ſigna alie-
nati à fratre animi: nec deerant multi qui per occaſionē hunc eius affectū fouerent calūnijs.
Salome filiam ad prodenda ſecreta coniugum colloquia pellicit. Iamq; nec dies abibat ulla nec hora, quin aliquid ei nouarum turbarum accideret, cōmiſſis
inter ſe cognatis atq; amiciſſimis. Nam & Salome infenſa Mariammes filijs ne filiam quidē
nuptam Ariſtobulo adoleſcentum alteri ſinebat frui caritate mutua, pelliciens ad effutien-
da & prodenda ſecreta coniugū colloquia: & ſi quid, ut aſſolet, offenſiuncularū incideret, ex-
acerbās multis ſuſpicionibus. Quo fiebat ut ſecreta eorū expiſcaretur omnia. & puellæ quo- D
que iuuenē inuiſum redderet. Illa uerò in matris gratiam ſæpe narrabat, ꝙ illi quoties ſoli eſ-
ſent, crebram mentionē Mariammes facerēt, & odioſē de patre loquerentur, minarenturq;,
ſi principatus ipſis cōtingeret, reliquarū regis uxorum filios ſcribas ſe facturos in oppidulis:
ad hoc enim conducibilem illis fore literaturam, cui tū tam diligentem darent operam. V
xores etiam regias ſi quando uiderent matris ornamenta uſurpare, pro præſentibus delicijs
ueſtituros ſe cilicijs, incluſas ubi ne ſolem quidē liceret aſpicere. Hæc mox Salome regi renū-
ciabat: quæ ille tametſi permoleſtè ferret, emendare tamē malebat q̄ punire. maximè aūt ex-
aſperabatur ſuſpicionibus & indies ſeipſo peior, omnibus omnium rumorib. credebat. attra-
men tūc obiurgatione filios caſtigaſſe contentus, & illorū reſponſione placatus aliquātiſper
quieuit. Sed mox malum recruduit. Pheroras enim Alexandrum conuenit, maritū, ut dixi- E
Pheroras ad Zelotypo apud Herodē accuſatur. mus, Glaphyræ Archelai filiæ: aitq; ſe audiſſe ex Salome, Herodē ardenter amare Glaphyrā:
nec poſſe hunc affectū excutere. Hoc audito iuuenis zelotypus uehementer excanduit: &
quicquid honoris ac comitatis Herodes mulieri exhibebat in gratiam filij, ꝙ quidem ferè
quotidianū erat, in peiorem partem interpretabatur, ſuſpicione cōcepta ex his quę audierat.
Neq; diutius potuit eam indignationem concoquere, ſed adito patre cum lachrymis ei ſer-
monem Pheroræ aperit. Quamobrem ille magis adhuc turbatus eſt, non ferens inſimulari
Herodes Pheroram obiurgat. ſe falſò tam turpis criminis, multa querens de ſuorum malitia, à quibus pro beneficijs talē
reportaret gratiā. Moxq; accerſitum Pheroram adortus iurgio: Peſſime, inquit, omniū mor-
talium, cóne ingratitudinis prolapſus es, ut talia de nobis uel dicas uel cogites? nónne depre
hendo tuū propoſitū, ꝙ non conuitio tenus hæc dixiſti filio, ſed ut inſidias & ueneficia hoc F
pacto in caput meū ſtrueres? Quis enim, niſi bono aliquo genio ductus ut iſte filius, pateret
tur patrem ſuſpectum impunè ferre talem iniuriam? Vtrum tibi uideris ſermonem in ani-
mum, an in dextram gladium inſeruiſſe, quo parentem conficeret? aut quid tibi uoluiſti,
cùm & ipſum fratrem oderis, in me tantùm calumniando ſimulans beneuolentiam, & ea di
cens quæ ſalua pietate ne cogitari quidem poterant. apage te hinc poſt tā peruerſum erga fra

trem

A trem benemeritũ animũ. Et tu quidem quoad uixeris, tua conſcientia fruere: ego uerò dabo operam ut ſim meis melior, neque dignas pœnas exigens, & maioribus quàm digni ſunt beneficijs eos proſequens. Sic deſtomachante rege Pheroras cùm in manifeſto crimine deprehenſus teneretur, Salomes ait hoc eſſe commentum, & ab ea hos ſermones profectos eſſe. Quo protinus audito illa (nam fortè aderat) cõpoſito ad uerborum fidem uultu exclamat, nõ eſſe hæc ſua, & omnes hoc unum agere, ut eam inuiſam regi faciant, & de medio tollant. Herodis amantiſſimã, & præcauentem ipſius pericula. Nunc uerò etiã maioribus ſe appeti inſidijs. ſolã enim autorẽ fuiſſe fratri, ut abiecta, qua ſe oblectabat muliercula, filiam regis duceret, & hanc eſſe cauſam odij. Hæc illa loquẽte, ſimulq; capillos ſibi uellente, & pectus plangẽte, ſpecies quidem negantis erat ueriſimilis, ſed morum peruerſitas ſimulationẽ detegebat. *Salome ſemota ipſam purgat.*

B Pheroras aũt medius tenebatur, ne prætextum quidem ullum ſui facti inueniens, cùm non inficiaretur ſe dixiſſe, & audiſſe eadẽ perſuadere non poſſet. Ea perturbatio nõ ſine altercatione durauit aliquãdiu. Tandẽ rex pertæſus & fratrẽ & ſororẽ ablegauit: collaudataq; filij temperantia, & q̃ hos ſermones ad ſe detuliſſet, ſerò ad curã corporis ſe contulit. Poſt hãc cõtentionẽ malè audiebat Salome, q̃ uideretur autor huius calumniæ: & uxores regiæ malè ei uolebant, q̃ ſcirent moroſiſſimam & uariabilem, & pro tempore nunc inimicã, nunc beneuolam. Semper igitur aliquid contra eã Herodi occinebant, & ad id maiorem audaciã eis addidit caſus quidã fortuitus. Erat Arabũ rex Obodas, homo ſegnis & otio deditus: negotia uerò eius adminiſtrabat Syllæus uir callidus, ætate florẽs & corporis ſpecie. Hic cùm propter quædã negotia ad Herodem ueniſſet, contẽplatus unà cœnantem Salomen, animũ ad eam adhi- *Herodes fratrem & ſororem, collaudata Zelotypi moderatione, ablegat.* *Syllæus Arabs Salomẽ adamat;*

C buit: cõpertoq; eſſe uiduã, uenit cũ ea in colloquiũ. Illa quæ deterius, quàm antè tractabatur à fratre, & nonnihil tacta forma iuuenis, nõ abhorrebat à nuptijs: & cùm p̃ eos dies frequentarentur cõuiuia, exiſtebant multa nõ mediocria ſigna, quòd cõſenſus & mutuus amor inter eos intercederet. Hæc uxores regi nõ ſine deriſione referebãt. Herodes aũt hoc nõ cõtentus, ſciſcitabatur ex Pherora, & iubebat eũ inter cœnã obſeruare, quomodo erga ſe inuicẽ affecti eſſent. Ille renunciauit, quòd nutib. & mutuis aſpectib. ſatis indicarent ſe ad eam rem procliues eſſe. Poſt hæc Arabs iam ſuſpectus abijt. Elapſis deinde duobus aut tribus menſibus hanc ipſam ob cauſam reuerſus, & collocutus de hac re cum Herode, poſtulauit ut Salomẽ ſibi collocaret. fore enim ei hanc affinitatem utilem propter Arabum cõmercia, quorum principatum & deberi ſibi, & iam magna ex parte contigiſſe. De quo cùm ille ad ſororem retuliſſet, *ambire conatum deniq; autem*

D percontando an ei nubere ſit animus, mulier facilè aſſenſum præbuit. Poſtulantib. deinde ut Syllæus accenſeretur in Iudæorum religionem, & tum demum uxorem duceret, alioqui non eſſe licitum: ille facere hoc non ſuſtinuit, lapidandum ſe dicẽs à popularibus, ſi faceret: atq; ita re infecta diſceſſit. Ex eo tempore Pheroras Salomen inſimulabat intẽperantię, ac magis etiam uxores regiæ, dicentes eam conſueuiſſe cum Arabe. Et puellam quàm fratri deſpõſatam ille domeſticæ mulierculæ illecebris uictus recuſauit ducere, Herodes in ſororis gratiam collocaturus Salomes filio nato è Coſtabaro, mutauit ſententiam perſuaſus à Pherora, negante adoleſcentem amaturum talem ſocerum propter patris ſui cædem, & æquius cenſente, ut ipſius filius eam duceret, ſucceſſurus in tetrarchię dominatũ. Quòd ubi is perſuaſit, impetrauit prioris offenſæ ueniã. Mutatis igitur ſponſalibus puella data eſt nuptum adole- *ſpe fruſtratur.* *Herodes Pherorę filiam filio cõiugem attribuit.*

E ſcentulo, addita C talentorum dote. Nec interim ceſſabant turbæ domeſticæ, imò augebantur etiã à turpibus initijs progreſſæ uſq; ad calamitates triſtiſſimas. Erãt in delicijs Herodi ꝑpter formã eunuchi tres, unus à poculis, alter ab epulis, tertius cubicularius, quorũ opera etiã in ſeriis regni negotijs uti erat ſolitus. Hos quidã ad regẽ detulit corruptos eſſe ab Alexãdro filio, accepta magna ui pecuniæ: & quæſtionib. examinati, ecquid cũ illo habuiſſent conſuetudinis, rẽ taſſi ſunt: præterea nullius tẽtati cõtra patrẽ facinoris ſe eſſe cõſcios. Admotis deinde acriorib. tormentis, uicti neceſſitate, miniſtris magis magisq; in gratiã Antipatri ſequentibus, aiunt Alexandrũ innatũ contra parentẽ odiũ alere: hortatũq; eos ut Herodẽ deſererent iam inutilẽ, facientẽq; fucum ætati, & ſenium diſſimulantem tincto capillicio. quin potius ſibi adhiberent animum, potituro uel inuito patre regno debito, expectarentq; breui di- *De Eunuchis Herodis habetur quæſtio.* *Herodes turbis domeſticis miſerè agitatur;*

F gnitatem primariã. Iam enim non tantùm generis prærogatiuã ſibi ſuffragari; ſed inſtructa etiam ad inuadendã dominationẽ omnia. Staturos pro ſe multos duces militũ, multos amicos regios, paratos quiduis uel agere uel pati in ipſius gratiã. His auditis Herodẽ totum ira & timor occupat, quòd filij uerba & cõtumelioſa uiderẽtur, & minacia: utroq; igitur exacerbatus uerebatur ne quid grauius cõtra ſe conflatũ eſſet, quàm ut eodẽ temporis momento poſſet cauere & occurrere. Quamobrem non auſus palàm inquirere, per dimiſſos clãculariosrẽ gerebat,

gerebat, omnes ſuſpectos iuxtà habens atq; inuiſos, & in ſuſpicionibus etiam de immeritis A
ſecuritatẽ ſuam collocans: quarum adeò nullus erat finis, ut quo quiſq; ei coniunctior eſſet,
delatoribus auctè præbens infontes plurimos interimit. eo magis timeretur, ut tanto ad nocendum potentior. Cæteros cum quibus ei nulla intercedebat familiaritas, uel nominari à delatore ſat erat, moxq; ad ſuam ſecuritatem pertinere putabat illorum interitus. Poſtremò etiam domeſtici anxij de incolumitate propria, in ſeipſos uerſi ſunt, tutiſſimos rati qui alios præuenirent calumnijs, certiſſimumq; hoc ad ſalutem remedium: qui mox uoti compotes hoc ipſo aliorum in ſe conciebant inuidiam, uidebãturq; merito retaliandi, & ſic accipiendi, ut ipſi tractaſſent alios. Iamq; etiam priuatas ſimultates hoc modo exercebant: moxq; deprehenſi eadem patiebantur, occaſione contra inimicos utentes pro laqueo, quo paulo pòſt ipſi comprehendebantur. Rex enim uelox erat ad pœnitentiam, eo ꝙ multos non conuictos tolleret: quod tamen non in hoc proderat ne ſimilia B

VIII.

Herodes amicitiam ſuis intimis familiaribus renunciat.

poſt hac faceret, ſed contentus erat delatores eorũ pari mulctaſſe ſupplicio. Tantũ erat tunc in aula regia perturbationum ac formidinum. Multis etiam intimis amicis denunciauit ne uel in conſpectum ſuum uenirẽt, uel intra limina palatij, maximè his, qui fiducia meritorũ hactenus ei reuerendi fuerãt. Andromacho enim & Gemello ueteribus amicis, & qui plurimùm regem tam legationibus, quàm conſilijs iuuerant, filioſq; eius inſtituerant, & maiorem cæteris habebant authoritatem, amicitiam renunciauit: alteri quia Demetrio eius filio Alexander utebatur familiariter: Gemello uerò ꝙ ipſum ſciret fauere iuueni. Nam & inter educatores eius ac eruditores fuerat, & Romanæ peregrinationis comes hæſerat. Nec dubium eſt quin grauius aliquid in eos libenter ſtatuiſſet, ni obſtaret uirorum claritas: quare
Antipater diſſidij domeſtici auctor. contentus eſt tum ablegatis ademiſſe autoritatem, ut poſita proborum hominum reuerentia debacchãretur licentius. Horum porrò omnium malorum fax erat Antipater, qui ex quo primum tempore patrem animaduertit formidinibus obnoxium, conſiliorum ei ſocium ſe adiungens accendebat hominis ſæuitiam: & tunc uidebatur egregiè fungi officio, ſi daret operam ut quicunq; reniti poſſent tollerentur de medio. Tunc igitur pulſo Andromacho & C
Herodes Alexandro fidos tormentis obijcit; reliquis amicis liberioribus, primùm rex quotquot putabat Alexandro fidos examinauit tormentis, num cuius tentati contra ſe facinoris eſſent conſcij. Illi uerò immoriebantur cruciatibus, ꝙ nihil haberent dicere. atq; hoc acrius incumbebatur quæſtionibus, ꝙ præter opinionem nullum deprehendi poſſet ne excogitatum quidem maleficium. Et Antipater callidus artifex interpretabatur tortos à ueritate malle, quàm à fide erga dominos & amicos diſcedere, urgebatq; ut ſecreta perquirerentur apprehenſis pluribus. Tandem unus è multis tormẽ D
ta non ferens ait ſe non ſemel audiſſe iuuenem dicere, quoties laudaretur à proceritate ſtaturæ, aut ſagittandi peritia, cæterisq; uirtutibus eximijs, hæc à natura ornamenta ſibi magis cõceſſa quàm beneficia. Patrẽ enim præ inuidia his offendi omnibus quapropter quãdo ſimul inambulẽt, contrahi ſe de induſtria & ſubmitti, ne appareat procerior, & in uenatorijs iaculationibus illo præſente deſtinata non ferire, ꝙ norit genitoris ingeniũ non ferentis laudari filium. Hæc uerba dũ expenduntur intermiſſis tormẽtis adiecit, conſpiraſſe eum cum fratre Ariſtobulo, ut in uenatione patri inſidias ſtrueret, quibus ſi ille eſſet oppreſſus, tum regnum poſtulaturus Romam perfugeret. Inuentæ ſunt etiã iuuenis literæ ad fratrem ſcriptæ, cõquerentis de patre, nõ rectè factum ꝙ Antipatro addixiſſet agros ex quibus ad eum redirent CC
uinculis Alexandrum cõſtringit; talenta annua. Tum uerò Herodes probabili, ut ipſi uidebatur, argumento confirmatus in E
ſuſpicione, Alexandro comprehenſo iubet inijci uincula: & rurſum incipit ſæuire, quãuis ne ipſe quidem auditis ſatis crederet. Neq; enim excogitare poterat, cur deberet illis inſidiarum delationibus credere: & querelæ illæ pueriles cõtentiones uidebãtur, nec ueriſimile poſt manifeſtũ parricidium uoluiſſe eos Romam petere. Quamobrem uolens maius aliquod impietatis argumentũ inuenire, ſoliciteq; cauens ne uideretur filium temerè damnaſſe ad uincu-
amicos Alexandri interficit; atq; la, & quæſtioni ſubijciens honoratiores Alexandri amicos, non paucos eorũ nihil tale confeſſos interfecit. Cumq; tota regia tumultu, terrore ac tormentis perſtreperet, iuuenis quidã in tali neceſſitate conſtitutus, dixit Alexandrũ Romam ad amicos literas miſiſſe, rogantẽ ut curarent ſe accerſiri à Cæſare, indicaturum de quibuſdã contra illum conſpirationibus, quãdo pater ſocietati Romanorũ prætulerit Mithridatis Parthorum regis amicitiã. Addidit ha- F
bere eum uenenum quod apud Aſcalonem paratum ſit. His auditis Herodes credidit, conſolantibus eum in calamitate adulatoribus, ꝙ non temerè quidquã faceret. uenenum tamen ſumma cura quæſitum nuſquam inuentum eſt. Cæterùm Alexander oppreſſus malis adeò non ceſſit, neq; inficiatus eſt, ut patrem exaſperaret amplius: ſiue uolens pudefacere facilitatem eius ad credendum calumnijs: ſiue ut, ſi fortè crederet, inuolueret eum cum tota regia

magnis

A magnis calamitatibus. Quatuor enim libellos à se cõscriptos misit, negans opus esse tormẽtis pluribus. Structas enim insidias, participesq; eorum esse Pherorã & amicorũ fidissimos. Quin & Salomen obrepentem noctu cum inuito se esse cõgressam, omnesq; eò tendere, ut illo sublato ꝑpetuo metu liberarentur. Eiusdem cõspirationis arguebantur & Ptolemæus & Sapinnius, præ cunctis regi fidissimi. nec aliter q̃ rabie quadã occupati in se inuicẽ efferabantur homines olim amicissimi, nõ defensione, non coarguitione expectata tantisper dum ueritas pateret, iudicium præueniente supplicio. Alij uinciebantur, alij necabantur, alij nihil lætius expectantes moras ipsas quàm repræsentationem malorum ægrius ferebant: ingensq; mœror ac torpor fœdabat pristinam fælicitatem regiæ. Ne Herodem quidem ipsum uitæ in tali perturbatione non tædere poterat, cui quòd nemini se auderet credere, pro tormento e-
B rat futuri exitus expectatio: sæpeq; illi obuersabatur irruens gladio stricto filius, noctes atque dies nihil aliud uolutanti, ut iam minimum abesset ab insania.

insidiarum structarum autores, fermocinante Alexandro, damnat.

Herodes cædibus calumnijs perturbatus uitæ finem exoptat.

Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat. Cap. XII.

DVm ita Herodes animo angitur, Archelaus Cappadocum rex de filia, & iuuene genero solicitus, tum amici quoq; uicem miserans inuoluti tã perplexis & turbatis negotijs, officij sui putauit profectionẽ ad eum suscipere. Quem ubi sicut audierat affectum inuenit, importunã rem putauit, si obiurgaret, ac temeritatis & nimiæ credulitatis argueret. fore enim ut ille ex aduerso cõtendens, & excusare se studẽs, exacerbaretur amplius. Quapropter aliã rationem cõmentus est, qua res afflictas cõponeret, indignatione uersa in iuuenem, asserens regem nihil ꝑter æquitatem, sed omnia
C rectè fecisse. Se quoq; dirempturũ illud cõiugium, ac ne filię quidem parsurum, si sceleris cõscia nõ fecisset iudicium. Tum Herodes ubi præter opinionem uidit hominem pro se lęso tã grauiter excandescere, asperitate remissa, quod exæquo, q̃ fecerat, fecisse uideretur, paulatim ad paternos affectus redijt. Iamq; utroq; flexo ad misericordiã, quoties aliquis obiecta ab Alexandro crimina refelleret, ad iram cõmouebatur rex: postquam uerò Archelaũ quoq; accusationem aggredi uidebat, lachrymis affectum prodens, rogabat illum ne nimium indulgeret iræ, néue propter iuuenis erratum coniugium dirimeret. Tum Archelaus nactus eum iã
mitiorem, cœpit crimina transferre in amicos, q deprauarent hominem iuuenem, & rudem omnis malitiæ, præcipuè fratrem regis urgens suspicionibus. Nam cùm & Pheroras in Herodis indignationem incurrisset, intelligens reconciliatorem neminem Archelao magis ido-
D neum, atratus illũ adijt, alia quoq; desperantis de salute signa præferens. qui no despexit preces supplicis, negans tamẽ sibi facilè, tã citò flectere sic offensum regis animũ. Satius esse ut ipse à fratre uenią peteret, priùs cõfessus se fuisse causam horũ omnium. Eam confessionem ꝓfore multùm ad læniendam iracundiam, ac tum demum se quoq; opportunius deprecatorem accessurum. paruit ille consilio, quod utrius cessit fæliciter: Nam & iuuenis præter opinionem exemptus est criminationibus, & Pheroram Archelaus reposuit in fratris gratiã: ipse quoq; inita maxima gratia apud regem in tam difficili ipsius tempore, lætus in Cappadociam profectus est. Nam & cum muneribus dimissus est preciosissimis, & facilè primum inter amicos locum obtinuit. Conuenit etiam inter eos ut Herodes Romam peteret, quan-
E doquidem de hoc negotio Cæsari scripserat: feceruntq; simul iter usq; Antiochiam, ibi præsidem Syriæ Titum reconciliauit Archelao, atq; ita in Iudæam reuersus est.

IX. *Archelaus ad Herodem cõtendit;*

crimina in amicos transferit;

Alexandrum parenti; Pherorã uerò Herodi fratri, reconciliat;

cũ Herode Antiochiam usque proficiscitur.

Trachonitarum defectio. Cap. XIII. A. M. 3958. A. ch. n. 13.

SEd interim dum ille Romã profectus à regno abest, bellũ Arabicum ex hac causa exortum est: Incolæ Trachonis, quã regionem Zenodoro ademptam Cęsar Herodi attribuerat, uetiti exercere latrocinia, cogebantur in studijs agriculturę mitius degere. Hoc uitæ genus nec ipsos delectabat, neq; terra respõdebat laboribꝰ. tamen à principio cohercente rege abstinebant iniuriam ab accolis, nõ sine laude Herodis diligentiæ. Sed quando rex nauigauit in Italiam Alexandrum accusaturus, & commendaturus Antipatrum Cæsari, Trachonitæ sparso rumore de eius interitu, defecerunt, reuersi ad pristina latrocinia. Tunc tamẽ absente rege à ducib. eius sunt ꝑdomiti. cæterùm XL ex his latronũ
F principes captorũ exemplo territi, relicto patrio solo fugerunt in Arabiã, recipiente eos Syllæo ꝓpter non impetratũ Salomes coniugium. à quo cùm munitum quendã locum accepissent habitandum, excursionib. non Iudæam tantùm infestabant, sed totam Cœlesyriam, abigebantq; prædas in sua receptacula, Syllæo ꝓbente impunitatem & securitatem maleficis. Herodes autem reuersus à Romana peregrinatione, comperit multa damna illata suis à latronibus. cumq; nõ posset eos in potestatem suam redigere, quòd essent sub tutela Arabum, nec ta-

Arabici belli causa.

Herodes per duces suos Arabes domat;

reuersus domum Trachonitas trucidat;

nec tamen iniuriam acceptam concoqueret, perlustrato Trachone interfecit illorum domesticos. Quo facto illi irritatiores, maximè quòd legem haberent, quæ iuberet domesticorum cædem omnibus modis ulcisci, contempto periculo totam Herodis ditionem agendo & terendo perpetuis uexabant incursionibus. Tum rex ad præsides à Cæsare missos Saturninum & Volumnium rem detulit, latrones deposcens ad supplicium. Illi hoc audito maiore manu se communire, perturbare omnia repentinis insultibus, agros simul & uicos populari, iugulare quotquot in manus eorum incideret, ut bello quàm latrocinio res esset similior. iam enim usq; ad mille accreuerant. Quare Herodes & latrones sibi dedi postulabat, & mutuum creditum repetebat, exacto iam præstituto tempore, sexaginta illa talenta, quæ Obodæ per Syllæum commodauerat. Syllæus uerò qui detruso à regimine Oboda ipse administrabat omnia, inficiabatur eos latrones esse in Arabia, & pecuniam differebat reddere, de qua disceptabatur apud Saturninum & Volumnium Syriæ præsides. Tandem illis autoribus conuenit, ut intra triginta dierum spatium & debitum redderetur, & ex utroque regno restituerentur perfugæ. Sed apud Herodem prorsus nemo Arabum inuentus, uel ob maleficium, uel quacunq; de causa profugus: uerum Arabes conuicti sunt latrones apud se habere.

Latrones ad supplicium deposci; simul ac

mutuum Obodæ creditum sibi restitui præcipit.

Expeditio Herodis in Arabiam. Cap. XIIII.

Herodes Arabiam inuadit;

AETERVM postquam aduenit præstitutus terminus, Syllæus nolens stare conuentis Romam profectus est: Herodes uerò exequebatur restitutionem pecuniarum ac latronum, Saturnino & Volumnio permittētibus ei contumaces armis persequi: collectoq; exercitu inuasit Arabiam, septem mansiones emēsus triduo. cumq; peruenisset ad castellū, in quo se latrones continebāt, primo impetu id cepit: ipsamq; munitionem nomine Raeptam diruit, nullo alio damno dato regionis incolis. Et cùm in auxilium eorum procurrisset dux Arabum Nacebus, commissum est prælium, in quo pauci ex Herodianis, Arabum uerò XXV cum ipso duce ceciderunt: reliqui in fugam compulsi sunt. Hoc modo latrones ultus Idumæorum tria millia in Trachonem deduxit, ut coercerent ibi latrocinia: & ad duces Romanos agentes in Phœnicia dedit literas, quibus eos certiores fecit, quòd in contumaces tantùm Arabas concesso ab eis iure usus sit, nihilq; egerit præterea: idq; ipsorum inquisitione postea uerum compertum est.

castellum Raptā diruit;

ducem Nacebū cædit; &

In Trachonem Idumæos deduxit.

Syllæus Herodem accusat apud Cæsarem. Cap. XV.

X.

Syllæus Cæsari Arabicam cladē commemorans, Herodem accusat.

SED aliter Romam properatis nuncijs Syllæo relatum est, suo more exaggerantibus omnia. Is iam antè insinuatus in noticiam Cæsaris, fortè tum circa palatium obuersans, his auditis confestim mutata ueste atratus eum adijt, denarrans ut bello afflicta sit Arabia, totumq; regnum euersum ab Herode ingresso cum exercitu. Ad hæc lachrymans querebatur cecidisse duo millia & quingentos Arabum primates, & in his eorum ducem amicum ac cognatum suum Nacebū, direptasq; magnas opes apud Raeptam repositas. atq; hæc facta per contemptum Obodæ, qui nec copias paratas habuerit, nec ducem se absente idoneum. Hæc dicente Syllæo, addenteq;, q̄ nec ipse hanc profectionem suscepturus fuerat, ni credidisset Cæsari curæ fore pacem publicā omnium, neq; se domi præsente Herodes nisi suo malo eam pacem uiolaturus, Cæsar querela cōmotus percontatus est ex Herodis amicis (qui tum aderant) & ex suorum quibusdam recens reuersis à Syria, hoc tantùm, an Herodes ullum exercitum extra regni sui fines eduxerit. Id cùm illi fateri necesse haberent, nec Cæsar causam expeditionis audire dignaretur, magis etiam iratus Herodi, scripsit minaciter, se hactenus illo usum tanquam amico, posthac habiturum eum pro subdito. Syllæus quoq; ea de re scripsit ad Arabas. His literis illi elati neque latrones (qui effugerant) uoluerunt dedere, neq; acceptam mutuò pecuniam persoluere, neq; pro pascuis quæ conduxerant, quicquam numerare, freti eo quòd rex offendisset Cæsarem. Quin & Trachonitæ hac occasione usi insurrexerunt in Idumæorum custodiam, & iuncti Arabicis latronibus, qui illorum regionem diripiebant, non tam suis lucris quàm uindictę studentes miris modis in eos sæuiebant. Hæc omnia Herodes ferebat, offenso Cæsare minus iā habens uel fiduciæ uel audaciæ. legatos enim eius ad agendam regis sui causam missos primùm ne admisit quidem: iterum uenientes dimisit infecto negocio. Quamobrem uehemēter anxio metum augebat Syllæus, Romæ præsens credulo Cæsari quiduis persuadens, & iá maioribus rebus inhians. Defuncto enim Obodæ in Arabum regnum successerat Aeneas, dictus Aretas mutato nomine: Hunc ille per calumnias pellere conabatur, & sibi principatū usurpare, multam pecuniam partitus in aulicos, multa etiam Cæsari daturum se pollicitus: quem iratum sciebat Aretæ, quòd se inconsulto ausus fuisset regni habenas suscipere. Tandem &

Cæsar de iniurijs Herodianis Arabibus illatis quærit; &

Herodi scribit.

Trachonitæ Herodem Cæsari inimicum habere intelligentes exultant.

Aeneas Obodæ in regnum Arabicum succedit.

A dem & ille literas cum muneribus misit ad Cæsarem,& in his multorum talentorum coronam auream:in his literis accusabat Syllæum, quòd nequissimus seruus ueneno sustulisset Obodam,quo etiam uiuo inuasisset rerum administrationem,uxores Arabum adulterans, & conflato ære alieno uiam sibi ad occupandum principatum muniës. Cæsar autem ne hos quidem legatos audire dignatus,aspernatusq; eorũ munera, infecta re illos abire passus est. Interim Iudæorum res ac Arabum indies se habebant deterius,turbatis omnibus, & componente nemine.nam regum alter nondum principatum suum constabilierat,& proinde suos coercere nõ poterat.Herodes autem ueritus ne si se defenderet,eo magis irritaret Cæsarem, cogebatur perferre omnes iniurias. Postremò nullum finem urgentibus malis inuenieris, decreuit denuò Romam legatos mittere,si quid æquius per amicos impetrare posset à Cæ-

B sare.In eam legationem Nicolaus Damascenus profectus est.

Syllæus interceptionis Obodæ insimulatur.

Cæsar legatos Arabum audire recusat.

Nicolaus Damascenus.

Eurycles calumniæ contra Herodis filios. Cap. XVI. A.M.3960. A.ch.n.11.

IN idem tempus dissidium cum filijs domesticum multo magis exacerbatum est. Quamuis enim iam antè nunquam prorsus uacarit suspicione malo pernicioso regibus,tunc tamen id maximè ob talem causam inualuit.Eurycles quidam Lacedæmonius,uir domi nobilis,sed ingenio prauo,adulator, & delicijs perditus; sed utrunq; uitium egregiè dissimulans,usus Herodis hospitio,datis muneribus & maioribus acceptis,ad gratiam cum eo conuersatus,effecit ut reciperetur inter amicos præcipuos.Is diuersabatur apud Antipatrum,Alexandro quoq; propter crebros cõgressus familiaris.Aiebat enim sibi cum Archelao Cappadoce amicitiam intercedere,& ideò simulabat se Glaphy-

C ram obsequijs colere.atq; in eo totus erat,ut omnes coleret,& obseruabat quæcunq; uel dicerentur uel fierent, undecunque captãs gratificandi per calumnias materiam. Deniq; adeò se blandis colloquijs insinuauit ùnicuiq;,ut illi soli fidus uideretur,quod si alium tractaret, id illius gratia facere crederetur.His artibus ita sibi deuinxit Alexandrum,ut iuuenis putaret ei soli tutò se posse querelas suas concredere.Aperiebat igitur ei dolorem suum; quòd pater esset à se alienatior,casumq; matris narrabat:& q Antipater prærepta fratribus dignitate solus posset omnia.Hæc diutius ferenda non esse,patre iam talibus imbuto odijs, ut cum ipsis nec conuiuia nec colloquia communicare sustineret.Hæc ille,dolorem suum in sinum amici,ut tum uidebatur,deponens.At ille omnia referebat Antipatro,negans ad se hæc pertinere,tacere tamen non posse ob periculi magnitudinem,& consultum ei uelle, ut caueret ab

D Alexandri insidijs.non enim eum dissimulare animum, sed ipsis uerbis præferre cupiditatẽ parricidij.Post hoc beneuolentiæ pignus maxima ab Antipatro accipiebat munera, & ad ultimum ab eo persuasus est,ut ad Herodem referret de hoc negotio. Rex narranti de Alexandri odio facilem aurem præbuit,& eo deductus est uerborum ambagibus, ut implacabile odium in filium conciperet:id quod sine mora declarauit.Euryeli enim L talenta donauit:quibus ille acceptis ad Archelaum se contulit,& multum Alexandrum prædicans, operam etiã suam commemorauit,quàm utilis ei fuerit ad conciliandam patris gratiam: & ab eo quoq; accepta pecunia,prius quàm deprehenderetur hominis malitia, discessit. Reuersus deinde in patriam,cùm ibi quoq; similibus artibus uteretur,Lacedæmone pulsus est in exiliũ. Porrò Iudæorum rex non iam ut antè contentus autem præbere criminatoribus Alexandri &

E Aristobuli,proprio seruiebat odio,etiam nemine accusante obseruans singula, & scisciians, & permittens omnibus quicquid uellent contra eos dicere:& inter cætera Euaratum Coum communicasse cum Alexandro consilia uidebaturq; nullos sermones audire libentiùs.Oblatum est deinde iuuenibus maius infortunium,calumnijs nunquam cessantibus, & omnibus certatim aliquid mali de eis ad regem deferentibus,scilicet incolumitatis eius studio. erant Herodi duo satellites, Iucundus & Tyrannus, grati illi propter robur ac procerritatem corporum.hi propter quandam offensam pulsi è regia,& inter equites Alexandri stipatores recepti,quòd essent exercitati honorabantur pecuniis alijsq; muneribus. Mox igitur rex de his etiam suspicione concepta,tormenta eis admouit. Etgo post toleratos diu cruciatus,tandem aiunt se solicitatos ab Alexandro,ut inter uenandum Herodem feras persequentẽ in-

F terficerent.Facilè enim confingi posse,præcipitatum ab equo suismet telis transfixum esse. Nam & antè penè simile quiddam ei acciderat.Simulq; indicauerunt aurum defossum in equorum stabulo,& præfectum uenatorum arguebant,quòd eis præbuisset lanceas regias,& arma,ipso iubente,Alexandri famulis. Post hos præfectus arcis Alexandrij correptus similiter examinatus est:huic obiectum est,quòd eos intra castellum recepturum se pollicitus fuisset,& pecuniam regiam ibi reconditam traditurum.Sed illo pernegante filius eius accedẽs,

Alexandri sermones obsequentes simulat & indicat; nec non

posted ipsi Herodi;

ab Archelao munera capit; & in exilium abigitur.

Herodes præbet calumniatoribus aurem.

Iucundus & Tyrannus Herodis satellites honorantur; tormentis examinantur; & se solicitatos ad Herodem interficiendum assirmarunt.

Alexander ad Alexãdrij præfectum ſcribit.

uera eſſe dixit omnia: protulitque referentes manum Alexandri literas in hanc ſententiam: A
Quamprimùm, Deo fauente, perfecerimus quæ decreuimus, ad uos ueniemus. Curate igitur, ut quemadmodum eſtis polliciti, nos in caſtellũ recipiatis. His literis uiſis Herodes poſt

Diophãtus pſeudographus.

hac pro indubitato habuit, paratas ſibi à filijs inſidias. Alexander autem dicebat Diophãtum ſcribam imitatum ſuum characterem, eſſeq; Antipatri malitia excogitatam illam ſchedulã. Diophantus enim habebatur magnus talium artifex, & poſt in ſimilibus deprehenſus dedit ſupplicium. Eos uerò qui torti ſunt rex apud Hierichuntem produxit ad populum, ut accuſarent filios, ubi ſaxis ſunt obruti. Cumq; uulgus concitum ſimili pœna Alexandrum cũ fra-

Herodes filios in uincula conijcit.

tre uellet afficere, Herodes per Ptolemæum & Pheroram eos cohibuit: & iuuenes in carcere aſſeruandos tradidit. eò nemo admittebatur, adhibitis qui explorarent eorum dicta & facta omnia. iamque pro condemnatis habebantur, tum aliorum opinione, tum ſua. eorum alter B

Ariſtobulus existimans ſocrum ſuis calamitatibus condolere, & regem odiſſe, monet.

Ariſtobulus præ anxietate etiam amitam ſuam ac ſocrum ad miſerationem præſentis calamitatis, eiusq; autoris odium inuitans: An non tibi quoq;, inquit, periculum imminet, delatæ quòd ſpe nuptiarũ Syllæo de omnibus quæ hîc fiunt per literas ſignifices? Quæ uerba mulier ſtatim fratri retulit. Ille non amplius ſe continens, uinciri eos iubet, & ſeorſum quemq; quid contra patrem moliti fuerint ſcripto prodere. Hoc iuſſi facere, ſcripſerunt, inſidias quidem nec paraſſe ſe, nec cogitaſſe, ſed conatos fugere, quòd non poſſent amplius ad hũc modum ſuſpecti & ſoliciti uiuere. Eodem tempore cùm ueniſſet è Cappadocia ab Archelao legatus Mela unus è dynaſtarum illius numero, uolens Herodes declarare eius maleuolentiã,

Mela legatus.

acciuit ad ſe Alexandrum è uinculis: & rurſum interrogauit de fuga, quónam & quomodo

Alexander ad Archelaum confugere decreuit; &

decreuiſſent diſcedere. Ad Archelaum, ille reſpondit, pollicitum quòd inde Romã nos mitteret. Cæterùm contra parentem nihil durius aut parum pietati conueniens ſe machinatos eſſe, neq; quicquam ueritatis ineſſe confictis aduerſariorum criminationibus. cupiuiſſe etiã ut Tyrannus cùm ſocijs examinaretur cautiùs: ſed illis approperatam mortem per Antipatrum, qui admixtis ſuis uulgum in eos concitauerit. His dictis rex iuſſit & ipſum & Melã duci

una cum Mela ad Archelai filiam ducitur.

ad Glaphyram Archelai filiam, ut interrogaretur nũ ignoraſſet paratas Herodi inſidias. Quò ut uentum eſt, continuò mulier uinctum conſpicata maritum, caput ſibi plangens, & præmiſeratione attonita clarè ingemuit. Iuueni quoque manantibus lachrymis, qui aderant miſe-

Glaphyra Alexandri uxor de inſidijs Herodi ſtructis interrogatur.

rabili hoc ſpectaculo turbati, diu nihil mandatorum poterant uel dicere uel facere. Tandem Ptolemæo, cui commiſſus erat iuuenis, iubente dicere, num & uxor fuerit conſilij conſcia: Quî potuit, inquit, non eſſe, carior mihi uita, & parens liberorum communium? ad hæc illa D

Alexander ſemetipſum & coniugem ſuſpicione purgat.

exclamauit, nullius mali ſe eſſe conſciam. Quod ſi id aliquid ad ſalutem eius conferat, paratam ſe mentiri uel in ſuam perniciem, & nihil omnino negaturam. Tum Alexander, impiũ quidem, ſicut ſuſpicantur quos minimè oportuit, nihil nec ego cogitaui, nec tu es conſcia: ſed quòd ad Archelaum abire, & inde Romam, decreuimus. Hoc & illa fatente, Herodes ratus conuictum à ſe Archelaum maleuolentiæ, dedit Olympo & Volumnio literas, iuſſis ut inter nauigandum appellerent ad Eleuſam oppidum Ciliciæ, & Archelao ſcripta de his redderent: & poſt expoſtulationem quòd filijs conatuum fuiſſet particeps, Romam inde nauigare pergerent. & ſi inueniſſent à Nicolao placatum Cæſarem, redderent ei literas, & argumẽ

Archelaus Herodi ſe excuſat.

ta quæ ad conuincendos iuuenes ſcripta mittebantur. Igitur Archelaus pro ſe attulit, uoluiſſe quidem excipere iuuenes, qd & ipſis & patri eorum putaret utile, ne quid ob ſuſpiciones E

Herodes Cæſari reconciliatur.

& diſſidia durius in eos ſtatueret: non tamen miſſurum fuiſſe ad Cæſarem, nec quicquã Herodi nociturum fuiſſe iuuenibus pollicitum. Romam autem delati inuenerunt iam Herodi reconciliatum Cæſarem, eiq; literas reddiderunt. Nam Nicolai legatio ad hunc modum ſe habuit. Quamprimùm Romam uenit & in palatium, præter ea mandata quæ habebat, Syllæum accuſandum ſuſcepit. Animaduertebat enim diſſidere inter ſe Arabas, quorũ aliquot eius omnia facinora indicauerunt, & hoc autore necatos pleroſq; cognatos Obodæ manifeſtè coarguerunt ex ipſius literis interceptis per aduerſarios. Qua fortuita occaſione Nico-

XII.

Syllæus accuſatur.

laus uti non neglexit, ſtudens Herodem reducere in gratiam Cæſaris. Sciebat enim, ſi defenſionem regis ordiretur, difficilem ſe habiturum iudicem. Sin accuſaret Syllæum, non defore occaſionem pro Herode dicendi. conteſtata igitur lite, & præſtituta ad agendum die, Nicolaꝰ F
aſſiſtentibus ſibi Aretæ legatis acriter accuſauit Syllæum, interfectorem aſſeuerãs domini ac regis ſui multorumq; Arabum, pecuniam etiam mutuatum ad perturbandam quietem publicam, matronasque arguens corrupiſſe tam Romæ quàm in Arabia. Addidit his grauiſſimum crimen, circumuentum mendacijs eius Cæſarem, quem nihil ueri de geſtis ab Herode docuerit. Ad hunc accuſationis locum poſtquam uentum eſt, Cæſar interlocutus iuſſit eũ

omiſſis

A omissis cæteris hoc tantùm de Herode dicere,an non exercitum in Arabiam duxerit, neque duo millia & quingentos illic interfecerit,neq; captiuis abductis regionem deprædatus sit. Ad hæc Nicolaus,de his se uel maximè ait docere posse,nihil horum,aut certè minimam partem ita se habere,quemadmodum & tu,inquit,audiuisti,& si uera forent, essent indignatione digna maiore. His præter opinionem auditis cum Cæsar attentiùs auscultaret,ille primùm indicauit ei de D.talentis mutuo sumptis,deq; syngrapha in qua ascriptum erat, licere post elapsum præstitutum tempus pignora ex uniuersa regione capere:deinde, non expeditionem hostilem hanc fuisse,sed executionem iuris & repetitionem debiti.idq; non properè actum,quanquam permittente syngrapha,sed appellatis prius sæpe de hac re Saturnino & Volumnio Syriæ præsidibus:postremò apud Berytum in horum præsentia Syllæo per Cæ
B saris fortunam iurato,omnino intra triginta dies exhibiturum se & pecuniam, & Herodis perfugas.& cum horum nihil Syllæus præstitisset,aditos rursum præsides Herodi permisisse pignora capere,atque ita demùm illum profectum in Arabiam.Hoc est,inquit,illud bellum quod aduersarij tam tragicè exaggerauerunt.quod tamen quî potest bellum uocari, permissu præsidum & ex pacto illatum,post periurio uiolatos tum alios Deos,tum in primis nomẽ Cæsaris?Restat de captiuis iam dicere.Latrones Trachonitæ XL primùm,mox plures,fugientes Herodem metu supplicij,receptaculum sibi fecerunt Arabiam.Hos Syllæus fouit & aluit in omnium hominum iniuriam,agrosq; eis dedit,& prædarum fuit particeps: quos tamen ipsos eodem iureiurando tenebatur restituere cum mutuaticia pecunia ad præscriptum terminum.Nec potest ostendere quenquam præter hos captum in Arabia:immò ex his aliquot
C euaserunt.Nunc confutata etiam de captiuis inuidiosa sycophantia,audi Cæsar mendacissimum figmentum,quod ad prouocandum iram tuam commentus est. Affirmo enim quòd cum Arabum manus nos inuasisset,& unus atq; alter è nostris cecidisset, tum demùm Herodes repugnare coactus,Nacebum,& cum eo XXV,non amplius cecîdit,quorum singulis cẽtuplicatis iste bis mille & quingentos cecidisse retulit.His motus Cæsar,uultu irato ad Syllæum uersus,rogauit quot Arabes in ea pugna desiderati fuissent.Hæsitante illo, & deceptum se dicente,lectæ sunt syngrapharum conditiones,& rescripta præsidum,literæq; urbium continentes querelas de latrocinijs.Ad ultimum eò res deuenit,ut Cæsar damnato capitis Syl-
D læo,Herodem in gratiam receperit:& pœnitens quòd calumnijs permotus duriùs scripsisset, hoc quoq; Syllæo opprobrauerit, illius mẽdacijs impulsum se discessisse ab officijs amicitię. In summa,remisit eum in prouinciam,ut postquam satisfeciisset creditoribus, daret supplicium.Cæterùm Aretæ indignari pergebat,quòd regiam dignitatem ac potestatem usurpasset,priusquam à se acciperet:uolebatq; Arabiam quoque Herodi tradere:sed hoc consilium mutauerunt redditæ ipsius literæ.Olympus enim & Volumnius cognito placatum esse Cæsarem,mox ita ut mandatum erat,obtulerunt ei literas,continentes argumenta quibus filios impietatis conuicerat:quibus lectis uisum est non onerare insuper alio regno senem & infortunatum circa filios:admissisque legatis Aretę,& hactenus obiurgatis quòd rex eorum temerariè principatum sumpsisset,non expectata sua sententia,admisit munera, & regnum ei authoritate sua confirmauit. Post hæc Herodi iam reconciliatus scribit, dolere se uicẽ
E eius qui tales haberet filios,debereq; eum,si quid contra pietatem ausi sunt,ut in parricidas animaduertere.se enim liberam ei potestatem permittere.Sin tantùm fugam meditati sint, ipsum quoq; salua pietate oportere leni castigatione contentum esse. Quare suum consiliũ esse,ut indicto consistorio apud Berytum,ubi Romani degerent,& adhibitis præsidibus cũ rege Cappadocum Archelao,amicisq; cæteris & uiris illustribus,de cõmuni sententia quid statuendum sit dispiciat.Atque hoc fuit argumentum epistolæ Cæsaris.

Herodes contra Syllæum uehemẽter disturbat.

Syllæus damnatur,Herodes autem cõseruatur.

XIII. *Cæsar Augustus Herodi scribit.*

Herodis filij damnantur apud Berytum in concilio. *Cap. XVII.* A. M. 3961.

QVa accepta Herodes supra modum gauisus est,tum quòd redijsset in gratiam, tũ propter concessam sibi statuendi de filijs potestatem liberam:& nescio quo pacto accidit,ut qui prius in secunda fortuna durus quidem pater fuerat,non tamẽ temerarius aut præceps ad filiorum interitum:nunc rebus suis in melius mutatis,& recepta pristina fiducia,nouo more laxauerit habenas odijs.Ergo conuocat per nuncios quotquot uisum est Cæsari,uno Archelao excepto,uel quòd hominem oderat, uel quòd uereretur ne obsisteret suo proposito. & postquam Berytum conuenerunt tum præsides,tum cæteri exciti è diuersis urbibus,filios quidem,quos adducere in concilium noluit,in Platane uico Sidoniorum detinuit,non longè ab urbe:ut posset eos,si uocarentur, sistere.ipse uerò solus introgressus,coram consessu CL uirorum,usus est accusatione nõ pro-

A.Ch. n. 10.

Herodes concilium cõuocat.

filios denuò accuſat.

ptor infortunium & neceſſitatem miſerabili, ſed patri parùm decora. Vehemens enim erat, A
& in coarguendo crimine hæſitans non ſatis ſe explicabat, multaq; furoris ac feritatis præferebat indicia. nec probationes exhibebat cognitoribus, ſed aduocatos ſibi eas ipſe tuebatur indecorè pater contra filios, literasq; ab ipſis ſcriptas legebat: in quibus nihil inſidiarum aut impietatis inerat, ſed tantùm de iocunda fuga conſilium, & conuitia ſigna offenſi animi. Ad quæ poſtquam ille peruenit, uociferabatur quaſi in confeſſis inſidijs: remq; exaggerabat, deierans mori ſe malle, quàm audire talia. Poſtremò dicens ſibi & à natura & à Cæſare poteſtatem in eos datam, addidit etiam patriam legem ita iubere: ut ſi cui accuſato parentes manus imponant capiti, neceſſe habeant circumſtantes ſaxis eum ferire, atque in hunc modum interficere. Quod cum ipſe paratus ſit in patria & ſuo regno facere, tamen expectaſſe ſe illorum
quoque calculos. Veniſſe tamen eos non ut iudicent filios in manifeſtiſſima culpa deprehẽ B
ſos, ſed ut per occaſionem indignationi iuſtæ parentis ſuum addãt ſuffragium, cùm nemini, quamuis remoto, contemnendæ ſint tales inſidiæ, Hæc locuto rege, & iuuenibus ne ad dicẽdam quidem cauſam adductis, qui erant in conſilio uidentes rem eò deueniſſe, ut nulla eſſet ſpes reconciliationis & gratiæ, poteſtatem eius confirmauerunt. Et primus Saturninus uir conſularis, multisq; defunctus honoribus, protulit ſententiam moderatam circumſtantijs: damnare ſe quidem Herodis filios, non tamen cenſere interficiendos, quòd & ipſe filios habeat, & Herodem præteritis infortunijs hoc omnium maximum nolit adijcere. Poſt illum ipſius tres filij, qui legati patrem ſequebantur, eandem ſententiam tulerunt. Contrà Volumnius capite plectendos pronunciat, qui tam impij erga parentem fuerint: quẽ deinceps maC
ior pars ſecuta eſt, ut omnino uiderentur addicti ad ſupplicium. Moxq; inde Herodes Tyrũ eos ſecum duxit: quò cùm Nicolaus appuliſſet à Roma ueniens, rex prius expoſitis quæ apud Berytum acta fuerant, percontatus eſt quid Romę amici ſentirent de eius filiis. Ille reſpondit uideri conſilia iuuenum impia, conijciendosq; uinctos in carcerem. deinde penſitato diligẽtius negotio, ſi ita uideatur, occidendos, ne putetur plus iræ quàm rationi tribuiſſe. ſin contrarium placeat, abſoluendos, ne aliquid committatur immedicabile. Eam eſſe Romę plerorumq; amicorum ſententiam. Tum rex diu multumq; tacitus ſecum cogitauit, & illum ſecũ nauigare iuſſit. Poſtquam autem Cæſaream uentum eſt, mox omnes fuerunt de filijs ſolliciti, euentum expectantes. Valde enim metuebant ne propter inueteratum diſſidium immineret eis exitium. Cumq; dolerent eorum uicem, tamen nec loqui temerè, nec audire dictũ
aliquod liberius uacabat periculo: ſed in ſinu miſericordiam cælantes, taciti dolorem diſſiD
mulabant. Vnus omnium uetus regis miles nomine Tero, filium habens Alexandri æqualem & amicum, quicquid alij quieti occultabant, ipſe liberè eloquebatur, & ſæpe exclamare cogebatur in turba, periiſſe ueritatem & iuſtitiam in rebus humanis, & pro his regnare cum mendacijs malitiam: eoq; tantam caliginem indũctam negotijs, ut ne grauiſſima quidem errata ſua homines animaduerterent. Hæc loquendi libertas quamuis non abeſſet à periculo, omnes tamen mouebat, quòd non ſine ratione fortiter ſe gereret tali tempore: libenterque hæc audiebant ſinguli, & cùm ſibi cauerent ſilentio, eius tamen non improbabant licentiã. nam tanti mali expectatio potuiſſet à quouis commiſerationis uoces exprimere. Ille uerò etiam ad regem magna libertate ſe ingerens, poſtulauit ſolus cum ſolo colloqui: quod ubi cõ
ceſſum eſt: Non poſſum, inquit, ô rex, diutius ferre hanc anxietatem animi: quæ me cogit au E
daces uoces & mihi periculoſas promere. ſed tibi, ſi uelis, utiles. Vbi nunc eſt tua mens? ubi animus ille ſemper hactenus quantumuis arduis par negotijs? quęnám hæc eſt tanta amicorum ac cognatorum penuria? neq; enim tibi hos cognatos aut amicos exiſtimo, qui tantum ſcelus ſuſtinent in quondam fælici regia. quid tu? quid agatur non diſpicies? occidésne duos iuuenes è regina uxore ſuſceptos, & in omni uirtute eximios, teipſum iſta ætate commiſſurus uni filio, qui conceptam de ſe ſpem malè ſuſtinuit, & cognatis, quos ipſe toties iudicaſti dignos ſupplicio? Annón animaduertis tacitum uulgus ſimul & tuum errorem damnare, & miſerari calamitatem iuuenum? adhæc tum militaris turba, tum ipſi duces illis compatiuntur, & execrantur autores huius infortunij. Hæc primò ſat æquis auribus accipiebat rex; ubi
uerò Tero facinus & domeſticorum perfidiam aperte taxauit, commouit ſe rex. Sed illo imF
modeſtè ac militariter inſtante, & per ſimplicitatem non habente rationem temporis, turbatior iam, & opprobrationem hãc magis, quàm admonitionem amicam exiſtimans, ſciſcitatus quinam eſſent illi ægre referentes duces aut milites, nominatim indicatos omnes cum ipſo Terone uinctos iuſſit ſeruari in carcere. Huius facti occaſione Trypho quidam tonſor regis accedens eum, ait ſe non ſemel à Terone ſolicitatum ut inter curandum guttur ei no-

Herodis filij iudicio conſeruantur; &

ſupplicio capitis adiudicantur.

Herodes ex Nicolao, quid de filijs ſuis Romæ cicatur ſciſcitatur.

Tero miles Herodis eximius & audax.

Herodes à Terone militè reprehenditur.

Tero in carcerè præcipitatur:

nacula

A uacula præcideret, oſtentata ſpe magnorum munerum, & primi loci inter Alexandri amicos. Hæc locutum iubet corripi: moxque tortus eſt & tonſor & Tero cum filio. Qui uidens patrem ſæuiſſimè tractatum, obſtinatè cruciatus perferre, nec tamen ſupereſſe ullam ſpem ſalutis ex crudelitate regis conijciens, ait ſe indicaturum ueritatem, ſi tormenta ſibi ac parenti remitterentur: acceptaq; in hoc fide, dicebat conueniſſe inter eos ut Tero ſua manu regem interficeret. patere enim ei aditum ſoli ad ſolum. atq; ita perpetrato facinore ſi quid ei ſiniſtrum accidiſſet, id ei glorioſum fore, dum Alexãdro gratificaretur. His dictis patrem exemit cruciatibus, incertum ueritate expreſſa, an ut ſe ac genitorem hoc pacto à diuturniore uexatione redimeret. Herodes autem eiecta ex pectore omni, ſi qua prius inerat, dubitatione de filiorum ſupplicio, nec ullum relinquens locum reſipiſcentiæ, properauit exequi ſuũ propo
B ſitum: & productis in concionem trecentis ductoribus militum, unà cum Terone ac filio, tonſoreq; indice, omnes accuſauit apud populum. in quos multitudo quicquid ad manum ueniret conijciens, ad unum eos interfecit. Alexander autem & Ariſtobulus ducti Sebaſten, ibi iuſſu patris ſunt ſtrangulati: & corpora eorum in Alexandrium recõdita ſunt, ubi maternus eorum auus & plerique ex progenitorum ſerie ſiti erant. Et fortaſſe alicui mirum non uidebitur, coalitum tanto tempore odium adeò excreuiſſe, ut modum excedens ipſam naturam uicerit. Illud meritò dubitari poſſit, in adoleſcentésne ea culpa conferenda, qua patrem longo tempore exaſperatum tandem in odium coniecerint immedicabile: an in ipſius duritiam, & cupiditatem tam gloriæ, quàm dominationis immodicam, qui nullum ferret ſociũ, malens omnia ſuo arbitratu facere: an potius in fortunam, cuius potentiæ nullis humanis
C rationibus reſiſtere liceat, ne ſapientiſſimis quidem. Vnde perſuaſum habemus eam omnes humanas actiones præſanxiſſe, ut neceſſariò cõſequantur: eamq; uim fatum uocamus, quòd nihil ſit quod illa non efficiat, Sed hunc ſermonem ut arduum leuiter attigiſſe ſufficiet, qui & noſtris ſtudijs nonnihil tribuit, & uarietatis actionum cauſas examinat: quæ quidem contemplatio iam olim ineluſa eſt legis noſtræ uoluminibus. Cæterùm ex duabus reliquis cauſis quod ad filios attinet, accuſare quis poſſet eorùm iuuenilem arrogantiam, & faſtum regium, quòd nimium tribuerint patris calumniatoribus, & in acta eius ac uitam parum æqui inquiſitores fuerint, malitioſè ſuſpicaces, & linguæ temperare neſcij, ac per hoc geminas anſas præbentes ſuis obſeruatoribus, & ad ineundam regis gratiam delatoribus. Patris autem planè pudendus error eſt & inexcuſabilis, quòd neque inſidiarum ſtructarum conuictos;
D neque ullis huius conatus argumentis deprehenſis, permiſit ſibi ex ſe genitos interficere, egregio corpore iuuenes, nec apud ſuos ſolùm gratioſos, non in uenationibus ſegnes, non in militaribus exercitijs contemnendos, aut ciuilibus facundiæ ſtudijs. horum enim omnium non erant rudes, præſertim Alexander natu grandior. Satis erat, etiamſi damnare libuiſſet, aut uinculis eos cohibere, aut procul à regno ablegare, cùm ſecurum faceret Romana potentia, ſub cuius tutela poſitus ne apertam quidem uim, adeò non inſidias extimeſcere debuerat. Nunc tam citò eos occidere impotẽtis affectus gratia, quid aliud eſt quàm argumentum
* impiæ licentiæ? maximè cùm eſſet ea ætate, in quam excuſatio ignorantiæ uel imperitiæ non competit. neque enim mora & dilatio facit eum excuſatiorem. Minus enim peccatum fuiſſet, attonitum nouo aliquo caſu, irritatum eſſe ad atrocius facinus. Poſt longas uero cunctaE tiones & deliberationes, poſtremò tale quippiam aggredi & perpetrare, ſanguinarij animi eſt & obſtinati in deterius: qualem ſibi eſſe etiam poſtea declarauit, nec reliquis parcens, qui antè uidebantur chariſſimi. qui tametſi minus miſerabiles erant, quòd meritò perirent, tamen ſæuitiam arguebant ſimilem, nec ab illorum temperantem ſibi cædibus. Qua de re dicturi ſumus in ſequentibus.

Inſidiarum regi ſtructarum inſimulatur; cum Trypbone torquetur;

& filijs cruciatibus eximitur; & eũdem cum 300 militum ductoribus interficitur.

Herodes liberos ſuos ſtrangulari iubet.

Authoris digreſſio ſuper occiſis ab Herode filijs.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XVII.

De Antipatri Herodis filij malicia.

CAP. I.

ANTIPATER autem ſublatis fratribus agitatus diris, gradu iam ad extremã A
contra patrem impietatem facto, nondum improbæ ſpei ſatis faciebat & in
futurum auidæ. Liberatus enim æmulorum metu qui poſſent in principa-
Antipater populo & militibus inuiſus; tus ſocietatem uenire, in aliam maiorem difficultatem parandi ſibi regni
incidit, uidelicet odium quo populariter inuiſus erat omnibus. Huc acce-
debat, quod illum magis etiam haberet ſolicitum, alienati militum animi,
â quibus pendebat regum ſecuritas, ſi quando gens ipſa uideretur nouarum rerum cupida.
res Iudæorũ administrat; quæ mala ſuamet culpa ſibi Germanis oppreſſis conciliauit. & tamen haud aliter quàm rex
cum patre adminiſtrabat res Iudæorum, credente ſe Herode eius fidei, & id factum quo ſup-
plicium merebatur, interpretante argumentum beneuolentiæ, quaſi ſaluti regis conſulens
illos prodidiſſet, non morem gerẽs odio, quo tam illos quàm patrem proſequebatur. Quan- B
doquidem & illos propter patrẽ oderat totus inſeſſus furijs: dabatq; operam ut nulli eſſent,
uitæ paternæ finẽ exoptat; qui inſidias eius detegerent, aut ad quos poſſet Herodes aperta ui petitus refugere. ſed tum
longè magis ſtimulabatur cœptos conatus perſequi. Nam eo defuncto proponebat ſibi cer-
tum imperium: quòd ſi diutius uitam protraheret, periculum uidebat ne proditis aliquo
modo ſuis technis patrem haberet infenſiſſimum. Ideò nullis parcebat ſumptibus in deme-
amicos ſibi muneribus cõciliat: atq; rendis paternis amicis, hominum odia beneficijs uolens obruere, præcipuè quotquot Ro-
mæ erant magnificentiſſimis muneribus ſibi concilians, & ante omnes Saturninum, qui tũ
Syriæ præerat. Spes etiam erat fratrem ipſius corrumpi poſſe donorum magnitudine: pari-
terq; regis ſororem, nuptam uiro inter amicos regis primario. erat enim callidiſſimus ad de-
amitæ uerba dare non potuerat. uinciendos per beneuolentiæ ſpeciem hominum animos, & diſſimulandi odij ſummus ar- C
tifex. Non tamen fallebat amitam, quæ iam antè perſpectum habebat eius ingenium, nec
decipi poterat, & ideò machinis omnibus occurrebat eius maliciæ: quamuis filiam habebat
nuptam eius auunculo, quam ipſe Antipater poſt Ariſtobuli mortem ei iungendam cura-
uerat. Nam alteram mariti matris filius Calleas uxorem duxerat Sed nec affinitas hæc effecit
quo minus cognoſceretur eius malicia, ſicut nec prior illa conſanguinitas extinguere meri-
Herodes Salomẽ Alexæ coniugẽ locat. tum odium potuit. Salomen autem adamato Syllæo cupientem nubere, Herodes compulit
ad Alexæ coniugium, adiuuante Iulia, & ne recuſaret perſuadente, ne apertè inimica fratri fi- ●
eret, iurato, ni conſenſum præberet, alienaturum ſe ab ea beneuolentiam. quare illa paruit
Glaphyra Archelao remittitur. authoritati uxoris Cæſareæ, alioquin etiam utile danti conſilium. Per idem tempus remiſſa
eſt ad patrem Cappadocum regis Archelai filia, quondam uxor Alexandri, reddita etiam do- D
te ex fiſco regio, nequid ea de cauſa exoriretur controuerſiæ. Ipſe autem filiorum libe-
II. ros educabat magna diligentia. Alexander enim è Glaphyra duos mares ſuſceperat. Ariſto-
Herodes filiorũ liberos è Glaphyra ſuſceptos enutrit; & bulus è Bernice Salomes filia tres, & duas fœminas. Eos aliquando præſentibus amicis com-
mendans, & filiorum deplorans infortunium, Deum precatus eſt ne quid ſimile continge-
ret eorum liberis: ſed potius uirtutibus cum ætate aucti, gratiam ſibi nutricationis repone-
rent. Deſponſauit etiam futuras adultis uxores, maiori ex Alexandri filijs Pheroræ filiam: A-
riſtobuli uerò filio filiam Antipatri: & eiuſdem filiam itidem Antipatri filio. alteram autem
Antipater adultos odit. filiam Herodi ſuo filio, nato ex filia pontificis. Mos enim nobis eſt patrius, plures ſimul uxo-
res habere. Hæc connubia rex procurauit miſeratione pupillorum, per affinitatem Antipa-
trum ad caritatem eorum inuitans. Sed ille eundem erga pueros animum obtinuit quem er E
ga parentes ipſorum habuerat: ſolicitatus etiam regis circa eos cura, ne fortè adulti officerẽt
ſuæ potentiæ, Archelao quoque rege adiutante nepotulos, & Pherora tetrarcha accipiente
pupillarum alteram filio ſuo coniugem. Eodem incitabatur propter ſtudia populi, miſeran-
tis orbatos parentibus, & ipſum authorem eius calamitatis odio proſequentis, & parati ali-
quando per occaſionem detegere eius erga fratres maleuolentiam. quapropter machinaba-
tur de hoc negocio decreta patris irrita facere, ægrè ferẽs ſi haberet eos poteſtatis participes:

flexitq;

A flexitq; Herodem precibus ut ipsi filiam Aristobuli ducere permitteret, & filio suo Pherorę filiam. Itaq; pręter regis sententiam mutata sunt pacta connubialia. Rex aũt eodem tempore nouẽ uxores habebat. una erat Antipatri mater, altera summi pontificis filia, ex qua puer natus est patrem nomine referens. Erant inter has & fratris filia, & consobrina, sed steriles. præterea Samaritis una, & ex ea liberi Antipas & Archelaus, & Olympias filia, quam postea duxit regis fratruelis Iosephus. Archelaus autem & Antipas Romæ apud priuatum quendam amicum educabantur. ex Cleopatra etiam Hierosolymitana Herodem genuit & Philippum, qui & ipse Romæ educabatur: ex Pallade autem Phasaelum: ex Phædra item & Elpide filias habuit Roxanam & Salomen. Maiores autem natu filias, Alexandri ex eadem matre sorores, quarum coniugium Pheroras contempserat, alteram Antipatro sororis suæ filio collocauit,

Herodis uxores, & liberi.

B alteram Phasaelo fratris sui filio. Atq; hæc fuit Herodis progenies.

De Zamari Iudæo Babylonico. Cap. II.

VOlens deinde à Trachonitis tuta esse omnia, uicum Iudæis magnitudine urbis decreuit in eius regionis medio condere, qui & suis esset pręsidio, & unde hostes faciliùs ex propinquo posset inuadere. Cumq; intellexisset fortè fortuna uirum Iudæum è Babylonia cum quingentis equitibus sagittarijs & centum fermè cognatis Euphrate traiecto circa Antiochiam, quæ sita est ad Daphnen, degere, ubi à Saturnino præside Valatham castellum ad habitandum acceperat, accersiuit eum unà cum suis, pollicitus ei agros in præfectura Batanæa, quæ Trachonitidi confinis est, ut ibi opponeretur infestatoribus: omnium etiam tributorum ac uectigalium immunitatem promisit tã

Valatha castellũ.

C agris quàm hominibus. His conditionibus allectus Babylonius uenit; acceptoq; agro castellum ibi condidit, & uicum nomine Bathyram. eratq; hic uir pro obice contra Trachonitas indigenis, simulq; Iudæis à Babylone Hierosolyma religionis ergò petẽtibus, quò tutiores essent à latrocinijs: multiq; undiq; ad eum confluxerunt Iudæi obseruatores legis patriæ: & facta est ea regio ualde populosa propter immunitatẽ quæ illis mansit Herode incolumi. Philippus deinde qui successit, pauca & non diu ab eis exegit. porrò magnus Agrippa & eodem nomine filius, licet multis grauatos exactionibus, libertate tamen frui permiserunt: quibus succedentes Romani & ipsi grauibus tributis eos opprimunt, sed salua libertate: de quo aliàs suo tempore dicemus prolixius. Zamaris autem Babylonius, qui hanc regionem possidendam accepit ab Herode, exacta cum uirtute uita, moritur egregijs liberis superstitibus, & in

Zamaris relictis filijs Iacimo & Philippo moritur.

D his Iacimo equite insignis fortitudinis, qui cum ala Babylonia reges illos stipare est solitus. Is in extrema senectute decedens filium reliquit Philippum, uirum manu promptum, & uir tuti, si quis alius, deditum, regiq; Agrippæ ob hæc gratum & amicissimum: qui ab eo uniuersis suis copijs exercendis ac ductandis est præpositus.

Antipatri contra Herodem insidiæ. Cap. III.

CAeterùm in eo rerum Herodis statu quem diximus, omnia pendebant ab Antipatro, postquàm semel prospiciendi suis commodis potestatem accepit à patre, bene sperante de fide ipsius ac beneuolentia: qua tamen potestate ille audacius abutebatur, callidè tegens suam malitiam, & in omnibus facilè fidem à parente impetrans: eratq; omnibus formidabilis ob uersutiam, magis etiam quàm ob po

III.

E tentiam. Sed præcipuè Pheroras illum colebat, & ab eo uicissim colebatur, circumuentus à mulieribus Antipatro fauentibus. Obnoxius enim erat Pheroras & uxori & socrui & sorori, quamuis exosus eas propter iniurias illatas filiabus suis uirginibus. attamen ferendæ erant, & absq; illis nihil facere poterat, res eius perueſtigantibus, & mutuò se inuicẽ adiutantibus. Quibus etiã Antipater erat deditissimus, tũ per se, tũ per matrẽ: nam hę quatuor mulieres cõsentiebant in omnibus. Sed Pherorę cũ Antipatro propter leues quasdã res non satis conueniebat, diuellente eos regis sorore: quæ iam pridem explorabat omnia, sciens eos in regis tantùm perniciẽ conspirare, & parata rei eius indiciũ facere. Qui ut cognouerũt mutuam suam amicitiã suspectam hoc nomine regi & inuisam, hoc cõtrà excogitauerũt, ut non congrederentur in propatulo, fictisq; conuiciis simularent dissidiũ, maximè præsente Herode, aut alio

Pherorę à multis lieribus circumuentus.

F quopiã qui ei renunciaturus id uideretur: clàm aũt alerent & confirmarent mutuã beneuolentiã: atq; ita etiã fecerunt. Hoc aũt Salomen nõ latuit, nec cùm primò excogitatum est, nec postea cùm cœpit fieri. Omnia enim perueſtigabat, moxq; ad fratrẽ affingens aliquid deferebat, uidelicet occulta eorum conuenticula, & clancularias consultationes, mirum ni euasura in ipsius perniciem, si maturè sibi non prospiceret. In aliorum enim conspectu dissidẽtes & iactãtes inter se conuitia, celare amicitiã: deinde quando soli sint consentire, dubio procul con

Salome Herodi aliorum consilia auspicata defert.

ſpirantes in eos quibus occultam uelint eſſe ſuam amicitiam. Hæc illa & perueſtigabat diligenter, & ad fratrem mox deferebat, iam & per ſe nonnihil intelligentem, ſed cohibentem ſe adhuc, quòd ſuſpectum haberet etiam ſororis procliue ad calumnias ingenium. Erat enim quædam Iudæorum ſecta exactiorem patriæ legis cognitionem ſibi uindicans, quibus tanquam Deo ut uideri uolebant caris, addictum erat hoc mulierum ſodalitium. Hi Phariſæi uocantur, genus hominum aſtutum, arrogans, & interdum regibus quoq; infeſtum, ut eos etiam apertè impugnare non uereatur. Nam cùm tota gens Iudæorum fidem ſuam iureiurando obligaſſet regi & Cæſari, hi ſoli non iurauerunt: excedentes ſex milium numerum: quib⁹ hoc nomine à rege mulctatis, Pheroræ uxor pro eis mulctam perſoluit. Cui reponentes gratiam, quoniam credebantur futura præſcire ex Dei colloquijs, prædicebant, decretum eſſe Deo regnum ablatum ab Herode & eius progenie, transferre in ipſam & maritum Pheroram ac communes liberos. Sed hoc quoque regi per Salomen innotuit, & quòd aulicorum quoſdam ſolicitarent muneribus atque corrumperent. qua in culpa Phariſæorum aliquot deprehenſos interfecit, præcipuos authores huius conſilij, cumq; his Bagoam eunuchum, & ſuas delicias Carum, præſtantiſſimæ formæ gratia ſibi commendatum: & præter hos quoſcunque è domeſtica familia cum Phariſæis conſpiraſſe ipſorum indicio compererat. Nam Bagoas in eam ſpem ſublatus erat, quaſi parens & benefactor appellandus regis, quem deſtinarent uaticinia. proſperè enim ceſſura nouo regi omnia, conſtabiliendo ſucceſſione prolis legitimæ. Herodes porrò conuictis Phariſæis ac ſupplicio traditis, amicorum concilium aduocat, & apud eos Pheroræ uxoris accuſationem inſtituit, quòd ipſius impulſu frater conditionem regiarum uirginum ſpreuerit: id crimen ad ſuam etiam iniuriam pertinere affirmans, quòd mulier ruptis legibus naturæ inter fratres ſerat diſſidia, quibuſcunque ualeat tã uerbis quàm operibus. Mulctam quoque contumacibus à ſe impoſitam illius perſolutam eſſe impendijs, & in ſumma conſciam eſſe totius recentis conſpirationis. Rectè igitur facturum Pherorem, ſi non expectatis fratris precibus ſponte talem mulierem ableget, fratres inter ſe committentem mutuis odijs: quandoquidem ei aut huius uxoris iactura facienda ſit, aut fraternæ coniunctionis ac beneuolentiæ, nec niſi illa reiecta manſurum ſit integrum germanitatis uinculum. Pheroras autem quamuis uehementi regis oratione grauaretur, tamen aiebat ſe & fraternæ pietatis iura perſanctè culturum, nec à coniugali caritate diſceſſurum: emoriq; ſe malle, quàm ſine dilecta uxore uiuere. Tum Herodes licet graui ſe iniuria exiſtimaret affici, iraſci tamen fratri diſtulit, contentus Antipatro & eius matri interdixiſſe Pheroræ conſuetudine, & uetuiſſe mulierum regiarum cõuenticula. Illi facturos ſe iuſſa regis polliciti, per latentes quoties dabatur commeſſationes conueniebant, præcipuè Pheroras & Antipater. quin rumor erat, Pheroræ uxorem cum Antipatro quoq; ſtupri habere conſuetudinem, conciliante matre ipſius Antipatri.

Phariſæi Herodianas mulieres decipiunt.

Herodes Phariſæos und cum Bagoa & Caro necari curat.

IIII.

Herodes Pheroræ coniugem accuſat, & ab eode petẽs ut uxorem repudiet, non impetrat.

Pheroræs diuortium facere recuſat.

Herodes Antipatro Pheroræ & mulierum conuenticula interdicit.

Herodes Antipatrum mittit ad Cæſarem. Cap. IIII.

QVapropter ſuſpectum habens patrem, & ueritus ne ulterius ſerpendo eius odia ad ſe quoque peruenirent, ſcribit amicis Romæ degentibus, rogans admoneant Herodem per literas, ut quàm primum ſe ad Cæſarem mitteret. Quo facto Antipatrum Herodes miſit cum precioſiſſimis muneribus & teſtamento, in quo ipſum Antipatrum regem declarabat, aut ſi ille prior uita decederet, Herodem natum ſibi è filia ſummi pontificis. Eodem tempore etiam Syllæus Arabs Romam profectus eſt, non factis imperatis Cęſaris: quẽ Antipater corundẽ criminum reum egit apud ipſum Cęſarem, quorum Nicolaus antea. Accedebat & alter accuſator Aretas, multorum honoratorum cædes apud Petram ſe inuito patratas obijciens, maximè Sohemi hominis in omni uirtute præſtantiſſimi, quin & Cæſaris ſeruum Fabatum ab illo interfectum fuiſſe ob talem quandam cauſam. Erat in ſatellitio Herodis Corinthus, cui fidei rex plurimùm tribuere ſolitus erat. Hunc Syllæus pecunijs corruptum eò perduxit, ut ei regis ſui cædem ſit pollicitus, hoc ubi Fabatus ex ipſo Syllæo cognouit, regi mox indicauit, qui è Corintho confeſſionem extorſit cogitati facinoris, diligenter ex eo perſcrutatus omnia: ſimulq; duos Arabas ab eodẽ ſatellite inſimulatos comprehendit, alterum uirum principem, alterum Syllæi amicum primarium, qui & ipſi tormentis admoti confeſſi ſunt ideò ſe ueniſſe, ut Corinthum urgerent crebris adhortationibus ad perpetrandum facinus, atque adiuuarent etiam in opere, ſi ita facto opus eſſet, quos omnes Saturninus apud ſe delatos Romam iudicandos amplius & puniendos tranſmiſit.

Herodes Antipatrum ad Cæſarem mittit.

Antipater Syllæum accuſat.

Aretas Syllæũ homicidij & inſidiarum arguit.

Pherora

A *Pheroræ obitus. Cap. V.*

PHeroram autem obſtinatè permanentem in amore coniugis, Herodes in ipſius tetrarchiam ablegat: quod ille fecit libenter, addito uehementi iureiurando nũquam ſe rediturum, niſi Herodis morte cognita: adeò ut paulò pòſt decumbente rege uocatus ad accipienda quædam ſecretiora mandata tanquam à morituro, propter ſacramenti religionem recuſarit. Nec tamẽ Herodes in hoc fratrem eſt imitatus, aut de priſtino affectu quicquam remiſit: ſed cùm Pheroras in morbum incidiſſet, uel inuocatus ad uiſendum eum uenit: quo morbo poſtquam abſumptus eſt, corpus eius translatum Hieroſolyma ſepelijt, & publico luctu honorauit. Ea res Antipatro quamuis Romam profecto malorum fuit initium, Deo tandem repoſcente ab eo pœnas fratricidij. Id totum ordine

Pheroras moritur; & *ſepelitur.*

B ſum narraturus ad exemplum humano generi, quod moneat habendam eſſe uirtutis rationem in omnibus.

Pheroræ uxor accuſatur ueneficij, & Herodes cognoſcit Antipatri inſidias. Cap. VI.

PHerora mortuo Taphnitæ duo è libertis eius cariſſimi Herodem adeunt, rogantes ne inultam pateretur fratris mortem, utq; inquireret in miſerum eius & mirandum interitum. Quo attentius autem ſimul ac fidem præbente illorum ſermonibus, aiunt eum apud uxorem cœnaſſe ea die quę morbi fuit initium, uenenumq; oblatum ei ad mixtum nouo cuidam cibi generi, quod guſtatum perniciem attulerit homini. Id uenenum allatum ab Arabiſſa quadam muliercula, nomine quidem amatoriũ, re autem uera Pheroræ lethiferum. Sunt enim Arabum mulieres ueneficæ maximæ. Hæc au-

V.

Pheroræ uxor ueneficij inſimulatur.

C tem quæ tum inſimulabatur, dicebatur amicæ Syllæi familiariſſima, ad eam comparandi ueneni cauſa profectæ fuerant uxoris Pheroræ mater & ſoror, & cùm illa reuerſæ ſunt pridie quàm ille cœnam lethiferam ſumeret. His auditis rex ad iram concitatus torſit ancillas earum, & quaſdam etiam ingenuas: & cùm nulla quicquam fateretur aut detegeret, poſtrema quædam dolore uicta nihil aliud protulit, quàm quòd imprecata eſt Antipatri matri cruciatus ſimiles, quandoquidem ipſa cauſa eſſet præſentium tormentorum omnibus. Hæc uox ad diligentiorem inquiſitionem Herodem permouit, ita ut extorqueret earum ſecreta omnia, comeſſationes illas & occulta conuenticula, tum ſermones patris cum Antipatro priuatim habitos, prolatos inter Pheroræ mulierculas: ne id quidem reticente, centum talenta ſe accepiſſe ab eo, ut abſtineret Pheroræ colloquijs. Addebant ancillæ quanto patrem proſe-

Arabicarum fœminarum propẽſio.

Herodes Antipatri & mulierũ ſecreta inquirit; &

D queretur odio, utq; ſæpenumero apud matrem de eius longæuitate quereretur, dũ interim etiam ipſe conſeneſceret, ut non multùm ſe iuuare poſſet tam ſera ſucceſſio. Adhæc ſimul nutriri multos fratres ac fratrum filios, ut ne ſperare quidem tutò liceat: quandoquidem iã nunc ſi fatale quid ſibi accideret, fratri deſtinata ſit ſucceſſio nõ filio. Addere his ſolitũ accuſationẽ ſæuitiæ, non tẽperantis nec à filijs: cuius metu Romã ſibi diſcedendũ eſſet, Pheroræ uerò in ſuã tetrarchiam. Hæc quia probè congruebant cũ illis, quæ ex ſorore antea rex audierat, exempta eſt omnis dubitatio: deprehenſamq; in tã malitioſis conatib. Doridem matrẽ Antipatri, ſpoliatã multorũ talentorũ ornamentis eiecit è regia: & mulieribus ex domo Pheroræ propter hoc indiciũ factus eſt placatior. Sed nihil magis eius contra filiũ indignationẽ cõmouit quàm Samarita Antipater, Antipatri filij procurator, qui in tormentis inter cæte-

matrem Antipatri Doridem ejecit.

Antipater uenenũ præparati in regis perniciem accuſatur.

E ra de eo confeſſus eſt, q; letale uenenũ Pheroræ tradidiſſet, quo ſe abſente ac per hoc minimè ſuſpecto patrem tolleret. Id uenenum allatum ex Aegypto per Antiphilum unum ex amicis Antipatri, miſſum inde à Theudione auunculo ipſius Antipatri, fratre Doridis: haberiq; apud Pheroræ uxorem, à marito ad aſſeruandum acceptum. De quo rogata per regem mulier, habere ſe faſſa eſt: & mox quaſi ad afferendum id properans, de tecto ſeipſam deiecit. nec tamen lethalis fuit caſus, quia fortè in pedes cecidit. ex quo poſtquã ſe recollegit, rege pollicito impunitatẽ & ipſi & familiæ, ſi totam rei ueritatem promeret, contrà extremos cruciatus minato ſi quid per obſtinationẽ cęlare pergeret, iurauit ſe omnia dicturã ita ut acta ſint: &, ut multorũ tum fuit opinio, nihil omnino mentita eſt. Venenũ id, inquit, ex Aegypto at-

Pheroræ uxoris facinus nefandũ.

Antiphilus.

F tulerat Antiphilus, paratum ibi opera fratris ſui, profeſſione medici. Theudio deinde in domum noſtrã intulit, & ego ſeruaui acceptum à meo Pherora, ſed ab Antipatro tuo in tuam perniciem comparatum. Poſtquam igitur maritus in morbum incidit, & tu officioſè ad uiſendum eum & curandum ueniſti, motus ille, & ad pietatẽ flexus tua beneuolentia, me accita, ô uxor, inquit, circumuenit me Antipater, dũ peſtiferis conſilijs & ueneficis miniſterijs ſuũ patrẽ meũ fratrem appetit. Nunc igitur quandoquidem in Germano nihil pietati, quã hactenus erga me uſus eſt, uideo decedere, & mihi inſtare nitæ terminum, age ne fratricidali

animo

animo manes maiorum contaminem,me inſpectante uenenum illud exure.tum ſe ſine mo A
ra prolatum ſecundum uiri mandatum concremaſſe,paulo ſeruato,ut ſi poſt mariti mortē
rex eam tractare uellet durius,poſſet ei neceſſitati occurrere.Hæc elocuta uenenum quoque
unà cum pyxide in medium protulit.Poſt hæc alter Antiphili frater & communis corū ma-
Herodes Mariamnen reijcit, filiumq; eius è teſtamento delet. ter per tormenta idem fateri coacti ſunt,pyxidem etiam agnoſcendo. Accuſabatur autem e-
tiam pontificis filia regis uxor,quaſi ſecretorum horum omnium particeps, ſed conſcienti-
am diſſimulans.quapropter & ipſam rex eiecit,& filium eius è teſtamento deleuit, ubi ſuc-
ceſſor deſtinatus fuerat: Socero quoque Simoni Boethi filio ſacerdotio priuato ſurrogauit
Matthiam Theophili filium Hieroſolymitanæ genere.Interim Roma uenit Bathyllus liber-
tus Antipatri,& ſubiectus quæſtionibus faſſus eſt attuliſſe ſe uenenum quod daret Antipa-
tri matri & Pheroræ,ut ſi prius illud parùm fuiſſet efficax,hoc poſteriore Herodem aggrede- B
Antipater Archelaum & Philippum accuſari per amicorum Romæ degentium literas curat. rentur.Simulq; uenerunt ad regem ab amicis Romæ degentibus literæ, inſtinctu Antipatri
ſcriptæ,in quibus Archelaus & Philippus accuſabantur, quod crebrò crimen patris refrica-
rent de cæde Alexandri ac Ariſtobuli,miſerarenturq; fatum Germanorum innocentium. iā
enim & ipſos reuocari in patriam,non ob aliud quàm ut euocati fratrum interitus acceſſio
fierent.Hæc autem amici in Antipatri gratiam faciebant,magnis ab eo corrupti mercedib⁹:
qui etiam per ſe patri ſcripſit de adoleſcentibus,quaſi eos excuſans,& uerba eorum ætati im
putans.Ipſe interim decertabat contra Syllæum, & primatum colebat amicitias, comparatis uarijs ornamentis ducentorum talentorum precio. Mirum autem eſt, quòd cùm per ſe-
ptem menſes ante eius reditum tam multa contra eum in Iudæa mota fuiſſent,nihil eorum
ad eius notitiam perlatum fuerit.In cauſa erat partim diligens itinerum obſeruatio, & uia- C
rum cuſtodia,partim populare hominum in Antipatrum odium. Nemo enim erat qui ſuo
periculo illius incolumitatem uellet quærere.

A.M. 3962. A. ch. n. 9. *ut putā uolunt.*

VI. *Herodes Antipatrum literis de mum reuocat.*

Antipater capitis damnatus in uincula conijcitur. *Cap. VII.*

QAterùm Herodes ad Antipatri literas,quibus ſignificarat rebus ex ſententia p-
actis breuî ſe rediturum in patriam,diſſimulata ira inſidioſè reſcripſit, properaret,ne quid ſibi per eius abſentiā quod nollet accideret.Simulq; modicè de matre eius queſtus eſt,pollicendo remiſſurum ſe querelas poſt aduentum illius:mo
diſq; omnibus magnam charitatem præ ſe ferebat, ueritus ne ille ſuſpicione aliqua tactus differret ad ſe reditum,& moras Romæ trahens regno inſidias ſtrueret,& in ſe mo
liretur aliquid.Has literas in itinere accepit in Ciliciaeas uerò quæ Pheroræ mortem nun- D
ciabant prius iam Tarenti acceperat triſti animo, non tam quòd Pheroram amaret,quàm q
Celenderis oppidum Ciliciæ. ille morte præuentus pollicita de patre ueneno tollendo non præſtitiſſet.Iam ad Celēderim
oppidum Ciliciæ peruenerat,cùm dubitare cœpit de reditu, uehementer contriſtatus matris eiectione:& amicorum quoq; uariabant ſententiæ,alijs euentū alicubi expectare, alijs ſine mora domum nauigare conſulentibus.facilè enim diſſoluturū criminationes omnium,
quandoquidē nunc quoq; non aliunde,quàm ex illius abſentia aduerſari ijs audacia uiresq;
Sebaſtus portus, in Cæſaris honorem conſtructus. ad calumniandū creuiſſent.Ab his perſuaſus nauigare pergit,appellitq; ad portum Sebaſtū,
quem Herodes magno ſumptu conſtructū ſic appellauerat in honorem Gæſaris. Iamq; manifeſtum erat incidiſſe Antipatrum in infortunium,nemine ſalutante aut accedente hominem,quē prius uotis & fauſtis acclamationibus diſcedentē proſecuti fuerant: tunc uerò con E
Quintilius Varus Syriæ præfectus. trarijs uotis licebat eū deuouere diris fraterni ſanguinis ultricibus. Fortè per idem tempus
Hieroſolymis erat Quintilius Varus,ſucceſſor Saturnino miſſus in Syriā,tunc uerò ab Hero
de in conſiliū de rebus agendis adhibitus. Quibus unà ſedentibus ſuperuenit Antipater om
niū inſcius,& ita ut erat purpuratus in regiā ingreſſus eſt.quo mox admiſſo, amicorū comitatus per ianitores excluſus eſt.Id primùm mentem eius perculit,iam ſentientem quòd deue
niſſet:quando etiam pater accedentem à complexu repulit,perpetratum fratricidium & cogitatum patricidium opprobrans,& Varum cognitorem ac iudicem in craſtinum denunci-
Herodes Antipatrum iudice Quintilio Varo inijs uocat; & ans.Ille tam inopinato malo uelut ictus abijt attonitus:moxq; obuias inuenit matrem & uxorem:hæc erat Antigoni filia:qui ante Herodem Iudæorum rex fuerat.ab eis edoctus de o-
mnibus,parabat ſe ut in iudicio ſubſiſteret. Sequenti deinde luce præſidente Varo ac rege, F
adhibitisq; in conſeſſum utriuſque amicis,acciti ſunt etiam cognati regis & Salome,tum illi qui ſecreta conſilia prolaturi erant,quiq; tormentis examinati fuerant:nouiſſimeque ſerui
matris Antipatri capti paulo antequam ipſe rediret in patriam.apud hos deprehenſæ fuerāt
literæ,quarū hæc erat ſumma:ne reuerteretur,quando in patris notitiam peruenerint conſilia omnia,unicūq; ei refugiū ſupereſſe Cęſarē,& ſe caueat ne in patris manus deueniat.Tum

Antipa-

A Antipater procumbēs patri ad genua ſupplex orabat ne de cauſa ſua prius decerneret quàm cognoſceret, ſed defenſioni rem integram ſeruaret. Rex uerò poſtquam iuſſit eum in mediū ſiſti, deplorauit infælicitatem ſuam in procreandis talibus liberis, quodq; ſenili ętate incidiſſet in Antipatrum. Enumerauit deinde curas educationis & inſtitutionis, quamq; benignè ſuggeſſiſſet illi ex opibus quantū ipſe cuperet: quibus rebus omnibus nihil ſe profeciſſe quo minus capitalibus appeteretur inſidijs, ut regnum quod iure & patris uoluntate contingere poterat, ante tempus in impietatis præmium cederet. Mirariq́ue ſe Antipatrum quánā ſpe elatus in tantam peruenisſet audaciam. Succeſſorem enim principatus iam ſcripto teſtamento deſignatum fuiſſe: uiuenti quoque ſibi exæquo participem dignitatis, ſplendoris, poteſtatis. Habuiſſe quinquagena talenta reditus annui: Romam proficiſcentem inſtructum fuiſſe *eundem accuſat.*

B CCC talentorum uiatico. Obijciebat deinde fratrum accuſationem, quorum ſiue ſontium idem accuſator atque imitator, ſiue innoxiorum circumuentor ac parricidæ fuerit. Se enim nec comperiſſe de eis quicquam niſi hoc indice, nec in eos ſtatuiſſe niſi ex huius ſententia. eam nunc per ipſum irritam quodammodo fieri, qui quaſi hæres in patricidium illis ſuccederet. Hæc dicenti lachrymæ obortæ orationem cùm abrupiſſent, rogauit Nicolaum Damaſcenum amicitia & domeſtica conſuetudine coniunctiſſimum, & pulchrè eius negotij gnarum, ut proſequeretur quæ attinerent ad examinatos conſcios, & ad conuincendum filium. Sed ille præueniens, cauſamq́ue ſuam exorſus dicere, hæc ipſa exempla paternæ beneuolentiæ pro ſe adducebat, nimirum pietatis ſuæ meritis reddita. Se enim & proſpexiſſe ſolerter, *Antipater ſemetipſum excuſat.*

C quid facto opus eſſet, & ſicubi res operam ſuam poſtulaſſet, confecta dediſſe omnia: nec æquum eſſe ut qui patrem eripuerit ab aliorum inſidijs, ipſe nunc eiuſdem reus agatur criminis, & teſtatæ iam pridem pietatis nouam apud homines rerum imperitos maculam contrahat. Quam enim ſibi fuiſſe cauſam ſceleris, cùm ſucceſſionem deſignatus rex haberet magis quàm ſperaret, & nemine uetante honorum eſſet particeps? neque enim probabile eſſe, affectatum cum periculo quod iam pro uirtute contigerat, & ob incertam ſpem contemptam certam infamiam, maximè cùm is conatus fratribus non ſucceſſerit, quorum ipſe & delator fuiſſet, & conuictorum de impietate punitor etiam. nec ſe pœnitere geſtorum, quæ argumento ſint quàm incorruptè parentem diligat. Quæ uerò in urbe per ſe acta ſint, teſtem eſſe Cæſarem, cui non ſecus ac numini nemo poſſit imponere: extareq́ue eius de hoc literas, quas periniquum ſit inimicorum & improborum hominum poſthaberi calumnijs,

D quibus nihil magis ſit cordi, quàm regiam familiam inter ſe committere, nactis communiſcendi otium per ſuam abſentiam, quod ſe præſente nunquam habere potuiſſent. Sub finem dicendi fidem abrogabat quæſtionibus, per quas neceſſitas exprimeretur loquendi ad torquentis gratiam, & poſtremò ſe quoq; torquendum offerebat nihil deprecans. His cùm nōnihil moueretur concilium, miſerabiliter lachrymante Antipatro, & ſibimet conuerberante faciem, ut uel inimicos ſubiret miſeratio, Herodesq́; ipſe quantumuis diſſimulans fieret mitior: Nicolaus ut rogatus fuerat, accuſationem à rege cœptam proſequens, exaggerabat ſingula, proferebatq́; teſtimonia, & indicia criminis collecta ex quæſtioni ſubiectorum confeſſionibus. Ad hæc extollebat regis de eo merita in educandis acinſtituendis filijs, pro quibus tam malam reportaret gratiam. Nec tamen æquè mirandam fuiſſe priorum temerariam *Nicolaus Damaſcenus Herodis accuſationem contra Antipatrum auſpicatā continuat.*

E ſtultitiam, qui rudi ætate corrupti à malis cōſiliarijs naturales affectus pietatis abboleuiſſent, ambitione principatus magis quàm opum cupidine. Sed Antipatri ſtupendam eſſe tam ſceleratam audaciam, qui ſæuior nocentiſſimis ſerpentibus, à benefactoribus tamen iniurijam nonnihil abſtinentibus, nihil mollitus fuerit tanta parentis indulgentia, ne fratrum quidem calamitate deterritus quo minus crudelitatis eorum æmulator fieret. Atqui tu ipſe, inquit, ô Antipater, index fuiſti tentāti per illos facinoris, te inquirente coarguti ſunt, tu in conuictos animaduertiſti. Nec improbamus, quòd eos iuſta indignatione proſecutus ſis, ſed miramur te imitatum eorum intemperantiam: & facilè colligimus illa quoque te non ad ſecuritatem

F patris, ſed ad fratrum feciſſe perniciem, ut deteſtando eorum malitiam, pietatis erga communem parentem opinionem tibi quæreres, & deinde ipſe in eum ſæuire poſſes impunitiùs, quod tandem facere aggreſſus es. Dum enim fratres ſontes addicis ſupplicio, & parcis eorum ſocijs, omnibus facis perſpicuum bene conuenire tibi cum eis, quorum poſthac uti poſſis in opprimendo patre opera, Itaq; duplicem uoluptatem cepiſti tuis dignam moribus: alteram palàm quaſi re bene geſta gloriabundus ſublatis fratribus: alteram clam maiore facinore per occultas inſidias conando patrē ſubuertere, cuius mollia uindex uideri uolueras. Si enim uerè deteſtatus eſſes illorū malitiā, nūquā imitādā tibi proſuiſſes. Nunc rū hoc agebas

iſtis ar-

istis artibus, ut dignioribus sublatis nullos haberes successionis æmulos, & tum demum fratricidio necem patris adderes, ut in occulto manerent insidiæ, quibus oppugnasti Germanorum capita, & non solùm ipse meritum supplicium effugeres, uerùm etiam miserum parentem pœnæ tuæ uicarium supponeres, inaudito ad hoc tui parricidio, & qualis nullum exemplum extat in omni hominum memoria. Non enim qualicunq; patri insidiatus es, sed amantissimo & indulgentissimo, iam regiæ potestatis participi, iam successor designatus, tum præsenti fruendi uoluptate ante tempus permissa, tum in futurum spe testamento patris cõfirmata. Tu uerò cupiditatibus tuis modum non exillius bonitate, sed ex tua malitia statuebas, non contentus societate patris indulgentissimi, nisi eius quoq; partem præriperes: & cuius te seruatorem uerbis præferebas, cum re uera quærebas perdere, non ipse tantum scelestus, sed matri quoq; inurens eiusdem notam sceleris, & fratrum disturbãs beneuolentiam, dissidijsque miscens omnia: & post hæc ausus es patrem uocare bestiam, ipse uenenatissimis quibusq; serpentibus nocentior, proprio ueneno abutens in coniunctissimos optimeq; de te meritos, muniensq; te custodibus ac uarijs tam uirorum quàm mulierum technis contra unum senem, quasi non tua sola scelesta mens satis esset ad explendum odium. Et nunc post tortos tua causa uiros & mulieres, seruos & ingenuos, post aperta coniuratorum indicia, audes ueritati contradicere: & qui pridem patrem speraſti è rebus humanis tollere, nunc quantum in te est conaris legem quoq; contra tui similes scriptam abolere, simulq; Vari æquitatem, omnemq; quanta est in rerum natura iustitiam. An ideò mentitos dices tormentis examinatos, ut fidem abroges patris tui seruatoribus? tibi scilicet in tormentis plus credendũ est. Non liberabis regem Vare à cognatorum iniurijs? non dabis neci hanc pessimam bestiã, pietatem erga genitorem simulantem in fratrum perniciem, ac deinde ut solus regnet deprehensum in struendis illi capitalibus insidijs? Scis parricidium non priuatum esse crimen, sed publicam uitæ ac naturæ iniuriam, quod cogitatum etiam non minus quàm perpetratum contaminet: imò quod qui non punit, & ipse in naturam parentem est iniurius. Post hæc matris eius quædam adiecit, quæ illa garrulitate muliebri effutierat. consultos uates de regno, & sacris exitialibus impetitum regis caput: tum libidinosas & ebriosas Antipatri uolutationes cum Pheroræ mulieribus, quæq; ad testimonia pertinerent per tormenta elicita, multa & uaria, partim præmeditata, partim repentina necessitate expressa, atque hoc ipso certiora. Homines enim quicquid antea metu Antipatri silentio texerant, post uersam eius fortunã uidentes accusationibus inimicorum obnoxiam, odia in eum sua exaturabant. Attamen nõ ita aliorum odijs grauabatur, ut propriis sceleribus, hostili in patrem animo, disturbata fratrum concordia, commissis inter se domesticis omnibus: ut qui nunquam nec odia iusta exerceret, nec amicitiæ fidem coleret, nisi quatenus sibi uideretur commodum. Idq; cùm iampridem à multis fuisset obseruatum, quo quisque erat æquitatis amantior, eo grauior illi fuit aduersarius: & quam primùm tuto licuit, magnis uociferationibus reum urgebant, quicquid sciebant certatim prodentes: cumq; uariorum criminum proferrentur indicia, nihil tamen fingi apparebat, quòd neque ad regis gratiam loquerentur, neque periculi metu silentio quicquam tegerent, sed damnarent omnes scelestos conatus Antipatri, eumq; non tam ob patris securitatem, quàm suo metipsius merito de medio tollendum censerent, & tradendum supplicio. Nec hi soli qui interrogabantur eum accusabant, uerùm etiam spontanei delatores plerique adorant: ita ut licet callidissimus esset mendaciorum artifex, & frontis perfrictissimæ, tamen ne hiscere quidem contrà ualeret. Postquam autem Nicolaus accusare eum & conuincere destitit; tum Varus potestatem ei dicendi pro se fecit, si quid haberet quo declararet suam innocentiam. Sed enim nihil magis optare, & idem patrem quoq; eius optare scire, quàm ne in ullo obiecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciem & supplicabundus humi iacens, Deum conscientiæ suæ inspectorem obtestabatur, ut cuidẽti aliquo signo probaret alienum se ab omni culpa, nec quicquam unquam molitum in patris perniciem. Is enim est mos malorum omnium, ut quoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non sibi permittant, nullo respectu diuini numinis. cum autem suis sceleribus inciderunt in periculum, tum demum illis in mentem uenit Deus, per cuius inuocationem & testimonium uolunt eripi, fingentes se cuncta illius arbitrio permittere; id quod tum Antipatro quoque usu uenit: qui cùm antè omnia sic gessisset quasi nullum numen interesset rebus mortalium, imminente ultione destitutus iuris præsidijs, ad diuinam confugiebat potentiam, se in hoc diuinitùs seruatum asseuerãs, ut pro incolumitate patris excubias ageret. Tum Varus cùm crebris interrogationibus nihil eliceret, illo Deum tantùm inuocante, uiden-

Parricidium publica uitæ ac naturæ iniuria.

Antipater, ut sui patrocinium sumeret, monetur;

innocentiæ suæ testem Deum facit;

ac demum reus censetur.

A dens alioqui nullum fore finem, iubet proferri uenenum in medium, ut quánam ui præditum esset experimento posset colligere: quod mox allatum, & ad bibendum datum cuidam damnato capitis, sine mora necauit hominem. Quo facto surgens abijt è concilio, & sequenti die Antiochiam profectus est, ubi plurimum solebat degere, q̃ illic esset Syrorum regia.

VII. *Antipater in carcerem conijcitur.*

Herodes uerò confestim uinxit filium, omnibus ignorantibus quænám fuissent eius cum Varo ante discessum colloquia. Coniectura tamen erat, cuncta regem facere ex illius sententia. Conijcto deinde in carcerem, Romam Cæsari de eo significauit per literas, missis etiam qui coràm eloquerentur mandata, docerẽtq; quàm scelerata esset hominis malitia. Per eosdem dies interceptæ sunt Antiphili ad Antipatrum ex Aegypto missæ literæ: quibus solutis hæc in eis scripta rex ipse comperit. Misi ad te Acmes literas, etiam cum uitæ meæ periculo. *Antiphilus ad Antipatrum scribit.*

B scis enim quòd si deprehenderer, infestas mihi duas familias redderem. Tu dabis operam ut rem geras fæliciter. Atque hoc fuit argumentum huius epistolæ: rex autem diligenter requisiuit etiam alteram. ea tamen nusquam comparebat, & seruus Antiphili negabat se attulisse ullam præterea. & cùm diutius hærerent, unus ex amicis regijs animaduersa quadam futura in interiore serui tunica (nam duabus erat indutus) suspicatus est in ea plica celatas literas: nec eum sua fefellit opinio: depromptaque est inde epistola hęc continens: Acme Antipatro. Scripsi patri tuo quales iussisti literas: & adieci confictum exemplar epistolæ quasi à Salome ad dominam meam missæ: qua lecta scio quòd pœnas ab ea tanquàm ab insidiatrice exiget. Ea uerò quam à Salome scriptam uideri uolebant, Antipatri commentum erat suppositio Salomes nomine ipsius arbitratu & commodo scripta, sed Acmes ministerio eadem & regi scri- *Acme scribit Antipatro; &*

C psit, in hanc sententiam: Acme regi Herodi. Cùm mihi sit curæ ne quid te lateat ad salutem *Herodi.* tuam pertinens, inuentam Salomes epistolam contra te scriptam ad meam dominam, non sine periculo meo, sed tibi utiliter exscripsi, & tibi misi. Hanc illa scripsit uolens Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne fortè propter eam uitæ discrimen adeam. Sed hoc commentum, p- debant quæ ad ipsum Antipatrum scripserat, significans se uoluntati eius obsecutam, & literas ad Herodem misisse, & insertum his exemplar fictitiarum Salomes literarum ad suam dominam, quæ insidias Herodi tenderent. Erat autem hæc Acme Iudæa genere, agens in ancillatu Iuliæ uxoris Cæsaris, operamq; hanc Antipatro magna pecunia uendiderat, qua contra amitam simul & patrem uteretur. Cæterùm Herodes attonitus filij malitia, minimum *Herodis in filii sæuitia cognita.*

D abfuit quin illum euestigiò tolleret, ut concitatorem turbarum magnarum, qui non solùm suam & sororis salutem in periculum adduxisset; sed disciplinam etiam corrupisset domus Cæsaris. Eodem incitabat eum & Salome, pectus plangens, & mori non recusans, si ullũ extaret uiolatæ à se fidei argumentum idoneum. Rex autem accersito filio iubet illum cum fiducia promere, si quid haberet quod pro se afferre posset. Qui cùm ad hęc ne hiscere quidem ualeret, rogatus ut quando undiquaq; malus deprehenderetur, saltem socios sceleris proderet, omnem culpam conferebat in Antiphilum, alium præterea nominabat neminem. Ibi Herodes uehementi dolore animi saucius cogitauit eum Romam mittere, ut apud Cæsaris tribunal parricidij causam diceret. Deinde ueritus ne amicorum ope eriperetur periculo, ipsum quidem in uinculis, ut antè, retinuit: legatos autem & literas accusatrices misit ad Cæ- *Antipater in Antiphilum culpam reijcit.*

E sarem, simul indicans adiutum eum Acmes opera, epistolarum quoque adiunctis exemplaribus.

A. M. 3971.
A.n.ch.1.

Herodis morbus, & Iudæorum seditio. Cap. VIII.

VIII. *Herodes ægrotat;*

INterea dum legati instructi mandatis ac literis Romam properant, rex morbo correptus testamentum condidit, successionem regni relinquens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calumnijs Antipatri: Cæsariq; legauit mille talenta, & uxori Iuliæ liberisq; eius & amicis atq; libertis talenta quingenta. Suis quoq; filijs distribuit pecunias & agros ac reditus, similiter etiam ne- *testamentum condit; &*

potibus. Salomes etiam ratio est habita, quam propter perpetuam & inconcussam beneuo- *senex immanitatem alit.*

F sentiam ditauit egregie. Desperata deinde salute, quòd iam ad septuagesimum ętatis annum accederet, mirum in modum efferatus est, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnibus. in causa erat opinio contemptus, quodque existimaret gentem lætari suis infortunijs: quam opinionem confirmauit quorundam apud populum gratiosorum seditio, mota ex causa tali: Iudas Sariphæi filius, & Matthias Margalothi doctissimi erant Iudæorum, & interpretes *Iudas Sariphæus: Matthias Margalothus Iudæi magistri in Herodem coniurant.*

patriæ legis præstantissimi, ob idque chari populo quòd iuuentutem disciplinis instituerent. totis enim diebus eis dabant operam quotquot cupiebant in uirtute proficere. Hi postquam cognouerunt morbum regis esse incurabilem, concitauerunt iuuentutem, ut subla-

tis operibus,quæ rex præter patriam consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmium.Nam hanc esse regi causam cùm calamitatum domesticarum tum postremò præsentis morbi,uidelicet quòd cõtemptis legibus multa nouare ausus fuisset.nam hac parte multis in rebus pietatem regis hi doctores desiderabant. A

Aquila aurea. Inter cætera supra maiorem portam templi dedicauerat donum pretiosum, aquilam auream magni ponderis,cùm lex nostros homines uetet imagines statuere, aut consecrare animantium effigies.quamobrem doctores hi autores erant.suis discipulis, ut aquilam illam detraherent. Etsi enim res uideatur non carere periculo,tamen etiam iucundæ uitæ præponendum esse honestum obitum,si contemnatur propter tuendas leges patrias,quandoquidem sempiterna fama nullo sæculo passura sit gloriam eorum intermori. Et alioquin ignauos iuxtà ac fortes eundem manere interitum:proinde rectè facturos uirtutis cultores, si ex communi necessitate honorem sibi decerperent,& cum hoc solatio è præsenti uita discederent.Magnum enim leuamen esse honestis conatibus immori,& periculi non contemnendum præmium laudem transmissam ad nepotes ac posteros,cuius in partem tota cognatio tam uiri,quàm fœminæ ueniant,quo quid esse possit optabilius? Hac exhortatione accensis iuuenibus,rumor superuenit extinctum regem nuncians,& propensos iam ad facinus perpulit.itaque claro meridie ascendentes detractam aquilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine. Quod ut renunciatum cognouit dux regius,maiorem aliquam conspirationem metuens,occurrit eò cum ualida suorum manu cohibiturus demolitores aquilæ:& irruens in uulgum rudem & imparatum ac conglobatum temerè,facilè reliquis disiectis & cedentibus circiter XL iuuenes resistere ausos comprehendit,cumque his autores facinoris Iudam & Matthiam turpe putantes cedere: omnesque ad regem perduxit.Quo rogante,quo freti ausi sint sacratam imaginem demere, aiunt se & deliberasse id multò antea,& deliberatum executos,ut fortes uiros decuit. Nam & honori diuino,inquiunt,succurrimus,& legem(cuius discipuli sumus)uindicauimus. Nec est quod mireris si tuis decretis leges præponimus,quas nobis Moyses authore & doctore Deo pertulit:nec recusamus mortem ac supplicium quodcunque nobis inuleris, conscij nos non ob maleficium,sed pietatis causa hæc perpeti.Hæc illi non minorem animo quàm uerbis præferentes fortitudinem,æquè tum ad constanter patiendum alacres, atque antè ad fortiter agendum fuerant.Eos rex uinctos misit Hierichuntem: moxque aceitis Iudæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit commemorare labores suos exhaustos pro republica, tum instauratum templum impendijs ingentibus, quale opus per CXXV annos nemo Asamonæorum regum ad honorem Dei ualuisset perficere. nec extructum id tantùm à se, uerùm etiam ornatum uotiuis muneribus ac donarijs tali templo dignissimis. Ob hæc facta speraſse se uel post obitum sempiternam & memoriam,& gloriam.nunc proh nefas uiuo etiam ac superstiti pro beneficijs reponi iniuriam: & medio die inspectante multitudine sua dona sacrata uiolari ac detrahi:quę iniuria licet in ipsum intentata,re tamen uera ad Deum magis pertineat,cuius sacra compilata sint. Tum honoratiores quique ueriti crudelitatem eius,ne fortè efferatus in se quoque grauiùs animaduerteret,negauerunt hæc facta ex ipsorum sententia,uideriquę sibi,admissam esse rem dignam supplicio.Ille in cæteros mitior,Matthiæ pontifici ademit sacerdotium, quasi non alieno ab hoc consilio,eique successorem dedit fratrem uxoris suæ Ioazarum. Huius Matthiæ pontificatu accidit etiam alium pontificem ad unam diem substitui,qua Iudæi populariter ieiunium celebrant.Nam Matthias ea nocte,quæ præcedebat diem ieiunij, uisus est sibi per somnium cum uxore congredi:& cùm ob hoc ad rem diuinam faciendam non esset idoneus, Iosephus Ellemi filius adiutor uicarius propter cognationem ei datus est. Cæterùm Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio,alterum Matthiam seditionis autorem eiusq; socios uiuos exussit in quam noctem etiam defectus lunæ incidit. Regi uerò morbus factus est grauior,pœnam impietatis exigente numine.lento enim calore torrebatur,qui non tam externo tactu deprehenderetur,quàm intus popularetur uiscera. Aderat & uehemens uoracitas,cui necesse esset continuò cibos suggerere:simulq; uexabatur intestinorum exulceratione & colicis passionibus.pedes tumebant phlegmate humido & pellucido,similiterque inguina.ipsa quoque uerenda putrefacta scatebant uermiculis,accedente fœda nec minus molesta tentigine,non sine fœtore grauissimo.super hæc omnia neruorum contractione laborabat & difficultate anhelitus.Quamobrem constãs erat inter uiros diuinos & fatidi

Iudas & Matthias und cum 40 iuuenibus cõprehensi. Hierichuntem mittuntur.

Herodes apud primores eõqueritur de ludimagistrorum coniuratione;

Matthiæ sacerdocium ademit;

eius autem socios uiuos exussit.

IX. *Herodis morbus immedicabilis.*

B

C

D

E

F

cos

A cos opinio,regem læſæ tot modis pietatis Deo pœnas expendere. Qui tametſi grauius afflige retur,quàm ut uideretur poſſe morbo perferendo ſufficere,tamen euaſurum ſe ſperabat,ac cerſendis medicis intentus,& medicamentis conquirendis undique. Profectus etiam ultra Iordanem fluuium,calidis aquis ſe fouebat apud Calliroen,quæ præter uim medicam potu quoque iucundæ ſunt. Hæ aquæ in lacum bituminis feracem effluunt. Ibi de medicorum conſilio immiſſus,fouendus in refertum oleo ſolium,uiſus eſt illis iam agere animam. quare exorta comploratione familiarium excitatus,& ad ſe reuerſus, nullamq; amplius ſalutis ſpem ſupereſſe intelligens, donatiuum militibus quinquagenas drachmas iuſſit diſtribui: magna deinde liberalitate uſus in duces atque amicos, rurſum Hierichuntem reuerſus eſt: ubi atra bile prægrauante cò immanitatis prolapſus eſt,ut facinus animo conciperet longè
B atrociſſimum. Nam cùm è tota ditione nobiliores Iudæorum ad eum conueniſſent, euocati minaci edicto pœnam capitis intentante non parentibus, infenſus ex æquo ſiue ſontibus ſeu innoxijs,uniuerſos concluſit in circo: accita deinde Salome ſorore maritoque eius Alexa,ait inſtare ſibi terminum uitæ,ſuccumbenti tantis doloribus: quod quidem ferendum eſſe,quando ſecundum communem mortalium ſortem accidat. Illud permoleſtum eſſe, ſi carendum ſit extremo honore luctus,qui debeatur regibus. Non enim ignotam ſibi eſſe Iudæorum mentem,quòd optatam ſuam mortem lætis accepturi ſint animis, quandoquidem uel à uiuente etiam tum non abſtinuiſſent contumelias. ſed illorum eſſe officij,leuamen aliquod præſentis huius doloris decernere. Nam ſi aſſenſum conſilio ſuo præbeant,fore ſuum funus longe, quam aliorum regum honoratius,& manibus ſuis gratius, omnibus per totam
C ditionem non fictè lugentibus. Ergo quamprimùm uiderint ſe exhalaſſe animam,debere eos clauſam circo nobilium multitudinem cingere militibus,ignorantibus etiam tum ſuũ obitum,non prius uulgandum quàm mandatum executi fuerint: iubere deinde ut circumuentos unà omnes iaculis configerent. Quibus hoc modo cæſis duplicem ſe eis habiturum gratiam,uel quòd mandatorũ fuerint memores,uel quòd obitum ſuum publico luctu honorauerint. Hæc ille cum lachrymis lamentabundus cognatos per mutuam fidem ac benenolentiam perque omnia ſacra obteſtabatur,ne ſe extremo hoc honore fraudatum uellent, eis contra pollicentibus daturos ſe operam ut cuncta ex ipſius mandato fierent. Nunc ſanè etiamſi quis præteritam eius in cognatos ſæuitiam tribuere uellet pro incolumitate & ſecuritate ſolicitudini,ex hac certè nouiſſima eius uoluntate deprehendere poteſt, quam inhu-
D mano animo præditus fuerit: quandoquidem iamiam è uita diſceſſurus curabat ut ex ſingulis familijs uno aliquo ſublato,totam gentem in luctum & chariſſimorum deſiderium conijceret,nec læſus à quoquam eorum,nec ualẽs eis quicquam obijcere: cùm hi quibus ullum eſt uirtutis ſtudium,etiam inimicis tali ſuo tempore odia remittere ſoleant.

Herodis nouiſſima crudelitas.

Antipatri exitium. Cap. IX.

DVm hæc mandata cognatis dat,ſuperuenerunt à Roma literæ,à legatis miſſis ad Cæſarem: quarum ſumma erat: Acmen ab irato Cæſare occiſam eſſe, propter locatam Antipatro operam: ipſumq; Antipatrum relinqui arbitrio & regis & patris: ſiue in exilium uellet eum pellere,ſiue capite plectere. His auditis Herodes
E paululùm recreatus eſt uoluptate nuncij pœnæ Acmes, & permiſſæ ſibi poteſtatis liberè ſtatuendi de filio: mox tepetitus graui dolore,cibi tamen auidus, malum ſimul & cultellum poposcit. Solebat enim & antea per ſe decorticatum paulatim incidendo comedere. tunc uerò circumſpiciebat,ferire ſeipſum cupiens: perpetraſſetq; facinus,ni Achiabus nepos ictum præueniens,clamore ſublato cohibuiſſet eius dexteram: moxq; denuò luctus cũ trepidatione ac tumultu occupauit palatium,quaſi rex iam egiſſet animam. Quem ſtrepitũ ubi perſenſit Antipater,ratus patrem uerè uitam finijſſe,ſpem concepit fore ut ſolutus uinculis ſine difficultate regnum acciperet,cœpitque cum cuſtode carceris de miſſione agere, multa & in præſens & in futurum poſt acquiſitam poteſtatem pollicens. Ille uerò adeò non paruit,ut mox conatus eius regi renunciaret,utq; ſolicitatus ab eo fuiſſet oſtentato præmio.
F Tum Herodes qui iam antè malè affectus erat erga filium,poſtquam audiuit cuſtodem carceris,exclamãs præ indignatione,& caput ſibimet uerberans, quamuis morti proximus erexit ſe in cubitum,iuſſitq; unum è ſatellitio ſine mora eum occidere,& corpus obſcuro funere condi in caſtello Hyrcanio.

Acmes mors ſignificatur.

Herodes ſibiipſi manus inferre uolentes efficitur.

Antipatrum mandat occidi; & Sepeliri.

X. *Herodes testamentum antea factum mutat; atq; denuò*

DEinde mutata uoluntate mutauit etiam testamentum. Antipã enim quem prioribus tabulis regni successorem destinauerat, Galilææ simul ac Pereææ tetrarchã, constituit. regnum uerò Archelao largitus, Trachoniticam, Gauloniticam, Batanæam, & Paneada regiones tetrarchię nomine assignauit Philippo filio, germano fratri Archelai. Iamniam autem, Azotum & Phasaelida Salomæ sorori suæ attribuit, & argenti signati quingenta millia. habita est & cæterorum cognatorum ratio, abundeq; prospectum singulis leganda pecunia & reditibus annuis. Cæsari quoq; legauit argẽti signati centies centena millia, præterq; uasa tam aurea quàm argentea, magnumq; uestis precios æ numerum. Iuliæ autem Cæsaris uxori, & quibusdam amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis quinta die postquam Antipatrum filium occidit, uita defunctus est post detrusum regno Antigonum anno trigesimoquarto, ex quo autem à Romanis rex declaratus est, anno XXXVII, uir in omnes exæquo sæuus, iræ seruus, iuris dominus: fortuna autem propitia usus, si quis alius. Ex priuatis enim natus regnum assecutus est, & innumeris circumdatus periculis semper euasit fæliciter, uixitq; longissimo tempore. quantum autem ad domesticos & filios attinet, hic quoque fælix fuit sua sententia, oppressis inimicis & aduersarijs, sed infæliciss imus meo iudicio. Cæterùm Salome & Alexas priusquã regis mors innotesceret, in circo clausos domum suam quemq; dimiserunt, dicentes ipsum ita iubere, ut in agros digressi curarent suamet ipsorum negotia: atq; hoc pacto magno beneficio uniuersam gentem sibi deuinxerunt.

ẽ uiuis excessit.

Iudæi circo clausi dimittuntur.

XI. *Archelaus, Iudææ Tetrarcha; & rex salutatur.*

Indicata deinde regis morte, congregataq; in Hierichũtinum amphitheatrum omni militia, primùm legerunt literas eius scriptas ad milites, in quibus gratias eis agebat pro fide ac beneuolentia, rogabatq; ut eandem seruarent & Archelao filio, quem regni successorem sibi substitueret. Deinde Ptolemæus, cui anulus regis signatorius creditus fuerat, testamentũ perlegit, quod non aliàs ratum habendum esset, quàm accedente consensu Cæsaris. Moxq; acclamatum est regi Archelao, & milites cateruatim unà cum suis ducibus pollicebantur eandem quam patri hactenus præstitissent fidem atq; operam, lætis ominationibus Deũm illi fauorem comprecantes. Post hæc funus parabatur regi, Archelao curante ut exequiæ patri fierent quàm splendidissimæ, & omnem ornatum profe rente ut in pompa comitaretur mortuum. Ferebatur autem in lectica aurea, distincta uarijs gemmis preciosis, & instrata purpura: corpus quoq; amictum erat purpura, impositio capiti diademate, & desuper corona aurea, sceptroq; in manu dextera. lecticam stipabant filij & cognatorum numerus. Hos sequebantur milites distributi per nationum genera: primùm satellites, deinde Thraces, post hos Germani, & deinceps Galli, omnes instructi uelut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata sub suis ducibus ac centurionibus. Hos sequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa processit Herodium usque per octo stadia, ubi, quemadmodum antè mandauerat, sepultus est. Et Herodes quidem sic defunctus est. Archelaus autem per septem dies secundum patriam legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templum ascendit: & quacunque transiret excipiebatur gratulationibus ac faustis acclamationibus. Tum conscenso suggesto sublimis in aureo solio resides, accipiebat lætus gratulatrices uoces fauoris indices, & ipse uicissim omni comitate respondebat multitudini, agebatque grates quòd obliti patris sui duriciæ, nihilo deterius erga ipsum affecti essent, pollicebaturq; parem pro eorum studijs gratiam. adhuc tamen abstinere se à regis nomine, quod ab authoritate & assensu Cæsaris pendeat, penes quem sit testamenti à patre scripti confirmatio. Quamobrem ne ab exercitu quidem apud Hierichuntem ultrò offerente ambitiosum diadematis honorem se accipere uoluisse, cùm nondum constaret de legitimi collatoris animo. Cæterùm quamprimùm constabilitus esset in imperio, curæ sibi fore ut beneuolentia omnium uideatur dignissimus: daturumq; operam ut per omnia patre suo sit illis melior. Illi uerò, sicut uulgus solet, rati primis diebus aperiri mentem huiusmodi potestates ineuntium, quo mansuetius & officiosius eos alloquebatur Archelaus, eo maioribus eum ferebant laudibus, poscebantq; sibi ab illo beneficia: quidam ut leuius annuum tributum penderent: alij solutos dimitti quos Herodes non paucos uinxerat, & in his plerosq; diu in carcere detinuerat: nonnulli uectigalium immunitatem, quibus grauabatur forum rerum uenalium, magnis flagitabant uociferationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens ut conciliaret sibi multitudinis animos, non leue in eo momentum rerum suarum situm existimans. Postremò re diuina peracta conuiuium cum amicis iniit.

per 7 dies luget.

Archelaus è suggesto resp. sa dat populo sibi congratulanti.

Archelaus cum amicis conuiuatur.

Populus

Populus ſeditionem mouet contra Archelaum. Cap. XI.

INTEREA Iudæorum quidam nouarum rerum cupidi per conuenticula deflebāt Matthiam,& ſocios quos Herodes affecerat ſupplicio. Hi quoniam metu coerciti non auſi fuerant luctu honorare aquilæ aureæ uiolatores recens neci traditos,tunc cum clamoribus & eiulatu in defunctum regem iactabant cōuitia, quaſi in mortuorum ſolatium,congregatiq; in unum in uindictam eorum ab Archelao depoſcebant ad pœnam quoſdam ex his qui chari Herodi fuerant,& ante omnia poſtulabant ſacerdotium abrogari creato ab illo pontifici,& ſubrogari hoc honore digniorem alium.Archelaus autem licet importunitatem eorum indignè ferret,compeſcere tamen placidè conabatur,quòd pararet profectionem ad Cæſarem, ut ſententiam Cæſaris cognoſceret.Itaque miſſo ad eos magiſtro militum,per eum hortatus eſt, ut omiſſo uindictæ ſtudio, conſiderarent legibus pœnas dediſſe quorum moleſtè ferrent interitum: ad hæc poſtulata eorum non carere iniuria,& tempus hoc alia conſilia poſcere,opusq; eſſe concordia, donec ad ipſos reuerteretur confirmatus rex aſſenſu Cæſaris,tum demum diſpiciendum ſuper his rebus,& ſtatuendum de communi ſententia:interim quieſcerent,ne ſeditionis crimen incurrerent.Hæc mandata exponenti reclamatum eſt ſtrenuè, periculum intentantibus quicunque conaretur uerbis eos ad ſaniorem mentem reducere,quòd plus ſuæ uoluntati tribuerent,quàm autoritati præſidentium:& indignum ducerent,ſi amicorum quos uiuo Herode amiſerant,ne mortuo quidem illo impetraretur ultio. Adeò enim concitati erant,ut id tantum ius & fas purarent,quod ipſis uoluptatem allaturum uidebatur,ne ſui quidem periculi memores,dum inimicos lædere cupiūnt,& cùm multi ad eos à rege mitterētur, qui partim ipſius nomine,partim ex ſua perſona uerbis ſedarent turbidos,neminem audire ſuſtinebant,ſed ad maiorem iram accendebantur,auſuri aliquid,ſi maior acceſſiſſet numerus.Cūq; feſtum inſtaret,quo patrium Iudæis eſt ueſci non fermentatis panibus(Paſcha uocant, monumentum ueteris ex Aegypto effugij,quo ſumma alacritate maiorem ſolito populus mactat uictimarum numerum,& infinita turba incolarum,nōnulliq; etiam extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia)ſeditioſi deploratores legis doctorum Iudæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant,non deficiente uictu quem illos non pudebat mendicato quærere.Tum Archelaus ueritus ne ad grauius aliquid eorum inſolentia procederet,mittit tribunum cum cohorte qui compeſcerent homines, priuſquam cætera turba huius furoris inficeretur contagio,& ſi quorum emineret in concienda ſeditione ferocia,illos ut ad ſe adducerent.In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebem exaſperauerunt,& ferientes ſaxis pleroſq; occiderunt:tribunus cum paucis effugerunt ſaucij. quo perpetrato rurſum ſacris operati ſunt. Archelaus porrò de rerum ſumma periclitari ſibi uiſus eſt,ni plebis impetum illum retunderet. Itaq; totum exercitum in eos immittit, ſimulq; equites,qui & exteriores prohiberent occupantibus templum ſuccurrere, & quotquot ex peditibus euaſiſſent,iam in tuto ſe exiſtimantes ferro exciperent:ab his equitibus ad tria millia uirorum cæſa ſunt, reliqui fuga ſe in proximos montes receperunt.Archelaus autem per præconem edixit,ut omnes in ſua diſcederent:illi metus grauioris mali feſtiuitate relicta abierunt,quamuis ob imperitiam audaces.Tum Archelaus ad mare deſcendit unà cum matre ſua,ducens ſecum Nicolaum & Ptolemæum,multosque ex amicis alios, & familia & regno commiſſis Philippi fratris ſui fidei.Simul etiam profecta eſt Salome Herodis ſoror, ducens ſecum ſuam progeniem,alij quoq; ex cognatis ſequebantur multi, quaſi collaboraturi pro paranda regia dignitate Archelao,re autem uera obnixuri ei potius, & præcipuè perpetratū in templo facinus incuſaturi.Cum hoc comitatu eunti occurrit apud Cæſaream Sabinus procurator Cæſaris in Syria,in Iudæam properans ad aſſeruandam Herodis pecuniam, quē Varus commodum interueniens retinuit:aderat enim ab Archelao accerſitus per Ptolemæū. ita ille in præſidis gratiam neq; arces occupauit in Iudæa,neq; theſauros obſignauit regios, omnia relinquēs in poteſtate Archelai,tantiſper donec Cæſar de his aliquid ſtatueret: & hęc pollicitus manſit Cæſareæ. Sed poſtquam alter Romam nauigauit,alter uerſus Antiochiam profectus eſt,ipſe Hieroſolyma petijt,& occupauit regiam.accitis deinde præfectis arciū, & regijs procuratoribus,rationes repoſcebat ab eis,& arces ſibi committi poſtulabat. Præfecti tamen non diſceſſerunt à mandatis Archelai,ſed omnia ſeruabant in ipſius aduentū integra,prætexentes ea ſe ſeruare Cæſari.Eodem tempore etiam Antipas Herodis filius Romā nauigat,parandi ſibi regni ſpe,ad quam excitatus erat per Salomen,quaſi Archelao præferēdus,eo quòd prioribus teſtamenti tabulis ſucceſſor regni deſtinatus fuiſſet, quæ ualidiores

XII. *Seditio aduerſus Archelaū mota Herode defuncto.*

in Paſchatis feſto.

Archelaus in plebem tumultuantem animaduertit.

Seditioſorū octo millia cæſa.

Archelaus Romam proficiſcitur.

XIII. *Herodis filius Antipas regni affectans Romā nauigat.*

deberent eſſe quàm illæ ſcriptæ poſterius. Ducebat autem ſecum matrem ſuam, & fratrem A
Nicolai Ptolemæum, inter amicos olim Herodis præcipuum, & tunc ſuis fauẽtem partibus:
ſed maximè illum ad affectandum regnum mouit Irenæus orator, uir eloquens, & diu uerſa-
tus in regijs negotijs. Quapropter ſuadentibus quibuſdam ut fratri cederet natu grandiori,
& hæredi regni ſcripto in teſtamenti paterni tabulis, noluit parere huic conſilio. Qui poſt-
quam Romam peruenit, omnes cognati ad eum defecerunt, non tam ipſius amore, quàm
Archelai odio, libertatem maximè cupientes, & degere ſub Romano præſide, quod ſi parùm
ſuccederet, commodiorem ſperantes Antipam quàm Archelaum, ſtudebãt illius partibus.
Quin & Sabinus ſcripſit Cæſari literas, in quibus accuſabatur Archelaus. At ille per Ptolemę
um Cæſari libellum obtulit, continentem ius ſuum & teſtamentum patris, ſimulq; rationes
pecuniarum Herodis obſignatas cum ipſo anulo, atq; ita euentum expectabat. Qui perlectis B
his omnibus, Variq; ac Sabini literis, tum quantum pecuniarum eſſet ac annuorum reddi-
tuum, præterea quæ Antipas ſibi regnum uindicaus ſcripſerat, amicos in cõſilium aduocat,
& in his Caium Agrippæ & Iuliæ filię ſuæ filium, iam à ſe adoptatum, primum ei locum in cõ
ſiſtorio tribuens: moxq; poteſtatem facit dicere uolentibus de præſenti negotio. Ibi tũ pri-
Antipater Salomes filius Archelaum apud Cæſarem Auguſtum accuſat. mus exoritur Antipater Salomes filius, uir facundiſſimus & infenſiſſimus Archelao, dicens
eum per ludibrium nunc de regno agere, cuius poteſtatem iampridem inuaſiſſet non expe-
ctato aſſenſu Cæſaris, dum feſto die tam multos interimeret: qui etiam ſi eſſent hanc pœnam
promeriti, eius tamen exigendæ ius ſeruandum fuiſſe poteſtati legitimæ, non ipſi uſurpan-
dum, ſiue regi cum iniuria Cæſaris, cuius contempſiſſet ſuffragium, ſiue priuato, quod peius
eſſet etiam. Quare immeritò nunc eum ab ipſo hunc ſperare calculum, quem iam quantum C
in ſe fuit, ferendi eius iure priuauerit. Ad hæc obijciebat ei mutatos authoritate ppria quoſ-
dam duces militiæ: quodq; ſediſſet in regio ſolio, & tanquam rex quaſdam cauſas determi-
naſſet, annuiſſetq; poſtulatis populi, denique nihil non feciſſet quod per Cæſarem cõfirma-
tus poſſet facere. Ab illo quoq; dimiſſos aiebat eos qui in circo incluſi fuerant: multaq; affe-
rebat alia, partim uera, partim ueriſimilia propter iuuenilem ambitionem hominis recens
euecti ad tantum poteſtatis faſtigium. Præterea neglectum patris luctum, & comeſſationes
inſequenti mox poſt eius obitum nocte celebratas, qua indignitate motum ad ſeditionem
populum, uidentem pro tantis beneficijs mortuo patri talem ab eo referri gratiam, ut inter-
diu tanquam perſonatus lachrymas fingeret, per ſingulas autem noctes delicijs frueretur re-
gijs, qui cum tam prauo ingenio ſit præditus, nihilo gratiorem fore erga Cæſarem, ſi ab eo D
regnum acceperit, quàm hactenus fuiſſet erga parentem amantiſſimum. Cantu enim ſe ob-
lectare, & choreis tanquam in morte inimici non patris, haudquaquam abeſſe ab immani
ſcelere. Nunc uenire ad Cæſarem ut annutu eius regnum accipiat, cùm iam antè non aliter
ſe geſſiſſet, quàm ſi conſtabilitus rex fuiſſet authoritate ipſius. Maximè autem exaggerabatur
in ſacrato loco perpetrata cædes impia, idq; die feſto, quando tam hoſpites quàm indigenæ
uictimarum more mactati ſint, & fanum refertum cadaueribus, non ab externo quopiam,
ſed ab eo qui legitimam regis appellationem prætexeret, quo facilius tyrannicum ſuum in-
genium expleret exercendis paſſim in omnes iniurijs. Quare ne per ſomnium quidem un-
quam patrem, dum ſanus eſſet, de hoc ſibi poſt obitum ſubſtituendo ſucceſſore cogitaſſe, ut
cuius mores haberet cognitos: imò in potioribus tabulis eius aduerſarium ſucceſſorem de- E
ſtinatum Antipam. Hunc enim à patre ad regnum uocatum nõ animo ante corpus præmor-
tuo, ſed integris etiam tum & rationis & corporis uiribus. Imò etiamſi iam tum tale de Ar-
chelao fuiſſet patris iudicium, quale in poſterioribus tabulis, ipſum tamen iam ſatis decla-
raſſe qualisnám rex futurns ſit, qui authoritatem Cæſaris in confirmando regno contempſe
rit, & priuatus adhuc ciues in templo iugulare non dubitauerit. His dictis Antipater, & ad fa-
ciendam uerbis ſuis fidem plurimis ex ipſius cognatione teſtibus adhibitis, finem orationi
Nicolaus Archelaum apud Cæſarem defendit. impoſuit. Tum Nicolaus contrà afferebat pro Archelao, cædem illam circa templum com-
miſſam ipſorum improbitati imputandam, qui non prius à tumultuando deſtiterint, quàm
ille coactus ſit eos ui compeſcere: hoc magis culpabiles, quòd nõ ſolùm malitiam ſuam ex-
ercuiſſent, uerùm alijs etiam neceſſitatem feciſſent audendi tale facinus. Inſolentia enim e- F
orum in ſpeciem quidem infeſtatum Archelaum, ſed re uera contumaciam hanc ad ipſius
Cæſaris pertinuiſſe iniuriam. Miſſos enim ab eo qui tumultuantes ſedarent, facto ab ipſis im
petu contra ius & fas necatos, nulla feſti reuerentia: quibus patrocinari non pudere Antipa-
trum, ſine æquitatis reſpectu, dum modo odiò quo proſequatur Archelaum morem gere-
ret. Eorum igitur eſſe culpam qui priores iniuria non abſtinuerint, & aliorum arma ad defen

ſionem

A sionem sumpta in se proritauerint. Cætera quoq; de quibus Archelaum accusauerant, in eos ipsos accusatores referebat, dicens nihil horum nisi ex illorum sententia gestum, nec ea tam iniusta esse, quàm ipsi uideri uelint, dum per hoc aliquid Archelao noceant. Tantam illis inesse cupidinem lædendi cognatum hominem, tum de patre bene meritum, tum ipsos omnibus semper prosecutum officijs. Testamentum certè à rege mẽtis compote esse scriptum, & posteriores semper potiores esse tabulas, has uerò tanto magis, quòd Cæsari rerum domino authoritatem confirmandi relinquant. Nec Cæsarem iniquitatem istorum imitaturum, qui cùm maximis ab Herode uiuo affecti sint beneficijs, nunc extremam eius uoluntatem uiolare conentur: quin potius uiri amici ac socij, & omnia fidei suæ permittentis, testamentum ratum habiturum. Multum enim interesse debere inter horum malitiam, & Cæsaris uir
B tutem atq; fidem toti orbi cognitam. Quapropter non iudicaturum parum sanæ mentis decretum eius, qui probo filio successionem reliquerit, & insuper ad ipsius fidem confugerit: quandoquidem uerisimile non sit in deligendo successore errasse, qui tam prudenter sententiæ Cæsaris subiecisset omnia. In hunc modum Nicolaus quoq; dicendi finem fecit. Tum Cæsar Archelaum ad genua sibi accidentem erexit humanissimè, dignissimum esse regno pronuncians: præ se ferens nihil se facturum, nisi testamento præscriptum, & Archelao ipsi commodum. Verùm ubi Archelaum confidentiorem ac securum esse animaduertit, nihil sanxit. Et dimisso concilio solus secum dispiciebat, uine regnum ratum faceret, an commune sineret Herodis generi, præsertim cum omnes magna ope indigerent.

Cæsar Archelaum regno dignissimum iudicat.

XIIII.

Seditio Iudæorum contra Sabinum, & quomodo Varus authores eius punijt. Cap. XII.

C Sed priusquam quicquam certi de hac re determinatum esset, Marthace Archelai mater morbo uitam finijt, & à Varo Syriæ præside uenerunt literæ defectionem Iudæorum significantes. Nam discessum inde Archelai sequuti sunt magni in ea gente tumultus: ad quos compescendos cùm Varus uenisset, authoribus eius motus affectis supplicio, & maxima ex parte seditione compressa, reuertens Antiochiam, legionem unam reliquit Hierosolymis, ut Iudæis nouandarum rerum facultatem præriperet. nec tamen quicquam hac ratione profecit. Quamprimùm enim Varus abijt, Sabinus Cæsaris procurator ibi subsistens uexabat Iudæos, fretus relictis illic copijs, & parem se iam putans populo. Nam armatis multis satellitibus, contra Iudæos his utebatur, molestans eos, & ad defectionem irritans: ut qui & arces occupare conaretur, & uiolentas pe-
D cuniæ regiæ scrutationes faceret, priuati lucri & prædæ cupidine. Igitur instante pentecoste, sicut nos uocamus celebritatem quandam patriam, confluxerunt undiq; multa millia non solùm religionis gratia, uerùmetiam indignè ferentes Sabini intemperias, nec tantùm ex Iudæa Sabino omnium infensissima, sed è Galilæa quoq; ac Idumæa, tum à Hierichũte, & trãs Iordanem sitis oppidis, omnes cupientes pœnas à Sabino expetere. partitique trifariam hoc modo castra faciunt. Pars una circum occupat, reliquarum duarum altera templum à septentrionali & orientali regione circumsidet, ab occidẽtali altera quà sita erat domus regia. Ita inclusos undiq; Romanos oppugnare parabãt. Tum Sabinus territus audacia hominum, quibus decretum esset aut mori aut uincere, statim ad Varum misit literas, hortans ut properet, relictamq; legionem præsenti periculo eripiat, alioqui breuî contrucidandam. Ipse conscen-
E sa castelli turre celsissima, quæ in honorem Herodis fratris à Parthis extincti Phasaelus appellabatur, manu Romanis innuebat ut in Iudæos eruptionem facerent: & cùm ne amicis quidem se auderet committere, postulabat ut alij propter eius auaritiam mortis periculo se objicerent. Qui postquàm progredi ausi sunt, conflictus fuit acerrimus: & quamuis strenuè milites rem gererent, non tamen frangebantur Iudæorum animi, licet multis cadentibus: sed circumducta suorum parte ascenderunt porticus quæ erant in extimo templi ambitu: unde in aduersarios pugnantes uel manu mittebant, uel fundis intorquebant lapides, in eo pugnæ genere exercitati. Quin & sagittarij è superiore loco impetebant expositos ictibus, nec ualentes contrà missilibus ad se pertingere, eoq; facilius uincebant. atq; hæc pugnę conditio
F diu durauit. Deinde Romani indignitate rei moti, ignem clàm subijciũt porticibus: qui multis accendentibus & fomenta aggerentibus breui ad tectũ emicuit. Eius materies q̃ esset pice ac cera ob inaurationem peruncta, facilè correpta est incendio, quo lacunaria illa preciosa & magnifica absumpta sunt, & quotquot illuc ascenderant improuiso perierunt exitio. Pars enim cũ tecto ruente unà præcipitati sunt, pars à circumstantib. telis confixi: nonnulli desperatione salutis & ui mali attoniti, aut in flãmas sese dederũt, aut suismet gladijs cõfecti sunt. Quòd si aliqui refugientes quà ascenderant in tutũ se recipere uolebant, hos omnes Roma-

Marthace Archelai mater uitã finit.

Varus seditiosos compescit.

Sabinus armata manu impetitur;

abterretur; &

Phasaelum conscendit.

Iudæorũ & Romanorũ pugnæ.

Iudæorum strages maxima.

ni contrucidauerunt, quòd inermibus nihil prodeſſet ferocia, ita ut ne unus quidem ex his A
Sacrarium ſpoliatur. qui tectum aſcenderant, incolumis euaderet. Tum Romani per incendium, quà dabatur, ruentes penetrauerunt ad ſacræ pecuniæ conditorium, cuius bona pars furto militum diſperiit, ad Sabinum autem propalàm quadringenta talenta ex ea præda relata ſunt. Iudæi uerò duplici calamitate affecti ſunt, deſideratis in ea pugna charorum amicorum plurimis, & inſuper ſpoliato ſacrario. facto tamen globo è pugnaciſſimis circumdederunt regiam, incenſuros ſe eam, & omnes intus occiſuros minitantes, niſi quamprimùm diſcederēt: quòd ſi mox
Rufus & Gratus ad Romanos deficiunt. abirent, impunitatem Sabino unà cum ſuis pollicentes: Regiorum uerò maxima pars cum Iudæis ſeſe coniunxit. Sed Rufus & Gratus, qui ſub ſe habebant tria millia bellicoſiſſimorū & ſtrenuiſſimorū uirorum ex Herodis exercitu, in partes Romanorū ſe tranſtulerunt: ſimulq; equitatus Rufo duci parebat, non mediocris ſanè ad rem Romanā acceſſio. Interim Iudæi ni- B
hilo ſegnius inſtabāt oppugnationi, muros ſuffodientes cuniculis, & aduerſarios hortātes ut abirent, & eos qui deficiebāt hortantes ne ſibi uindicantib. ſe in libertatē à maiorib. acceptā obſiſterēt. At Sabinus libenter quidē inde abduxiſſet milites, ſed fidē promiſſis habere non poterat, propter ea quæ perpetrauerat, nimiam etiā æquitatem hoſtiū ſuſpectam habebat, &
XV. expectabat à Varo ſubſidium. In hoc rerū ſtatu etiam alibi per Iudæā diuerſis in locis innu-
Turbæ in Iudæa. meri tumultus exoriebantur, ut quēq; aut lucri aut uindictæ cōcitabat cupiditas. Duo enim uirorū millia qui aliquando ſub Herode meruerant, tunc uerò dimiſſi domi agebant, in unum collecti bello impetebant regios, reſiſtentes ſibi ductu nepotis Herodis Achiabi: qui nuſquam æquo loco eos ſuſtinere auſus ut ueteranos & bellandi peritiſſimos, tuebatur ſe & ſua quantum poterat aſperitatibus acceſſu difficilibus. Quin & Iudas Ezeciæ latronum du- C
Iudas Ezeciæ, latro, regnum affectat. ctoris olim per Herodem magno labore expugnati filius, apud Sephorim urbem Galilææ collecta circa ſe hominum deſperatorum manu incurſabat regis ditionē: & potitus eius armamentario, armatisq; inde ſuis ad unum omnibus, pecuniam quoque regiam in illis locis occupauit: iamque formidandus accolis ſpoliabat in quoſcunque incideret; aſpirans ad regnū, affectansque hoc faſtigium non bonis artibus quarum imperitus erat, ſed nocendi licentia.
Dum ita ubique turbatur, etiam Simon Herodis regis ſeruus, uir alioqui & forma & ſtatura
Simon ſeruus Herodis diadema ſibi imponit; & robore egregius in primis habitus, auſus eſt diadema ſumere: ſtipatusque numeroſis copijs, & rex conſalutatus ab inſana multitudine, placebat ſibi præ quouis alio, auſpicatus poteſtatem diripienda ac incendenda Hierichuntina regia: paſſimque crematis alijs regis palatijs, & præda conceſſa ſuæ factionis hominibus, maiora etiam auſurus uidebatur, ni maturè occurſum fuiſſet. Nam Gratus regiorum militum dux, tum Romano- D
Gratus repugnat: & rum partes fouens, ſuas copias contra Simonem duxit: ubi poſt acrem longumque conflictum tranſamnani homines incompoſiti, & ferociter magis quàm peritè pugnantes deleti
fugiens trucidatur. ſunt. ipſum Simonem per anguſtas quaſdam fauces fugientem Gratus aſſecutus obtruncauit. Apud Amatha quoque Iordani flumini appoſita palatium regium incenſum eſt à quadam hominum colluuie, qualis & circa Simonem fuerat. Tantus tum furor per totam gentem graſſabatur, eo quòd proprium regem non haberet, qui multitudinem bonis ratibnibus contineret in officio: qui uerò externi ad caſtigandos ſeditioſos uenerant, malum potius exacerbarent, graues ſuperbia ſimul & auaritia. Quandoquidem & Athronges, uir nec
Athronges paſtor regnum ſibi uendicat; maioribus claris prognatus, nec uirtute aut opibus ſubnixus, ſed paſtor hactenus obſcuriſſi- E
mus, uaſto tantùm corpore & manuum robore inſignis, attentauit dignitatem regiam, paratus animæ periculo depaciſci nocendi licentiam. Huic erant quatuor fratres, & ipſi grandi ſtatura & manu prompti ad quoduis arduum facinus, inſtrumentum ut ipſis uidebatur idoneum ad occupandam tyrannidem, quòd eorum quiſque ductaret cohortem militum.
Magna enim ad eos turba confluxerat, quam in fratres quaſi legatos diſtributam obire iu-
de rebus agendis conſultat. bebat prælia: ipſe diademate ornatus conſultabat de rebus agendis, quarum penes ſe ſeruabat arbitrium: durauitque diu poteſtas huius, & non inanis regis appellatio, dum quic-
in Romanos ſeuit; quid collibuiſſet exequitur, maximè in Romanos cædibus ſæuiens, & milites regios, utriſque ex æquo infenſus: his propter licentiam qua ſub Herode uſi fuerant, Romanis pro- F
pter recentem iniuriam. Id odium indies magis exaſperabatur, imminebantque ubique omnibus, uel lucri cupidine, uel in conſuetudinem iam uerſa occidendi libidine. Circa Emauntem etiam Romanam cohortem frumenta & arma in exercitum portantem inſi-
centurionem Arium uincit; at tandem. dijs exceperunt: ductoremque eius Arium centurionem cum quadraginta fortiſſimis peditibus telis confixerunt: reliquos nihilo meliora iam expectantes ſuperueniens cū regio milite Gratus ſeruauit, relictis cæſorū cadaueribus. In hunc modū longo tempore prælia per

occaſi-

A occasionem conferentes,& Romanos non leuibus affecerunt incommodis,& suam gentẽ maioribus etiam inuoluerunt calamitatbus.Tandem & ipsi capti sunt, unus à Grato pugna uictus,alter à Ptolemæo.maximo natu deinde in Archelai potestatem redacto, ultimus qui supererat,fratris casu territus,& nullam uidens salutis spem reliquam, quòd eius copiæ exhaustæ essent uel morbo uel continuis laboribus, accepta fide & iureiurando ipse quoque Archelao se dedidit.sed id aliquanto pòst factum est.Tunc uerò Iudæa plena erat latrocinijs, & ut quisq; seditiosorum cœtus coiuerat,passim reges creabantur in reipublicæ perniciem, quòd minima eius mali pars redibat ad Romanos,ipsi uerò inter se diuturnis conflictabantur cædibus. Cæterùm Varus cognito ex Sabini literis periculo,timens tertiæ legioni, assumptis duabus reliquis(nam tres in unìuersum erant in Syria)& quatuor turmis equitum, B auxilijsque regum ac tetrarcharum properabat in Iudæam ut obsessis succurreret, iussis qui præmittebantur conuenire Ptolemaidem. Berytiorum etiam urbem prætereundo, mille quingentos auxiliares ab eis accepit. Aretas quoque Petræus amicus Romanis factus propter Herodis inimicitias non paruam manum misit tam peditum quàm equitum. Postquam autem apud Ptolemaida in unum conuenit totus exercitus,partem eius filio & amicorum uni tradidit ducendam contra Galilæos eius urbis agro finitimos. qui regionem eorum ingressus,profligatis quotquot ausi sunt cum armis occurrere,Sephorim cepit: & uenditis sub hasta oppidanis,urbem absumpsit incendio. Ipse Varus uersus Samariam progressus cum exercitu,ab urbe quidem abstinuit,quam sciebat immunem à seditiosorum contagio:castra autem posuit in quodam uico,qui erat Ptolemæi possessio,Arus nomine. eum A- C rabes incenderunt,propter Herodem amicis quoque eius infensi.Inde progressi Sampho alium uicum ijdem Arabes diripiunt,moxque incendunt,quamuis munitissimum. quin toto illo itinere nihil eos effugit,omnia miscentes flammis ac cædibus. Nam & Emmaus cremata est Vari iussu,in uindictam cæsorum ibi militum,deserta tamen ab habitatoribus.Indecùm appropinquarent Hierosolymis, Iudæi qui legionem ab ea parte obsidebant,ad primum uenientis exercitus conspectum territi diffugerunt,oppugnatione quam inceptabant relicta.Hierosolymitani autem Iudæi grauiter à Varo accusati,excusationem afferebant, populum quidem propter festum confluxisse,bellum uerò non ex sua sententia,sed ex conuenarum audacia susceptum:& se adeò non oppugnasse Romanos,ut potius unà cum illis oppugnati fuerint.& iam antè obuiam ei processerant,Iosephus Herodis regis nepos,Gratusq; D ac Rufus cum militibus,& Romani qui obsidionem tulerant.Sabinus enim in eius conspectum non uenit,sed subducens se clàm ex urbe,ad mare profectus est. Tum Varus dimissa per totam regionem parte exercitus,perquirebat defectionis authores: & indicio repertos alios ut fontes punijt,nonnullos dimisit incolumes:actique sunt in cruces ea de causa circiter duo millia.Post hæc ablegato exercitu cuius non erat usus amplius, quique contra eius uoluntatem lucri studio multa contra instituta Varique uoluntatem peccauerat,ipse audito decem millia Iudæorum in unum confluxisse,properauit ut eos deprehenderet.Illi non ausi manus conserere,deditionem fecerunt,suadente Achiabo.Varus autem data seditiosorum uulgo defectionis uenia,duces eorum misit ad Cæsarem. Ille cæteris ignouit, in solos aliquot regis Herodis necessarios animaduertit, quòd nec cognationis nec iustitiæ respectu à E nefarijs armis abstinuissent. Itaque Varus rebus compositis,& relicta Hierosolymis eadem legione in præsidio,reuersus est Antiochiam. Archelao autem Romæ aliud negotium exhibitum est tali de causa.Venit eò Vari permissu Iudæorum legatio, postulans ut eis liceret suis legibus uiuere:erantq; legati quinquaginta,quibus aderant Iudæorum urbem incolentium plus quam octo millia.Cumq; Cæsar conuocasset in ædem Apollinis magno sumptu a se extructam concilium amicorum & primariorum ciuium,uenerunt eò legati, prosequente Iudæorum turba,& Archelaus cum amicorũ comitatu.Cognati autem regis neq; ab Archelao stabant propter ipsius odiũ,& tamen legatis suffragari grauabantur, quòd puderet eos coram Cæsare aduersàri homini tam propinqua coniuncto necessitudine. Aderat & Philippus è Syria Vari hortatu ueniens ea potissimùm de causa,ut fratris aduocatum ageret,cui F Varus bene cupiebat:deinde nonnihil sperans,si impetrarent Iudæi potestatem uiuendi suis legibus,fore ut diuiso in Herodis progeniem regno,ad ipsum quoque rediret pars aliqua. Data igitur Iudæorum legatis dicendi copia,postulantes non esse ulterius sub regibus,ab accusata Herodis iniquitate orsi sunt. Regem illum fuisse nomine tenus,alioquin omnibus omnia in tyrannorum artibus usum ad subiectæ gentis perniciem, nec his contentum quasdam nouas ex suo commentum esse ingenio. Nec opus esse cõmemorari quàm multis uitam

XVI. *Varus cohortes Hierosolymis binas iubet ferre.*

Sephoris occupata, cives uenundat, urbem incendit.

Arus.

Sampho.

Emaus.

Varus Iudæos incusat;

defectionis auctores requirit, inuentos animaduertit.

XVII. *Iudæi regem deprecantur apud Cæsarem.*

uitam ademiſſet,cùm longè deterior fuerit conditio ſuperſtitum,quos non modò perpetua truculentia & aſperitate terruerit,ſed bonis etiam eorum rapaces manus non abſtinuerit. Itaq; uicinas urbes ab exteris habitatas illum ornamentis excoluiſſe,quo magis in ſuo regno ſitas exhauriret exactionibus:adegiſſeq; gentem ſuam ad extremam paupertatem, quam cũ primis florentem acceperit,dum nobiles ex cauſis parum probabilibus damnatos capitis inſuper bonis ſpoliat,aut facta uiuendi gratia,nudat eos poſſeſſionibus. Deinde cùm annua tributa impoſita fuerint per ſingulos,ſeorſum tamen placandam fuiſſe auiditatem amicorũ eius & aulicorum,atq; etiam ſeruorum qui huiuſmodi exigendis præeſſent, ut hoc pacto iniurioſam uexationem redimerent.Silentio enim prætereundas conſtuprationes uirginum, & per contumeliam ereptam matronis pudicitiam:quandoquidem hæc paſſis æquè iucundum ſit ea neſciri,ac ſi perpetrata non fuiſſent.In ſumma,non aliter ipſis præfuiſſe Herodẽ, quàm ſi ſęuiſſimæ beſtiæ in eos commiſſum fuiſſet imperium. Itaque cùm multis olim ea gens oppreſſa ſit cladibus,nullum tamen extare in rerum monumentis exemplum, cũ quo conferri poſſit præſens per Herodem illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaum promptis ſtudijs regem conſalutatum,quòd ita putarent,fieri non poſſe,quin quicunq; tandem Herodi ſucceſſerat,moderatius multo tractaret ſubditos:& in eius gratiam patrem honoratum luctu publico,libenter gratificaturis & in cæteris ad conciliandam ſibi eius beneuolentiam.At illum quaſi timeret ne non uideretur germana parentis ſui ſoboles,ſine dilatione declaraſſe popularibus quid de ſe ſentiendum ſit,idq; priuſquam confirmatus eſſet in potentia,cum totum negotium etiam tum penderet ex arbitrio Cæſaris:editumq; mox ſubditis futuræ uirtutis ac modeſtiæ & æquitatis ſpecimen, dum tria millia ſuæ tribus ciuium Deo in ipſo templo pro uictimis iugulat.An non igitur omnes iuſtiſſimo illum proſequi odio,qui poſt tam crudele facinus,adhuc ſeditionis reos ſe conetur peragere, quoniam ipſius principatui aduerſentur?Poſtremò ſumma poſtulatorum hæc fuit,ut mutata reipub. forma poſthac ſine regibus agerent, & contributi prouinciæ Syriæ, Romanis parêrent poteſtatibus.Sic enim fore perſpicuum,utrum ſeditionibus delectentur,& rerum nouationibus,an obedire ſciant præſidibus legitimis. His peroratis à legatis Iudæorum, Nicolaus regibus patrocinatus eſt,dicens,Herodem quidem quoad uixerit nunquam fuiſſe accuſatum, nec eſſe ęquum eos qui ſi iuſtam uiuentis accuſationem attuliſſent, pœnam eius ſperare poterant, nunc defuncti manes criminibus laceſſere.Quæ uerò obijciantur Archelao,ipſorum imputanda eſſe uiolentæ contumaciæ:qui cùm affectaſſent res non conceſſas legibus, & in pacatores ędem priores perpetraſſent,nunc uitio uerterent ſe eſſe cohibitos.Verſa deinde in accuſatores criminatione,aiebat eos gaudere ſeditionibus,quod neſciant parêre legibus, eſſeque gentem omnium peruicaciſſimam.Hæc Nicolaus.

Nicolaus Archelaum defendit apud Cæſarẽ.

Cæſar Herodis teſtamentum confirmat. Cap. XIII.

Archelaus Ethnarcha conſtituitur.

Cæſar uerò his auditis dimiſit concilium.Paucis deinde diebus Archelaum non regem declarat,ſed dimidia parte ditionis quę Herodis fuerat ei conceſſa Ethnarcham eum conſtituit,regnum quoq; pollicitus,quam primùm ille ſe tali honore dignum redderet.Alterum dimidium partitus eſt in alios duos Herodis filios, Philippum,& Antipam eum qui cum Archelao de toto regno contenderat.Huić tranſamnana regio ceſſit cum Galilæa,& CC talenta annua. Batanæa uerò cum Trachonitide,& Auranitis cum parte quadam Zenodori(ut uocant)domus obtigit Philippo, & centum talenta annui reditus.Archelao uerò Iudæa & Idumæa,præterq; has Samaria,cui ex authoritate Cæſaris tributorum quarta pars remiſſa eſt,quòd cæteris tumultuantibus ſoli quieti manſerant in officio.In eius ditione comprehendebantur urbes,Stratonis turris, Sebaſte,Ioppe,Hieroſolyma.Nam Gazam,Gadara & Hippon Græcanici inſtituti urbes Cæſar ob id ſeparatas à regni terminis Syriæ contribuit.D Cautem talenta quotannis redibant è ſua ditione ad Archelaum,atque hoc fuit Herodis filiorum patrimonium.Salome autem pręter legatas à fratre urbes Iamniam,Azotum & Phaſaelida,argentiq; ſignati quingenta millia, Cæſar largitus eſt in Aſcalone palatium:percipiebatq; ex ſubiectis ſibi locis ſexaginta talenta annua,habitans in ditione Archelai.Reddita ſunt etiam cæteris regis cognatis legata, ita ut teſtamento cauerat.Duæ deinde eius filiæ uirgines prætereliçta ſibi à patre,accepêre ex Cæſaris munificentia ducena quinquagena ſignati argenti millia,& elocatæ ſunt Pheroræ filijs. imò totum etiam regis legatum mille quingentorum talentorum æſtimatione ceſſit ipſius filijs,paucis aliquot uaſis ſibi retentis, non tam ob precium charis, quàm ob amici memoriam.

Herodiani regni diſtributio.

Salome.

De Iſcu-

A *De Pseudalexandro. Cap. XIIII.*

XVIII.

MIs ita ordinatis per Cæsarem, iuuenis quidam Iudæus genere, educatus Sidone apud quendam Romani ciuis libertum, adoptauit semetipsum in Herodis familiam, per occasionem similitudinis, qua referebat Alexandri ab illo extincti effigiem, attestantibus omnium quotquot utrunq; uiderāt oculis: atq; hac uia grassari cœpit ad regium fastigium. Itaq; ascito tribuli quodam fraudis socio, qui totius regiæ rerum gnarus, alioquin etiam astutus erat, & natus ad excitandas turbas egregias, illius institutione fingebat se Alexandrum illum Herodis filium, morti subtractum cuiusdā beneficio, eorum quibus demandatum fuisset eius interficiendi negotium, suppositis enim necis ipsorum ulcarijs, & se ereptum & fratrem Aristobulum. His nugis inflatus, alijs quoq; B non desinebat fucum facere, cumq; Cretam appulisset, quotquot Iudæorum uenerunt in eius colloquium, omnibus rem persuasit, & auctus ab eis pecunia, traiecit in Melum insulā ubi magnam pecuniæ uim quæsiuit prætextu regiæ prosapiæ. Etiam sperans recepturum se paternum principatum, remuneraturumq; beneficos, Romam properat suis hospitibus deducentibus. Cumq; adnauigasset Puteolos, ibi quoque à deceptis Iudæis simul fauore exceptus est, concurrentibus tanquam ad regem qui Herodi uel hospitij iure coniuncti, uel aliquo erant obstricti beneficio. In causa erat hominum natura rumorum auida, præsertim cōciliante formæ similitudine. Nam etiam illis qui ualde familiares Alexandro fuerant, persuasum erat hunc ipsum esse, non alium, idq; alijs non dubitabant asseuerare iureiurādo interposito. Quod postquam Romam perlatum est, uniuersa Iudæorum illic agentium multitu- C do profecta est obuiam, tam insperatam salutem ad Dei referentes gratiam, & publico applausu propter maternum genus excipientes hominem lectica gestatū per uias. Nihil enim ei ad regium cultū deerat, suppeditantibus sumptum hospitibus: affluenteq; certatim multitudine, acclamabatur faustis ominationibus, ut fieri solet in re præter spem incolumi. Id ubi allatum est ad Cæsarem, non habebat ille quidem fidem nuncio, quòd sciret Herodē non facilè potuisse decipi in re tam seria: nonnihil tamen spe motus, Celadum unum è suis liberti s familiariter olim uersatum cum adolescentibus illò mittit, iussum ut Alexandrum in cōspectum suum adduceret: quod ille fecit, nihilo in dignoscendo alijs sagacior. Non tamē imponi potuit Cæsari, quòd non tanta esset similitudo, ut etiam prudenter considerantes falleret. Pseudalexander enim & manus habebat duratas opere, & corporis illa gratia carebat, quę D solet bene natis & educatis contingere, quòd ipse non uixisset in tantis delicijs. Postquàm igitur animaduertit cōspirasse in mendacia præceptorem atq; discipulum, & ex composito loquentibus adesse fiduciam, percontabatur quid factum esset simul erepto Aristobulo, aut cur nam ille non ueniisset, ut unà cum fratre ius tam præclaris natalibus debitū reposceret: responsum est in Cypro eum mansisse, metu periculorum quibus mare nauigantes expositi sunt: ut si quid ipsis contigisset durius, non omnino Mariammes genus intercideret, sed superesset saltem Aristobulus. Hæc illo asseuerante, simulq; concinente autore huius fabulæ, Cęsar seducto adolescente: Tibi, inquit, si non me quoq; coneris fallere, merces erit impunitas quod ad tuam salutem attinet: nunc age dicito quisnam sis, & quis te ad hæc audēnda impulerit. neq; enim istius ætatis est tam insidiosa malitia. Ibi ille, cùm non posset aliud, totum E commentum indicat, quibus modis, & à quo sit compositum. Cæsar autem Pseudalexandrum, ut pollicita seruaret, in remigum ordinem allegit, quòd esset ualido corpore: doctorē uerò eius affecit supplicio. cæterùm Melijs abundè magna mulcta fuit, quæ in fictitium Alexandrum frustra impenderant: atque ita cœptum Pseudalexandri temerarium inglorius consecutus est exitus.

Pseudalexander Herodis filium se pronunciat.

in Melum insulā traijcit;

Romam proueniens honorificè excipitur;

à Cæsare non approbatur: sed tamen ab eodem.

in remigum ordinem allegatur.

Archelaus iterum accusatus Viennam relegatur. Cap. XV.

A.M. 3975. A.n.ch. 3.

XIX.

IAeterùm Archelaus iam ethnarcha in Iudæam reuersus, Ioazaro Boethi filio pōtificatum abrogat, insimulato quòd seditiosis consensisset; eamq; dignitatem in Eleazarum illius fratrem collocat. Apud Hierichuntem deinde regiam magnifi- F cè reficit, aquarum quibus Neara uicus iuuabatur, dimidio deriuato in palmetū recens à se in subiecto campo consitum. Nouum etiam uicum conditum à se denominauit Archelaida, & contempto more patrio, Glaphyram Archelai regis filiam, olim Alexandri fratris sui coniugem & liberorum ex illo susceptorum matrem, duxit: quamuis Iudæi lege teneantur fratrum uxores ducere. Nec Eleazarus diu sacerdotio potitus est, subrogato in uiuentis locum Iesu Siæ filio. Decimo autem principatus Archelai anno primates tam Iudæorum, quàm Samaritarum non ferentes eius tyrannidem, detulerunt eum ad Cæsarem,

Ponificatus Ioazaro abrogatur; at Eleazaro adiudicatur.

Iesus Siæ filius pōtifex designatur.

farem, maximè cùm scirent eum contra ipsius mandatum feciſſe, à quo iuſſus fuerat ex æquo ac bono præeſſe ſubditis. Hoc audito Cæſar ira commotus accerſit procuratorem eius Romæ agentem, & ipſum Archelaum nomine. nec dignatus quicquam ſcribere: Vade, inquit, & quamprimùm illum ad nos adducito. Qui acceleratа nauigatione in Iudæam delatus, reperit eum cum amicis in conuiuio: indicataq; uoluntate Cæſaris, ad profectionem hortatus eſt. Mox ubi uenit, Cæſar auditis eius accuſatoribus & ipſius defenſione, miſit eum Viennã in exilium, quæ eſt urbs Galliæ, mulctatum prius omni pecunia. Sed priuſquam Romam euocatus eſt, amicis tale narrauit ſomnium. Viſus eſt ſibi uidere decem ſpicas maturas, tritico plenas à bubus abſumi: experrectusq; non contemnendam uiſionem ratus, coniectores diuinos ſuper ea conſuluit. quibus diſſentientibus cùm uariaret interpretatio, Simon uir Eſſęus præfatus ueniam, ait hanc uiſionem Archelao ſignificare mutationem in deterius. Boues enim ſignificare miſeriam, quòd in perpetuis laboribus degat hoc animal. Præterea rerum mutationem: quia terra horum opera uerſata nec locum eundem retineat, nec faciem. Cæterùm decem illas ſpicas totidem annorum præfiniri numerum. eas enim redire annuis uicibus, iamq; inſtare Archelao dominationis terminum. Sic ille hoc ſomnium interpretatus eſt: poſt cuius uiſionem quinta die uenit in Iudæam procurator Archelaus, ad euocandum illum miſſus cum quatuor alijs à Cæſare. Simile quiddam & Glaphyræ eius uxori accidit, Archelai regis filiæ. hęc, ut iam diximus, uirgo nupſerat Alexandro Herodis filio, fratri huius Archelai: quo à patre occiſo, iterum nupſit Iubæ regi Mauritaniæ. hoc quoque defuncto uiduam apud patrem agentem in Cappadocia duxit Archelaus, repudiata Mariamme priore coniuge. tanto ardebat amore Glaphyræ. Huic degenti cum Archelao tale ſomnium obuerſatum eſt. Viſa ſibi eſt Alexandrum uenientem complexu excipere præ gaudio. Illum uerò expoſtulantem dicere, Confirmaſti Glaphyra uulgare illud dictum, non eſſe fidendum mulieribus, quæ uirgo mihi coniuncta matrimonio, & communium liberorum parens, oblita noſtri amoris capta es ſecundarum nuptiarum deſiderio. ac ne ea quidem contumelia contenta, auſa es cum tertio cubare ſponſo, turpiter & impudenter ingreſſa meam familiam, & nupta Archelao, fratrem meum habere maritum ſuſtinens. At ego non obliuiſcar meæ erga te beneuolentiæ, teq; liberabo ab hoc opprobrio, mihiq; te meam uindicabo. Hoc ſomnio cum illa expoſuiſſet apud quaſdam familiares ſibi mulieres, poſt paucos dies uita functa eſt. Quod ego ideò hic referendum putaui, quòd ſermo ſit mihi de illis regibus: & alioqui res magni exempli uidetur, certiſſimum immortalitatis animorum & diuinæ prouidentiæ argumentum continens. Cui uerò hæc uidentur incredibilia, fruatur opinione ſua, eos quidẽ non impediet qui talibus excitantur ad uirtutis ſtudia. Cæterùm ditione Archelai contributa Syriæ, miſſus eſt illò à Cæſare uir conſularis Quirinius, qui cenſum ageret per Syriam, & ipſius Archelai domum uenderet.

Archelaus in exilium ablegatur; ac amicis ſomnium narrat;

quod ab Eſſęo Simone explicatur.

Glaphyræ ſomnium.

Glaphyra defuncta.

Quirinius Syriæ cenſor.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XVIII.

A.M. 3978. A.n. ch. 8.

Quirinius ad cenſendam Syriam & Iudæam mittitur à Cæſare, & procurator eiuſdem Cæſaris in Iudæam uenit Coponius: & quomodo Iudas Galilæus res nouas molitus eſt.

Cap. I.

Quirinius in Syriam ablegatur.

Coponius Syriæ præfectus.

INTEREA Quirinius ſenator Romanus per omnes honorum gradus ad conſulatum uſque prouectus, & in primis clarus, à Cæſare mittitur in Syriam ut iura populis redderet, facultatesq; cenſeret omnium: & cum eo uenit Coponius, præfectus turmæ equitum, penes quem eſſet totius Iudææ rerũ adminiſtratio. Quin & ipſe Quirinius in Iudæam uenit iam attributam prouinciæ Syriæ, ut percenſeret facultates eius regionis ciuium, & Archelai facultates uenderet. Illi uerò tametſi primùm ægrè ferrent mentionem deſcriptionis, nõ ſunt tamen reluctati pertinaciter, parendo authoritati pontificis Ioazari, qui Boethi fuit filius. Atque ita illius ſuaſu ſine controuerſia cenſus peractus eſt. Extitit tamen pòſt quidam Iudas

Gaula-

A Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adiuncto sibi Pharisæo Sadduco, sollicitabat ad defectionem populum, censum nihil aliud quàm manifestam seruitutis professionem esse dictitans, & uniuersam gentem ad tuendam libertatem adhortans. Fore enim ut re bene gesta fortunis suis fruantur fœliciter, & confirmati in earum possessione laudem quoque sibi parent fortitudinis: nec sperandum auxilium cœlestis numinis, nisi ipsi quoque rebus suis consulant. Accipiebantur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum magnũ aliquid. Atque ita dici uix potest quantum hi viri totam gentem cõturbauerint, dum omnia miscent cædibus & latrocinijs, promiscuisque nullo amicorum aut inimicorũ respectu prædationibus, & insignium virorum cædibus: prætextu quidem propugnandæ libertatis publicæ, sed re uera priuatorum lucrorum studio. Itaq; conficientibus se mutuò ciuibus, & furiosissima contentione certantibus, ne externus quidem hostis cessabat interim. Ac ne extrema quidem fames fortè superueniens potuit eos compescere, quo minus sæuirent expugnandis oppidis, & fundẽdo ciuili sanguine, donec postremò malũ eò progressum est, ut hostilis flamma Dei templum populata fuerit. Adeò periculosum est patrios ritus labefactare & conuellere. Siquidem Iudas & Sadducus omnium harum calamitatum authores fuêre, dum super tres pristinas sectas nouam quartam inducunt, & nouitatum cupidos affatim ad se contrahunt: id quod non in præsens tantùm turbauit rempublicam, sed futurarum etiam cladium fuit seminarium. Quamobrem conueniens uidetur paucis de eorum placitis differere, propter quæ tot mala gentem nostram inundauerunt.

Iud. Gaulanites.

Tumultus, cædes, latrocinia, seditio & Fames, in Iudæa.

B

Quæ & quot sectæ fuerint apud Iudæos. CAP. II.

C IVDAEI patriæ sapientiæ studiosi iam inde à multis retrò sæculis in tres sectas erãt diuisi, Essenorum, Sadducæorum, & eam quæ Pharisæorum uocata est. De his licet nonnihil in Secundo Iudaici belli volumine à nobis dictum sit, tamen nunc quoque paucis dicere non ab re fuerit. Ergo Pharisæorum victus simplex est, nullis mollitus delicijs: & quicquid his ratio dictauit, id sequuntur pertinaciter. maiores natu venerantur, nec audent eis responsare monentibus aut obloqui. Fato quæcunque geruntur tribuunt, nec tamen homini uoluntatis assensum adimunt, hoc temperamento Deum uti dicentes, ut cùm omnia fiant ex ipsius consilio, in homine tamen sit uoluntas accedendi ad virtutem aut uitium. Animas credunt esse immortales, & sub terris earum iudicia fieri: tum præmia cuique contingere ex uirtutis aut vitij merito: & has perpetuis damnari carceribus; illis D facilem esse ad vitam reditum. per hæc placita magnam sibi authoritatem parauerunt apud populum, & quicquid ad solennes precationes ac cultum diuinum attinet, iuxta horum interpretationem ac præscriptum solet fieri. Tantum habent à ciuitatibus sapientiæ, temperantiæ, & uitæ honestioris testimonium. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit simul & animas: nec aliud quicquam præter legem seruandam existimant. nam de sapientia cum præceptoribus disceptare ad uirtutem reputant. Huius sectæ pauci sunt, sed ferè dignitate præcipui. ex horum tamen sententia uix quicquam agitur. Nam quoties magistratus licet inuiti suscipiunt, Pharisæorum decretis assentiuntur, ni facerent non ferendi à plebeiorum multitudine. Essenorum uerò placitum uniuersitatis regimen citra exceptionem Deo asserit, immortalitatem animis: nec aliud quicquam æquè ac iustitiam omni contentione expetendum E existimat. Ad templum autem donaria mittentes sacra ibi non faciunt, quòd sanctioribus utantur ceremonijs: quapropter excluſi à communi fano seorsum sacrificant: moribus alioqui sunt probatissimis, agris colendis in totum dediti. Miranda etiam est eorum iustitia, qua omnes Græcos & Barbaros longè superant, multis iam sæculis triti in eius continuis studijs. Facultates in commune possident, nec aliquis diues magis utitur suis bonis, quàm quivis nihil possidens. Atque hoc instituto uiuunt uirorum suprà quatuor millia, nec uxores habentium, nec seruos, quòd alterum ad iniuriam communis naturæ pertinere censeant, alterum tranquillitati vitæ parum commodum: quare per se ipsi uiuentes inuicem sibi ministrant. Quæstores creant uiros probos ex sacerdotum numero, qui ex agrorum reditibus & frugum prouentu cibos eis conficiant. In summa eandem ferè viuendi rationem sequuntur, F quam hi qui apud Dacos Plisti nominantur. Quartæ autem studium sapientiæ sectantiũ viæ primus author fuit Iudas Galilæus. hi cætera cum Pharisæis consentiunt, nisi quòd constantissimo libertatis amore flagrant, credentes solum Deum Dominum habendum ac principẽ, & facilius uel exquisitissima pœnarum genera laturi vnà cum cognatis suis ac charissimis, quàm mortalẽ aliquem appellaturi Dominũ. Quod qa multis sæpe spectatum scio, plura de

Pharisæorum dogma.

Sadducæorum opinio.

Essenorum placitum.

Vita & mores.

Plisti.

Iudæ Galilæi secta.

hoc non libet dicere. non enim vereor, ne fidem non inueniant mea verba, imò illud potius, A
Geſſij Flori iniuriæ. ne tam inſignem patientiam & doloris contemptum parum aſſequantur. quæ quidem animoſitas plurimum in gente noſtra creuit accenſa acerbiſſimis Geſſij Flori iniurijs, quibus poſtremò effectum vt deficerent à Rom. pop. Et de Iudæorum ſectis hæc ſuffecerint.

Vrbes ab Herode & Philippo tetrarchis in honorem Cæſaris conditæ.

CAP. III.

III. QVIRINIVS autem venditis & confiſcatis Archelai facultatibus, peractoq; cenſu, qui incidit in annum trigeſimum ſeptimum, poſt victum à Cæſare in Actiaca pugna Antonium, cùm mota eſſet contra Ioazarum pontificem plebis ſeditio, priuauit eum hac dignitate, & Ananũ Sethi filiũ ſubſtituit. Herodes verò & Philippus
Sephoris Galilææ caput. ſuæ quiſq; tetrarchiæ res ordinauit & compoſuit: quorum Herodes Sephori cincta mœnibus, fecit eam totius Galilææ caput & defenſaculum. Aliud deinde oppidum quod tunc Betaramphtha dicebatur, communitum, nomine mutato Iuliada ab vxore Imperatoris appellauit. Philippus quoque Paneada ſitam ad Iordanis fontes inſtruxit ædificijs, indito Cæſareæ
Bethſaida I nomine. Vico etiam Bethſaidę in ripa lacus Geneſarethini vrbis ſpeciem addidit, frequentato incolis & aucto opibus, quem Iuliæ Cæſaris filiæ cognominem eſſe voluit. Cæterùm Coponio, quem cum Quirino miſſum diximus, Iudæam adminiſtrante huiuſmodi quiddam accidit. In feſto azymorum quod Paſcha vocamus, mos eſt ſacerdotibus poſt mediam
Festum Azymorum. noctem aperire templi ianuas. tunc igitur quamprimùm apertæ ſunt, Samaritani quidam clàm ingreſſi Hieroſolyma, ſparſerunt oſſa humana per porticus & per totum tem-
Iuxta quosdam: A. M. 3974. Ante Chr. nat. 4. plum: quo factum eſt vt poſthac ſacerdotes ſolito diligentiores cuſtodias agerent. PAVLO C
IIII. pòſt Coponius Romam reuertitur, ſucceſſore accepto M. Ambiuio: cuius tempore Salome Herodis regis ſoror vita decedens Iuliæ Iamniam cum ſua toparchia reliquit, & ſitam in campo Phaſaelidem, Archelaidemq; plurimis palmetis conſitam, quorum fructus eſt præſtantiſſimus. Huic ſucceſſit Annius Rufus, quo præſide Cæſar fato functus eſt, qui ſecundus fuit
Salomæ mors. Velut quidam volunt: A. M. 3975. Ante Chr. nat. 5. Romanorum Imperator, præfuitque reipublicæ annos quinquaginta ſeptem, ſex menſibus amplius & diebus duobus: in quo numero quatuordecim ſunt anni, quibus Antonius ei fuit imperij ſocius & particeps. Vixit autem annos ſeptuaginta ſeptem. Ei Tiberius Nero priignus ſucceſſit, Iuliæ filius, Romanorum Imperator tertius: à quo quintus Iudæorum præſes miſſus eſt in Annij Rufi locum Valerius Gratus. Hic adempto Anano ſacerdotio Iſma-
Cæſaris mors. A. M. 3985. Ante Chr. nat. 15. elem Fabi filium iuſſit eſſe pontificem: quo paulo pòſt deiecto, in Eleazarum Anani pontificis filium eum honorem tranſtulit. Elapſo deinde anno & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camithi filio pontificatum tribuit, hic quoq; anno in hac dignitate exacto, iuſſus eſt eam cedere Ioſepho qui cognominabatur Caiaphas. His ita geſtis, Gratus Romam repetit,
Pontificum ſucceſſio. vt volunt: A. M. 3979 Ante Chr. nat. 9. in Iudæa exactis annis undecim: cui deinde Pontius Pilatus ſucceſſor miſſus eſt. Herodes porrò tetrarcha receptus in ſummam amicitiam Tiberij, de ipſius nomine urbem à ſe condi tam uocauit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro Galilææ in ora lacus Geneſarethici: unde non longè apud Emmauntem vicum ſunt aquæ calidæ. Hæc partim à conuenis, partim à
Caiaphas pontifex. A. M. 3997 Ante Chr. nat. 27. Galilæis habitata eſt: quorum nonnulli eò migrare coacti ſunt, quidam etiam è nobilitate ſedes illic ſibi optauerunt. quoq; maior eſſet frequentia, recepti ſunt ad incolendum etiam tenuiſſimi quique vndecunque confluentes, & in his aliquot quos non ſatis conſtabat eſſe liberos. Hos magnis immunitatibus ac beneficijs proſecutus aſtrinxit ad habitandum, alijs domos, alijs agros largitus: quo minus horrerent ædificatam præter ritum patrium in ſolo multis ſepulcris referto: cùm ſecundum noſtras leges ad ſeptem dies impurus habeatur, qui in talibus locis habitet. Eodem tempore Phraates Parthorum rex per inſidias
Herodes tetrarcha Tiberiadem vrbem condit. ſublatus eſt à Phraatace filio, huiuſmodi de cauſa: Phraates habens legitimos liberos, ancillam Italici generis Thermuſam nomine, inter cætera dona à Cæſare miſſam, primùm in concubinarum numero habuit: procedente deinde tempore obſtupefactus præcellenti mulieris forma, ſuſcepto iam ex ea Phraatace filio, legitimo thoro eam ſibi coniunxit. Quæ cùm quicquid uellet regi perſuaderet, cogitans filio ſuo Parthorum regnum aſtruere, intellexit nihil ſe effecturam, niſi ablegarentur legitimi Phraatis filij. Perſuaſit igitur marito, ut Romam eos obſides mitteret: quod illis ſine cunctatione faciendum fuit, patre voluntati Thermuſæ tam obnoxio. Interea Phraataces ſolus domi ad regnum educabatur: qui tædioſum ratus expectare dum à patre decedente principatum acciperet, cum matre contra eum conſpirauit, cum qua creditus eſt etiam ſtupri habere conſuetudinem. Ergo parricidio ſimul & *Phraatis mors.*

inceſto

A incestò inuisus popularibus, prius quàm confirmaret suas opes per tumultum pulsus interijt. Tum uerò nobilissimi Parthorum animaduertentes non posse sine rege consistere ipsorum rempublicam, nec tamen uolentes eligere alienum ab Arsacidarum sanguine, putantes que satis esse semel uiolatam regiam maiestatem Italicæ mulieris libidinibus, Horodem per legatos acciuerunt. Is erat quidem regij generis, sed inuisus multitudini propter nimiam crudelitatem, quòd intractabilis esset, & ad iram promptissimus. Hunc coniurati aliquot interfecerunt, ut quidam tradunt, in conuiuio: solent enim perpetuò gestare gladios. Vt uerò à pluribus fertur, in uenatione occisus est. Legatione deinde missa Romam, petierunt regem unum ex obsidibus, prælatusque est Bonones cæteris fratribus. Videbatur enim capax eius fortunæ, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia, externum simul & domesticum. Sed breui pœnitentia subijt barbaros, natura mutabiles & indignitatum impatientissimos. Dedignabantur enim facere imperata mancipij, sic uocantes obsidem, & hac appellatione exaggerantes ignominiam. Non enim belli iure sibi regem impositum, sed quod turpius sit, per pacis contumeliam. moxque uocant Arthabanum in Media regnantem, Arsacidam genere. Ille paruit, & præstò fuit cum exercitu. cui cùm occurrisset Bonones, primùm manente etiam tum in officio uulgo Parthorum, prælio uictus Artabanus, retrò in Mediam repulsus est. Sed paulo pòst instauratis copijs Bononem ausum confligere uicit egregiè, ita ut cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Artabanus autem magna cæde grassatus in profligatos barbaros vt eos terreret, in Ctesiphontem se recepit cum uictricibus copijs. Ille igitur hoc modo regnum adeptus est. Bonones autem refugit in Armeniam, & à principio quidem affectauit eius regionis dominium, missis Romam legatis super hoc negotio. Vt uerò repulsam passus est à Tiberio, pertæso ignauiam hominis, & moto Parthi comminationibus bellum iam intentantis: destitutus omni spe regnandi, quòd potentiores Armeniorum Niphatem accolentes sequerentur factionem Artabani: Silano Syriæ præsidi se dedidit. Is respectu educationis, quæ illi Romę contigerat, hominem apud se asseruauit in Syria. Armenis autem Horodem unum è suis filijs Artabanus regem imposuit. Per idem cùm tempus Antiochus quoq; Comagenę rex fato cõcessisset, contentio nata est inter plebeios & nobiles, his regnum in prouinciæ formam redigi postulantibus, plebe contrà cupiente, sub rege ut antè uiuêre: quapropter Germanicus ex S. C. ad res orientis componendas missus est, fortuna occasionem quęrente illius exitio. post redactam enim in meliorem statum Syriam, Pisonis opera ueneno sublatus est, sicut dicetur aliàs.

Parthi regem creant.

Horodes occiditur.

Bonones ab Artabano pulsus.

Horodes rex Armeniæ.

Antiochus rex Comagenæ.

Germanici mors, incidit in A.M. 3990. Ante Chr. nat. 20.

B C D

Iudæorum contra Pontium Pilatum seditio: de Iesu Christo. CAP. IIII.

CAETERVM Pilatus Iudææ præses à Cæsarea Hierosolyma traducto in hyberna milite, signa cum effigie Cæsaris in urbem intulit ad legis nostræ contumeliam, qua cautum est, ne habeamus huiusmodi effigies: & ideo qui ante hunc fuêre prę fides, cum signis aliter insignitis solebant urbem ingredi. primus Pilatus ignaris omnibus noctu illatas effigies Hierosolymis statuit. Quod ubi cognitum est ciuibus, magno agmine petierunt Cæsaream, ubi per multos dies supplices orauerunt præsidem, ut transferret illas imagines aliò. Pilato uerò pernegante se facturum, quòd coniunctum esset cum iniuria Cæsaris, cùm Iudæi precari non desinerent, sexto pòst die iussis clàm in armis esse militibus, sedit pro tribunali in stadio, captata loci oportunitate, quòd aptissimus esset insidijs. Ibi compellatus iterum de eodem negotio, signum dat militibus ut eos circumueniant, mortem minitans, nisi quàm primùm quiescerent, & suam quisq; domum discederent. At illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifestè præ se ferebãt, uita sibi chariorem esse obseruationem legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam constans legum studium, continuò reportauit eas imagines Cæsaream à Hierosolymis. Deinde aquæ ductum struere aggressus est ex sacro ęrario, inducturus aquas Hierosolyma à ducẽtesimo circiter stadio. Id ægrè tulit populus, & congregati per cœtus numerosos usq; ad multa hominum millia, uociferationibus conabantur eum deterrere à proposito. Nonnulli uerò ita, ut fit apud inconditam multitudinem, etiam conuitijs lacessebant præsidem. At ille milites sub populari habitu clàm armatos fustibus, iussit reliquam multitudinem corona cingere: & quamprimùm uulgos cœpit iacere conuitia, dedit illis signum ex composito. Illi suprà quàm mandatum erat, usi sunt fustibus, tumultuatores & quietos cædentes nullo discrimi-

Pilatus signa cum effigie Cæsaris in urbem infert.

Seditiosos comprimit.

seditionem mouet: atque eandem

ne. Ibi tam inclementer accepti inermes ab instructis, pars occisi sunt, pars discesserunt A
VI. saucij: atque hoc modo compressa est seditio. EODEM tempore fuit Iesus, uir sapiens, si
Iesum Christum crucifixum. tamen uirum eum fas est dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum
qui libenter uera suscipiunt: plurimosque tam de Iudæis quàm de Græcis sectatores ha-
A.M.4004. buit. CHRISTVS hic erat: quem accusatum à nostræ gentis principibus, Pilatus cùm ad-
Ante Chr. nat. 34. dixisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere qui ab initio cœperant. Appa-
ruit enim eis tertia die uiuus, ita ut diuinitùs de eo uates hoc & alia multa miranda prædixerant: & usque in hodiernum Christianorum genus ad hoc denominatum non defi-
VII. cit. CIRCA eadem tempora etiam aliud Iudæos turbauit incommodum, & Romæ
Isiacorum flagitium Romæ perpetratum. in sacris Isidis summa turpitudo deprehensa est. Dicam igitur prius de Isiacorum nefando
scelere, ac tum demum res Iudæorum prosequar. Erat Romæ Paulina, mulier non minus B
probitate morum quàm natalium claritate illustris, adhæc opulenta & formosa, ut quæ
esset in ipso ætatis flore, sed in primis ornata pudicitia. Nupta autem erat Saturnino, uiro
Mundus Paulinæ amore capitur: tali coniuge dignissimo. huius amore captus est Decius Mundus iuuenis non obscurus
in equestri ordine: & quia maior erat fœmina, quàm quæ posset corrumpi muneribus,
eo magis accendebatur amantis insania, ita ut offerret ei pro unico congressu ductëa drachmarum millia. ac ne sic quidem ualens eam flectere, non ferens amoris impotentiam,
decreuit morbum simul & uitam finire inedia. Hoc eius propositum non fefellit Idam li-
bertam Mundi paternam, uarijs instructam, sed non probatis artibus, quæ indignè ferens
obstinationẽ iuuenis, blanda oratione conuentum animare conata est, spem ei faciens ef-
fecturam se ut potiatur Paulinæ complexibus. Cumque ille preces eius libenter accipe- C
ret, ait sibi opus quinquaginta tantùm drachmarum millibus ad expugnandam mulieris
pudicitiam. Ita refocillato iuuene, & accepta quantam petierat pecunia, nouam doli viam
ingressa est, videns Paulinam non capi pecunijs. Sciens autem eam uehementer addictam
Isidis cultui, tale quiddam comminiscitur. Conuentis aliquot ex eius sacerdotibus, acce-
pta fide silentij, & quod efficacissimum est ostentato præmio, in præsens vigintiquinque
millibus, & alteris totidem post nauatam operam, indicat eis amorem iuuenis, rogans, vt
omnibus modis adniterentur eum reddere voti compotem. Illi auri cupidine tacti, beni-
gnè sunt polliciti, quorum natu maximus se ad Paulinam contulit, & admissus impetratóque absque arbitris colloquio, venire se ait missum ab Anubide captum ipsius forma, & iu-
bente vt ad se veniat. Illa libenti animo accepit nuncium, moxque iactabat se apud fami- D
liariter notas mulieres, quòd dignata sit amore Anubidis: marito quoque indicat, condi-
ctam sibi cœnam & cubile Anubidis. Id eo facilius concessum est, quòd cognita & proba-
dolorè fruitur, & ta esset viro pudicitia coniugis. Itaque in templum proficiscitur, & post cœnam instante
somni tempore inclusa per sacerdotem, sublatis lucernis in latentem ibi Mundum incidit:
totamque eam noctem obsecuta est iuueni, Deo se gratificari existimans. Eo deinde di-
gresso priusquam sacerdotes doli consocij surgerent, Paulina manè ad maritum reuersa con
gressum cum Anubide prædicat, & idem apud amicas quoque magnificis verbis exagge-
rat. Illis nec credere libebat rei naturam considerantibus, non mirari tamen non poterant
fraudem Paulinæ obuiæ aperit. ob insignem mulieris pudicitiam. Die deinde post rem patratam tertia, Mundus adamatæ E
obuius, ô factum bene Paulina, inquit, quòd & ducenta illa millia mihi seruasti, quæ po-
tuisti tuis facultatibus addere, & morem nihilominus meæ voluntati gessisti. Nihil enim
mea refert quòd Mundum contempsisti, quandoquidem prætextu Anubidis optata volu-
Paulina Isiacis infensa. ptate expletus sum. atque his dictis abijt. At mulier tum primùm deprehenso flagitio, ve-
Tiberius sacerdotes in crucem agit. stem sibi lacerat, & re tota ad maritum delata, obsecrat ne tam insigne ludibrium impuni-
tum sinat. maritus porrò Imperatori totum significat. Tiberius postquàm accurata inqui-
sitione didicit omnia, sacrificos illos impostores in crucem egit, unaque Idam inuentri-
Mundus in exilium ablegatur. cem huius sceleris, cuius præcipua opera fuisset in corrumpenda pudicitia mulieris: diru-
toque templo, statuam Isidis iussit mergi in Tyberim. Mundum autem mitiore pœna exilij
castigasse contentus fuit, crimen eius in Cupidinis impotentiam referens. Et F
Isiacorum quidem facinus huiusmodi extitit. Nunc quod pro-
missi reddetur, de Iudæorum per id tempus Ro-
mæ degentium casibus.

Quid

Quid Iudæis Romæ degentibus acciderit, & de Pilato.

CAP. V.

A.M.4007. Ante Chr. nat.37.

TRAT quidam Iudæus, qui ne legibus pœnas daret, metu ſolum uerterat, uir modis omnibus peſſimus. Is tum Romæ agens gerebat ſe pro Moſaicæ legis interprete, aſcitis in ſocietatem tribus alijs per omnia ſui ſimilibus. His cùm ſe in diſciplinam dediſſet Fuluia mulier nobilis, amplexa legem Iudaicam, perſuaſerunt ei ut purpuram & aurum in Hieroſolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios uſus uerterunt, quò iam antè deſtinauerāt. Id poſtquàm Tiberius ex amico ſuo Saturnino ipſius Fuluiæ marito de iniuria coniugi facta queſto cognouit, iuſſit uniuerſos Iudæos ex urbe pelli. Ex quibus Conſules delectu habito, quatuor millia militum miſerunt in Sardiniam: plurimos etiam qui patria religione detrectabant militiam, affecerunt ſupplicio. Ita propter quatuor ſceleratos omnes Iudæi coacti ſunt urbe cedere. Interea ne Samaritani quidem tumultu caruêre. Concitauit enim eos impoſtor quidam pro nihilo ducens mendacium, & omnia comminiſcens ad plebis gratiam, iubens ut conuenirent in montem Garizim apud eam genten ſanctiſſimum, aſſeuerans ſe illic eis oſtenſurum ſacra uaſa refoſſa, quæ ibi Moyſes depoſuiſſet. Illi credulí ſumptis armis Tirathabam uicum inſederunt, expectantes ibi confluentes cæteros, ut magno agmine montem aſcenderent. Sed Pilatus prior cliuum montis occupat equitibus ſuis & peditibus, qui prælio congreſſi cum Samaritis apud uicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt: multos etiam uiuos captos abduxerunt, quorum præcipuos & potentiores Pilatus mulctauit capite. Tum primates adeunt Vitellium uirum conſularem, & Syriæ præſidem, Pilatumque cædis accuſant, negantes defectionem fuiſſe à Romanis illum concurſum in Thirathaba, ſed refugium contra Pilati uiolentiam. At Vitellius Marcello amico ad procurationem Iudææ miſſo, Pilatum iuſſit Romam proficiſci, reſponſurum apud Cæſarem ad obiecta per Iudæos crimina. Ita ille decem annis exactis in ſua prouincia, quum neceſſe haberet parére Vitellio, ad urbem iter ſuſcepit: quò prius quàm perueniret, uita exceſſit Tiberius.

Fuluia.

Iudæi Romæ à Tiberio pellun-tur.

Pilatus Samaritanos ſeditioſos opprimit: at poſtea

cædis accuſatur: & Romam proficiſci iubetur.

Tiberij mors.

Vitellij aduentus Hieroſolyma, & quomodo à Tiberio mandata accepit, ut impetraret ab Artabano obſides.

CAP. VI.

A.M.4008, Ante Chr. nat..38.

VITELLIVS autem in Iudæam profectus, peruenit Hieroſolyma in ipſa feſtiuitate, quam Paſcha dicimus: ubi exceptus honorificentiſſimè, remiſit ciuibus totum uectigal fructuum uenalium, & ſtolam cum omni ornatu pontificio permiſit in templo aſſeruari à ſacerdotibus, quemadmodum & olim hoc ius habuerant. Sed eo tempore deponebatur in caſtello Antonia, ob hanc cauſam. Hircanus pontifex eius nominis primus, extructa prope templum turri, degebat in ea maiorem temporis partem: & quoniam hanc ſtolam habebat in ſua cuſtodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus priuatum habitum, eo loci illam deponebat. Idem mos fuit etiam ſucceſſoribus ipſorum poſteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco ſitam magno ſumptu exædificatam denominauit ab amico Antonio, & ſtolam, ita ut ibi reperta eſt, detinuit, ratus eo magis obnoxium ſe habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius eius & ſucceſſor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani ſimul & pontificiæ ſtolæ poſſeſſionem nacti ſunt, in cella ad hoc ipſum ſtruma repoſitæ, & obſignatæ ſigillo pontificum atque cuſtodum ſacri ærarij, præfecto caſtelli accendente ibi lucernam quotidie. Hāc ſeptimo ante feſtum die præfectus exhibebat pontifici: qua purificata indutus ſacrorum tempore, ſequenti die rurſum eam reponebat in cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat ſingulis annis tertio iunij tempore. Vitellius autem in noſtrorum ſacerdotum poteſtatem eam ſtolam tradidit, iubens ſecurum eſſe præfectum quònam illa reponeretur, aut quando proferretur in uſum pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Ioſephi Caiphæ pontificis ſubrogato Ionatha Anani pontificis filio, iter fecit uerſus Antiochiam. Eodem tempore à Tiberio literas accepit, mandante, vt cum Artabano fœdus & amicitiam faceret. Verebatur enim ne occupata Armenia, maiora damna inferret imperio. Quam amicitiam ita demum ratam fore, ſi ille obſides traderet, maximè ſi regium filium. His ad Vitellium ſcriptis, ſimul Hiberorum & Alanorum reges magnis præmijs ſolicitauit ad inferendum quamprimum bellum Artabano. Et Hiberi ipſi quidem quieuerunt, ſed Alanis tranſitum dederunt per

Vitellius ſtolam ſacerdotibus tradidit: Ionathan pontificatum confert: & Artabano bellum infert.

per ſuam regionem, & patefactis portis Caſpijs immiſerunt eos in regnum Artabani. Quo A
Parthi Armeniam amittunt. facto & Armeniam denuò Parthi amiſerunt, & peruadente totam eorum ditionem bello, nobiliſſimi quique eius gentis cecidèrunt unà cum regis filio & multis popularium mil
Vitellius Artabanum occidere conatur. libus, regioque tota hac incurſione uaſtata eſt. Vitellius etiã pecunia corruptis aliquod amicis & cognatis regijs, ipſum Artabanum conabatur occidere. Ille intellecta fraude, nec inueniens remedium, quòd ab optimatibus immineret periculum, habensque ſuſpectos & eos qui in fide manebant, quaſi beneuolẽtiam fingerent prima quaque occaſione tranſituri in partes aduerſas, fuga ſe ad ſatrapias ſuperiores ſeruauit incolumem. Vbi ex Dahis ac Sa-
Artabanus in imperium reſtitutus. cis contracto magno exercitu, & debellatis inimicis, reſtitutus eſt in Imperium. His auditis B
Tiberius petijt amicitiam Artabani, & aſſentiente illo, cõuenerunt ad Euphratem rex & Vitellius: vbi in medio pontis ſibi occurrerũt, cum ſuo quiſq; ſatellitio. Poſtquã aũt de fœdere conuenit, Herodes tetrarcha vtrumque excepit conuiuio, tabernaculo magno ſumptu
Herodes Artabanum & Vitellium conuiuio excipit: & erecto in medio fluminis. Nec multo pòſt Artabanus miſit Tiberio filium Darium obſidem cum multis muneribus, inter quæ etiam virum ſtatura cubitorum ſeptem, genere Iudæum, Eleazarum nomine, qui propter vaſtitatem Gigas cognominatus eſt. Poſt hæc
Cæſari de impetratis obſidibus ſcribit. Vitellius Antiochiam redijt, Artabanus in Babyloniam. Tum Herodes volens primus nunciare Cæſari de impetratis obſidibus, omnibus diligenter perſcriptis miſit ad eum tabellarios, nihil amplius relinquens ſignificandum per conſularem præſidem. Quare ſuperuenientibus Vitellij literis, Cæſar reſcripſit, omnia ſibi iam antè eſſe cognita ex Hero- C
dis nuncijs. Quo ille grauiter offenſus, & factum in deteriorem partem accipiens, iram celabat in pectore, donec ad Caium peruenit rerum regimen.

IX. TVNC etiam Philippus Herodis frater diem ſuum obijt, anno Tiberij principatus vigeſimo, quum ipſe præ-
Philippus Herodis frater ſuis modeſtè pactis, quietis & otij amans, defungitur. fuiſſet triginta ſeptem annis Trachonitidi & Gaulanitidi, ac Batanææ, vir pertuò modeſtus, & amator quietis ac otij. Degebat enim ſemper in ſua ditione. Quoties domo progrederetur, iter faciebat cum paucis ſelectis comitibus, ſubſequente ſella in qua ſedens ſolitus eſt iura reddere: & ſi quis ex occurſu opem eius inuocaret, ſine dilatione mox ibi ſella poſita reſidens cauſam cognoſcebat, aut ſontem damnaturus, aut abſoluturus innoxium. Obijt autem Iuliade, & illatus in monumentum quod anno antè ſibi conſtruxerat, magnificè ac ſumptuosè funeratus eſt. Et quia ſine liberis deceſſerat, ditionem eius D
Tiberius prouinciæ Syriæ attribuit, ita tamen vt tributa in ea tetrarchia collecta, ſeruarentur in tra ipſius regionis terminos.

Herodis bellum quo ab Areta ſuperatus eſt. CAP. VII.

Herodes Antipas tetrarcha uxorẽ Aretæ filiam repudiat, ut fratris coniugem reducat.

INTEREA Herodem inter & Aretam regem Petræ bellum tali de cauſa exoritur: Herodes tetrarcha vxorem habebat Aretæ filiam, cum qua iam multo tempore conuixerat. Romam deinde iter faciens, diuertit ad Herodem fratrem, ſed genitrice natum alia, Simonis pontificis filia. Huius uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Ariſtobuli communis fratris filia, & Agrippæ maioris ſoror, auſus eſt de impetrando eius coniugio mentionem facere. Qua aſſentiente, con- E
uenit inter eos ut quàm primùm ille Roma reuerteretur in patriam, mulier migraret in eius domicilium. Iniuerceſſit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam ejiceret. Poſt hæc Romam nauigat. Vbi poſtquam expediuit negotia propter quæ uenerat, domum reuerſum vxor, comperto quid pactus fuiſſet cum Herodiade, diſſimulanter rogat vt ſe mittat Machæruntem, caſtrum ſitum in confinijs regionis Aretæ ſubditæ, quantum poterat cælans ſuum propoſitum. Morem geſſit Herodes mulieri, putans eam nihil ſenſiſſe. Illa quæ
Herodis uxor repudiata ad Aretam patrem peruenit. iam antè curauerat apud Machæruntem, patri ſuo tunc obnoxiam, ad iter omnia parari, à præfecto eius excepta, deducentibus Arabibus, magna celeritate peruenit in ædes patris: eique indicauit Herodis animum. Vnde ſimultate nata, ſequuta eſt de Gamalitici agri finibus contentio: & contractis vtrinque copijs, bellum per legatos geſtum eſt, com- F
miſſoque prælio Herodis exercitus internecione perijt, proditus à quibuſdam exulibus, qui pulſi è tetrarchia Philippi, tunc merebant Herodis ſtipendia. Hæc Herodes per literas Tiberio ſignificat. Ille verò indignè ferens Aretæ audaciam, ſcribit Vitellio vt ei bellum inferat, & aut viuum captum abducat, aut occiſi caput ad ſe mittat. Atque hæc fuerunt

X. mandata Tiberij. APVD Iudæos autem fuit opinio, iuſta vltione numinis deletum Herodis exercitum, propter Ioannem qui Baptiſta cognominatus eſt. Hunc e-

nim

A Nam Herodes necauit virum bonum, Iudæos excitantem ad virtutum ſtudia, & in primis pietatis ac iuſticiæ, ſimulque ad baptiſmi lauacrum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, ſi non ab vno tantùm altero'ue peccato abſtinerent, ſed animis per iuſtitiam prius mundatis, adderent & puritatem corporis. Quumque magni concurſus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ auida, Herodes veritus ne tanta hominis authoritas defectionem aliquam pararet, quòd viderentur nihil non facturi ex eius conſilio, iudicauit ſatius eſſe prius quàm noui aliquid exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis ſeram pœnitentiam agere. Itaque vinctum miſſum in Machæruntem ſupra dictam, illic occidi imperat. quod factum ſequuta eſt Iudæorum exiſtimatio, ab irato Deo perditum eſſe Herodis exercitum. VITELLIVS autem ad bellum paratus Arabicum, aſſumptis B duabus legionibus, & leuis armaturæ, atque equitum auxilijs miſsis à ſocijs regibus properans verſus Petram peruenit Ptolemaidem. Quumque vellet per Iudæam exercitum ducere, occurrerunt eius regionis principes, deprecantes tranſitum. Neque enim patrios ritus permittere, vt inferantur vllæ imagines; quales Romana ſigna habebant multas. Quorum precibus flexus mutauit ſententiam de itinere propoſito: miſſoque per magnum campum exercitu, ipſe cum Herode tetrarcha & amicis aſcendit Hieroſolyma, ſacrificaturus Deo in feſtiuitate, quæ tum inſtabat publica. Quò poſtquam ventum eſt, honore ſummo exceptus à populo, hæſit ibi triduo: & interim à Ionatha in fratrem eius Theophilum pontificatum tranſtulit. Quarta autem die literis acceptis de obitu Tiberij, populum ſacramento adegit in fidem Caij noui principis: reuocatas que ex itinere copias C in hyberna dimiſit, omiſſo bello propter delatum in alium imperium. Ferunt Aretam accepto expeditionis Vitellij nuncio collegiſſe ex augurijs, impoſſibile eſſe ad Petram peruenire illum exercitum. Vnum enim è ducibus prius moriturum, vel qui bellum pararet, vel cuius iuſſu paretur, vel eum contra quem mouendum ſit. Ita Vitellius Antiochiam repetijt. Agrippa autem Ariſtobuli filius ante vnum annum Romam venerat, vt propter negocia quædam conueniret Cæſarem. Sed prius quàm de hoc dicam, explicabo Herodis progeniem, vel quòd ad præſentem narrationem id pertineat: vel quo magis appareat, quantum valeat diuina prouidentia, quandoquidem abſque pietate nihil prodeſt nec numeroſa ſoboles, nec vlla humana potentia, vt licet videre in Herode, cuius intra centum annos tam copioſa proles, exceptis paucis perijt: quod ſanè exemplo poteſt eſſe hominibus ad retundendam inſolentiam: ſimulque in primis videtur memorabile, quomodo Agrippa ex priuata fortuna, præter omnium quibus notus erat opinionem, ad tantam potentiam peruectus ſit. Et quamuis iam antè de ea re facta ſit mentio, dicemus tamen hic quoq; diligentius. Herodi magno ex Mariamme Hyrcani filia natæ ſunt duæ filiæ, harũ altera Salampſio nomine nupſit Phaſaelo regis ex fratre Phaſaelo nepoti, idq; ex ipſius patris authoritate: altera uerò dicta Cypros Antipatro, & ipſi nepoti Herodis ex ſorore Salome. Phaſaelus è Salampſione genuit quinque liberos, Antipatrum, Herodem, Alexandrum, & filias Alexandram ac Cypron, quæ nupſit Agrippæ Ariſtobuli filio. Alexandram uerò duxit Timius Cyprius, uir nobilis, in quo matrimonio abſque liberis defuncta eſt. Cypros Agrippæ duos filios peperit, tres filias, Bernicen, Mariammen, Druſillam. filij uerò Agrippa & Druſus dicti ſunt: quorum Druſus ante pubertatis annos obijt. Cum horum patre etiam reliqui germani educabantur apud auum, Herodes & Ariſtobulus, ſimulque Bernice: hi nepotes Herodis magni ex filio, Bernice uerò neptis è Salome ſorore & Coſtobaro nata eſt. Orbati enim erant infantes adhuc patre Ariſtobulo, quem una cum Alexandro ab Herode occiſum diximus. Poſtquam autem perætatem maturuerunt, Herodes hic Agrippę frater duxit Mariammen filiam Olympiadis Herodis regis filiæ, prognatam ex Ioſepho qui regis frater fuerat: & ex ea ſuſcepit Ariſtobulum. Tertio fratri Agrippæ Ariſtobulo nupſit Iotape Sampſigerami Emeſorum regis filia, ex quibus nata eſt filia ſurda, & ipſa Iotape nomine. & hi quidem ex tribus fratribus ſunt progeniti. Herodias uerò ſoror eorum nupſit Herodi magni Herodis filio, quem ſuſceperat è Mariamme filia Simonis pontificis, ex quibus prognata eſt Salome: poſt quam natam Herodias in contemptum legis patriæ denuò nupſit Herodi mariti germano eodem patre genito, relicto priore adhuc ſuperſtite. Is fuit Galilæorum tetrarcha. Salome autem filia Philippo nupſit Herodis filio tetrarchiam habenti Trachonitidis. Quo ſine liberis defuncto Ariſtobulus eam duxit filius Herodis, eius qui Agrippæ fuit frater. Ex hoc poſteriore matrimonio nati ſunt filij

Herodes Iohannem Baptiſtam gladio interimit.

A. M. 4010. Ante Chr. nat. 40.

Machærus arx Iudææ.

XI.

Vitellius Hieroſolyma uenit.

Theophilum pontificem inaugurat.

Caium Caligulã Cæſar conſtituit.

Aretæ augurium.

Herodis progenies.

tres, Herodes, Agrippa, Aristobulus. atque hæc est Phasaeli & Salampsionis progenies. Cypros autem Antipatro filiam Cypron peperit, quam duxit Alexas Selcius, Alexæ filius, & ex ea filiam item Cypron genuit. Herodes autem & Alexander, quos dixi fuisse fratres Antipatri, sine prole discesserunt. Cæterùm Alexander Herodis regis filius, qui à patre necatus est, Alexandrum & Tigranem filios suscepit è Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia. ex his Tigranes apud Armenios regnans cùm apud Romanos delatus esset, sine liberis obijt. Alexander autem Tigranem fratri cognominem filium habuit, qui Armenijs per Neronem rex impositus, Alexandrum filium genuit. Hic Antiochi Comagenorum regis filiam duxit Iotapen, & Lesidis in Cilicia rex à Vespasiano constitutus est. Progenies autem Alexandri ab initio ab institutis patrijs ad religionem Græcorum desciuit. Reliquæ autem XII. Herodis regis filiæ nulla relicta prole è uita excesserunt. PERCENSITIS igitur Herodis posteris qui ad Agrippæ regni tempora pertigerunt, superest, ut narremus quibus ille fortunis iactatus, postremò ad maximam dignitatem ac potentiam euaserit.

A B

Nauigatio Agrippæ ad Tiberium, & quomodo accusatus uinctus fuerit, utq; post excessum Tiberij à Caio eius successore solutus.

CAP. VIII.

PAVLO ante Herodis regis obitum Agrippa Romæ degens, & per conuictum insinuatus in familiaritatem Drusi Imperatoris Tiberij filij, nactus est etiam amicitiam Antoniæ Drusi maioris coniugis, commendatione matris suæ Bernices, quæ apud illam erat in precio. Cumque natura esset liberalis & magnanimus, quàm diu mater uixit noluit ingenium suum exerere, ne in eius indignationem incideret: sed postquam Bernice defuncta est, factus iam sui arbitrij, partim quotidiani uictus splendore, partim liberalitatibus immodicis, præcipuè in libertos Cæsaris, quorum fauorem captabat, redactus ad inopiam, non potuit amplius Romæ uiuere: quando & Tiberius amisso filio uetuit amicos eius in conspectum suum uenire, ne recrudesceret per eos defuncti desiderium. His de causis retrò in Iudæam abijt re malè gesta, profusa pecunia, nec habens qui creditoribus mutuaticiam pecuniam redderent, & quidem multis ac importunè urgentibus. Quare nullum consilium expediens, & pudore præsentis status, secessit in castrum Idumææ Malatha, cogitans miseram uitam aliquo pacto abrumpere. Quod eius propositum ubi Cypros uxor persensit, omnibus modis id impedire conata est: ad sororem quoque eius Herodiadem scripsit, significans & quid Agrippa decreuerit, & qua necessitate adactus: hortataque est eam, vt pro iure cognationis afferret auxilium, & se in hoc imitaretur, quæ quantum posset, subleuaret eius miseriam, quamuis in longè minoribus facultatibus. Accersitus igitur à sorore, eiusque coniuge, iussus est habitare Tiberiade, assignata certa pecunia unde uiueret, & magistratu eius ciuitatis in eum collato, quo esset honoratior. Nec tamen diu Herodes in ea uoluntate perstitit, quamuis ne sic quidem satis fieret propinqui necessitatibus. Cùm enim apud Tyrum in conuiuio largius indulsissent poculis, non tulit Agrippa contumeliam, exprobrante Herode inopiam, & quòd suo sumptu hominem aleret. Quare ad Flaccum uirum consularem, & tum Syriæ præsidem, se contulit, cum quo Romæ amicitiam contraxerat. A quo receptus, cum eo uiuebat, iam antè habente apud se Aristobulum, fratrem quidem Agrippæ, sed inimicum, non obstante tamen hac simultate, quo minus ex æquo utrumque complecteretur proconsul. Sed Aristobulus nihil remittebat de odio, nec prius quieuit, quàm Flaccum infensum fratri redderet, ex occasione huiusmodi: Damasceni cum Sidonijs contendentes de finibus, disceptaturi apud Flaccum, cognito quòd Agrippa multùm apud eum posset, rogauerunt ut adesset ipsorum partibus, polliciti magnam pecuniam: qui mox aggreditur omnia pro Damascenis facere. Aristobulus autem, quia pactos de pecunia senserat, fratrem apud Flaccum detulit. Et facta inquisitione, ac deprehenso crimine, Agrippa excidit amicitia præsidis: rursumque ad extremam egestatem relapsus, uenit Ptolemaida, & quòd non haberet unde aliàs uiueret, decreuit nauigare in Italiam. Sed quùm deesset pecunia, iussit Marsyam suum libertum ut quauis arte à fœneratoribus eam sumeret. Ille Protum Bernices Agrippæ matris libertum, qui defunctæ patronæ testamento in Antoniæ clientelam uenerat, rogat ut accepta fide sub syngrapha daret mutuum. Alteriam

C D E F

Agrippæ liberalitas:
prodigalitas:
paupertas:
calamitas: & ad Reipublicæ administrationē electio.
Agrippa contumelijs impetitur: & à Flacco Syriæ præside excipitur.
Flaccus Agrippæ infensus.
Agrippa apud Flaccum defertur:
inopia opprimitur:

A teriam antè nonnulla ſe pecunia ab Agrippa fraudatum fuiſſe cauſans, extorſit à Marſya ſyngrapham uiginti millium drachmarum Atticarum, detractis de ea ſumma duobus millibus & quingentis, eo facilius, quòd non poterat Agrippa aliter facere. Recepta igitur pecunia profectus Anthedonem, & ibi nauem nactus, parabat ſe itineri. Id ubi comperit Herennius Capito procurator Iamniæ, miſit eò milites exacturos argenti trecenta millia, quorum debitor Cæſarias fiſco factus fuerat, dum adhuc Romæ ageret: atque ita impoſita eſt illi manendi neceſsitas: & tunc quidem facturum ſe iuſſa ſimulat: ſed quamprimùm nox terris incubuit, præciſis nauis retinaculis nauigat Alexandriam. Ibi ab Alexandro Alabarcha popoſcit mutuò ducenta argenti millia. Ille non ipſi ſe mutuaturum profeſſus eſt, *Alexandriam nauigat:*

B ſed Cypro, coniugalem amorem in ea demiratus & uirtutes cæteras, fideiuſsit mulier, & mox Alexander quinque talentis repræſentatis Alexandriæ, reliquam ſummam exhibiturum ſe promiſit Puteolis, profuſionem Agrippæ ueritus. Ita Cypros expedita mari nauigatione in Italiam, ipſa cum liberis in Iudæam itinere pedeſtri reuerſa eſt. Cæterùm Agrippa poſtquam Puteolos appulit, ſcripſit ad Tiberium Cæſarem degentem Capreis, ueniſſe ſe officij cauſa ſignificans, & poteſtatem accedendi Capreas poſtulans. Tiberius nihil cunctatus, humaniſsimè reſcripſit, gratulans ei aduentum ad Capreas incolumem. Nec minore alacritate præſentem excepit amplexu & hoſpitio. Poſtridie Cæſar receptis literis ab Herennio, quòd Agrippa trecentis millibus mutuò ſumptis, nec ad conſtitutum tempus perſolutis, de reddendo admonitus, fuga ſe è ſubiectis ipſius procurationi locis proripi- *Puteolos appulit, Tiberioq; Cæſari ſcribit:* *alacritate excipitur:*

C ens, exigendi facultatem ademiſſet, ægrè tulit: mandauitque cubicularijs non prius admitti ad ſe hominem, quàm perſoluto debito. Ille nequaquam ira Cæſaris attonitus, ab Antonia Germanici & Claudij poſtea principis matre petijt mutuò trecenta millia, ne periclitaretur de amicitia Cæſaris. Quæ memor Bernices huius matris conſuetudinis (familiariter enim ea fuerat uſa) ſimulque educatum fuiſſe ipſum cum ſuo Claudio, præbuit ei pecuniam illam: & ille, reddito debito, nemine prohibente fruebatur amicitia principis: adeoque conciliatus eſt Cæſari, ut is nepotem ſuum commendaret Agrippæ mandaretque, ut progredientem ſemper comitaretur officij gratia. Hoc beneficio deuinctus & deditus Antoniæ, cœpit Caium nepotem eius colere, gratioſum apud omnes & honoratum ob parentis memoriam. Erat ibi fortè Allus Samarita libertus Cæſaris: ab eo mutua- *ab Antonia argenti trecenta millia mutuò petita accipit:* *in Cæſaris amicitiam ſe inſinuat: &* *debitum Antoniæ ſoluit.*

D tus decies centena millia, debitum Antoniæ reddidit: reliquum materiam habuit demerendi Caium officioſius. A' QVO receptus in intimam amicitiam, quodam die XIII.
dum unà geſtatur incidit in confabulationem de Tiberio: & quia ſoli erant, precatus eſt Tiberio, ut quamprimùm principatus locum Caio per omnia digniori cederet: has uoces excepit Eutychus, libertus Agrippæ & autiga: ac tum quidem ſiluit. Inſimulatus deinde à patrono, quòd ueſtem ei furto ſubduxiſſet, ſicut re uera ſubduxerat, & ex fuga retractus, cùm perductus eſſet ad Piſonem urbi præfectum, rogatus fugæ cauſam, ait ſe habere ſecreta quædam, quæ cuperet indicare Cæſari, ad ſalutem ipſius pertinentia, quapropter uinctus miſſus eſt Capreas. Hunc Tiberius more ſuo detinebat in uinculis, quòd eſſet cunctator, ſi quis unquam alius aut rex aut tyrannus. Nam neque legatio- *Agrippa Eutychum furti arguit.* *Tiberius in uinctis audiendis, negligentiam eorundem; cognoſcendis cauſis tarditatem ſuam excuſat:*

E nes ſine mora admittebat, & præſidibus prouinciarum uel procuratoribus ſucceſſorem non mittebat, niſi mortuis. Proinde uinctos quoque negligebat audire, moræ hanc rationem reddens amicis ſciſcitantibus: legatos quidem ideò admitti tardius, ne illis citò dimiſsis alij denuò creati redeant, atque ita obruatur continuò excipiendis & dimittendis legationibus. Poteſtates autem ſemel conſtitutas ideò ſe finere, ut parcatur ſubditis. Cùm enim natura omnis magiſtratus ad auaritiam ſit pronior, externum cui nullus certus ſit præſtitutus terminus, eo magis ad rapinam ſolicitare homines. Itaque ſi diutius eo fruantur, exatiatos lucris, ſegniores ad rapiendum fieri. Sin' ſucceſſor immineat, non ſuffecturos eorum auiditati prouinciales, dum deceſſor tanto magis ſpoliat, quanto minus temporis ad hoc faciendum ſibi putat reliquum. Vtebaturque

F hac ſimilitudine. Conſauciati cuiuſdam uulnera muſcæ agminatim ingruentes operuerant, eum quidam fortè fortuna præteriens miſeratus eſt, putans languidiorem quàm ut illas poſſet arcere: accedensque propius parabat eas depellere. Orante autem ſaucio ut ſic eum ſineret, quæſiuit alter cauſam cur ita liberari ab hac moleſtia negligeret. Tum ille: Imò his abactis maiorem moleſtiam mihi faceres: nam hæ iam ſaturatæ ſanguine remiſerunt nonnihil. Quòd ſi recentes accederent & famelicæ, me iam

antè

antè pessimè affectum facilè perderent. Quare se quoque aiebat hac ratione prouidere subditis, multorum rapacitate uexatis, qui more muscarum eos infestarent, maximè si ad innatam cupiditatem metus citò desinendi accederet. Quòd autem uera narrem de ingenio Tiberij, testatur mihi factum ipsius. Nam cùm duobus supra uiginti annis obtinuerit imperium, duos in uniuersum Iudæis misit gubernatores, Gratum & successorem eius Pilatum. Nec aliter se gessit circa cæteros imperio subditos. Vinctorum quoque causas ideò se aiebat serius cognoscere, ne affecti supplicio citò leuarentur malis, quæ meruerint anteactis sceleribus, nunc dum longiores moras terunt, multò grauius reddi illorum infortunium. Sanè hæc fuit causa cur Eutychus tam diu egerit in uinculis, priusquam Cæsari aures ei præbere fuerit collibitum. Procedente deinde tempore à Capreis uenit Tusculanum, stadijs ferè centum ab urbe dissitum, & Agrippa rogauit Antoniam, efficeret ut tandem audiretur Eutychus, cognosceretur que cuius accusaret patronum criminis. Nam Antonia in magno honore habebatur apud Tiberium, uel propter affinitatem, quòd Drusi fratris uxor fuerat: uel propter continentiam, quòd florente etiam tum ætate uidua recusarit alteras nuptias, licet iubente Augusto iterare coniugium, in eoque uitæ genere omnem cauerit infamiam. Huc accedebat priuatum beneficium, quo maximè deuinxerat hominem. Cùm enim res nouas contra eum moliretur Seianus amicorum unus, uir ualde potens propter præfecturam prætorianorum militum, conspirantibus multis senatoribus & libertis Cæsaris, & uiris militaribus, tantum illi conflatum erat periculum, ut minimum quin opprimeretur abfuerit: quo tempore illustris opera fuit Antoniæ, per quam occursum est Seiani malitiæ. Quàm primùm enim intellexit insidias compositas in principem, rem totam ei præscripsit accuratissimè: traditisque literis Palanti seruorum suorum fidissimo, misit eum Capreas ad Tiberium. Quibus ille cognitis Seianum occidit, & socios consilij: Antoniæque iam antè habitæ in precio, maiorem etiam in posterum fidem habuit per omnia. Hac igitur hortante ad audiendum Eutychum, respondit Tiberius: Huic quidem, si quid contra Agrippam mentitus sit, præsentem pœnam sufficere: sed uidendum illi esse, ne dum inconsultius à liberto pœnas expetit, inquisitione facta, malum quod alteri molitur, sibi ipse conciliet. Quòd ubi Agrippa audiuit ex Antonia, tanto magis urgebat inquiri de hoc negocio: & cùm nullum orandi finem faceret, nacta opportunitatem Antonia, uidens Tiberium à prandio lectica gestari, præcedente ipsius nepote Caio unà cum Agrippa, accessit propius: & pedibus eum comitata, petijt uocari & examinari Eutychum. Ad quam ille: Deos testor, Antonia, quòd non sponte, sed tuis coactus precibus faciam quod facturus sum. Quo dicto Macroni Seiani successori imperat Eutychum adducere: quo sine mora ueniente, rogat eum Cæsar, quid nam contra eum afferat à quo libertatem acceperit: qui respondit: Domine, uectabantur in curru Caius iste & Agrippa, me sedente illis ad pedes: ubi post multos sermones ultrò citroque habitos, Agrippa his uerbis ad Caium usus est: O si iam tandem dies illa ueniat, qua senex iste decedens te orbi relinquat principem. Nihil enim huic uoto obesse posset nepos eius Tiberius, quem tu facilè opprimeres. Tum uerò ad publicam orbis fœlicitatem mea quoque priuatim accederet. His uerbis Tiberius facilè credens, nonnihil etiam ueteri offensa motus, quòd Agrippa iussus colere Tiberium ipsius ex Druso nepotem, neglecto hoc mandato totus in Caium erat propensior: uersus ad Macronem, Huic, inquit, injice uincula. At Macro non satis intelligens quem nam ille diceret (neque enim de Agrippa suspicari tale quid poterat) cunctabatur, donec exactiùs rem perciperet. Interim Cæsar aliquantisper gestatus per circum, denuò Macronem appellans: An non, inquit, iussi, ut huic uincula injicias? quo sciscitante cui tandem, Agrippæ, inquam, ille respondit. Agrippa uerò ad preces uersus, per memoriam filij, cuius consuetudine simul educatus familiarissimè usus fuisset, & per collata in adolescentem Tiberium officia rogabat ueniam: sed frustrà, prætorianis ita ut erat purpuratum in uincula trahentibus. Cumque æstus esset uehemens, & ille post cibum haud multum uini bibisset, itaque siti arderet, conspicatus quendam è Caij seruis nomine Thaumastum, gerentem hydriam, poposcit potum: & cùm libenter oblatum hausisset, inquit, Certè tuo bono puer exhibuisti mihi hoc ministerium: quàm primùm enim hanc necessitatem euasero, impetrabo tibi libertatem à Caio, quandoquidem etiam uincto mihi non es grauatus ministrare, ut antea dum pristina mihi fortuna maneret integra. Nec fefellit hominem, sed gratiam ei reposuit. Nam regnum adeptus,

Agrippa Antoniam rogat, ut pro Eutycho audiendo tandem apud Tiberium intercederet.

Seiani in Tiberium coniuratio: postea

literis Antoniæ manifestata.

Seianus occiditur.

Eutychus producitur: & Agrippam accusat apud Tiberium.

Agrippa in uincula conjicitur.

Thaumastus Caij seruus.

A adeptus Thaumaſtum à Caio impetratum manumiſit, & bonorum ſuorum diſpenſatorem conſtituit. Quin & moriens hunc Agrippæ filio Bernicæque filiæ reliquit eadem miniſterij conditione, apud quos in precio uſque ad extremum diem habitus conſenuit. Sed id poſtea contigit. Tunc uerò Agrippa vinctus ante regiam ſtabat inter alios quoſdam æquè vinctos, incumbens præ mœrore in quandam arborem. cui cùm inſediſſet bubo, unus è vinctis natione Germanus alitem conſpicatus, ſciſcitatus eſt è milite quis nam eſſet ille purpuratus: & cogniſo Agrippam eſſe, Iudæorum nobiliſſimum, rogauit militem vt liceret ſibi propius ad eum accedere. Cupere enim ſe quædam de ipſius rebus patrijs cognoſcere. quo impetrato, & adhibito interprete: O iuuenis, inquit, contriſtat te quidem tam repentina & improuiſa fortunæ mutatio: nec facilè credes propè eſſe effugium, ſic conſulente rebus tuis diuina prouidentia. Sed teſtor patrios deos, & qui huic regioni præſident, & qui nos perduxerunt in hæc uincula, quòd nihil auribus tuis daturus ſum, neque te inani conſolatione lactaturus: non ignarus quòd huiuſmodi prædictiones ſi euentus fruſtretur, maiorem afferant mœſtitiæ cumulum, quàm ſi nunquam omnino auditæ fuiſſent. Itaque æquum duxi uel cum meo periculo interpretari tibi quid dij portendant manifeſtis auſpicijs. Fieri non poteſt quin breui euadas ex his uinculis, & mutatis rerum vicibus ad ampliſſimam dignitatem ſimul atque potentiam peruenias, vſque ad eorum inuidiam quibus nunc videris miſerabilis. Fœlicem quoque habiturus es vitæ exitum, relictis in opum ſucceſſione liberis. Memento autem quando hanc alitem iterum videris, quintum ex eo diem fatalem tibi futurum. Hæc ſunt quæ tibi numen miſſa hac aue nunciat: cuius rei cùm habeam præſcientiam, viſum eſt impertiri te hac lætitia, quo ſpe futuri commodi leuius feras præſens infortunium. Proindè rogo vt quamprimùm fœlicitatem iſtam repræſentari tibi ſenties, des operam vt nos quoque eripiamur ex his aduerſis. Hoc Germani præſagium tam videbatur Agrippæ ridiculum, quàm poſtea maximam admirationem eſt promeritum. At Antonia grauiter ferens calamitatem iuuenis, Tiberium quidem pro eo deprecari putabat non ſolùm difficilè, ſed propter futuram repulſam inutile etiam: apud Macronem tamen obtinuit, vt in cuſtodia ſeruaretur à militibus commodis moribus præditis, conuictorémque haberet centurionem ei curæ præpoſitum, & quotidianis uteretur lauacris, & pateret ad eum libertis atque amicis aditus, quorum ſubleuaretur officijs: admittebanturque ad cum, Silas amicus, & è libertis Marſyas atque Stichus, inferentes ei cibos, quibus delectaretur: & ſtragula quaſi venalia circumferentes, noctu ſubſternebant permiſſu militum iam antè præmonitorum Macronis imperio. Atque in hunc modum ſex menſes exegit in cuſtodia. Cæterùm Tiberius Capreas reuerſus primùm languore modicè tentatus eſt: inualeſcente deinde morbo iam malè de ſe ſperans, per Euodum libertorum ſuorum chariſſimum accerſijt filios, quaſi ad extremum colloquium. Erant autem ei non naturales, ſed adoptiui. Nam Druſum vnicum filium amiſerat. Supererat huius filius Tiberius, cognomine Gemellus, & Caius ex Germanico fratre natus, iam adultus, & diſciplinis liberalibus pulchrè excultus, adhæc gratioſus apud populum propter paterharum virtutum memoriam. Ille enim apud omnes in maximo honore habitus eſt, quòd eſſet modeſtiſſimis moribus, comis in alloquijs, & nemini ſe præferens: quibus artibus non Senatus modò ac populi fauorem ſibi parauit, verumetiam quotquot vbique erant prouinciarium, quos partim affabilitate, partim officijs deuinxerat. Quam ob rem defunctum omnes non honoris ſimulatione luxerunt, ſed veris lachrymis proſecuti, tanquam in priuata quiſque mœſtitia: adeò citra omnem omnium offenſam uixerat: quòd & filio eius plurimum profuit, cùm apud cæteros, tum maximè apud militarem multitudinem, quæ pro ipſius dignitate tuenda nullum periculum non aditura videbatur. At Tiberius cùm Euodum iuſſiſſet in craſtinum ſummo mane filios adducere, precatus eſt Deos patrios, vt manifeſto aliquo indicio deſignarent futurum ſucceſſorem in Imperio, cupiens quidem id nepoti ex filio relinquere, ſed non auſus rem tam arduam tentare inconſultis numinibus. Itaque augurium concepit, eum ſibi ſucceſſurum, qui ſequenti mane prior ad ſalutandum ſe ueniſſet. Quare Pædagogum nepotis præmonuit, vt mox prima hora adoleſcentem adduceret, ratus Deum huic principatum annuere: ſed aliter viſum eſt cœleſti numini. Nam cùm Imperator hæc uolutans diluculò iuſſiſſet Euodum eum è filijs introuocare, qui prior aduenisſet, egreſſus ille Caium offendit pro cubiculi foribus. nam Tiberius auiti propoſiti ignarus ob cruditatem non adfuit. Tum Euodus, Vocat te, inquit, pater; ſimulque introducit iuue-

Germani cuiuſdam augurium de Agrippa.

Antonia pro Agrippa apud Tiberium intercedere decernit.

Tiberium morbo affligitur.

filios adduci iubet.

hem:

nem. Quo viso Imperator cogitare cœpit diuinam prouidentiam, per quam sibi adempta esset potestas statuendi quæ decreuerat: sentiensque diuersum cordi esse superis, non tam suam voluntatem irritam doluit, quàm vicem infœlicis nepotis, cui non satis esset principatum adimi, nisi etiam incolumitas in ultimum discrimen veniret: quandoquidem alio potentiore futuro, parùm eum tutatura uidebatur sanguinis propinquitas in æmulatione potentiæ, altero non antè tutum putante suum principatum, quàm si insidijs præoccupasset alterum. Erat enim Mathematicorum quoque disciplinis addictior, ex quorum consilijs in tota vita pleraque agere erat solitus. Nam & Galbam olim venientem conspicatus versus ad intimos quosdam amicos: En, inquit, virum, futurum aliquando Romanorum principem. In summa nemo Cæsarum vnquam tantam fidem habuit diuinationibus, non vanas expertus aliquoties. Tunc quoque magno mœrore affectus est ob id quod acciderat, non secùs ac si nepotem iam extinctum cerneret: seque ipsum culpabat, qui confugisset ad huiusmodi omina. Cùm enim licuisset ei ignaro futuri è vita sine dolore excedere, nunc corruptam sibi hanc fœlicitatem præscientia futuri charissimorum infortunij. Itaque quamuis turbatus inopinata principatus sui successione, inuitus, & reclamante animo sic Caium alloquitur: Fili, etiamsi Tiberius propiore consanguinitate me contingat, tamen cùm meum de te iudicium, tum uerò Deorum immortalium suffragium secutus, tibi in manus trado Romanorum imperium. Rogo autem vt hoc adeptus non sis immemor beneuolentiæ nostræ, qui tibi sum tantæ fœlicitatis author: & quà poteris gratiam mihi referas, amore complectendo fratrem Tiberium: quandoquidem mihi nihil gratius pro hoc beneficio, quod post Deos totum meum est, potes reponere, quàm si illi non desis quem tibi natura voluit esse coniunctissimum. Nam alioquin etiam scire te oportet, illo superstite stabilius fore tuum imperium: extincto uerò, infœlicitatis tibi adesse exordium. Periculosa enim est solitudo tantæ dignitatis culmen obtinentibus: & qui in consanguinitatis iura peccant, nunquam diuinam ultionem effugiunt. Hæc Caio extrema mandata dedit Tiberius, omnia quidem pollicenti, sed fictè. Quamprimùm enim principatum assecutus est, fratrem secundum illius præsagium sustulit: & ipse quoque aliquanto pòst coniuratorum insidijs oppressus est. At Tiberius Caio successore sibi designato post paucos dies obijt, cùm vixisset in Imperio annos uigintiduos, menses quinque, dies tredecim: post quem Caius reipublicæ præfuit, quartus in Imperatorum serie. Romani verò nunciato eius obitu vehementer quidem gauisi sunt, non tamen audebant credere: non quòd verum esse nuncium non cuperent, quod iampridem magno redemissent libenter: sed quòd verererentur ne tentati falsis nuncijs, si intempestiuè gaudium suum detegerent, delatorum opera in certissimam perniciem incurrerent. Nemo enim ante eum patriciorum ordinem grauius afflixerat, quòd esset iracundus & implacabilis, etiam sine causa odio plerosque prosequens, & pro innata sæuitia etiam leuissima peccata morte mulctans: quapropter optatissimam hanc famam non sunt ausi fronte hilari excipere, intelligentes quantum subesset spei frustratæ periculum. Marsyas verò Agrippæ libertus cognita morte Tiberij, curriculo ad patronum properauit, lætissimum ei nuncium afferens: quem cùm offendisset p etentem balneum, innuens capite sermone Hebraico, Mortuus est, inquit, leo: id ille satis intelligens, inopinatoque perfusus gaudio: At tibi, inquit, tum pro cæteris officijs, tum pro hoc nuncio quam tandem dignam gratiam referam, si modò uera nuncias? Tum centurio qui custodiæ præerat, animaduertens tam Marsyæ festinum aduentum, quàm insecutam illius verba hilaritatem Agrippæ, suspicatusque accidisse noui aliquid, rogauit qua de re inter se conferrent. Quibus primò cunctantibus, cùm ille vrgere non desineret, tandem Agrippa ut iam familiari aperuit omnia. Ibi centurio gratulatus ei plurimùm hanc fœlicitatem, cœnam lautam apposuit. Sed dum epulis simul indulgetur & potulis, ecce ibi quidam superueniens affert incolumen esse Tiberium, & breui in urbem reuersurum. Quibus verbis territus grauiter centurio, capitalis culpæ sibi conscius, quòd cùm vincto lætum conuiuium iniuisset nunciato Imperatoris obitu, proturbat Agrippam de lectulo, hæc insuper dicens: Tu ne me fefelleris mortem mentitus Imperatoris, ac non in caput tuum istud commentus fueris? Et cum dicto vinciri iubet, solutum hactenus, & accuratius in posterum custodiri eum imperat: totamque eam noctem in his malis Agrippa exegit. Postera verò die rumor de Tiberij morte increbuit, palàm id iactantibus hominibus, quibusdam etiam sacra hac de causa facientibus: moxque allatæ sunt à Caio binæ literæ, alteræ, quibus senatui significabat successisse se in defuncti Imperium: alteræ ad Pisonem vrbi præfe-

Mathematicorũ studiosus.

Caio sibi succes-suro præcepta dat & tandem

è uita excedit.
A. M. 4008.
A Christ.
nat. 38.

Agrippæ nuncia-tur Tiberij mors.

Caius Tiberio defuncto succedit.

A præfectum, idem indicantes, mandantesque vt Agrippam è castris dimissum restitueret in id quod antè habitauerat domicilium: quapropter bono animo vixit postea: nam licet custodiretur, tamen laxius victitabat. Cæterùm Caius Romam reuersus, Tiberij simul corpus referens, more solenni funus celebrauit sumptuosissimè: & cùm vellet Agrippam eadem die solutum dimittere, monitu Antoniæ supersedit: nõ quòd ea malè vellet homini, sed negabat decoram hanc festinationem, ne videretur obitu Tiberij gaudere, si confestim solueret quem ille vinxerat. Elapsis tamen non multis diebus, accersitum ad se domum tonderi, uestemque mutare præcipit: impositò deinde in eius caput diademate, tetrarchiæ quæ Philippi fuerat, regem constituit, adiecta Lysanię quoq; tetrarchia, & pro ferrea catena dedit
B auream pari pondere. In Iudæam autem Marullum misit præsidem. Altero deinde anno principatus Caij Cęsaris Agrippa petijt veniam nauigandi in suum regnum ordinandi eius gratia, reuersurum se hoc peracto pollicitus. Quod ubi Imperator annuit, præter omnium spem rex apparuit, insigni exemplo quanta sit in rebus humanis fortunæ potentia, reputatione præsentis fœlicitatis & egestatis pristinæ. & alij quidem beatum prædicabant qui spe sua non frustratus fuisset: & alij vix credebant tantam fœlicitatem hominis.

Tiberius funere celebratur.

Agrippa soluitur.

tetrarchiæ rex constituitur, & in suum regnum nauigat.

A. M. 4010. Ante Chr. nat. 40. XIIII.

Quomodo Herodes tetrarcha in exilium missus est. CAP. IX.

HERODIAS autem Agrippæ soror, nupta Herodi tetrarchę Galilææ atque Perææ, inuidebat fratri hanc potentiam, quem in cellsiore quàm maritum cerneret fastigio: urebat eam nimirum quòd qui profugerat non ualens debita dissoluere, tum reuersus erat auctus dignitate ac fortuna tam splendida: hancque mutationem iniquissimo ferebat animo, præsertim quoties illum uideret ornatum regijs insignibus per turbas inuehi: adeoque non poterat imperare suis affectionibus, ut maritum assiduis hortatibus ad similia speranda, & suscepta transmarina peregrinatione apud Romam ambienda erigeret: negans sibi uitam ferendam diutius, si Agrippa Aristobuli à patre supplicio traditi filius, & ob extremam inopiam metu creditorum profugus, reuersus regno fruatur: ipse uerò filius regis, & à cognatis ad regnum inuitatus, per desidiam nihil tale affectaret, priuata uita contentus. At qui marite mi, inquit, si tibi antehac molestum non fuit, in minore quàm olim pater dignitate agere, nunc saltem honorem familiæ debitum appete. neq; ferendum puta existimatione cedere uiro q tuis quondam sustentatus sit opibus: neq; per tuam patiaris ignauiam, ut illi uideatur plus in paupertate superfuisse ad quærendam ampliorem fortunam industriæ, quàm nobis in tam opimis facultatibus, quasi non pudendum sit te nunc ab eo secundum censeri, qui paulo antè nisi tua misericordia non potuit uiuere. Ergo Romam eamus non parcentes nec labori, nec auri argentíue impendijs, quandoquidem non tam hæc seruare sit optabile, quàm parando regno insumere: At ille resistebat aliquandiu quietis amore, & suspectas habens Romanas turbas: conabaturque eam in diuersam sententiam traducere. Mulier contrà quanto magis eum tergiuersari uidebat, tanto urgebat improbius, nihil non tentandum censens regni cupidine: nec prius destitit quàm mariti extorqueret consensum, non ualentis aliàs eius importunitatem excutere. Itaque sine parsimonia facto apparatu exquisitissimo, unà cum Herodiade Romam proficiscitur. Agrippa porrò cognita eorum mente ac apparatu, ipse quoque se accinxit ad resistendũ: & quamprimùm eos è portu soluisse didicit, etiam ipse Romam misit Fortunatum suum libertum ad Imperatorem cum muneribus, & literis scriptis contra Herodem: simulque mandauit ut per occasionem amplius cum principe super hoc negocio differeret. Qui subsecutus Herodem, & secunda nauigatione usus, tantummodò à tergo relictus est, quod tum primùm ad Cæsarem admisso superuenit, literasque reddidit. Vterque enim Puteolos appulit: & Caius tum fortè apud Baias repertus est: id oppidulum est Campaniæ, quinque fermè stadijs à Puteolis dissitum: ubi palatia sunt splendidissima, dum Imperatorum quisque superiorem vincere contendit magnificentia: inuitantibus eò lauacris calidis sponte terra scaturientibus, tam ad sarciendam corporum ualetudinem, quàm
F ad animos ocio relaxandos commodis. Itaque Caius simul ab Herode salutatus est, priorem enim eum admiserat: simul Agrippæ perlegit literas, accusantes Herodem, quòd prius cum Seiano conspirasset in Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faueret contra Caij nouum imperium. Argumento erat ipsius tetrarchę apparatus, qui in armamentarijs suis haberet tantum armorum, quantum instruendis virorum septuaginta millibus sufficeret. Quare Cæsar commotus, percontatus est Herodem, veráne essent quæ nunciarentur

Herodes Herodiadis monitis resistit: at tandem

Assentitur.

Agrippa Herodis conatibus repugnat.

Baiæ ciuitas Campaniæ.

Agryppa Herodem conspirationis in Tiberium institutæ accusat.

de armorum numero: quo annuente, neque enim uera negare poterat, ſatis approbatam putans defectionem, ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoque eius donans Agrippæ: Herodem uerò perpetuo damnauit exilio apud Lugdunum urbem Galliæ. Cognito deinde ſororem Agrippæ eſſe Herodiadem, pecuniam ei propriam conceſſit: & ratus non libenter fore marito calamitatis ſociam, in Agrippæ gratiam ſe illi parſurum promiſit. Ad hęc illa: Tu quidem Imperator, ut tua maieſtate dignum eſt, loqueris: ſed mihi coniugalis amor impedimento eſt quo minus fruar hac indulgentia: non enim æquum cenſeo, ut cui ſecundæ fortunæ fui ſocia, cum nũc in aduerſa deſeram. At ille indignè ferens tam excelſum animum in fœmina, ipſam quoque cum Herode expulit, & bona eius Agrippæ largitus eſt. Atque hæc fuit uindicta quam Deus intulit tum Herodiadi fratris ſucceſſus inuidè ferenti, tum Herodi ad obſequendum uaniloquentiæ uxoris nimis facili. Caius porrò primo ac ſequenti ſui principatus anno rempublic. adminiſtrauit egregiè: moderateque ſe gerens, & Romanorum ſibi fauorem conciliauit & prouincialium. Procedente uerò tempore inflatus potentiæ magnitudine, oblitus eſt ſe eſſe hominem, & cõ umelioſus in ſuperos, ad reliquam inſaniam diuinos etiam honores uſurpare auſus eſt.

Herodes exilio perpetuo damnatur: &

ſuis bonis priuatur.

Caius rempubl. adminiſtrat.

Iudæorum & Græcorum apud Alexandriam ſeditio. CAP. X.

XV. *Apion Iudæos accuſat: at*

VMQVE inter Iudæos & Græcos Alexandriam habitantes exorta eſſet ſeditio, terni ab utraq; parte legati delecti ad Caiũ miſſi ſunt. Apion uerò Alexandrinorũ legationis princeps multa in Iudæos iactauit crimina, interque cætera, quòd Cæſarem non proſequerentur debitis honoribus. Nam cùm quàm latè patet orbis Romanus Caio extruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum cæteris numinibus, ſolos iſtos turpe putare dedicare illi ſtatuas, aut iurare per nomen Cæſaris. His acerbè, inuecto Apione, multisque alijs, quæ ad exaſperandum Caium faceret, Philo Iudæorum legationis princeps, uir per omnia clariſſimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus philoſophiæ, parabat cauſam ſuæ gentis agere. Sed repulſus eſt à Cæſare iubente illum abire, & per iracundiam uix temperante ab iniuria: quapropter eiectus conuitio, verſus ad Iudæos aſſectatores: Nunc, inquit, oportet bono eſſe animo, quando Caius uerbo nobis iratus eſt: ſed re ipſa Deum iam in ſe irritat.

Philo eos defendit: &

expulſus Deo cauſam cõmittit.

Caius in Syriam mittit Petronium, iuſſum Iudæis bellum inferre, niſi uelint recipere ipſius ſtatuam. CAP. XI.

A.M.4011. Ante Chr. nat. 41.

CAIVS porrò indignè ferens à ſolis Iudæis ita ſe deſpici, legatum in Syriam mittit Petronium ſucceſſurum Vitellio: iubetque vt cum valido exercitu inuadat Iudæam: & ſi ſponte id admittant, ſtatuam eius in templo Dei collocet. Sin detrectẽt, bello deuictos imperata facere adigat. Is aſſumpta adminiſtratione rerum Syriæ, dedit operam vt exequeretur mandata Cæſaris: contractisque, quantum poterat, auxilijs, cum duabus Romanis legionibus hybernauit apud Ptolemaidem, primo uere bellum illaturus: quod & Caio ſignificauit per literas. Qui collaudata eius induſtria, hortatus eſt eum ad agendum gnauiter, & frangendam bello gentis contumaciam. Interim Iudæorum multa millia uenerunt Ptolemaidem ad Petronium, deprecaturi ne quid facere cogerentur contra leges patrias. Quòd ſi omnino decretum ſit ſtatuam in fano ponere, ipſos primùm interficeret, ac tum demum ſuo arbitratu rem perageret. Nam quantiſper ſupereſſent, non poſſe ferre uiolari legislatoris ſui decreta, tot retro ſæculis obſeruata ab optimis patribus. Ad hæc Petronius commotior: Hæc, inquit, quæ affertis fortè valerent apud me aliquid, ſi meis ipſius conſilijs & auſpicijs rem gererem: nunc neceſſe eſt me ſubſeruire decretis Cæſaris, quibus contrauenire impunè non licet. Ad hæc Iudæi: Si tibi Petroni, certum eſt à præſcripto Caij non diſcedere, neque nos tranſgrediemur legis noſtræ mandata, freti diuina potentia, & maiorum noſtrorum virtutis æmuli. Neque enim ſumus adeò mali, ut quæ nobis cœleſte numen imperauit propoſito fœlicitatis præmio, ea uiolemus uitę cupidine. Quapropter feremus fortunam quamlibet, dummodo patriæ legis religio maneat incolumis: & parati ſumus ſubire pericula, ſperandes Deum nobis non defore, propter cuius honorẽ non reformidamus ancipitem fortunæ aleam. Hoc malumus quàm tibi per ignauiam parendo incurrere perpetuam ignominiam, ſimulque ob neglectas leges indignationem numinis, cuius uel te iudice potior quàm Caij habenda eſt ratio. Ibi Petronius animaduertens eorum obſtinatam peruicaciam, neque ſe poſſe ſine certamine & cæde ſtatuam dedicare Cæſaris, cum amicis & famulitio properauit Tiberiadem, vt ex propinquo melius res Iudæorum

Caius Petronium ſucceſſurum Vitellio in Syriam mittit.

Petronius bellũ infert Iudæis.

Iudæi apud Petronium ſtatuæ deprecantur: &

Petronio Conſtantiã probãt

Deo potius quàm hominibus obedientia præſtanda.

A dæorum diſpiceret. Iudæi verò magnum timentes è Romano bello periculum, ſed maius ex violatis legibus, iterum multorum millium numero occurrunt Petronio Tiberiadem, ſupplicantes ne ſe ad eam neceſſitatem cogeret, néue vrbem pollueret poſita ſtatua. Tum Petronius: Bellabitis igitur cum Cæſare, nec illius opes, nec veſtram imbecillitatem adhibentes in conſilium? Non bellabimus, inquiunt, ſed moriemur citius, quàm diſcedamus à legibus. Simulque procumbentes ac nudantes iugulos, paratos ſe aiebant ad excipiendos gladios. Atque hoc pacto perduratum eſt per quadraginta dies continuos, neglectis interim agriculturæ operibus, cùm maximè ſementis eſſent tempora: quandoquidem certiſſimum illis erat propoſitum, mortem potius quàm ſtatuam illam admittere. In hoc rerum

Iudæi Petronio occurrunt, aientes vrbem non ſtatuis eſſe polluendam.

Ariſtobulus & Elcias pro Iudæis apud Petronium intercedunt.

B ſtatu Ariſtobulus Agrippę regis frater, & Elcias Magnus cognomine, cum optimatibus cæteris eius familiæ, Iudæorumque primatibus accedunt Petronium, rogantes vt conſideraret obſtinationem populi, néue illis deſperandi anſam præberet, quinpotius Caio ſcribat quanta peruicacia reclametur dedicationi ſtatuæ: vtque relicto agriculturæ ſtudio, de bello quidem nulla virium fiducia, non cogitent: ſed parati libenter mori potius, quàm religionis labem in ſe admittere. Ad hæc ſemente omiſſa exiſtere latrocinia, dum non eſt vnde poſſint perſolui vectigalia. Fortè enim flecti poſſe Cæſarem ne quid ſæuius in eam gentem ſtatuat, néue illi rebellandi materiam præbeat. Quòd ſi non moueatur ab inferendi belli propoſito, tum demum aggrediatur negocium: atque hæ fuerunt preces Ariſtobuli. Petronius verò partim deprecatoris reſpectu enixè urgentis, & ipſius rei magnitudinis, partim

C contentioſi Iudæorum propoſiti, ratus indignum tam multa hominum millia in gratiam inſanientis Caij perdere, & cœleſte numen ſuamque ipſius conſcientiam reueritus, maluit abſurditatem rei per literas docere imperatorem vel ſuo periculo, non ignarus quàm ille eſſet iracundo ingenio, & ad vindicandum prono, niſi quis quàm primum furenti morem geſſiſſet. Sic enim exiſtimabat, etiamſi ille nō decederet de ſentētia, & fortaſſe indignationem in ipſum verteret cunctantius mandata exequentem: eſſe tamen boni uiri officium, pro incolumitate tam numeroſi populi vel certum interitum non refugere. Ergo indicto Iudæis conuentu ad Tiberiadem, poſtquam adeſſe vidit multa millia, progreſſus in concionem ait, expeditionem non à ſe vltrò ſuſceptam, ſed mandato Cæſaris: cuius executionem

Petronij ad Iudæos oratio.

D differri periculoſum eſſe, propter indignationem ſummæ poteſtatis: & alioqui conueniens eſſe, vt ipſe ab autoritate illius pendeat, per quem ad tantum dignitatis faſtigium euectus ſit. Attamen veſtræ, inquit, ſaluti meam ſecuritatem aut exiſtimationem non præferam, quò patriæ legis ueſtræ virtuti inſeruiam, quam vos omni ope defendendam exiſtimatis: ac dei ſumma dignitate potentiaque fretus, non committam vt templum temeretur principum licentia. Quamobrem legatos ad Caium miſſurus ſum, per quos cognoſcat veſtram irreuocabilem ſententiam, quantumque in me erit, hortabor vt honeſtiſſimæ ueſtræ voluntati aſſenſum ſuum præbeat. Deus cuius potentia ſuperior eſt omnibus humanis conatibus, faxit, vt & religio ueſtra integra ac inuiolata maneat, et ille per immo dicam honoris cupiditatem nullum ſibi contrahat piaculum. Quòd ſi offenſus Caius iram omnem in me verterit, patiar quoduis periculum, ſiue in corpus ſiue in vitam illi ſæuire libeat, modò ne

E tam ingentem ueſtram multitudinem propter tam bona facta perire videam. Abite igitur quo ſuum quemque vocat negocium, & terram labore veſtro colite. Legationem autem mittam ipſe Romam, & quicquid in rem veſtram potero, tam per me agam, quàm per amicos meos & neceſſarios. His dictis concionem dimiſit, hortatus vt agros colerent interim, & bono eſſent animo: & ille quidem ſic populum pro ſua virili conſolatus eſt. Deus autem manifeſtè oſtendit Petronio ſuam prouidentiam, quodque omnibus iuſtè atque honeſtè cœptis propitius faueat. Vix enim orationem finierat, cùm repentè imber præter omnium opinionem decidit, nullis tam ſerena die ſignis præmonſtratus, & hominibus propter diuturnam ac continuam ſiccitatem cœlitùs pluuiam penè deſperantibus, etiam ſi nubes viderent, quæ toties ſpem eorum fruſtratæ fuerant. Quapropter terra tum præter ſolitum

Petronij pietas accepta Deo.

F præterque expectationem rigata largis imbribus, Iudæis ſpes facta eſt non irritas fore preces Petronij. Quin & ipſe præſes magis etiam obſtupefactus eſt, euidenter cernens curæ eſſe Deo res Iudaicas, atteſtante tam inſigni prodigio, vt nemo niſi impudens poſſet contradicere. Cumque accuratè ſuper hoc negocio ſcripſiſſet ad Caium, dehortans, ne tam multa millia in extremam deſperationem atque perniciem adduceret, neque enim niſi bello compulſus diſceſſuros à religione patria: néue ſeipſe mulctaret luculentis ex ea gente prouenti

Petronius Caio ſcribit pro Iudæis.

bus, æternumque apud eam sibi pararet improperium: id quoque adiecit, quàm charus sit Deo populus, quamque manifestis signis declaret suam erga illos beneuolentiam. Hæc Petronius. Rex autem Agrippa, qui tum fortè Romæ degebat, indies Caio reddebatur familiarior: quando etiam conuiuium tale illi exhibuit, procurato apparatu sumptuosissimo, adhibitoq; omni exquisitissimarum lauticiarum ac uoluptatum genere, vt omnes à tergo relinqueret in hoc certamine, atque ipsum etiam Cæsarem: tantùm illi studium fuit deme rendi principis per omne obsequium. Is demiratus eius tam animum quàm magnificentiam, qui etiam supra vires ac facultates placere sibi contenderet, volensque cum eo certare mutuis officijs, iam vino quoque factus hilarior, Agrippam ad potandum prouocantem sic allocutus est. Equidem & antè expertus sum tuam beneuolentiam, quando viuo etiam tum Tiberio ne periculis quidem à me colendo deterritus es: & nunc uideo te modò mihi gratificeris, nulli rei parcere, nè facultatum quidem tuarum ratione habita. Quare cùm turpe mihi sit à te vinci officijs, quicquid hactenus per me neglectum est iam pensabitur: tantumque ad pristinam meam erga te liberalitatem accedat enixè dabo operam, vt maximum ad futuram tuam fœlicitatem momentum allaturum sit. Sic ille benignè promittebat, tatus ampla latifundia postulaturum, aut vrbium aliquarum vectigalia. Ille verò quamuis iam pridem preces parauerat, tamen hactenus dissimulata tum demum per occasionem aperuit, dicens nèque olim propter priuatum commodum præter mandatum Tiberij se illum coluisse: & nunc nihil aliud captare præter ipsius gratiam. Nam & priorem munificentiam vberiorem fuisse quàm vnquam ipe concipere potuisset, quantumuis improba. Etsi enim tu, inquit, maiora præstare valeas, meis tamen non solùm meritis, sed cupiditatibus etiam abunde satis factum est. Ibi Caius attonitus hominis modestia, magis vrgere cœpit, ut vellet uti sua beneficentia, nihil non polliceri perseuerans. Tum Agrippa: Quandoquidem, Domine, liberalitatem tuam tam benignè mihi offers, equidem petam, sed nihil quod ad diuitias attineat, quibus iam per tuam gratiam abundo. Illud potius postulabo, quod impetratum & pietatis opinionem, & perpetuum fauorem numinis tibi conciliet. Mihi quoque glorioſum erit, si post innumeras alias hanc vnam etiam mihi feceris gratiam. Rogo igitur vt mandatum reuoces, quod Petronio dedisti, de statua in Iudæorum templo ponenda. Hæc ille velut aleam iaciens, non ignarus quantum subesset periculum, quodque capitale esset, si Caio illa non probarentur. Imperator autem simul officiosa liberalitate delinitus, simul pudendam uanitatem ducens, si coram tot testibus vltrò ad petendum prouocato, repentè mutatus denegasset gratiam: suspiciens etiam virtutem hominis, qui pluris faceret pietatem, suæque gentis tranquillitatem, quàm incrementum dominationis aut redituum, fecit eum voti compotem. Scripsit igitur Petronio, collaudans eius industriam in comparando exercitu, & in exequendis mandatis, quæ acceperat. Quod autem ad statuam attineat, si quidem dedicata sit & posita, sinendam esse: sin minus, non esse cur in eo negocio plus laboris capiat: sed debere eum soluto exercitu reuerti ad intermissa officia. Remissum enim esse hoc Iudæis in Agrippæ gratiam, cui tantum honoris à se haberi, vt non possit voluntati eius contradicere. In hunc modum Caius scripsit Petronio, priusquam ad defectionem spectare Iudæos cognosceret. Allatis postea de rebellatione rumoribus, indignè ferens gentis audaciam, & contemptum imperij, homo omni turpitudini obnoxius, nullamque rationem honestatis habens, & impetu iracundiæ quouis abripi solitus, quem refrenare nunquam studuit, imò ad fœlicitatem suam pertinere putans, si quàm maximè affectioni huic indulgeret, denuò scribit eidem in hanc sententiam: Quoniam plus apud te valuerunt Iudæorum munera, quàm mea mandata, quibus neglectis omnia illis gratificatus es, temet iudicem facio quid de teipso statuere debeas, semel indignationem meam meritus. Volo enim te exemplum fieri & præsentibus & posteris, nullo modo irrita habenda mandata imperatoria. Hæc Epistola missa quidem est ad præsidem, non tamen Cæsare viuo reddita, qui perferebant tardius nauigantibus, ita vt prius ille alias acceperit literas, nunciantes de Caij exitio. Deus enim non fuit immemor Petronij, & periculorum quæ propter ipsius honorem atque Iudæorum religionem subierat: sed amoto à reipublicę habenis Caio propter impiè affectatos diuinos honores, tanto maior habita est illi gratia tam à Romanis, quàm à prouincialibus, maximo fauore præcipuis senatoribus eum prosequentibus, in quos potissimùm Caius debacchari fuerat solitus. Is extinctus est non multo postquam Petronio scripserat illam mortis denunciatricem

Agrippa Caiũ honorat: &

à Caio, vt in templo Hierosolymitano ponatur ipsius statua, affectat, atque impetrat.

Caius Petronii ad hactenus intermissa officia reuocat.

Caius Petronio scribit, vt seipsũ interficiat:

Caius interit. vt infrà habetur libri 19. cap. 1.

Petronius Caij interitum lætatus.

Atricem Epistolam. Causam autem propter quam Caius sublatus est, & quemadmodum comparatæ sunt in eum insidiæ, procedente stilo significabimus. Cæterùm Petronio prius redditę sunt literæ de cæde imperatoris, actùm demum superuenerunt illæ, quibus iubebatur mortem sibi conscisscere. Quare lætatus fortuito tyranni interitu, admiratus est Dei prouidentiam, qui sine dilatione mercedem habiti sibi honoris persoluerit, & Iudæis præsentem opem attulerit. Et ille quidem miro hoc modo euasit mortis periculum.

Qua Iudæis apud Babylonem acciderint per Asinæum, & Anilæum fratres.

CAP. XII.

XVI. INCIDERVNT in ea tempora graues motus Iudæorum apud Mesopotamiam ac Babyloniam habitantium, cædesq; & calamitates quales nusquam memorantur in superioribus narrationibus, de quibus accuratè tractaturus, causas etiam ab origine repetam. Neerda dicitur vrbs Babyloniæ, frequens populo, & agro fertili, qui tantam multitudinem possit alere. ad hæc non patet hostium assultibus, cinctá fluentis Euphratis & firmissimis mœnibus. Eidem flumini est & Nisibis appositá: quare Iudæi fretu locorum natura, sacrum didragma quod Deo ex more solent offerre, cæteramque votiuam pecuniam, in his vrbibus deponebant tanquam in communi ærario, inde suo tempore trasmittendam Hierosolyma: quę deinde à multis hominum millibus illò deducebatur, metuentium latrocinia Parthorum, quorum ditioni tum suberat Babylonia. Ex his Iudæis erant Asinæus & Anilæus fratres, Neerdenses patria, orbati patre, & à matre ad textrini opificium adhibiti, quod non indecorum habetur illis gentibus, vbi & viri exercent lanificium. Hos officinæ magister, apud quem artem didicerant, quòd serius aliquando ad operandum accessissent, castigauit verberibus. Illi existimantes se affectos iniuria, detractis armis quæ seruabantur in eius domus pariete, contulerunt se in quendam locum vbi fluuius scinditur, vberem pascuis, & frugum fertilem, cæterorumque fructuum qui reponuntur in hyemem: ad eos mox confluxit iuuenum quisque egentissimus, quorum armis stipati pro ducibus se gerebant, nemine cohibente maleficia. Cùm enim facti essent inexpugnabiles, & arcem sibi construxissent, dimissis exactoribus tributa colligebant ab accolis, certum videlicet pecoris numerum, & quantum in alimenta eorum sat erat, promittentes amicitiam morem sibi gerentibus, & propugnationem contra externam uim si qua ingrueret: contra occisionem gregum ac pastorum, si detrectarent imperata facere. Quapropter necessitate coacti mittebant eis quantumcunque poscerent. Quo factum est vt aucta eorum potentia, validi essent ad incursandum quoslibet, nemoque vicinorum auderet eos offendere, aut armis cum illis congredi: adeò vt ad Parthorum quoque regem rumor hæc detulerit. Satrapa autem Babyloniæ postquam hæc audiuit, volens crescens adhuc malum opprimere, priusquam maius aliquod inde proueniret incommodum, collecto quantum poterat è Parthis ac Babylonijs exercitu, properauit contra eos, cupiens ex improuiso opprimere: obsessáque palude suos iussit aliquantisper quiescere. Postridie verò Iudæis sabbaticas ferias otio publico celebrantibus, ratus non ausuros in certamen descendere, sed nullo negotio vinctos se abducturum, paulatim procedebat, vt repentè in eos irrueret. Asinæus verò qui tum fortè positis propè se armis cum socijs desidebat in otio: Viri, inquit, hinnitus equorum mihi aures perculit, non qualis est passim pascentium, sed qui sessorem tergo vehant: nam & frenorum sonitum sentio, vereor ne circumuenti simus ab hostibus. Sed procurrat aliquis speculatum, qui nobis quid immineat certò renunciet. Optarim autem vana esse quæ dixi. moxque quidam profecti visum, celeriter redeunt, non falsam suspicionem fuisse referentes: adesse vltores acceptæ iniuriæ. ex insidijs se obrutos equitatu copioso velut pecora, nec ad repugnandum quidem paratos, vetante propter ferias patria consuetudine. At Asinæus longè aliter quàm speculatori videbatur statuit, non concedendam censens hanc voluptatem hostibus, vt per otium in se grassarentur cædibus: quin potius virtutis & præsentis necessitatis memores conniti debere, vt si ita fors ferat, non inulti percant: primusque correptis armis suos exemplo ad similem excitiit audaciam, ad conserendas cum hoste manus eos animans. Et quia contemptim veniebant rem factam se habere putantes, multis cæsis reliquos coegit terga vertere. Eius pugnæ postquam ad Parthorum regem fama peruenit, admiratus fratrum audaciam,

Neerda vrbs.

Nisibis oppidum.

Asinæus & Anilæus manum armatoris colligunt.

Satrapam armis infirmantem hostili incursu.

ad colloquium deposcunt.

daciam, concupiuit eorum aſpectum & colloquium: & ad eos miſit fidiſſimum è ſatelliti- A
Artabanus Aſinæi & Anilei amicitiam expetit. bus, qui hæc verba illis referret: Regem Artabanum tametſi iniuriam eorum violentia in ſuo regno acceperit, indignationem tamen virtuti ipſorum remittere: miſiſſeque ſe qui fide data impunitatem & ſecuritatem itinerum eis offerret ipſius nomine, quòd amicitiam eorum cuperet, ſine fraude omni & inſidijs, paratam eſſe regis munificentiam, foreque vt hac ſua virtute poſthac rege fauente utantur melius. Tum Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit, fratrem uerò Anilæum miſit cum quibus potuit muneribus. Iuit ille ad re-
Anilæus Artabanum adit. gem, & facilè admiſſus eſt. Artabanus autem videns Anilæum ſolum ueniſſe, rogauit cúr- nam domi reliquiſſet Aſinęum, cognitoque metu illum ſe continere intra paluſtria: per patrios Deos deierauit, nihil eos ſe leſurum in fidem venientes: idq; porrecta iuueni dextra B
ſancijt, quòd apud barbaros conuenturos certiſſimum eſt argumentum fiduciæ. Nam poſt datam dextram apud eos nemo fallit: neque quiſquam ſuſpectis credere dubitat accepta dextera. Tum quoque Artabanus hoc pacto remiſit Anilæum, perſuaſurum fratri vt ſimul ueniret. Hoc autem agebat rex volens conciliatis ſibi his fratribus per Iudæorum virtutem illas ſatrapias continere in officio, quæ videbantur ad defectionem ſpectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipſe rebelles perdomat, Aſinæus auctis apud Babyloniam viribus, ſiue volentibus prouincialibus, ſiue inuitis non temperaret à maleficijs. Hoc igitur conſilio illum accerſijt. Aſinæus uerò à fratre in eam ſententiam inductus eſt, præſertim commemorante quàm luculenter erga ipſos rex affectus ſit, quodque ad firman- C
Aſinæus & Anilæus Artabanum decedunt. dam fidem iuſiurandum interpoſuerit. Quare primo quoque tempore ad Artabanum ambo perueniunt. Ille libenter eos excepit, in primis miratus generoſum Aſinæi animum, quòd videret breui ſtatura hominem, & primo aſpectu contemnenda ſpecie quaſi nullius precij, apud amicos dictitans, nihil eſſe in tantillo corpore, quod tam vaſto animo reſpon-
Abdagaſus Aſinæum cædere decernit: at deat, & inter epulas oſtenſum magiſtro militum Abdagaſi prædicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere ſoleat. Is cùm rogaſſet vt bona regis venia liceret illum interficere, pœnasque tot maleficiorum de eo ſumere quibus Parthos læſiſſet: negauit ſe hoc permiſſurum in hominem qui ſe credidiſſet ſuę fidei, data dextra confirmatæ, & iureiurando
ab Artabano impeditur. adhibito. Quòd ſi, inquit, vir bellicoſus haberi vis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorum ignominiam: ſed redeuntem aggreſſus per vim abſque meo conſenſu D
Aſinæus incolumis domum remittitur. opprime. Mane deinde accito Aſinæo: Tempus tibi eſt, inquit, iuuenis domum reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortaſſis etiam me inuito conarentur interficere. Commendo autem tibi terram Babyloniam, ut eam tua cura tutam à latrocinijs & illeſam cuſtodias. mihi viciſſim cordi erit tua incolumitas, quandoquidem tuum caput non dubitaſti meæ fidei committere. Hæc locutus, datis mox muneribus Aſinæum dimittit. Ille domum reuerſus caſtella partim noua condidit, partim quæ prius habuerat firmauit
Aſinæus fit potens. munitionibus: breuiq́ue in tantum auctus eſt, quantum ante eum nemo alius, à talibus exorſus initijs. Nec contentus honoribus Babyloniorum, à Parthorum quoque obſeruabatur ducibus, qui in uicinas prouincias mittebantur cum imperio. Adeò creuit eius authoritas unà cum potentia, vt Meſopotamia tota ab ipſius penderet nutibus. In hac fœliçitate E
florentior indies exegit annos quindecim: quæ non prius cœpit in deterius uergere, quàm neglecto priſtino virtutis ſtudio, contemptisque inſtitutis patrijs, voluptate victi dediderunt ſe externis libidinibus. Venerat fortè in eas regiones Parthorum quidam dux cum
Anilæum amoribus corruptes degenerat, etc. coniuge tam alijs dotibus quàm inſigni forma laudata uſque ad miraculum: hanc ſiue aſpectu ſiue fama cognitam adamauit Aſinæi frater Anilæus: & cùm neque ſuis imperare poſſet cupidinibus, neque vlla alia ſpes eſſet potiendi muliere, bello maritum eius petijt; primoque conflictu cæſo Partho, vxor in uictoris poteſtatem & thalamum peruenit: quod quidem magnarum calamitatum tam ipſi quàm fratri fuit principium. Cùm enim amiſſo priore marito captiua duceretur, ſimulacra patriorum numinum, quæ gentilitio ritu & & domi ſecum habere ſolebat & in itinere, clàm inter cæteram ſupellectilem aduexerat. ea primùm colebat ſine arbitris. Deinde in thorum recepta, & nacta fiduciam, propalàm ope- F
rabatur ſacris quæ à defuncto acceperat. Id factum obiurgabatur ab amicis vtriuſque fratris primarijs, indignum facinus dictitantibus, contra Hebraicæ gentis ritus ac leges ductam vxorem barbaram, deditam impijs patriæ ſuæ ſuperſtitionibus. Quare videndum ne dum nimium indulgent voluptati corporis, à principatu excidant, quem diuino fauore conſecuti ſint. Sed adeò nihil profectum eſt his admonitionibus, vt præcipuus quidam ab illo

confeſſus

confossus fuerit, dum liberius inuehitur: qui moriens iratum numen imprecatus est fratribus eorumq; socijs, vlturum lesam & religionem & amicitiam, vtq; simili & ipsi ab inimicis afficerentur exitio, illi quidem quòd authores iniuriæ fuerint, hi quòd patrocinatorem legum per summum nefas opprimi passi sint. Quamuis enim molestè ferrent talia, plus tamē apud eos valebat præteritæ virtutis memoria, cui acceptam ferebant præsentem fœlicitatē. Sed indignationem eorum accendit mulieris superstitio, non ferentium amplexam sacra Parthica: factoq; concursu ad Asinæum vociferabantur in Anilæum: dicētes oportere eum, si prius parùm potuit quid vtile sit dispicere, nunc certè erratum corrigere, priusquam id publica expietur pernicie. Nam & connubium illud nec ipsorum consensu contractum fuisse, nec secundum leges patrias: & superstitiosum numinum cultum, quem mulier sibi permittat, pertinere ad Dei veri, quem ipsi colant, iniuriam. At ille quamuis agnosceret peccatum fratris allaturū sibi ac suis magnū aliquod incōmodum, victus tamen germanitatis affectu ignoscebat succūbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cùm maiores indies cōcursus ad eū & vociferationes fierēt, tandem super eis fratrē admonuit, anteacta obiurgans, & iubens vt resipiscat in posterū, mulieremq; domum ad cognatos ipsius remittat. Nihil tamen hac admonitione effectū est: nam mulier sentiēs propter se murmur esse in populo, & verita ne Anilæo propter amorē sui durius aliquid accideret, veneno Asinæū sustulit, secura q; sub amatore iudice impunè latura foret hoc facinus. Cęterùm Anilæus ad se vnū iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetū in vicos Mithridaris, viri apud Parthos nobilitissimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiā: cosq; magna p̄da abacta populatus est. Nam & pecuniā multā & mancipia reperit: pecoraq; & res alias quib. fortunæ possunt auctiores fieri. Mithridates verò q fortè tum non p̄cul aberat, audita vicorū expugnatione, indignè ferēs vitrò se ab Anilęo lacessitū iniuria, habitamq; ludibrio suā dignitatē iudicans, excita iuuenū manu: collectoq; equitatu q̄ potuit maximo, obuiā profectus est conflicturus cum Anilæo: & cùm ad vicū quendā ex suis peruenisset, ibi quieuit: q̄ decreuisset postridie Iudæos aggredi sabbato instante, quod illis religioso otio coleretur. Qua de re p̄monitus Anilęus à barbaro natione Syro alterius cuiusdā vici incola, & inter cætera diligēter edoctus, quo loco Mithridates celebraturus esset cum suis conuiuiū: iusso curare corpus milite, noctu cōtra hostes p̄perauit, vt inopinos opprimeret. Quò delatus circa quartā vigiliā, partim sopitos occidit, partim attonitos fuga coegit salutē quęrere. Mithridatē etiā viuū captū secum abduxit, nudum sup asinū impositū, q̄ apud Parthos grauissima habetur cōtumelia. Quē cùm sic ad syluam quandā p̄duxisset, hortātibus amicis vt illū interficeret, ipsi diuersum visum est, negāti occidendū virū genere apud Parthos p̄cipuū, & honoratū affinitate regia. Præteritas. n. iniurias posse impetrare veniā. quāuis. n. contumeliā acceperit Mithridates, habiturū tamē p̄ cōcessa incolumitate gratiā. Quòd si grauius in eum cōsulant, nō quieturū regē quin magnis cædibus in Iudæos Babylone degentes vindicet: quibus parcendum esse p̄opter coniunctionem sanguinis, & vt ad illos sibi pateat reditus, si qua clades accidat vt sunt belli vicissitudines. Eam sententiam approbauit multitudo cætera, atque ita Mithridates dimittitur. Qui domum reuersus ab vxore exceptus est conuitio, quòd regis gener post acceptas à Iudæis tot tam insignes iniurias, nunc captiuus etiam vitam eis debere sustineret precariam. Aut igitur, inquit, pristinam virtutem recipe, aut Deos testor quibus curę est regum dignitas, me tua coniunctione non vsuram postea. Ille partim non ferens quotidianum opprobriū; partim timens mulieris elatum animum ne diuortium faceret, inuitus quidem, coegit tamen quantas potuit copias, indignum seipse vita existimans, si homo Parthus Iudæis victoriā cederet. Anilæus verò vbi cognouit aduentare illum cum valido exercitu, turpe ducens continere se intra palustria, & sperans fortunam contra hostes priori similem, fretusq; milite iam assueto vincere, & ipse contrà eduxit copias: cui p̄ter veteranos multi tum etiam p̄dę cupidine se adiunxerant, rati profligandum hostem quām primùm in conspectū venerit. Progressos autem meridiano tempore per regionem inaquosam ad nonaginta stadia Mithridates adoritur, æstu & siti laborēq;, itineris adeò fessos, vt arma ægrè sustinerent, ipse recētibus viribus: confestimq; in fœdam fugam versis tanta cædes secura est, vt multa virorū millia caderent. Anilęus aūt stipatus globo iuuenū effusissima fuga se in quandam syluam recepit, relicta Mithridati lætissima victoria. Verùm ad Anilæum breuī confluxit magna multitudo perditorum hominum, qui licentiam pluris quàm propriam salutem facerent: itaq; detrimentum quod acceperat in prælio, suppletum est duntaxat numero, neque enim conferendi erant

admonentium l- pſius amicorum præcipuum con- ſolit.

Anilæi uxor peregrinam religionem retinet.

Anilæus à fratre impietatis ergò obiurgatur.

veneno Asinæū fratrem ſuſtulit:

Mithridatem op primit: queni

nudum aſino ſuper- poſitum abduxit: &

quidem demum dimittit.

Mithridates inuitis aduerſus Anilæum exercitum conſcribit:

hoſtem adoritur:

profligat: &

Anilæum fugat.

di erant cum his qui ceciderant, eo quòd essent rudes militiæ. Duxit tamen eos contrà Ba- A.
Anilæus ad supplicium deposcitur. byloniorum castella, lateque vastabant omnia. Tum Babylonij reliquique hostes miserunt Neerdam ad Iudæos qui Anilæum deposcerent ad supplicium. quod cùm non impetrarent (neque enim illis, etiam si vellent, integrum erat hominem dedere) ad pacem eos inuitauerunt. Quibus tractationem de conditionibus pacis admittentibus, missi sunt tam ab illis quàm a Babylonijs legati ad Anilæum. Tum Babylonij perlustrato diligenter loco in quo se ille continebat, clàm noctu irruunt in sopitos & grauatos crapula: & impunè quotquot adepti sunt interficiunt, & ipsum Anilæum inter cæteros. Tum verò hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehac non ausus erat odium effundere in nostros homines, cum quibus illi propter diuersos ritus perpetuum est dissidium, nunc his B
dolo oppressus interficitur. nunc illis prævalentibus: sublato inquam Anilæo, in Iudæos vndique coortus est. Itaque
Iudæi Seleuciam migrant. non ferentes eorum violentiam, & sentientes se ad confligendum impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam vrbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim conditam. Hæc commune est Macedonum, Græcorum & Syrorum domicilium. Eò postquam confugerunt Iudæi, per quinquennium nulla affecti sunt iniuria. Sexto autem anno peste apud Babylonem grassante, denuò inde migratum est, quam multitudinem excipiente Seleucia, sequuta est Iudæos maior calamitas ex huiusmodi causa. In hac vrbe semper Græcis malè cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderante. quò postquam à Iudæis migratum est, eorum fauore conditio Syrorum cœ-
Seleuciæ in Iudæos sæuitur. pit esse potior, aucta viris bellicosis, & periculorum contemptoribus. Quare Græci succumbentes, & videntes se non posse recuperare dignitatem pristinam manente Iudæorum & Syrorum consensu, suos quisque familiares Syros appellauerunt de pace & amicitia, id quod facilè impetratum est. Nam cùm vtrinque primatibus commissum esset negocium, secuta est reconciliatio, quam ita demum ratam fore placuit, si vtrique Iudæos communibus prosequerentur odijs: eosque ex improuiso aggressi, occiderunt supra quinquaginta virorum millia: nec vllus euasit, nisi si quem amici aut vicini seruauit misericordia. Hi
Iudæorum reliqui Ctesiphontè migrant: at deinde secesserunt Ctesiphontem vrbem Græcanicam, vicinam Seleuciæ, vbi quotannis rex hibernare est solitus, habens ibi maiorem supellectilis partem repositam: ibique sedes fixerunt, tutos se rati regiæ maiestatis reuerentia. Cæterùm Babyloniorum ac Seleucensium terror omnes eius tractus Iudæos peruagatus est: quando quicquid erat Syrorum in D
quidam Neerdæ & Nisibim conuadunt. illis regionibus, cum Seleucensibus conspirauit in eorum perniciem. Quo factum est, vt plerique Neerdam & Nisibim se receperint, securitatem suam reponentes in earum munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à viris bellicosissimis. Atque ita se tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER XIX.

Quomodo Caius Caligula Cæsar à Chærea cæsus est. CAP. I.

A. M. 4012. Ante Chr. nat. 42.



Caius in Senatores sæuit.

AIVS porrò non in solos Iudæos Hierosolymis & in vicinis regionibus degentes debacchatus est, sed terra marique quàm latè Romanum patet imperium, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quæ vnquam veterum monumentis sunt proditæ. Sed maximè Roma ipsa F
eius sæuitiam experta est, nihilo hac parte meliori conditione quàm vrbes cæteræ, præsertim senatores ac patritij, cæteraque nobilitas: innumerisque iniurijs vexabantur qui vocantur equites, opibus & dignitate senatoribus proximi, utpote ex quorum ordine senatorum habeatur delectus. Hi enim ignominijs afficiebantur & exilijs cædibusque & confiscationib. quæ tum ferè

A ferè cædis accedebant præmium. Se uerò pro Deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à subditis, & Capitolium frequentans templorum omnium in urbe celeberrimum, Iouem eius præsidem appellatione fratris salutare ausus est. Alijs quoque operibus suam declarabat insaniam, quando à Puteolis vrbe Campaniæ ad Misenum alterum maritimum oppidũ granatus triremi traijcere, & alioqui ad suam dominationem pertinere existimans, si à mari eadem quæ à terra obsequia exigeret, ab vno promontorio ad alterum ponte iuncto medio sinus spacio, curru vltrò citroque vectatus est: id enim deorum iter dignum esse maiestate sui numinis. Templorum etiam Græcanicorum nullum inspoliatum reliquit, & omnes insignis artificij tabulas atque statuas edicto ad se comportari
B imperauit, quicquid vbique terrarum pulchri esset, in pulcherrimo loco, hoc est, Romana vrbe spectari debere dictitans. His spolijs palatium suum & hortos exornauit, aliosque suos secessus per Italiam. Ad hæc Iouem qui à loco in quo vniuersis Græcis colitur, cognominatur Olympius, opus Phidiæ Athenienſis statuarij, ausus est iubere in Vrbem transferri: quod tamen factum non est, architectis apud Memmium Regulum, cui demandatum erat hoc negocium, negantibus loco moueri posse illæsum simulachrum, & absque vitio. Aiunt etiam prodigijs fidem excedentibus Memmium vetitum, distulisse imperata facere: quæ ipse inseruit excusantibus cessationem suam literis. Cumque capite luendum esset neglectum mandatum, interitus Caij hominem exemit periculo. Eò denique insaniæ prouectus est, vt natam sibi filiam in Capitolium delatam, in simulachri
C genua deponeret, quasi communem sibi cum Ioue prolem, in medio se relinquere dicens iudicium, vtro maiore parente sit genita. atque hæc agentem tolerabant tamen homines. Permisit etiam seruis licentiam deferendi suos dominos qualicunque crimine: quod eò grauius erat, quia ex ipsius Cæsaris authoritate, & in eius gratiam gerebantur omnia: adeò vt Claudium ausus fuerit Pollux mancipium ipsius reum facere: & Caius sustinuit inter iudices audire patruum dicentem causam capitis, sperans sumpturum se de illo supplicium: quod tamen ei non licuit. Itaque cùm totum suæ ditionis orbem replesset sycophantijs, & seruos erexisset contra dominos, passim illi tendebantur insidiæ, alios ira stimulante ad vindictam acceptæ iniuriæ, alijs ipsius cæde imminentem sibi perniciem præcauere volentibus. Certè ius publicum, nisi illo sublato, saluum manere non potuit, præcipuè nostra
D gens eius cæde erepta est ex ipsis interitus faucibus. Quapropter libet mihi accuratè denarrare totum negocium, vel ideò, vt argumentum sit diuinæ potentiæ, quod & in aduersis soletur homines, & modestiæ fortunatos admoneat, ne opinione diuturnæ fœlicitatis falsi, neglecta virtute in perpetuam corruant miseriam. Tres in illius necem conspirationes factæ sunt, quarum singulæ authores habebant viros fortissimos. Nam Aemilius Regulus à Corduba Hispaniæ vrbe oriundus manum coniuratorum circa se habebat, quorum opera illum tolleret. Alterius Cassius Chærea tribunis erat caput. Annius quoque Minucianus non paucos ad opprimendum tyrannum conciuerat. His Caius inuisus erat, Regulo quidem quòd is natura omnem iniquitatem oderat. Erat enim magnanimus, & liberali ingenio præditus, ita vt non dissimularet sua consilia: quæ cum multis communicauit, uel amí-
E cis, vel alioqui viris strenuis. Minucianus verò partim Lepidum vlciscendi cupidine, quem illi amicissimum & ciuem cum primis egregium Caius occiderat: partim metu, quòd videret eius odia semper esse inuisis capitalia, decreuit illum ferro inuadere. Chæreas non ferebat exprobratam sibi à Caio molliciem, & alioqui quotidiana pericula quibus propter familiaritatem eius erat expositus, optimè se putabat nece ipsius euasurum. Commune autem omnium illorum erat propositum, superbæ ac imporenti eius dominationi finem imponere. Spes enim erat, successurum negocium, & re bene gesta seruandam ope sua rempublicã, cuius saluti honestum esse vel vitam impendere. Sed Chæreas fuit ferocior cæteris, tum cupiditate parandi sibi clari nominis, tum quòd propter tribunatum faciliorem accessum habebat ad perpetrandum facinus. Interim Circenses ludi agebantur, quibus impendio de-
F lectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid desiderat ab imperatoribus flagitat, & illi postulatis eius perlibenter indulgent, tum quoque contentione magna rogabant, vt tributorum ac vectigalium releuaret onera. Ille non ferens eorum vociferationes, dimissis militibus iubet clamatores illos passim correptos duci ad supplicium: multique hoc pacto capite plexi sunt. Idque tulit populus, & cessauit à clamoribus, exemplo doctus, maiorem uitæ rationem habendam quàm pecuniæ, quòd vi-

derent

tanquam Deus coli voluit:

frater Iouis salutari cupiuit:

templa Græcanica spoliat:

Iouem Olympiũ Romam transferri mandat;

Iouis se ostentat:

seruis suos dominos deferendi licentiam adiudicat; &

insidijs impetitur.

Aemilius Regulus.

Annius Minucianus.

Cassius Chæreas

Circenses ludi.

Caius tributorũ ac uectigalium onera amoueri postulantes, capite plectit.

derent ob importunum eius studium multis repręsentatum interitum. Hæc magis etiam A
Chæream incitauerunt ad egrediendum facinus, & compescendam immanem Caij ferociam. Et sæpe quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id distulit: non quòd dubius esset propositi, sed quia captabatur occasio commodior, vt non irrito conatu rem ad effectum deduceret. Iam autem non exiguum tempus exegerat in prætoriana militia. tum uerò exactionibus præpositus, & debitis in fiscum redigendis, quorum quædam dilatione solutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tempus, & afflictæ fortunæ hominum miseratione exequitur mandata negligentius, conciuit in se iram Cæsaris, non sine probro effœminati ac segnis animi. Nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus uicibus signum à se peteret, fœmineum aliquod & probrosum dabat vocabulum. B
Atque hæc faciebat, cùm ipsum non puderet in quibusdam à se institutis sacris vti amictu muliebri, cincinnisque & alio ornatu quo sexum mentiretur: & post hæc audebat exprobrare Chęreæ turpitudinem. Qui & quoties talia signa acciperet ferebat indignissimè, & magis etiam cùm rideretur tradens ea militibus essetque cæteris tribunis ludibrio. Nam allaturo eo signum à Cæsare, prædicebant fore vt afferret tale aliquod ludicrum. Quapropter ausus est sibi aliquot asciscere, iustam iræ causam præferens. In his erat Popedius vir ordinis senatorij, omnibus ferè perfunctus honoribus, alioquin Epicureus, ideoque sectator otij. Hunc detulerat inimicus eius Timidius, quòd in Caium iecisset indecora conuitia: & testem adhibebat Quintiliam mimam, propter formam adamatam cùm alijs multis, tum Popedio. Quæ cùm nollet amatorem suum falso, vt erat, testimonio grauare in causa capitis, Timi- C
dius vrgebat tormentis eam subijci. Tum Caius exasperatus Chæream iubet sine mora torquere Quintiliam, ideo potissimùm ei solitus cædes & quæstiones iniungere, quòd putaret hæc executurum inclementius, quo molliciæ notam effugeret. Quintilia porrò cùm torquenda duceretur, conscriorum cuiusdam obiter pedem calcauit, innuens vt bono esset animo, néue ad tormenta ipsius expauescceret: se enim ea perlaturam obfirmato animo. Itaque crudeliter eam examinauit Chæreas, non sponte, sed necessitate coactus. Cumque
illa perdurasset, duxit eam in Caij conspectum, affectam modis miserabilibus. Cuius miseratione indignè laceratæ Imperator nonnihil fluxus, Popedium absoluit, & pecunijs solatus est mulieris calamitatem, quam fortiter æquè ac fœliciter tolerauerat. Id verò indignissimè tulit Chæreas, sic traduci putans suam sæuitiam, quasi tam immodicam, vt ipsum Ca- D
ium remedium eius adhibere oporteat. Quamobrem sic Clementem & Papinium alloquitur, quorum hic & ipse tribunus erat, ille præfectus vrbanarum cohortium: Nos quidem Clemens in tuendo Imperatore nunquam officio nostro defuimus. Nam nostra opera & industria coniuratorum alij necati sunt, alij tormentis in tantum lacerati, vt ipsi vsi sint miserabiles. Sed hæccine sunt nostræ militiæ munia? Tacente ad hæc Clemente, sed vultus rubore pudorem fatente ministeriorum talium, cæterùm verbis non auso suggillare insaniam Cæsaris, Chæreas iam confidentius cōmemorare cœpit calamitates vrbis & imperij. Hatum, inquit, causa vulgi sermonibus in Caium refertur: sed si rei disquiratur veritas, ego mi Clemens, & hic Papinius, & ante nos tu Romanis, immò toti humano generi horum malorum causa sumus, qui mandata eius exequimur: & cùm finem imponere possimus E
eius tum in ciues, tum in reliquos subditos debacchationibus, per tam fœda ministeria facti sumus ex militibus satellites ac carnifices, non pro libertate Romanorum aut Imperio gestantes arma, sed pro eius incolumitate qui eorum tam animos quàm corpora in seruitutem redigit, contaminantes que nos quotidie cruore cæsorum & atrocissimis quæstionibus, donec ipsius iussu ab alijs pari modo tractabimur. Non enim hoc modo chariores ei reddimur, sed suspectiores potius: & alioqui assuetus cædibus, quas libidine moderatur, non iudicio, nequaquam conquiescet prius, quàm nos quoque cæteris adijciat: nimirum iam destinatos exitio, nisi maturè prospicimus & communi libertati, & nostrismet periculis. Clemens autem etsi approbaret Chæreæ sententiam, tacere tamen cum iussit, ne sparsis in plures his sermonibus, & euulgato ante F
effectum consilio, raperentur ad supplicium. Expectandam esse optabilem occasionem, fortuitò alicunde offerendam. Sibi quidem ob ingraueścentem iam ætatem non satis esse animi: & habere se tutiora consilia: nam honestiora ne cogitari quidem posse. His dictis Clemens domum se recepit, secum agitans quæ audierat, quæque ipse dixerat. Chæreas autem nonnihil timere incipiens, ad Cornelium Sabinum & ipsum tribunū pro-

perat,

Popedius conuitij in Caium conlecti accusatur.

Quintilia tormentis destinatur.

tormentis examinatur: & muneribus donatur.

Chæreas de Caij sæuitia Clementi & Papinio conqueritur:

tacere à Clemente iubetur:

A perat,quem virum quòd non contemnendum nosset,libertatisque amatorem eximium,& ferentem ægrè præsentem statum reipublicæ, expeditum aliquod ab eo expectans consilium,decreuit ei rem proponere, sollicitus etiam ne per Clementem res proderetur, & omnem moram periculosam existimans in tanto negocio. Hunc postquam libenter id accipere intellexit, vt qui iam antè pari modo animatus, ideò tantùm hactenus siluerat, quòd cum nemine auderet communicare suam sententiam: tunc verò operam etiam polliceri non modò silentium, magis etiam confirmatus est in proposito. Itaque rati non amplius cunctandum, ambo ad Minucianum se conferunt, magnitudine animi ipsis similem, & eodem acensum virtutis studio, Caio verò suspectum propter necem Lepidi, hominis Minuciano coniunctissimi, & insuper communi obnoxium periculo. Omnibus enim honoratis Caius erat terribilis, præ cæteris in tales sæuire solitus: & iam antè significationem aliquam inter se dederant, quæ tum agebantur iniquo se ferre animo. Quamuis enim metus periculi non sineret eos manifestè proferre odium quo Caium prosequerentur, tamen occultus quidam eius rei sensus mutuam inter illos beneuolentiam conciliauerat. Et quoniam Minucianus dignitate præstabat, homo cum primis ciuium nobilis, omnemque laudem meritus, soliti etiam antea plurimum illi deferre, in eo quoque congressu postulabant vt ipse initium sermonum faceret. Ille rogauit Chæream, quod nam signum ea die ab imperatore accepisset. Vulgatum enim iam erat per vrbem, quomodo ei soleret dandis signis illudere. Ibi Chæreas cupidè arrepta occasione, fretusque Minuciani fide: At tu mihi, inquit, libertatem signum da: cui gratias habeo, quòd me vltrò properantem excitas. Neque mihi ampliori adhortatione opus est, si quidem tibi quoque idem placere video, & priusquam conueniremus iam antè consensimus. Gladius hic quo accinctus sum, ambobus sufficiet. Quare age aggrediamur opus te authore, equidem volens ac libens sequar quocunque iusseris, adiutus tua prudentia. Nec te debet tardare ferri inopia, dum animus tanto facinore dignus supereſt, à quo etiam ferrum solet efficaciam sumere. Ipse certè totus feror in hoc negocium, securus quid mihi pòst eueniat: quandoquidem nec libet, nec vacat de me priuatim dispicere in publica seruitute patriæ, sublatis legibus, & omnibus imminente à Caio pernicie. Et dignus sum opinor vel te iudice cui credatur hoc ministerium, quando & tibi eadem probari video. Tum Minucianus sic animatum sentiens, complexus hominem collaudatum hortatus est vt pergeret, apprecatus vt superi conatus eius ratos haberent: atque ita mutuum confirmati diuersi abeunt. Ferunt hoc consilium quodam omine fuisse firmatum. Nam ingrediente curiam Chærea, vox cuiusdam è turba audita est, iubens eum, dijs iuuantibus, destinata perficere. Et primò suspicatus est rem ab aliquo è coniuratis proditam: deinde intellexit incitari se aut à quopiam conscio, aut voce Dei, cui curæ sunt res mortalium. Iamque multi participes insidiarum armati aderant & senatores & equites, simulque militum quotquot erant conscij. Nemo enim erat qui non putaret necem Caij pertinere ad salutem publicam, & ideò pro se quisque dabant operam ne quis in hoc facinore cæteris virtute cederet, cunctis tam verbis quàm opere in exitium tyranni conspirantibus. Nam & Callistus his se adiunxit Caij libertus: qui vnus plurimum apud eum poterat, socius quodammodo tyrannidis, & formidatus omnibus, abundansque pecunijs, quas ex munerum corruptelis parauerat: vtebaturque immodicè hac potentia, suspectum nihilominus habens principem, cuius ingeniũ norat implacabile, & in semel destinatis pertinax. Ipsi autem inter alias periculi causas hæc erat non postrema, quòd esset pecuniosus nimium. Quare ad Claudium clàm desciscebat, colens eum quòd speraret successurum in imperium, & iam tum obsequijs captans eius gratiam, quò tandem apud illum quoque esset in precio. Nam & iactauit apud eum, iussum se vt veneno ipsum tolleret, & hactenus semper commentum differendi causas innumeras. Videtur autem mihi hoc finxisse in gratiam Claudij. Nec enim ille si patruum necare voluisset, tulisset excusationes Callisti: & liberto cessanti imperata facere mox repræsentatum fuisset meritum præmium. Claudius tamen qui diuino quodam fauore Caij furorem euasit, gratiam Callisto persuasus habuit pro nunquam accepto beneficio. Cæterùm Chæreæ conatus differebantur indies multorum segnicie. Nam ipse inuitus cunctabatur, omne tempus patrando huic facinori opportunum iudicans. Etenim aggrediendi ascendentem in Capitolium ad mactandas pro filiæ salute victimas sæpe dabatur occasio: vel præcipitandi in forum è fastigio basilicæ, numos inde aureos & argenteos spargentem populo

timens ad Consulem Sabinũ confugit: &

unà cum Sabino Minuciano petit.

Chæreas Caium unà cum alijs nõ ci tradendum quærit.

Callistus Caij libertus.

(est

(eſt autem altum illud tectum, ſpectans in forum) vel opprimendi celebrantem arcana ſacra quæ ipſe inſtituerat. Eum enim à nemine ſibi cauere, tum quia operam daret vt inter ipſos honeſtè verſaretur, tum quia quibus crederet, ab ijs nihil in ſe tentatum iri ſperaret. Denique ſibi vires tantas quaſi diuinitùs dari, vt Caium vel abſque ferro tollere queat: adeò ſuccenſebat Chæreas coniurationis ſocijs, timens ne elaberetur occaſio. Illi verò hominem videbant & æqua aggredi, & ipſorum bono ſtudere, poſtulabant tamen pauliſper differri negocium, ne ſi parùm ſuccederet, turbaretur tota ciuitas, & factis inquiſitionibus præcluderetur viris fortibus ad opprimendum tyrannum aditus. Satius igitur eſſe dum ludi aguntur in palatio, adoriri facinus. Si celebrantur in honorem Cæſaris, qui primus dominationem à populo in ſe tranſtulit. & extructa ante regiam ſcena, conueniunt cò ſpectatum Romanorum nobiles vnà cum vxoribus ac liberis, præſente etiam principe. Ibi concluſis tam multis millibus intra modicum ſpacium, conatum facilè ſucceſſurum, non valentibus, etiam ſi velint, ſuccurrere ſatellitibus. Aſſenſit Chæreas, decretumque eſt primo ludorum die rem aggredi: ſed plus fortuna potuit quàm cõſilium, ita ut vix tertiò ſtatuta peregerint, qui fuit ludorum dies vltimus. Tum Chæreas ſocijs conuocatis: Multum, inquit, elapſum eſt temporis, quod nobis ſegniciem exprobrat in honeſtis conſilijs: quæ verendum eſt ne prodita in nihilum recidant, & Caius exaſperatus magis etiam ſæuiat. An non videtis quòd ad hunc modum nihil aliud ſit quàm libertatis detrimentum, & tyrannidis acceſſio? cùm debeamus nobis primùm ſecuritatem parare, deinde alijs perpetuam fœlicitatem, vnde ad nos & gloria maxima reditura ſit. Illis verò tam honeſto propoſito non contradicentibus, cunctantibus tamen adhuc, & per ſtuporem ſilentibus: Quid, inquit, viri ſtrenui, differimus? an neſcitis hunc eſſe ſpectaculorum diem vltimum, poſt quæ peracta Caium eſſe nauigaturum? Decreuerat enim nauigare Alexandriam Aegypti viſendæ gratia. Pulchrum verò fuerit, ſi emittamus è manibus hoc propudium hominis, terra mariq́ue triumphaturum de Romanorum ignauia. An nõ ignominioſum ſit, nos Aegyptio cuipiam libertatem oppreſſam non ferenti hanc gloriam cedere: ego certè deliberationes veſtras non expectabo amplius, ſed periculum faciam hodie, ita vt fortem virum decet quicquid fors ferat libẽtius perpeſſurus, quàm vt me viuo alius laudem occiſi Caij occupet. His dictis & ipſe negocium adoritur, & cæteris animum addidit, vt omnes ſine dilatione rem aggredi cuperent: moxque palatium armatus gladio petijt quod ita mos ſit accinctos tribunos ſignum ab Imperatore petere: & fortè ea die vices petendi ad ipſum redierant. Et iam confluebat multitudo ad palatium, magno tumultu ſe inuicem protrudendo, dum quiſque locum ſpectandi præripere nititur, magna voluptate hanc contentionem ſpectante Caio: quòd nec ſenatoribus aſſignata eſſent loca, nec equitibus, ſed promiſcuè ſedebant viri cum mulieribus, & ſerui confuſi cum ingenuis. Progreſſus deinde imperator rem diuinam fecit Auguſto Cæſari, ad cuius tum honorem ludi celebrabantur: & cadente victima contigit reſpergi cruore togam Aſprenatis vnius è ſenatorum numero, quod ominoſum ei fuit, licet tum riſu exceptum à Cæſare. Nam & ipſe in eo tumultu occiſus eſt. Fertur Caium ea die præter naturam ſuam fuiſſe affabilem, ita vt inſueta comitate omnibus fuerit miraculo. Peracto ſacro conſedit inter amicos in theatro, quod compactile inſtaurabatur per ſingulos annos hoc modo: Duas habebat ianuas, alteram verſus ſubdialem aream, alteram verſus porticum, per quam actores ingrediebantur & egrediebantur, non turbato ſpectatorum conſeſſu: qua parte erat cella quædam tabulatis interſepta, vbi mimi verſabantur, & muſici. Cumque iam & multitudo cætera ſederet, & Chæreas cum reliquis tribunis non procul à Cæſare, qui dextrum theatri cornu tenebat: Batibius vir prætorius ſubmiſſa voce rogauit aſſidentem ſibi Cluuitum conſularem, ecquid noui audiſſet. Quo negante, Ergo, inquit, ſcito agi hodie certamen tyrannicidij. Tum Cluuitus, Tace, inquit, bone vir, ne quis iſtud Achiuorum alius exaudiat: alludens Homerico carmine. Sparſis deinde in ſpectatores pomis conſtabant & auibus propter raritatem gratis, Caius delectabatur diripiente hæc certatim populo: moxque duo quædam ominoſa ſecuta ſunt. Nam mimus inductus eſt in quo iudex deprehenſus in crucem ſuffigebatur: & fabula acta eſt Cinyra, in qua & ipſe & eius filia Myrrha occidebatur, multumque ficticij cruoris fuſum eſt tam circa crucifixum, quàm circa Cinyram. Quin & eundem diem fuiſſe aiunt, quo olim Philippus Amyntæ filius rex Macedonum ab amico Pauſania cæſus eſt, dum theatrum introgreditur. Cæterùm Caio dubitante, permaneret ne vſque ad finem ſpectaculi, præſertim cùm dies eſſet vltimus: an lotus & cibo ſumpto reuerteretur,

Caius rem diuinam Auguſto Cæſari peragit.

Caius in theatro conſedit.

Chæreas.

Batibius.

Cluuitus.

Omina.

A teretur,ut erat ſolitus:Minucianus ſupra Caium aſſidẽs,ueritus ne periret occaſio(iam enim Chæream egredi viderat,) ſurrexit iturus ad confirmandum hominem. Eum Imperator comiter apprehendens lacinia, quónam,inquit,bone uir? Et ille quaſi Cæſarem reueritus reſedit.Sed maior erat timor:ac paulo pòſt rurſum ſurrexit,Caio non amplius retinente,quòd eum putaret abire ad aliquid neceſſarium. Tum Aſprenas etiam hortatus eſt Cæſarem, vt more ſolito lotus & pranſus tum demum reuerteretur: cupiebat enim vt cõſcius quod ſtatutum erat peragi. Et iam Chæreas coniuratos diſpoſuerat, vt ſuo quiſque loco nauaret operam: ægreque moras ferebant, quòd iam eſſet hora nona diei: & Chæreas tardante Caio uolebat in theatrum reuerti,atque inſedentem irruere. Quamuis enim intelligeret id ſine

B multa equitum quiaderant ac ſenatorum cęde non poſſe fieri,exiſtimabat tamen eam bene rependi libertate publica. Iamque tendebat in theatrum, cum ſubito ſtrepitu ſignificatur ſurrexiſſe Cæſarem. Tum coniurati turbam dimouent,quaſi Caio turbam ægrè ferente: re autem vera captantes ſolitudinem,quo facilius poſſent cædem perficere. Præcedebant autem eum Claudius patruus, & M. Minutianus ſororis eius maritus, & Valerius Aſiaticus, quos dimoueri vetabat ſua dignitas. Eos ipſe ſequebatur cum Paulo Aruntio. Mox vbi regiam ingreſſi ſunt, relicta recta via per quam eum præſtolabantur ſeruorum miniſteria, & quà Claudius cum alijs præceſſerat,deflexit ad infrequentem quandam cryptam ducentem ad balineas,pueros etiam eo loco viſurus qui venerant ex Aſia,partim ad concinendos hymnos ſacrorum domeſticorum, partim ad ſaltandam pyrrichen in theatro. Ibi occurrens ei

C Chæreas ſignum poſtulat.& illo probroſum quiddam dante, conuitio ſimul ac ferro eum adortus ferit grauiter,non tamen letali vulnere: quod quidam data opera factum putant, vt multis ictibus conſauciatus periret cruciabilius,id quod mihi non fit veriſimile,quia tale facinus non admittit lenta conſilia. Quòd ſi hoc animo id fecit Chæreas,videtur mihi fuiſſe omnium ſtultiſſimus,qui maluerit indulgere iracundiæ,quàm celeriter ſe ac ſuos eximere periculo: maximè quando non deerant qui Caio poſſent ſuccurrere,niſi quamprimùm exhalaret animam. Alioqui videbitur ſe & amicos potius quàm illum afligere voluiſſe, cùm poſſet re bene geſta clàm ſe vltoribus eius ſubducere,non perdendo temerè tempus, vel ſeipſum potius. Verùm hęc quiſque,vt libuerit,æſtimet. Caius porrò præ dolore uulneris,quod humerum inter & collum impactum ne vlterius procederet oſſe iuguli retentum eſt,neque

D exclamauit attonitus neque inuocauit opem amici ullius,ſiue quòd nemini fideret,ſiue præ ſuperbia: gemitu tantùm edito, fuga ſe propipiebat vlterius. quem paratus in hoc Cornelius Sabinus impulit vt in genu procideret: moxque circumſiſtentium vna vox erat, repete, atque ita confecerunt eum, illatis certatim crebris ictibus. Extremum autem inflixiſſe fertur Aquila, qui vltimum exitium illi attulit. Author autem facinoris meritò Chęreas dicendus eſt. Quamuis enim adhibuerit ſocios, omnium tamen primus id concepit animo, & modum perficiendi inuenit. primusque auſus eſt conſilium communicare cum alijs. quod vbi probari ſenſit, coniuratos in vnum contraxit uſus eximia prudentia, & ad audendum accendit crebris adhortationibus: cumque res operam poſceret, hic quoque primus in eum irruit,& ſua virtute cædem exorſus facilem & iam ſeminecem Caium alijs præbuit. qua

E propter meritò quicquid & à ſocijs perpetratum eſt. ipſius prudentiæ,induſtriæ atque virtuti acceptum ferendum eſt. Sic Caius finijt multis confoſſus vulneribus. Quo interfecto, Chæreas cum ſocijs recipere ſe quà venerant, videbat impoſſibile: ſiue attoniti magnitudine facinoris,quòd non leue eſſet periculum occidiſſe imperatorem gratioſum apud inſanam multitudinem,paratis ad vltionem militibus: ſiue quòd anguſtæ erant uiæ vbi patrata eſt cædes,& refertæ famulis ac cuſtodibus,qui omnes ea die præſtò erant ad officium. Proinde per aliam viam contulerunt ſe ad ædes Germanici,cuius filium Caium tum necauerant. Hę fuerunt contiguæ palatio: quod ita vnum erat,vt tamen excultum eſſet ædificijs per partes à

F ſingulis imperatoribus,quorum appellationem retinebant. Iamque elapſi è turba ſatis tuti erant pro tempore, tantiſper dum in occulto eſſet caſus Cæſaris. Primi autem Germani ſenſerunt eius interitum,cohors ſatellitum ex ea gente lectorum ad principis cuſtodiam: homines natura iracundi, vt quiuis alij barbari, quòd plerunque quid fiat non cogitent, robuſti corpore,& primos hoſtium impetus excipere ſoliti, & magnum ad victoriam momentum afferre in quamcunque partem incubuerint. Hi cognita morte Caij vehementer indoluerunt,non ipſius virtutibus rem metientes, ſed ſuis commodis, quòd gratioſus apud illos fuerat, cerberis largitionibus benęuolentiam eorum ſibi comparans: moxque duce Sabino

Minucianus.

Aſprenas.

Caius à Chærea vulneratur.

ab Aquila occiditur.

Germanicus Caij pater è medio tollitur.

Germanorum ſanitia occiſo Caio declarata.

(is non sua aut maiorum virtute, vt qui gladiator fuerat, sed insigni robore ad tribunatū pa- A
uectus fuerat) strictis gladijs discurrebant per domos scrutabūdi ubinā latere interfectores
Asprenas. Cæsaris: & primùm fortè oblatū Asprenatē frustatim lacerauerunt, eum cuius togā cruore
Norbanus. victimæ respersam diximus, infausto sanè auspicio. Post hunc Norbanum nacti sunt ciuem
nobilissimum, & genus ducentem à multis Imperatoribus: qui nihili apud furentes fieri
suam dignitatem vides, homo validus extorsit gladium reluctanti ei, qui primus se inuase-
rat: videbaturque non inultus moriturus, ni circumdatus multorum simul obrutus fuisset
Anteius. ictibus. Tertius è senatoribus Anteius cum paucis, mala fortuna sicut priores in Germanos
incidit, pertractus eò cupidine uisendi Caij cadaueris, quem uehementer oderat. Eius enim
patrem eodem nomine apellatum non cōtentus egisse in exilium, occiderat postremò mis- B
sis illò militibus. Pascebat igitur oculos gratissimo spectaculo: verùm audito tumultu late-
bras quæritans, non effugit Germanorum diligentem perquisitionem, per iram fontes iu-
xtà atque insontes trucidantium: & illi quidem tali fato absumpti sunt. Cęterùm postquam
Caij interitum inique ferentes. in theatrum rumor de morte Caij perlatus est, terror inuasit & diffidentia. Quidam enim &
si perlibenter interitū eius acciperent, quem iampridem optauerant, præ timore tamen
credere non audebant, alij contrà ideò non credebant, quia verum esse nolebant, atque etiā
maius putabant quàm ut humana virtute posset effici. Hi ferè erant pueri ac fœminæ atque
mancipia: tum nonnulli ex militibus: quòd eius stipendia merentes simul exercerent ty-
rannidem, ministri superbiæ, concurrentes optimum quemque ciuium, & prædarum par-
ticipes. Mulieres autem & iuuentus deliniti (vt solet vulgus) spectaculis, muneribus gla- C
diatorijs, viscerationibus, oblectamentisque id genus alijs: quarum prætextus erat volup-
tas populi re autem vera seruiebant crudelitati & insaniæ principis. Apud seruos item gra-
tiosus fuerat propter licentiam contemnendi dominos, contra quos in eo paratum habe-
bant præsidium. Facilè enim erat fidem impetrare confictæ calumniæ, & indicata herili pe-
cunia non libertatem solùm assequi, sed & diuitias, quòd delatoribus octaua confiscatorum
bonorum esset decreta. Nobilium autem etiamsi quibus credibile fieret, vel quòd aliquid
præsenserant, vel quòd verum esse miserè cupiebant, adeò non proferebant gaudium, vt ne
audiuisse quidem se fingerent: alij ne spe frustrata proditę voluntatis pœnas luerent: insi-
diarum alij conscij, & tanto magis præ se ferentes ignorantiam, ne fortè suspecti his quibus
Caium tantum faucium, nondum autem occisus fingitur. expediebat tyrannum viuere, deposcerentur ad supplicium. Nam & diuersus rumor sparsus D
est, esse quidem faucium, non tamen occisum, verùm diligenter curari à medicis. Quo factū
est vt audientium nemo declararet suum animum. Aut enim amici eius erant, qui nuncia-
bant, & hoc ipso suspecti quasi fautores tyrannidis: aut contrà infensi homini, & ideo ni-
mis cupidè etiam falsa pro ueris credita communicare cum alijs putabantur. Accessit & ali-
us rumor, qui maximè nobilitatis obscurauit gaudium: eum contempto vulnerum perи-
culo, sic vt erat cruentarum procurrisse in forum, atque ibi concionari apud populum. Ira
illi in diuersos affectus distrahebantur rumore ancipiti: non tamen loco se mouere ausi
sunt metu calumniæ, scientes non tam referre quo ipsi animo id facerent, quàm quo fa-
ctum interpretarentur delatores & iudices. Sed postquam Germani strictis gladijs circum-
dedêre theatrum, nemo spectatorum non putabat de se actum: & ad cuiusuis ingressum ex- E
pauescebant, quasi iamiam contrucidandi: hærebantque inopes consilij, vt quibus nec
manere tutum esset, nec egredi. Tandem irrumpētibus militibus clamor toto theatro tolli
tur suppliciter deprecantium, & excusantium insidiarum ignorantiam, siue insidiæ illæ fue
rint, siue quid aliud. Parcerent igitur, néue alienæ audaciæ ab insontibus pœnas reposcerēt,
omissa authorum facinoris (si quid patratum esset) conquisitione. Addebant & planctus,
& lacrymas, Deosq; innocētiæ testes inuocabāt, & alia faciebāt ac dicebāt, quæ eos docebat
præsentaneam vitæ periculum. His flexa est ira militum, ne quid durius in spectatores con-
sulerent: quandoquidem hoc ipsum quamuis furentibus immane videbatur, & Asprenatis
cæterorumque capita super aram defixerunt, quorum aspectu nihil miserabilius visum est
spectatoribus, dignitatem eorum & infœlicitatem reputantibus, & de se quoque solicitis, F
quòd incerti essent etiā num an omnino periculum euasissent. Iraque etiam qui iustissimis
odijs Caium prosequebantur, non tamen sincerum capiebat gaudium, timentes ne auctа-
Caij mors in theatro per præconem significatur. rium eius cædis fierent, nulla certa spe ostendentem se miseris. Tandem Aruntius homo
gratiosus, qui vocalis erat, vtpote præco rerum venalium, paraueratq; sibi ex eo quæstu diui
tias ingentes cum pari potentia, theatrum ingreditur habitu quàm maximè ad luctum cō-

posito,

A posito. Quamuis enim infensissimus esset Caio, tamen vrgente præsenti discrimine ad dissimulandam lętitiam, prę ferens insignia mœroris omnia, quibus vti mos est in charissimorum desiderio, nunciat eius mortem, non passus multitudinem diutius ignorare, quæ acciderant. Deinde cœpit reuocare Germanorum impetum: simulque tribuni iubebant gladios recondere, significantes Imperatoris interitum: quæ quidem certissima salus fuit constipatę in theatro multitudinis, & eorum qui quomodocunq; incidérent in Germanos: qui si aliquam spem incolumitatis illius habuissent, à nullo abstinuissent maleficio: adeò illum diligebant, vt suarum animarum iactura redemptam salutem eius cuperent, nullo respectu calamitatis reipublicæ. Itaque tum demum cognita eius morte, cohibuerunt impetū quo in vindictam ruebant, vel quod iam non amplius erat tempus declarandæ beneuolentiæ, B occiso, qui gratiam referret: vel quia timebant non impunè sibi fore tantam violentiam, senatu in se animaduersuro, si fortè ad eum rediret rerum regimen. Sic tandem Germanorum rabies sedata est, per Caij cędem excita. Cæterùm Chæreás qui valde timebat Minuciano, ne periret in furentes Germanos incidens, singulos militum prensabat, de eo rogitãs; precibusque commendans eis salutem hominis: quo factum est vt ille vnà cum Clemente ad eum perductus collaudarit tam egregium facinus, testatus id esse è republica, eique senatus nomine gratias egerit, quòd nec in deliberandò consilium, nec in peragendo animus illi defuerit: dicens hanc esse naturam tyrannidis, vt elata breui voluptate ex impotentis & iniquæ dominationis licentia, infœlicem sortiatur vitę exitum, ut inuisa bonis omnibus: C quod & Caio tunc accidisse, qui iam tum ante conspirationem initam legum contemptu, & non ferendis iniurijs etiam amicissimos à se alienauerit, à quibus nunc peremptus videatur, cum reuera ipse sibi exitij causa fuerit. Iamq; & in theatro spectatores tumultuabundi consurrexerant, huiusmodi occasione diffugiendi præbita. Arcyon medicus correptus vt curaret quosdam saucios, prætextu parandorum remediorum dimisit proximos: re autem vera vt sese præsenti periculo eximerent. Interea Senatus in curiam conuenit, populusque in comitium confluens trucidatores Caij quærebat, & is quidem seriò, senatus uerò tantū in speciem. Cumque Valerius Asiaticus vir consularis progressus esset ad tumultuantes & indignantes latere interfectores Cæsaris, multis eum rogantibus quisnam esset eius cædis author, Vtinam ego, inquit: Consules autem edictum proposuerunt, in quo continebatur D Caij accusatio, iubentes vt domum redirent tam populus quàm milites, populo quidē magnam relaxationem pollicendo, militibus uerò præmia, si modò nihil turbarent & abstinerent ab iniurijs. Nam metus erat ne exasperati clade aliqua ciuitatem afficerent, néue ad rapinas verterentur & sacrilegia. Iam autem totus Senatorū ordo cōuenerat, præcipuè qui cædis erāt cōscij: audebantq; sperare aliquid, quasi ad se deuoluto rerū moderandarū arbitrio.

Germanorum rabies sedatur.

Chæreás ob facinus audacter exequutum laudatur.

Arcyō medicus.

Senatus Caij interfectores quærit.

Quomodo Claudius principatum adeptus sit. CAP. II.



N hoc rerum statu repentè Claudius domi arripitur. Conuenientes enim in vnum milites, & collatis de rebus gerendis consilijs, videbant populum non sufferturum tam ingentibus negotijs, si ad ipsum rediret rerum administratio: nec sibi vtilem eam fore, si desinerent esse ministri principatus & quodammodo socij. II. E Optimū igitur visum est reb. adhuc turbatis principē eligere Claudiū, defuncti patruū, nemini eorū qui tum in senatū conuenerant non præferendū, siue nataliū claritatis, siue liberalis eruditionis habenda esset ratio: qui cōstitutus in rerum fastigio premia cuiq; pro meritis de cerneret. Hæc sentētia simul approbata est, & Claudius correptus à militibus. In senatu autem Cn. Sentius Saturninus, non nescius Claudium raptum, & instare virtutis certamen, quasi protrusus, nec tamen inuitus, intrepidè orationem dignam ingenuis, & generosis auditoribus exorsus est in hanc fermè sententiam: Etsi incredibile uidetur, Quirites, quòd prę ter omnem spem nobis offertur post tam longum temporis spacium, tenemus tamē libertatem, incertum quidem quàm diu mansuram, & in potestate Deorum sitam quorum hoc munus est: sed quæ in præsens certè exhilarare nos ualeat, ac licet ea priuemur, tamē beatita F tem conciliet. Bonis enim uiris iucundum est uel vnam horam liberos in libera patria viuere, ueterisque illius & florentis reip. aliquem gustum capere. Equidē priscæ illius libertatis non memini, vt post eam sublatam natus, præsentis sanè sum cupidissimus. & fœlices existimo, quibus datum est in illa nasci atq; institui honestis studijs: proximumq; post Deos immortales honorem his viris habendum censeo, quorum uirtute vel serò tandem hac ætate nobis eam degustare contigit: quę fœlicitas vtinam perpetua propagetur ad posteros. Nam

Claudium à militibus Cæsareæ dignitati præficitur.

Saturnini oratio de libertate.

nobis vel hæc dies ſufficit, tam iunioribus noſtrum quàm ſenioribus: his quia non omnino ignari bonorum libertatis morientur libentius: illis quia virtutis exemplum recens propoſitum eſt, quòd æmulari ſit longè pulcherrimum, & non degenerare à claris maioribus. A

Virtus Libertatis effectrix & nutrix. Quamobrem nihil nobis magis curandum eſt, quàm vt cum virtute viuamus, quæ ſola libertatem parit ſuis cultoribus. Mihi res veterum auditu tantùm ſunt cognitæ. Ex his verò quę ipſi videre licuit, ſatis intellexi quantum malorum ciuitatibus inuehant tyrannides, virtutem omnẽ de medio tollentes, & opprimentes ingenuos ſpiritus, metum contrà atq; adulationem docentes, quando non ex legum prudentia, ſed ad arbitratum principum adminiſtrantur omnia. Ex quo enim Iulius Cæſar poteſtatem populi diminuit, & proculcatis legibus ſubuertit rempublicam, oppreſſo iure ſeruiens ſuis cupiditatibus, nullum malorum genus eſt quo non attrita ſit ciuitas, dum inter ſucceſſores eius poſterior quiſque præcedentem ſtudet vincere in abolendis patriæ moribus, & exhaurire vrbem generoſis ciuibus: quòd exiſtimant hoc ad ſuam pertinere ſecuritatem, ſi rem habeant cum deprauatis hominibus, & optimorum virorum non ſolùm magnanimitatem premant, ſed ipſos etiam perdant non vno mortis genere: idque cum multi iam deinceps in poteſtatis faſtigio collocati fuerint, & ſinguli non ferendis grauaminibus onerauerint rempublicam. Quorum vltimus Caius qui hodie fato ſuo functus eſt grauiora patrauit quàm cæteri, non in ciues ſolùm ſed & cognatos & amicos pariter immittens indomitam ſuam iracundiam & iniuſtas pœnas eis infligens, infenſus dijs ſimul & hominibus. Tyrannis enim non ſufficit voluptatum ſtudiũ & ſuperbia, neq; rapinæ & adulteria, ſed præcipuũ commodũ ducũt ſi inimicorum totas excidant familias. Pro inimicis autem habent omnes liberos, nec ad placãdos eos vlla iniuriarũ patientia eſt efficax. Etenim cõſcij ſibi q̃ multis malis oppleuerint homines ſubditos, etiãſi illi contẽptim ferãt ſuũ infortuniũ, ipſi tamẽ maleficẽtiæ ſuæ memores, ita demũ ſecuritatẽ ſibi pollicẽtur, ſi illos poſsit omnino tollere. His malis leuati, & nemini niſi vobis inuicẽ obnoxij, id qđ & prẽſentis cõcordiæ, & futuræ ſecuritatis certiſſimũ pignus eſt, inſtauratę collapſum ciuitatis decꝰ, & iuſta cura rẽpublicã in priſtinã integritatẽ reſtituite. Liberũ eſt ſentẽtias ꝓferre de his q̃ diſplicẽt, quãdo nullus Dominꝰ ceruicib. imminet, cui poteſtas ſit in earum authores animaduertere. Quid enim aliud nuper creſcentem tyrannidem aluit, quàm iſtorum ſegnicies, qui nulla in re libidini eius refragati ſunt? Quietis enim voluptate victi, & aſſueti mancipiorum more viuere, dum honeſtæ morti turpem vitam præferunt, coniecerunt ciuitatem in calamitates non ferendas, quas partim audiuimus, partim vidimus. Ante omnia uerò tyranni interfectoribus honores quàm maximos decernite, Chæreæ præcipuè: qui vir dijs fauentibus tum conſilio tum manu nobis libertatem pepererit: cuius rationem haberi decet, vt pro adito liberatis amore periculo, à libertatis digna præmia recipiat. Honeſtiſſimum enim eſt benefactoribus gratiam reponere, qualis & vir hic habendus eſt, Brutorum ac Caſſiorum æmulus interfectorum Iulij Cæſaris: & hac parte anteferendus, quòd illorum opera bellis ciuilibus peturbatum eſt totum Romanum Imperium: hic verò cæſo tyranno omnibus malis ciuitatem eripuit. Hæc Sentius Senatu magna cum voluptate audiente: & quotquot equitum aderant: tum exurgens Trebellius Maximus, anulum ei detrahit, in quo lapillus erat incluſus inſculptam habens Caij effigiẽ: quod ille tum intentus aliò non animaduerterat: ſtatimque ea confracta eſt. Et iam nox proceſſerat, cum Chæreas ſignum à conſulibus petijt: atque illi libertatem dederunt. Adeò autem mutatas res mirabantur, vt ipſis ſibi vix ſatis crederent. Tunc enim primùm ex quo reipublicę adminiſtratio populo eſt adempta, ſigni dandi mos ad conſules redijt, penes quos ante Cæſares Imperium fuerat in milites. Id acceptum Chęreas militibus tradidit his qui à Senatu ſtabant, videlicet quatuor cohortes amantiores Imperij legitimi quàm tyrannidis. Hi mox abierunt cum ſuis tribunis, pauloque pòſt etiam populus lętus ad ſpei plenus, multùm ſibi placens ob reuerſam in priſtinum ſtatum rempublicam, & Chæreæ nihil non tribuens. Is indignè ferens ſupereſſe vxorem Caij & filiam, mittit vnum è tribunis Iulium Lupum, qui vtramque interficiat: ideo potiſſimùm illi demandato negocio, quòd Clementis eſſet cognatus, & dignus vt in partem veniret tyrannicidij, quaſi totius conſilij à principio conſcius. Non deerant tamen è coniuratis quidam, quibus crudele videretur ſæuire in mulierem, quando Caius non ipſa incitante, ſed ſuopte morem gerens ingenio ciuitatem afflixiſſet, & florem nobilitatis extinxiſſet: alij contrà illam potiſsimum malorum omnium cauſam aſſeuerabant, à qua amatorio potionatus incidiſſet in

Caius Caligula fato ſuo defungitur.

Libertas nobis ſi; diuq; tuenda.

Chæreas honore afficiendus populo commendatur;

Laudatur: &

Libertate à conſulib. donatur.

Caij vxor, & filia interficiendi adiudicantur.

B C D E F

A set in insaniam, atq; ita vnam veneficam attulisse toti Romano orbi calamitates maximas. Quorum sententia postremò vicit, & Lupus properauit ad hoc ministerium, ne quid moraretur publicum commodum. Cumque uenisset in palatium, offendit Cæsoniam humi stratam iuxta mariti cadauer, expers omnium quæ solent exhiberi mortuis, & fœdatam cruore vulnerum, afflictantem se cum iacente simul filia. Nec alia vox eius audiebatur, quàm Caij accusatio, quòd amantissimę vxori non paruisset præmonenti toties: quod quidem tum ambiguum visum est, sicut nunc quoque duplicem interpretationem recipit: alijs sic intelligentibus, consuluisse eam vt rediret ad saniorem mentem, & in ciues sæuire desineret, moderatumque principem ageret, ne fortè prouocati eius crudelitate, parem ei

B vicem reponerent: alijs contrà, instigasse eam maritum vt sine mora coniuratos plecteret, & quamuis nihil comperti haberet quod animaduersione dignum esset, suæ tamen securitati prospiceret: idque tum exprobratum illi, quòd etiam admonitus segnior fuisset: adeò in diuersum sensum trahebantur verba mulieris. Quæ dum aduenientem Lupum animaduerteret, ostenso iacentis cadauere, cum lacrymis & lamentis rogabat vt propius accederet: vtque sensit cædis causa eum venisse, non magni pendentem verba nihil ad suum propositum facientia, confestim nudatum iugulum præbuit, miserabiliter suam conditionem deplorans, & vrgens ne differret inceptæ à socijs fabulæ extremum actum addere. Atque ita magno animo necem pertulit, cuius comitem habuit etiam filiolam: quòd mox ipse factum renunciauit Chæreæ. Ita Caius quarto sui principatus anno finijt, vir & ante principa-

C tum maleficus, voluptatibus deditus, & fautor delatorum, periculorumque metuens, atque ea de causa sanguinarius, vnicum fructum potentiæ existimans si abuteretur ea contra immeritos, & prędas ex iniustis cædibus ac rapinis ageret: attollens se supra humanũ fastigium, & diuinatis opinionem affectans, popularique assentatione deprauatissimus: legum cancellos non secus quàm virtutis impedimēta abominans, & ne intimam quidem amicitiam pili faciens, quoties ira stimularetur ad vindictam ac supplicia: osor bonorum virorum omnium, quicquid collibuisset citra omnem contradictionem licere sibi postulans. Quare ne à sororis quidem germanæ stupro abstinuit, ex quo illi maxima apud ciues exorta est inuidia, propter incredibilem & multis retrò sæculis inauditam libidinis licentiam. Opus autem eius regale aut magnificum nullum memorari potest, aut excogitatum

D ad vtilitatem hominum, præter receptacula extructa circa Rhegium & Siciliam nauibus frumentarijs ex Aegypto venientibus. Hoc enim citra controuersiam maximum opus est, & vtilissimum nauigantibus. Sed ne id quidem absolutum est: sed imperfectum mansit remissa contentione operantium. In causa fuit studium rerum inutilium, & quòd pecuniam in priuatas suas voluptates insumere maluit, quàm in publicam magnificentiam. Alioquin Orator facundus, & peritus vtriusque literaturæ tam Græcanicæ quàm patriæ: facileque intelligebat omnia, ad quorumuis orationes respondens extempore: & vel in maximis negociis suadendi facultate præditus, si quis alius, quàm vel ingenii fœlicitate, vel diuturna exercitatione sibi parauerat: ad cuius laudis æmulationem magnos stimulos ei pater addiderat, Tiberij qui ante hunc imperauit ex fratre nepos, eximius in hoc studiorum

E genere, à quo degenerare in hac parte erubuit, qua cæteros ciues à tergo reliquerat. Nec tamen ei bona institutio profuit, quo minus licentiam adeptus perniciem sibi accerseret: intantum ardua res est eos sapere, quibus adest quiduis facientibus impunitas. Vius enim honestissimis amicis à principio, quo facilius bonam opinionem sibi pararet, tandem eos à se alienauit vsurpanda immodica licentia, quorum odijs indies glisscentibus, postremò per insidias eorundem oppressus est. CAETERVM Claudius, vt suprà dixi, III.
cognito Caij casu, & hac de causa perturbatione totius palatij, de sua salute anxius latebat in
quodam angulo, nullam periculi causam habens præter claritatem natalium. Nam priua-
tam vitam agens permodestè se gesserat, mediocri statu contentus, literisque se oblectabat
Græcis maximè, omnem negociorum deuitans strepitum. Tum verò attonita vulgi mul-

F titudine regia referta, discursantibus cum furore ac consternatione militibus, plebe quasi metu dominationis soluta ultrò citroque ruente temerè, prætoriani qui potiores habentur inter reliquos milites, consultare cœperunt quid agendum esset, non tam soliciti de nece principis, quem iurè cæsum existimabant: quàm quomodo rebus suis prospicerent, Germanis in interfectores sæuientibus, suimet respectu magis quàm vtilitatis publicæ. Quæ omnia magis augebant trepidationem Claudij, maxime cùm vidisset circumferri Asprena-

Caesonia Caij vxor maritum iam mortuum, quòd sibi non paruerit, accusat.

Caij vxor & filia interficiuntur.

Caij mores & facta.

Caius sorori stuprum intulit.

Caij opus regale:

Studium:

Eruditio.

Claudius à militibus rapitur ad principatum.

Gratus. tis & vnà cum eo cæforum capita. Stabat enim in quodam loco gradibus aliquot acceſſibili, obſcuritate eius ſe occulens. Ibi Gratus unus è palatinis militibus, non valens ſatis vultum eius diſcernere præ tenebris, hominem tamen eſſe videns qui latere cupiat, propius acceſſit, licet rogatus vt diſcederet: & tandem protractum agnouit, inclamans alijs ſequentibus, profectò hunc eſſe Germanicum, dignum qui vacantem Imperatoris locum occupet. Tum Claudius videns eos paratos vt ſe raperent, metuensque ne iubente Caio plecteretur capite, rogabat vt ſibi parcerent, innocentiam ſuam commemorans, & excuſans ſe inſcium rerum omnium. Ad quæ Gratus ſubridens dextra prehenſum ſic alloquitur: Deſine de incolumitate eſſe ſolicitus, cum potius debeas animum ad principatum erigere, quem dij Caio ſublato tuæ virtuti offerunt, orbem terrarum tandem reſpicientes feſſum calamitatibus. Quare age maiorum tuorum ſolium recipe: moxque attolunt eum in humeros non valentem præ metu ſimul ac gaudio pedibus inſiſtere. Iam enim complures prætoriani circa Gratum verſabantur, ita vt quidam putantes Claudium rapi ad ſupplicium, miſerarentur vt hominem innoxium, & qui totam ætatem exegiſſet in ocio, ac ſæpe ſub Caio adductus fuiſſet in vitæ periculum: quidam etiam dictitarent, ad conſules pertinere de eius cauſa iudicium. Verùm militibus magis ac magis affluentibus, & diffugiente inermi multitudine, Claudius non procedebat propter imbecillitatem corporis, quando etiam ipſius lecticarij fugerant, deſperantes de ſalute Domini quem raptum uiderant. Itaque cùm hi ſoli tenerent palatium, partem vrbis, vt ferunt, antiquiſſimam, & iam attentarent curam reipublicæ, maior etiam fiebat confluxus cæterorum militum, Claudium libenter videntium, & magno ſtudio conantium eum ad principatum euehere, etiam ob Germanici fratris memoriam, cuius gloria hærebat adhuc in animis hominum. Ad hæc ſuccurrebat præcipuorum Senatorum auaritia, & quantum per eam peccatum fuiſſet ante mutatum ſtatum reipublicæ: quem quia in priſtinum reſtitui iudicabant impoſſibile, rurſum non eſſe in rem ſuam videbant, ſi vnus quiſpiam citra ipſorum operam potiretur Imperio, cùm liceret proiecto Claudio dignam ab eo pro meritis gratiam recipere. Has & alias inter ſe conferentes conſultationes, cum alijs quoque affluentibus communicabant. Cumque idem omnibus probaretur, armatis cinctum ſublimem in caſtra pertulerunt, vt ibi ſine impedimento reliqua peragerent. Diſsidium autem inter Senatum & plebem inciderat: dum illi ad priſtinam redire dignitatem, & inductam à tyrannis ſeruitutem effugere cupiunt: plebs contrà hanc fœlicitatem eis inuidens, & frenum eorum auaritiæ Imperatoriam poteſtatem eſſe exiſtimans, ſibique aduerſus potentiorum iniurias præſidium, gaudebat auditis quæ Claudio contigerant, ſperans huius opera carituram ſe bellis ciuilibus & alijs malis, quæ olim Pompeianis temporibus ciuitatem afflixerant. Senatus porrò cognito quòd milites Claudium in caſtra tranſportaſſent, lectos ſui ordinis viros illò miſerunt, qui cum doceant non eſſe per violentiam affectandum Imperium: præſtare vt Senatui permittat curam reipublicæ, & vnus ſit è Senatoribus, ſecundum leges prouiſurus cum alijs quomodo res adminiſtrari debeant: memineritque quàm miſerè tractata ſit ciuitas vel à prioribus dominis, vel modò Caio principe, ſub quo ipſe in communi fuiſſet periculo: neque decere vt qui tyrannidem in alio deteſtatus ſit, nunc patriam ſponte intemperijs eius ſubijciat. Quapropter ſi Senatui pareat, & cum laude ad priſtinum reuertatur ocium ſolitam virtutem retinens, fore vt maximis cumuletur honoribus à liberis ciuibus, & opinionem optimi uiri lucrifaciat, qui non grauetur ſub legibus, per vices nunc præeſſe alijs, nunc ſubijci. Sin nihil motus Caij exitu, pergat in propoſitis, ſe certè obnixuros eius conatibus. Nam & non contemnendam militum manum ſtare à ſuis partibus, & armorum ſupereſſe copiam ſeruitiorumque multitudinem, quorum opera in promptu ſit. Sed præcipuam ſpem eſſe in Deorum auxilio, qui pro recto & honeſto certantes adiuuare ſoleant: nihil autem honeſtius quàm pugnare pro libertate patriæ. Hæc legati Veranius & Broccus, ambo tribuni plebis, procumbentesque ad eius genua ſuppliciter orabant, ne ciuitatem in bellum ciuile conijceret. Et cùm viderent eum ſeptum magna frequentia militum, & nihil eſſe collatos ad hunc conſules, rogabant, vt ſi principatum ambiret, mallet eum à Senatu accipere. Hoc enim æquius fore & fœlicius, ſi abſque violentia cum bona offerentium gratis habenas Imperij capeſſeret.

Claudius principis declaratur.

Germanicus.

Claudius in caſtra perfertur.

Senatus ad Claudium legatio.

Diſſaitus

Dissidium inter Senatum & plebem. CAP. III.

PORRO Claudius sciens senatus arrogantiam, modestè legatis respondit pro tempore: sed parum tutum ratus se in eorum fidem committere, fretus hortatibus militum operam impigram pollicentium, incitante etiam Agrippa, decreuit principatum vltrò oblatum non dimittere è manibus. IS ENIM postquam suæ dignitatis authorem Caium exanimem collocasset in lectulo, & composuisset ut tum poterat, perfunctus hoc officio prodijt ad eius satellites, nuncians viuere quidem eum, sed quia crucietur vulneribus, medicos ea de causa accersi. Cæterùm vbi cognouit raptũ esse à militibus Claudium, ægrè dimota turba ad eum peruasit, & nactus eum turbatum, pronumque ad cedendam potestatem senatui, confirmauit, horratus vt magno animo in retinẽdo principatu pergeret. Iamque vnus erat è fautoribus Claudij, cùm accersitus à senatu, ignarum se omniũ simulans, & vnguentatus tanquam à compotatione veniens, ex Senatoribus quæsiuit quid de Claudio factum sit. Quibus id quod verum erat respondentibus, & insuper ipsius sententiam de præsenti statu postulantibus: se quidem aiebat pro Senatus dignitate nullum recusare periculum, suadere tamen vt magis spectent vtilitatem reipublicæ, quàm quę in præsens grata videantur auribus. Contendentibus enim de principatu opus esse armis & militibus, ne imparatis in certamen descendentibus aliquid aduersum accidat. Illis & arma sibi esse dicentibus, & collaturos se pecuniam: nec deesse militem, & posse armari seruitia vocata ad pilcum, subiunxit rex: Vtinam P. C. conatus vester succedat: non dubitabo tamen quæ in rem vestram puto promere. Scitis qui à Claudio stant veteranos esse, & rei militaris longo vsu peritissimos: pro nobis autem erit mancipiorum præter omnem opinionem liberatorum colluuies intractabilis, quos ne gladium quidem satis scientes stringere, opponemus viris exercitatissimis. Quamobrem mihi placet mitti ad Claudium, qui ei deponere principatum suadeant, & ad eam legationem meipsum offero. Hæc vbi persuasit cum alijs aliquot mittitur, & Claudio seorsum trepidationem Senatus indicat: autorque fuit, vt responderet sicut deceret ad summam potestatem euectum principem. Respondit igitur, mirum non videri quòd Senatus ægrè ferat subesse vnius arbitrio, expertus aliquot principum sæuitiam. Nunc verò degustaturum eum etiam æquam ac moderatam dominationem, quæ nomen quidem principatus habeat, sed reuerà omnia gerat de communi sententia. Quare non esse cur de eius fide dubitent, quem in varia temporum conditione nunquam ab honesto discessisse suis ipsi oculis viderint. Cum his mandatis legati dimissi sunt: moxque concionem apud milites habuit sed tantùm prętorianos, Sacramento adactos vt in fide manerent, viritimque diuisit satellitibus quina drachmarum millia, & eorum ducibus pro rata parte tantundem: & exercitibus qui ubicunque essent, tantundem pollicitus est. Sub diluculum autem Cos. Senatum vocauerunt in Capitolini Iouis ædem: quorum alij delituerunt in vrbe, ne irent: alij rus maturè sunt profecti, præuidentes quónam res cuasura esset, optantes quę tutam seruitutem cum ocio potius, quàm ancipitem aleam reparandæ dignitatis pristinæ. Conuenerunt tamen centum, non amplius: quibus consultantibus de præsenti negocio, repentè clamor militum pro foribus stantium tollitur, vnum Imperatorem à senatu creari postulantium, ne quod detrimentum patiatur imperium communicatum pluribus. Et suam quidem sententiam proferebant de vni alicui committendo Imperio, in illorum autem potestate sinebant delectum eius qui videretur principatu dignior: quod senatui valde incommodum accidit, in locum speratæ libertatis succedente metu à Claudio. Nec tamen deerant qui affectarent rerum fastigium, propter nobilitatem generis, affinitatẽque coniunctã cũ Cæsaribus. Nam M. Minucianus vir cum primis clarus, & in matrimonio habẽs sororẽ Caij Iuliã, seipsum offerebat, consulibus aliã ex alia causationẽ nectentibus. Valeriũ etiã Asiaticũ alter Minucianus interfector Caij cohibuit: fuissetq; cædes quãta vix vnquã aliàs edita, si quis permissus fuisset cũ Claudio de principatu contendere. Præstò. n. erat gladiatorũ non contemnendus numerus, & cohortes vigilum, cum magna manu remigũ: vltrò confluentiũ. Quapropter multi metu ab ambiẽdo sunt deterriti, quòd vel sibi ipsis timerent, vel populo. Deinde appetẽre iam die Chæreas cum sociis aderant allocuturi milites: quos illi cum viderent manu silentium innuere, concionari non passi sunt, omnibus vnum Imperatorem, idq; sine dilatione poscentibus. Tum verò minimè senatus poterat expedire constitutionem reipublicæ, militibus authoritatem eius contemnentibus, & interfectoribus Caij amplissimum ordinem militari insolentiæ cedere non patientibus. Tandem Chæreas non continens iram, quòd Imperatorem petent.

IIII. *Agrippa Claudium in proposito confirmat.*

suum iudicium Senatui proponit: &

vnà cum alijs ad Claudium mittitur.

Claudius Senatui respondet: &

ad milites Sacramento adactos sermonem conuertit.

Milites vnum Imperatorem à Senatu postulant.

Minucianus.

Valerius Asiaticus.

Chæreas.

rent,daturum se ait,si quis signum afferret ab Eutycho.Is erat auriga Prasinus Caio dilectissimus,cuius equitio stabulis extruendis ille viles operas exegerat à militibus: idque tum eo dicto exprobrabat eis Chæreas, multaque alia, allaturum se Claudij caput minitans. Indignum enim esse, si post insanum dementi principatum committant. At illi verbis eius nihil moti,strictis gladijs,& sublatis signis tendebant ad Claudium, adiuncturi se his qui iam Sacramento ipsius se obligauerant. Ita Senatus desertus est à suis propugnatoribus, & consules fermè in priuatorum redacti ordinem,mœstitia stuporeque occupatis omnibus, nec scientibus quid nam agendum post irritatum in se Claudium. Iamque pœnitentes alius in alium iactabant conuitia. Tum Sabinus è tyrannicidis vnus in medium progressus, citius se ipsum contrucidaturum ait,quàm passurum vt se inspectante Imperium committatur Claudio,& ascisca tur vltronea seruitus:simulque Chæream obiurgabat, quòd cùm primus contempsisset Caium, nunc metu mortis videatur publicam libertatem prodere,quasi verò sine hac vlla voluptas vitæ possit esse viris fortibus: ille contrà vitam se nihil morari ait, velle tamen prius tentare mentem Claudij. Interim in castris multi Senatorum per confertos milites enitebantur ad officium exhibendum Claudio,& inter cæteros alter Consul Q. Pompeius,eo magis inuisus militibus,quòd Senatum ad libertatē hortatus fuerat. Quamobrem strictis eum inuadentes gladijs perpetrassent cædem, nisi fuissent à Claudio cohibiti,qui ereptum periculo assidere iussit suo lateri. Sed non idem honor habitus est reliquis Senatoribus,qui cum eo simul venerant:aliquot enim etiam plagas acceperūt,repulsi dum ilium salutare properant: Aponius verò discessit saucius, & eorum nemo non periclitatus est.Rex Agrippa etiam autor fuit Claudio,vt mitius se erga Senatores gereret:his enim sublatis non habiturum quibus imperet.Cui ille libenter paruit,iussitque eos conuenire in palatium,quò ipse per mediam vrbem lectica delatus est,deducentibus militibus non sine vexatione plebeiæ multitudinis. E tyrannicidis autem Chæreas & Sabinus conspicui processerunt in publicum arcente aditu Pollione,quem Claudius paulo antè Prætorianis præfecerat.Claudius perlatus in palatium conuocatis amicis sententias super Chærea rogauit. Illis facinus alioquin egregium videbatur:sed authorem insimulabant perfidiæ, & exemplū in eum ædendum censebant ad deterrendos in posterum à talibus homines. Ductus est igitur ad supplicium vnà cum Lupo alijsq; compluribus. Fertur Chæream magno animo tulisse id infortunium,nihil mutato vultu ad indecorum habitū,atq; etiam Lupo exprobrantem lachrymas:cumq; is detracta veste quereretur de frigore,ille cauillatus est,lupum nunquam offendi frigore.Et inspectante corona eorum, qui deduxerant,rogauit militem,num exercitatus esset ad cędes,& num acutum haberet gladiū:postulauitq; eum quo ipse Caium interfecerat:deniq; vno ictu fœliciter perijt.Lupus autem deiecto animo parùm fortiter cervicem præbens pluribus ictibus demum confectus est.Paucis post diebus quando solenne parentādi tempus redijt,populus Romanus dum suorum quisq; manes honoraret, eadem opera etiam Chæreæ suam partem in ignem conijciebant,apprecati vt propitius non irasceretur ipsorum ingratitudini:atq; hic fuit exitus Chæreæ:Sabinus autem non solùm absolutus à Claudio,verumetiam permissus eandem quam antè præfecturam gerere, iniquum ratus,si à fide coniuratis data desciscceret,in corpus adacto capulo tenus gladio suamet manu optatum quæsiuit interitum.

Milites strictis gladijs & signis sublatis ad Claudium properāt.

Q. Pompeius.

Aponius saucius.

Chæreas unà cū Lupo ad supplicium ducitur: & moritur.

Sabinus sibimet ipsi manus infert.

A. M. 4016. Ante Chr. nat. 46.

Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit, & edicta eius in Iudæorum gratiam. CAP. IIII.

CLAVDIVS autem sublatis protinus militibus quicunque suspecti esse poterāt, edictum proposuit,quo Agrippam in regno per Caium antè concesso confirmabat,collaudans simul eius operam & industriam: addita insuper Iudæa & Samaria,quòd olim ad eius aui Herodis regnum pertinuissent:has igitur velut familiæ debitas restituit.Abilam autem & finitimam eius ditionem in Libano,quæ Lysaniæ fuerat, adiunxit de suo. Fœdus deinde regis cum Rom. pop. in æs incisum est in vrbis foro medio. Antiochū aūt suo regno priuatū Comagena donauit,& parte quadā Ciliciæ.Soluit etiā Alexandrū Lysimachū Alabarchā veterē amicū,& olim ꝓcuratorē suæ matris Antonię,quē Caius iratus vinxerat:cuius filio Marco Bernice desponsa fuit Agrippę filia: quo defuncto ante nuptias,rex virginē Herodi suo fratri eam collocauit,impetrato illi regno Chalcidis à Claudio. Per idē tempus ad Alexandriā inter Iudæos & Græcos exorta est seditio:Occiso.n.Caio gens Iudæorum sub eius Imperio vehementer oppressa, & multis iniurijs ab Alexandrinis affecta,

Claudius Agrippam in regno confirmat: &

Antiocho Comagenam donat.

Herodes Agrippæ frater rex Chalcidis.

A affecta;cœpit animos resumere:moxque ad arma ventum est. Tum Claudius per Epistolam mandat Aegypti præsidi, vt seditionem illam compescat: & ad preces Agrippæ ac Herodis regum edictum Alexandriam & Syriam mittit scriptum in hanc sententiam: Tiberius Claudius Cæs. Augusti. Germanicus, trib. pot. edicit. Quoniam cognitum habemus, Alexãdrinos Iudæos iam inde ab initio ius eius ciuitatis ex æquo cum Alexandrinis cæteris consecutos à regibus, sicut patet ex instrumentis super hoc conscriptis & constitutionib. regijs, post adiectamq; Imperio nostro per Augustũ Alexandriã mansisse illis sua iura integra, cõseruata per missos illò diuersis tẽporibus præsides, nullamq; de eorum iure cõtrouersiã extitisse, etiam
B cum Aquila præfuit Alexãdriæ: permissumq; eis ab Augusto, vt in defuncti ethnarchæ locũ alium suis suffragijs substituerẽt, vtq; quisq; in suis ritibus maneret, neq; cogeretur religionem patriã deserere: cæterùm Alexandrinos cõcitatos cõtra cõciues suos Iudæos C. Cæsaris tẽporibus, propter insolentẽ illius insaniã, dum contra patriã gentis religionẽ pro Deo coli ab eis postulat; & recusantibus infensus est: volo inconcussa esse iura eorum à Caij insania: eisq; ius esse perseuerandi in patrijs ritibus: iubeoq; vtramq; partem quoad fieri potest dare operã ne quid turbarũ cõmoueatur, idq; proposito hoc edicto ita statuo. Atq; hæc erãt quæ in illo edicto cõtinebantur. In reliquum autem orbem Romanũ tale missum est. Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus, Pontifex max. trib. pot. Cos. designatus II. edicit. Petentibus à me Agrippa & Herode regibus mihi amicissimis, vt permitterem Iudæis in Im-
C perio nostro degentibus vti suo iure quemadmodum antea, sicut & Alexandriam habitantibus concessimus: libenter precibus eorum annuimus, non deprecatorum tãtùm causa, sed quia ipsos dignos iudicamus hoc nostro beneficio, ppter seruatã populo Romano fidem & amicitiã. Aequissimũ igitur censeo, nullam ne Græcã quidẽ vrbem negare illis ius suũ, quãdoquidẽ & sub D. Augusti principatu conseruatũ eis fuit integrum: licebitq; in posterũ Iudæis per totum nostrum imperium sparsim habitantibus vti maiorum suorum moribus; quos iam nunc moneo vt hac nostra gratia contenti modestius se gerant, neq; despicentur religiones externarum gentium: suis autem suo arbitratu viuant legibus. Atque hoc meum edictum ciuitatibus, colonijs, & municipijs Italicis ac prouincialibus per magistratus publicari volo, ad reges quoq; atq; dynastas transmitti; non minus triginta continuis diebus ita
D proponendum, vt ab omnibus humi stantibus possit perlegi.

Claudij edictũ in Iudæorum gratiam conscriptũ.

Agrippæ in Iudæam reditus. CAP. V.

HIS edictis Alexandriam & per totum orbem dimissis Claudius Cæsar declarauit quomodo in Iudæos animatus esset: moxque Agrippam ad curam sui regni misit auctum maioribus honoribus, commendatumque per literas præsidibus prouinciarum simul, & procuratoribus omnibus. At ille vt re bene gesta fieri solet, magna celeritate reuersus est: & quamprimùm peruenit Hierosolyma, votiua sacrificia persoluit, nihil omittens eorum quæ lege præscripta sunt. Vnde & multos Nazaræos tonderi mandauit: & catenam auream à Caio donatam pondere parem illi ferreæ quæ regias manus vinxerat, monumentum aduersæ fortunæ mutatæ in prosperam suspendit in sacrario
E supra gazophylacium: quæ doceret spectatores & sublimia posse corruere, & Deum valere illa erigere denuò. Omnes enim admonebantur per hanc consecratam catenam, quòd Agrippa leui de causa priuatus dignitate fuisset vinctus, pauloque pòst compedibus solutus splendidiorẽ quàm antè principatum adeptus: eam esse naturam rerum humanarum omnium, vt celsissima quæque prolabantur facilè, rursumq; inclinata restituantur in pristinũ fastigium. Ritè igitur votis Deo redditis Agrippa Theophilum Anani filium submouit à summo sacerdotio, & Boethi filium Simonem cognomine Cantharam in eius locum substituit. Erant autem Simoni fratres duo, & Boethus pater, cuius filiam Herodes rex vxorem duxerat, sicut diximus. Idem igitur quod fratres & pater sacerdotium Simon adeptus est:
F quemadmodum olim sub Imperio Macedonum idem contigerat tribus filijs Simonis pontificis, eius qui Onia patre prognatus est, vt suprà meminimus. CONSTITVTO deinde VI.
põtificeatu rex Hierosolymitis beneuolẽtiæ gratiã retulit, remisso eis tributo quod soliti erãt in singulas ædes pendere, decorum putans si non paterentur se uinci amore mutuo. Magistrũ autẽ præfecit toti suæ militiæ Silam, quẽ multorum & difficilium laborum indiuiduũ sociũ habuerat. Paulo pòst Doritę quidã iuuenes natura temerarij religionis specie posuerũt in Iudęorum synagoga statuam Cęsari, quod Agrippam vehementer commouit ad iracundiam,

Claudium Agrippam ad sui regni curam habendam mittit.

Agrippa votiua sacrificia soluit.

Agrippa Simonem Boethi filium pontificem constituit.

Agrippa ædium tributum Iudæis remittit: &

quòd

ob statuam Cæsari erectam Doritis irascitur.

quòd ea res perditum iret instituta patriæ. Quare sine mora ad Petronium Syriæ præsidem profectus questus est de Doritarum audacia: qui & ipse non minus ægrè ferens hoc facinus ut impium, nouatoribus illis asperius scripsit in hanc sententiam. A

Epistola Petronij ad Doritas pro Iudæis scripta. CAP. VI.

Petronius Doritas literis transmissis insolentiæ & profanatæ religionis sacræ Iudaicæ insimulat.

PVBLIVS Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæs. August. Germanici, primatibus Dorien sium. Quoniam tam audax fuit quorundam vestrûm insolentia, ut etiam contra edictum Claudij Cæsaris August. Germanici, quo Iudæi permittuntur suis legibus viuere, synagogam eorũ profanauerint, illata Cęsaris statua, quod religioni ipsorum non est licitum, atq; hoc facto non Iudæorum tantùm pietas læsa est, sed numen etiam Cæsaris, cui rectius in proprio templo statua poneretur, quàm in alieno, maximè in synagoga, cùm iustum sit & Imperatoris iudicio comprobatum, vt sui quisque loci sit dominus: ne mea decreta commemorem post contemptam authoritatem Cæsaris, qui Iudæis non religionem tantùm permisit, verumetiam æquum ciuitatis ius cum Græcis cohabitantibus: his ergo de causis eos, qui contra edictum Augusti ausi sunt talia, indignantibus etiam corum primarijs, hæc furore populi, non suo consensu facta asseuerãtibus, iubeo per centurionem Vitellium Proculum ad me adduci rationem reddituros. Magistratus autem hortor, vt si videri volunt his consensum suum non accessisse, centurioni fontes indicent, dentq; operam ne quid turbæ aut rixæ oriatur, quam quidam captare uidentur: cùm contrà ego & mihi chariſſimus rex Agrippa nihil æquè curemus, quàm ne vlla Iudæis detur occasio excitandi tumultus defensionis prætextu. Quò autem melius cognoscatis, quæ nã sit super hoc negocio voluntas Augusti, adiunximus eius edictum apud Alexandrinos propositum: quòd iam antè satis notum omnibus, chariſſimus rex Agrippa mihi sedenti pro tribunali recitauit, ius suum postulans, & vt suis beneficiũ Cæsaris maneat incolume. Quamobrem iubeo vt in posterum nullam quęratis seditionum materiam, & cœleste numen suis quisque colat ritibus. Ita tum Petronius rem curauit, vt & admissum erratum corrigeretur, & in posterum caueretur, ne quis tale quippiam auderet. Rex autem Agrippa Simonẽ Cantheram pontificatu priuauit, quem Ionathæ Anani filio reddere voluit, digniorem hunc tali sacerdotio existimans. Sed ille recipere noluit, sic excusans: Equidem tuam rex beneficentiam libenter amplector, contentus tua voluntate, qua mihi tantus honor oblatus est, etsi me Deus indignum iudicauit summo pontificio. Sed mihi sacrum illum amictum semel sumpsisse satis est: tunc enim sanctius illum accepi, quàm nunc reciperem. Quòd si quæris, ostendam, qui honore hoc sit longè dignior. Est mihi frater & apud Deum & apud te rex innocens, ab omniq; peccati labe mundus, quem ausim tibi commendare vt idoneum officio pontificis. Hac hominis modestia delectatus rex, omisso Ionatha ex ipsius consilio, fratri eius Matthiæ sacerdotium id detulit: nec ita multo pòst Petronio Marsus in administranda prouincia Syria successit. B C D

Simon Cantheras.

Ionathæ põtificatum ab Agrippa oblatum repudiat: at

Matthiæ fratri eundem conciliat.

Gesta Agrippæ usq; ad ipsius obitum. CAP. VII.

VII. *Agrippa Silã ob insolentiam suã in custodiã præcipitari mãdat:*

SILA autem magister militiæ regiæ, quia per omnem fortunam ei fidus nullius vnquam periculi socius esse detrectauerat, sed vel difficillimos labores pro eo sæpè susceperat, fretus amicitia, postulabat etiam paris honoris esse particeps. Qua propter grauabatur regi aliquo modo cedere, semperque licentius agebat cum eo, & in familiaribus colloquijs molestus erat interdum extollens se immodicè, & sæpè prioris fortunę regis aduersa in memoriã reuocans, vt ostentaret, quàm studiosus ipsius cultor fuisset, nunquam non labores in eius gratiam exhaustos memorans. Quæ cùm sine modo repeteret, opprobrare videbatur, ita vt rex tandem offenderetur immodica libertate hominis. Iniucunda enim est temporis ingloriè acti memoria, & stultum est indesinenter exprobrare debitum. Postremò intantum exasperatus est regis animus, vt iræ plus quàm rationi tribuens, non contentus fuerit adimere illi præfecturam, verumetiam vinciendum in ipsius patriam adseruandum miserit. Elapso deinde aliquanto tempore lenita iam ira, & ratione defecata in cõsilium adhibita, reputauit quantum laborum vir ille pro se pertulisset: cumq; natalem suum celebraret, omnibus occupatis circa hilaritates ac epulas, accersiuit Silam vt mox interesset regio conuiuio. Ille vt erat moribus ingenuis non dissimulauit indignationem cuius iustam causam habere videbatur, vocantibus se respondens, ad quem honorem me rex reuocat, paulo pòst eo priuaturus? neq; enim prius beneuolentiæ præmiũ mihi diuturnum esse passus est, sed spoliauit eo me affectum contumelia. Nisi fortè putat lin- E F

conuiuio solenni suo adesse iubet:

A tat linguam mihi post hac fore minus liberam: imò fretus cõscientia nunquam clamare de- *insolentè in carcere relinqui præcipit.*
sinam è quantis eum eripuerim calamitatibus, quantum laborum tulerim, ut illi incolumitatem & honores parerem: pro quibus officijs nunc præmium retuli uincula & obscurum carcerem. Ego verò horum nunquam obliuiscar, sed etiam apud manes manebit mihi huius iniuriæ memoria. Hæc ille vociferabatur, iubens ut eadem regi referrent. qui cùm uideret immedicabilem, reliquit eum in custodia. Conuersus autem ad Hierosolymorum curam, muros nouæ quæ vocatur vrbis muniebat sumptu publico, latioresque & altiores quàm antè fuerant reddebat: & fecisset aduersus omnem humanam vim inexpugnabiles, ni Marsus Syriæ præses Claudio Cæsari significasset eam rem per literas. Qui su- *Hierosolyma munire aggreditur & impeditur.*
B spicatus molituros aliquid noui, diligenter scripsit Agrippæ, vt à munienda vrbe desisteret: atque ille mox paruit. Erat autem is rex adeò natus ad liberalitatem ac beneficijs demerendos populos, vt magnis sumptibus pararet sibi celebritatem nominis, pro magna voluptate ducens quæsitam munificentia gloriam, longè alius quàm Herodes qui ante eum regnauerat. Ille enim malitiosus erat ac procliuis ad sæuitiam: & propter mutuum *Herodis ingenium.*
odium manifestè præferens erga Græcos maiorem quàm erga Iudæos benevolentiam: vt qui externas vrbes ornaret pecuniarum largitionibus, aliàs balnea & theatra, aliàs templa & porticus extruens: Iudæorum autem nullum oppidum ornatu aliquo dignatus est memorabili, nec vlla liberalitate prosecutus est. Agrippa contrà mitissimo fuit ingenio, in *Agrippæ ingenium.*
exteros omnes ex æquo beneficus, liberalis & humanus, in suæ gentis homines benignus,
C & promptus ad iuuandos præ cæteris in aduersis. Quapropter libenter & continuè degebat Hierosolymis, institutorum ac rituum patriæ seruator religiosissimus. Purus enim erat à contaminamentis omnibus, nec vlla dies ei præteribat absque sacrificio. Accidit ali- *Agrippa à Simone absens contumelijs afficitur.*
quando vt quidam Hierosolymita legisperitus, nomine Simon, aduocata concione per regis absentiam agentis tum Cæsareæ, criminaretur illum ut impurum & arcendum templi aditu, quod non nisi dignis pateret. Id ubi præfectus urbis illi significauit per literas, confestim accersiuit hominem: à quo fortè fortuna repertus in theatro, assidere sibi eum iussit. moxque sedata uoce & placidè: Dic mihi, inquit, quid tibi non probatur ex his, quæ facimus? qui cùm nihil haberet quod diceret, precatus est ueniam. Tum *Simoni reconciliatur & Beryti theatrum extruit.*
rex citius quàm quisquam opinaretur reconciliatus est, clementiam magis quàm iram de-
D cere reges existimans, & lenitatem animi magis quàm celsitudinem. Itaque illum dimisit non sine munere. Inter alias autem multas eximijs ornamentis honorauit urbem Berytiam, magnis sumptibus extructo ibi theatro pulcherrimo, simulque æquè magnifico amphitheatro, & ad hæc balineis ac porticibus, nullis parcens impendijs, modò absolutam operibus pulchritudinem adderet. Dedicatio quoque horum celebrata est splendidissimè, exhibitis in theatro spectaculis & musicorum omne genus certaminibus, aliaque voluptatum uarietate: in amphitheatrum uerò ad ostentandam magnificentiam inductis plurimis gladiatorum paribus. Volens deinde spectatores oblectare etiam cateruatim cum missis pugnatoribus, ex maleficis in hoc destinatis duas cohortes fecit septingentorum utramque hominum, ut illis per imaginem belli decernentibus, pœna noxiorum in pacis
E uoluptatem uerteret. atque ita omnes mutuis absumpti sunt uulneribus. POST hæc VIII.
apud Berytum peracta migrauit in urbem Galilææ Tiberiada. Suscipiebatur autem ab alijs *Agrippa à regibus suscipitur.*
regibus: venitq; ad eum Antiochus Comagenæ rex, *Emesinorum Sampsigeranus, Cotys q regnabat in minore Armenia. Polemonque Ponti regulus: & præter hos Herodes frater rex Chalcidis. Hos oẽs summa hospitalite excipiebat, ostendens per hoc animi sui magnitudinẽ, ne videretur indignus q expeteretur à tot regibus. Quibus adhuc apud eum morãtibus Marsus Syriæ prẽses superuenit. Seruans igitur debitã Romanis reuerentiã usque ad septi- *Amasorum alias.*
mum lapidem illi obuiam processit: quod quidem simultatis cum Marso initium factum *Agrippa Marso Syriæ præsul iratscitur.*
est, dum eodem cum hospitibus curru uectus, suspectam præsidi reddit tantam regum concordiam. Ratus enim id non esse è republica, per idoneos nuncios mandauit singulis vt sine
F mora discederent: qua re Agrippa vehementer offensus est. Marsum quidem hac de causa exosus fuit. Matthiæ verò adempto pontificatu successorem dedit Elionæum Cithæi filium. Iamque tertium Iudææ totius regni annum exegerat, cùm peruenit in urbem *in urbem Cæsaream peruenit.*
Cæsaream, quæ prius Stratonis turris dicta fuit: vbi solennes ludos celebrauit pro salute Cæsaris: ad quam festiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex tota prouincia. Eius celebritatis die secunda processit manè in theatrum, amictus uestè tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radijs exorientis solis perculsa, & mirandum quen-

dam

dam fulgorem emittens, veneratione cum horrore incutiebat ſpectantibus. Moxq; adulatores aliùs aliunde acclamantes, Deum cõſalutabant, rogantes vt faueret propitius. Hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoſcere & fateri in eo quiddam mortali natura excellentius. Hanc impiam adulationem ille nec caſtigauit, nec repulit: pauloq; pòſt ſuſpiciens vidit ſuprà caput ſuum bubonem funi extento inſidentem: moxq; vt ſenſit hunc eſſe calamitatis nũcium, qui olim fœlicitatis fuerat, ex intimis præcordijs indoluit. Secuta ſunt ventris tormina, ſtatim à principio vehementia. Conuerſis igitur in amicos oculis: En, inquit, ego ille veſtra appellatione Deus vitam relinquere iubeor, fatali neceſſitate coarguente veſtrum mendacium: & quem immortalem ſalutaſtis, ad mortem rapior. Sed ferenda eſt volũtas cœleſtis numinis. Neq; enim malè viximus, imò tanta fœlicitate, vt omnes me beatum prædicarent. Hæc locutus creſcente dolore diſcruciabatur. Properè igitur relato in regiam rumor ſparſus eſt breui eſſe moriturum. Quamobrem confeſtim totus populus vnà cum vxoribus atq; liberis ſaccum indutus more patrio ſupplicabat Deo pro ſalute regis, omnia miſcens lamentis & ciulatibus. Rex autem in celſiore decumbens cubiculo, & in faciem ſtratos humi proſpiciens, ne ipſe quidem temperabat ſibi à lachrymis. Cruciatu deinde per continuos quinq; dies nihil ſe remittente confectus vitam finijt, annum natus quartum ſupra quinquageſimum, poſtquam regnaſſet per ſeptennium. Quatuor enim annos ſub Caio Cæſare obtinuit regnum primum in Philippi tetrarchia per triennium, cui quarto demum anno acceſſit & Herodis tetrarchia, tribus deinde annis ſub Claudio Cæſare præter iam dictam ditionem in Iudæa quoq; regnauit & Samaria, ſimulq; Cæſarea. Ex annuis autem reditibus percipiebat cum plurimùm MCC myriadas. nec his contentus, mutuum accipiebat pecunias. Cùm enim eſſet munificus, impenſis non ſufficiebãt reditus, quòd liberalitatem exerceret ſine parſimonia. Cæterùm priuſquam euulgaretur regis obitus, Herodes dynaſta Chalcidis, & Chelcias magiſter regiæ militiæ conſpirantes ſimul Ariſtonem miſerunt, qui Silam communem amborum inimicum interficeret, quaſi hoc à rege mandatum accepiſſet. ATQVE hic fuit Agrippæ regis exitus. Superſtites autem ei fuerũt, filius quidem vnus Agrippa annum agens decimumſeptimum: filiæ verò tres, ex quibus Bernice nupta erat Herodi patruo, nata annos ſexdecim. reliquæ duæ tum etiam virgines erant, Mariamme & Druſilla, hæc ſeptennis à patre deſponſata Iulio Archelao Chelciæ filio, illa decennis Epiphani filio Comagenorum regis Antiochi. Poſtquam autem cognitũ eſt exceſſiſſe Agrippam, Cæſarienſes & Sebaſteni beneficiorum eius obliti peſſimam ei retulerunt gratiã, conuiuia non dicenda iactantes in defunctum. Militum quoq; vulgus qui tum fortè aderant, protractas è palatio filiarum ſtatuas vnanimiter detulerunt in lupanaria, eisq; vt poterant illudebant modis, quos turpe ſit eloqui: inſtructisque per loca publica epulis conuiuia celebrabant coronis redimiti & delibuti vnguentis, libantes interim Charonti, & ſibi inuicem propinantes præ gaudio, quod ex obitu regis conceperant. Atq; hæc agentibus nec Agrippæ recentia merita ſuccurrebant, nec auus eius Herodes vrbium illarum cõditor, quas portubus & templis magnificentiſſimè ornauerat. Filius porrò defuncti Agrippa Romæ erat eo tẽpore, educabaturq; apud Claudium Cæſarem. Qui audito Agrippæ obitu, & contumelijs quibus eum Cæſarienſes ac Sebaſteni poſt mortem affecerant, illius quidem cauſa indoluit, ingratis autem populis iratus eſt. Confeſtim igitur voluit ſucceſſorem paterni regni Agrippã iuniorem mittere, ſimul vt iureiurando ſatisfaceret. Sed liberti & amici qui multùm apud eum poterant, diſſuaſerunt, negantes tutum admodum adoleſcenti, & vixdum egreſſo pueritiam, tantum regnum committere, cui adminiſtrando ſit impar, quodq; etiam viriles grauare poſſit humeros. Cumq; viſi eſſent æquum dicere, Cæſar præſidem Iudææ totiusq; regni miſit Cuſpium Fadum, defuncto hoc honoris tribuens, ne Marſum inimicũ in regnũ eius induceret. Ante omnia autem Fado iniunxit, vt Cæſarienſes & Sebaſtenos acriter caſtigaret, propter inflictam mortuo iniuriam, cõtumelias q; illatas adhuc iuuenibus filiabus. alam veterõ Cæſarienſium & Sebaſtenorum cum quinq; illis cohortibus ablegaret in Pontum illic militaturas: militesq; è Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorũ locum ſubſtitueret. Nec tamen ei iuſſioni ſatisfactum eſt. Miſſa enim legatione flexerunt Claudium vt manere eos in Iudæa permitteret: qui ſequentibus temporibus maximarum calamitatum Iudæis fuerunt initium, & ſeminarium belli exorti Floro præſide: vnde Veſpaſinus victor, vt paulo pòſt dicetur, eos ex illa regione aliò tranſtulit.

ab adulatoribus Deus fieri cupit

morbo grauiſſimo afflictatur

moritur.

Agrippæ regimine duplicatus, diuitiæ, & ipſius liberalitas.

Sila necatur.

IX. *Agrippæ proſapia.*

Agrippa defunctus conuitijs impetitur.

Agrippa Agrippæ filius Romæ apud Claudium nutritur, atq; educatur.

Cuſpius Fadus Syriæ prætor, Iudææ præſes declaratur.

A. M. 4015. Ante Chr. nat. 45.

FLAVII

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM
LIBER XX.

Philadelphenſium & Iudæorum diſſidium, deq; ſtola ſacerdotali.
CAP. I.

DEFVNCTO rege Agrippa, ſicut ſuperiore volumine diximus, Claudius Cæſar miſit ſucceſſorem Marſo Caſſium Longinum, memoriæ regis amici hoc tribuens, à quo viuo adhuc per literas ſæpe rogatus fuerat, vt Marſum amoueret ab adminiſtratione rerum Syriæ. Fadus autem qui procurator Cæſaris in Iudæam venit, offendit Iudæos tráns amnem Iordanem habitantes contendere cum Philadelphenſibus de Miç vici finibus, referti viris bellicoſiſſimis. Ceperant autem arma tranſamnenſes ſine conſenſu primatum & magiſtratuum, multosque Philadelphenſium interfecerant. His cognitis Fadus vehementer iratus eſt, quòd non expectaſſent ſuum iudicium, ſi putabant ſibi factam à Philadelphenſibus iniuriam, ſed ita temerè ad arma concurriſſent. Comprehenſis igitur tribus præcipuis ſeditionis authoribus vinciri eos mandauit. horum vnum Annibalem nomine affecit ſupplicio, reliquos duos Amaramum & Eleazarum exilio punijt. Nec ita multo pòſt capitis damnauit Tholomæum latronum principem vinctum ad ſe perductum, qui plurima damna intulerat Idumæis & Arabibus: deditque operam vt tota Iudæa purgaretur à latrocinijs. Accitis deinde pontificibus & Hieroſolymitanorum primatibus, mandatum Cæſaris eis expoſuit, vt talarem tunicam, & ſacerdotalem ſtolam, quam ſolum ſummum pontificem induere fas eſt, in caſtellum Antoniam deponerent, vt eſſet in Romanorum poteſtate, quemadmodum olim fuerat. Illi non audentes contradicere, rogabant tamen Fadum & Longinum (venerat & ipſe Hieroſolymá cum copijs, timens ne Fadi imperata Iudæos noui aliquid moliri cogerent) primùm vt legatos ſibi ad Cæſarem liceret mittere, qui ab eo peterẽt ſacræ ſtolæ ſeruandæ ius: deinde vt expectaretur ſuper ea poſtulatione reſcriptum illius. Reſponſum eſt permiſſuros vt legati mittantur, ſi prius darentur obſides. Quumq; promptè liberos ſuos dediſſent, legati profecti ſunt. Qui poſtquam Romam peruenerunt, Agrippa iunior defuncti filius, qui tum fortè apud Claudium agebat vt diximus, cognito qua de cauſa veniſſent, rogauit Cæſarem vt Iudæis ſacræ ſtolæ cuſtodiam petentibus annueret, & Fado ſuper eo negotio ſcriberet. Tum Cæſar vocatis ad ſe legatis, ait ſe hoc eis concedere, iubens vt Agrippæ gratiam habeant. Hoc enim ſe illius donare precibus, cui reſponſo talem epiſtolam addidit: Claudius Cæſar Germanicus trib. pot. v. Coſ. deſignatus IIII. Imp. X. P. P. Hieroſolymitanorum magiſtratibus, ſenatui & populo, totique Iudæorum genti ſalutem. Quoniam Agrippa alumnus meus pijſſimus, quem ego domi educo, adduxit ad me veſtros legatos, gratias agentes quòd ſedulò genti veſtræ prouideam, rogantesque enixè vt pontificalem ſtolam & coronam vobis ſeruare liceat, concedo quod petitis, quemadmodum antè vir optimus & mihi chariſſimus Vitellius conceſſerat: veſtræ que voluntati annuo primùm motus pietate propria, & quia placet quemque religioſum eſſe more ſuæ patriæ: deinde vt gratificer Herodi regi & iuniori Ariſtobulo, quos & mihi deuotiſsimos noui, & veſtri ſtudioſiſsimos, meritoque illorum amicitiam plurimi facio. Scripſi autẽ de hac re & Cuſpio Fado procuratori meo per Cornelium Ceronis, Tryphonem Theudionis, Dorotheum Nathanaelis: & Ioannem Ioannis filium. Datæ quarto Calendas Iulias, Rufo & Pompeio Syluano Coſs. Eodem tempore & Herodes dynaſta Chalcidis, defuncti Agrippæ frater, petijt à Cæſare poteſtatem in templum & ſacrum ærarium; iusque eligendorum ſummorum pontificum: impetrauitque hæc omnia, ita vt etiam pòſteris eius idem ius manſerit vſque ad belli Iudaici exitum. Ipſe Herodes Canthara in ordinem redacto, Ioſepho Canei ſummum pontificatum contulit.

Caſſium Longinum.

Fadus Cæſaris procurator in Iudæam contendit:

diſſidij cruenti moti autores punit: &

Iudæam à latrocinijs purgat.

Iudæi Fado ſupplices fiunt:

Filios obſides eidem offerunt: ſtolæ cuſtodiam petunt: & accipiunt.

Claudij Cæſaris literæ de veſtitu ſacerdotali.

Herodes ius Pontificum eligendorũ capit:
A. M. 4006. Ante Chr. nat. 46.
Herodes Ioſepho Pontificatum attribuit.

Quomodo Helena Adiabenorum regina, & eius filij religionem Iudaicam complexi sint: itemq; de Theuda falso propheta. A

CAP. II.

II. PER idem tempus Adiabenorum regina Helena, & Izates eius filius, ad religionem Iudæorum se transtulerunt propter causam talem. Monobazus Adiabenorum rex, cognomine Bazeos, sororis amore captus, in vxorem ductam grauidam reddidit. Accidit deinde vt vnà cubans, & manum reclinatā habens in vxoris vterum, vocem quandam sibi videretur audire, iubentem vt manum à ventre tolleret, néue premeret fœtū, qui vt non sine diuina prouidentia inchoatus sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Hac voce ille tetritus, mox vt excitatus est, rem vxori indicauit: & natum eo partu filium Izaten nominauit. Susceperat autem iam ante Monobazum hoc seniorem ex Helena, & alios filios ex alijs vxoribus, manifestè tamen omnem charitatem in hunc vnum contulit: vnde exorta est Germanorum inuidia, indies magis ac magis crescentibus illorum odijs, Izatem sibi præferri dolentibus. Hæc pater licet intelligeret, ignoscebat tamen filijs, quòd is affectus non à malitia procederet, sed quisque cupiebat patri esse quàm charissimus. Izatem verò cui valde timebat à fraternis odijs, cumulatum magnis muneribus misit ad Abemerigum, regnantem tunc apud castrum quod Spasini vocant accolæ, commendans ei salutem filij. Is libenter accepit adolescentem, quem complexus singulari beneuolentia, filiam ei collocauit, cui nomen fuit Samacho: addita nomine dotis quadam regione, vnde luculentos redditus percipiebat. Porrò Monobazus iam admodum senex, videns sibi superesse modicum vitæ spacium, concupiuit videre ante suam mortem filium. Accersitum igitur filium magno affectu excepit, eique donauit regionem quæ dicitur Cæron, amomi feracissimam. in ea seruantur arcæ reliquiæ, qua Noe fertur euasisse diluuium, ostenditurque ibi hodie quoque videre volentibus. In hac regione Izates vixit vsque ad patris obitū. Qui pater postquā fato functus est, Helena regina accitis eadem die magnatibus suis & satrapis, ac præfectis militum: Non ignoratis, inquit, quòd maritus meus hæredem sui regni Izatem optauit, eumq; hoc honore iudicauit dignissimum, attamen vestrum quoque super hac re iudicium expecto. Beatus enim est non qui ab vno, sed qui plurium consensu principatum accipit. hæc illa, vt experiretur voluntatem concilij. Quibus auditis proceres primùm more suo reginam adorauerant, deinde probari sibi sententiam reginæ dixerunt, libenterque parituros Izatæ, quem scirent meritò & ex communi popularium voto, patris iudicio prælatum cæteris fratribus. offerebantque suam operam vt primùm fratres eius atque cognatos occideret, quo tutius nouo regi pararetur imperium. sic enim liberum fore à metu, in quo esse posset propter illorum inuidiam & odia. Ad hæc Helena gratias egit pro tanta beneuolentia, differendam tamen fratrum eius necem censuit in aduentum filij, & expectandam ipsius sententiam. Tùm proceres consuluerunt vt saltem vinctos asseruaret donec ille veniret, quo magis in tuto esset regnum Izatæ: interim aliquem cui maximè regina fideret, procuratorem regni constituendum. Paruit his Helena, & proregem fecit, grandiorem filium Monobazum, impositò ei diademate, & dato patris anulo signatorio, simulque sampsera, vt ipsi vocant: iussitque eum administrare rempub. donec frater veniret. Is autem celeriter venit audito patris obitu, & vltrò cedēti Monobazo fratri in principatum successit. Cæterùm eo tempore quo Izates apud Spasini castrum agebat, Iudæus quidam mercator Ananias nomine, familiaritatem nactus regiarum mulierū, docebat eas Dei cultum ritu Iudaico. Per has deinde cum Izatæ innotuisset, ipsum quoque in eandem opinionem traducit: accitumq; à patre in Adiabenam comitatus est magnis precibus pertractus. Forrè autem acciderat vt etiam Helena ab alio quodam Iudæo instituta leges diuinitùs traditas complecteretur. Izates porrò nouus rex postquam in Adiabenam reuersus offendit fratres & cognatos in vinculis, tulit id ægrè. & cùm occidere hos aut vinctos seruare vetaret pietas, cōtrà affectos iniuria dimittere parùm tutum videretur, nequando de vindicta cogitarēt: partem eorum vnà cum proprijs filijs Romā ad Claudium Cæsarem misit partem ad Artabanum Parthum, futuros vtrobique obsides. Cognito deinde quòd mater multum delectaretur Iudæorum moribus, dedit operam vt & ipse ad eam religionem transiret. Cumque existimaret se non esse perfectum Iudæum, nisi circumcideretur, paratus erat & hoc facere. quod postquam mater resciuit, conabatur impedire, periculosum esse dictitans. Multùm enim eam rem à rege alienaturam subditorū animos, si cum

Monobazus Bazeos.
Izates nascitur:
ad Abemerigū mittitur: &
Coniugem filiam Abemerigi ducit.
Arcæ Noe reliquiæ conditæ.
Izates vsque ad fratris reditum regno præficitur.
Ananias Iudæus Helenam & Izatem Iudaicos ritus docet.
Izates fratres Claudio Cæsari & Artabano mittit:
Circumcidi voluit:

A si cum ad externos ritus desciscere cognoscerent: neque vllo pacto laturos Iudæum in regio solio. Sic illa aliquantisper cupiditatem eius retinuit. Rex autem cum Anania contulit consilium, qui matris sententiam comprobans, minatus est se eum relicturum, nisi ab hoc proposito desisteret. Timere enim se, ne, si occulta proferrentur in vulgus, ipse arriperetur daturus pœnas vt author omnium, qui non docenda regem docuerit. Licere autem ei etiam absque circumcisione Deum pie colere, si Iudæorum instituta placeant. In hoc enim magis sitam religionem, quàm in circumcisione corporis: daturumque Deum veniam, si necessitate coactus signaculum id omitteret metu, ne qua exoriatur subditorum defectio. His verbis tum regi persuasit, quod voluit. Aliquanto autem pòst (nondum enim omni- *à matre & Anania impeditur:*
B no hæc cupiditas exciderat) alius quidam Iudæus è Galilæa profectus, Eleazarus nomine, *Ab Eleazaro ad animi conceptū perficiendum, monetur.*
legis valde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit. Ad salutandum enim regem admissus, cùm eum offendisset legentem sacra Moysis volumina: Nescis, inquit, ô rex, quantam iniuriam legi & per hanc Deo facias. nec enim satis est decreta eius nosse, sed oportet imperata eius facere. Quàm diu manebis incircumcisus? si nondum legisti legum circumcidi iubentem, nunc certè lege, vt scias quanta sit impietas hanc omittere. His auditis rex non distulit negotium, sed secedens in aliud cubiculum, accito chi- *Circumciditur: &*
rurgo fecit quod iussus est: deinde accersita matre & præceptore Anania, indicauit eis quid actum sit. Quos continuò stupor ac metus non mediocris corripuit, ne si res peruenirent ad vulgi notitiam, rex principatum amitteret, non ferentibus populis imperium
C viri alienis religionibus dediti. Sibi quoque videbant imminere periculum, vt consciis & autoribus eius consilij. Sed Deus prouidit ne eueniret quod illi timuerant. Nam *è periculis eripitur.*
ex multis periculis & ipsum Izatem eripuit, & eius liberos, in rebus dubijs & desperatis incolumitatem eis expediens, & ostendens quòd ad se respicientibus, sibique vni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Sed de his postea narrabimus. Helena porrò mater *Helena Hierosolyma vadit: &*
regis videns res regni pacatas, & filium opinione omnium tam domesticorum quàm exterorum beatum diuina fauente prouidentia, desiderio capta est visendi Hierosolyma, templumque illud apud omnes mortales famosissimum, vt ibi Deum adoraret, votiuasque victimas redderet. Et quia facilè commeatum impetrauit à filio, postquam magnos apparatus in eam profectionem fecisset, instructa copioso viatico descendit in Hierosolymitanam vrbem, deducente filio dierum aliquot itinere. Accidit autem peropportunè
D eius aduentus ciuibus. Cùm enim per id tempus urbs graui fame premeretur, & multi *Famæ obnoxiis alimenta distribuit.*
perirent alimentorum inopia, regina Helena ex suis alios misit Alexandriam comparaturos vim magnam tritici, alios in Cyprum, qui copiam ficuum passarum inde adducherent, quibus omnibus breui reuersis, cibos egenis distribuit, atque hoc beneficio memoriam immortalem sibi apud nostram gentem peperit. Filius quoque eius Izates com- *Izates grassante fame Iudæis pecuniās misit.*
perto quanta fame laboraret ille populus, multum pecuniæ misit Hierosolymitanorum primatibus. Sed horum regum beneficia quibus nostram ciuitatem iuuerunt, dicentur postea. CAETERVM Parthorum rex Artabanus, cum sensisset structas sibi insidias à satrapis, nec putaret tutum manere in suo regno diutius, decreuit ad Izatem se conferre, III.
E eius consilio quæsiturus salutem, & si fieri posset etiam reditum in patriam. Assumptis igi- *Artabanus ad Izatem confugit:*
tur cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem in itinere, ex regio strepitu sibi cognitum, ipse non notus ei de facie. ad quem propius accedens primùm adorauit more patrio, deinde in hæc verba erupit: Ne despicias me rex tuum supplicem, neue *Subsidium lachrymans petit:*
contemnas opis indigum. Deiectus enim in priuatam fortunam è regio fastigio, ad tuum auxilium confugi. Quamobrem ad instabilitatem humanæ fœlicitatis respiciens, tuis quoque rebus prospice, cùm intelligas quibus omnes simus obnoxij casibus. Si enim me inultum siueris, animabitur in cæteros quoque reges audacia multorum. Hæc ille demisso vultu lachrymans. Izates autem audito eius nomine, vidensque astare supplicem Arta- *Consolatione erigunt:*
F banum, ab equo desilijt, &, Bono, inquit, animo esto rex, nec turberis præsenti calamitate quasi immedicabili. Breui enim finem habebit tua mœstitia: inuenies que amicum & socium meliorem, quàm fortè speraſti hactenus. Aut enim te in Parthorum regnum restituam, aut meo cedam. Hæc loquutus impositò in equum Artabano, ipse eum comitabatur *Honoratur: &*
pedibus, maiori regi hunc honorem exhibens. Id Parthus rex tulit permolestè, iurauitque per præsentem suam fortunam ac dignitatem, descensurum se, nisi ille rursum ascenderet, & præcederet. Tum alter morem ei gerens in equum insilijt, & perducto in suam re-

giam omnem honorem habuit, in conſeſsibus ac conuiuijs honoratiorem locum ei cedēs, habita ratione non præſentis eius ſtatus, ſed dignitatis priſtinæ, reputansque eadem poſſe cuiuis mortalium accidere. Scripſit etiam ad Parthos, ſuadens vt ſuum regem reciperent, fidem ſuam interponens, non fore eum iniuriarum memorem: & iureiurando omnem illis dubitationem eximens. Parthi verò non recuſabant eum recipere, ſed poſſe ſe negabant, quòd iam principatum dediſſent alteri, nomine Cinnamo: periculum enim eſſe, ne altero reuocato omnia flagrarēt bellis ciuilibus. Cinnamus autem voluntate procerum cognita, cùm eſſet alumnus Artabani, & alioqui honeſto ingenio præditus, ſcribit ei vt accepta à ſe fide reuerteretur, recepturus amiſſum dignitatis faſtigium: à quo ille perſuaſus redijt. Cinnamus autem obuiam profectus, adorato & regis appellatione ſalutato, diadema ſuo capiti detractum impoſuit. Sic Artabanus Izatæ opera in regnum ſuum reſtitutus eſt, vnde ejectus fuerat à magnatibus. Nec fuit beneficiorum immemor, ſed affecit Izatem maximis, qui apud ipſos habentur, honoribus. Nam & tiaram rectam ei geſtare permiſit, & in aureo lecto cubare, quod donum & inſigne ſolorum eſt regum Parthorum. Donauit quę ei regionem magnam ac bonam, ademptam ditioni regum Armeniæ, cui nomen eſt Niſibis. In ea olim Macedones condiderant vrbem Antiochiam, Mygdoniam cognomine. atque hos honores Izates accepit à Parthorum rege præmium. Non multo pòſt Artabanus moriens regnum reliquit Vardani ſuo filio, hic ad Izaten profectus, ſuaſit ei vt vellet ſibi belli aduerſus Romanos gerendi eſſe ſocius, quod tamen impetrare non potuit. Izates enim non ignorans quanta eſſet Romanorum fortuna ac potentia, cenſebat illum tentare impoſsibilia. Ad hæc quia quinque adoleſcentes filios miſerat vt linguam noſtram & diſciplinas diligenter diſcerent, ſimulque matrem adoraturam in templo, ſicut diximus, ſegnior erat, & Vardanem quoque conabatur deducere à propoſito, continenter denarrās ei Romanorum geſta & potentiam, ratus ſe hoc modo abſterriturum eum à laceſſendi eos cupidine. Parthus autem his offenſus continuò bellum indixit Izatæ, ex quo tamen nullum retulit operæ præmium, Deo fruſtrante ſpes eius vaniſsimas. Parthi enim poſtquam cognouerunt mentem Vardanis, & quòd Romanis bellum inferre ſtatuerit, illo cæſo principatum eius fratri Cotardæ commiſerunt. Huic paulo pòſt ſublato per inſidias, Vologeſus frater ſucceſsit, qui duobus Germanis eodem ſecum patre genitis regna diſtribuit, Pacoro grandiori Mediam, Tiridati minori Armeniam. Porrò Monobazus regis frater & cognati cæteri videntes Izatæ propter eximiam erga Deum pietatem res proſperè ſuccedere, prædicari quę eum paſsim tantæ fœlicitatis nomine, cœperunt & ipſi cogitare de relinquenda religione patria, & aſſumendis Iudaicis ritibus. Id vbi olfecerunt eius regni magnates, ægrè ferentes diſsimulauerunt tamen indignationem, opportunitatem expectantes per quam ab eis pœnas repeterent. Scribunt igitur Abiæ regi Arabum, magnam pecuniam ei pollicentes, ſi expeditionem contra ſuum regem ſuſciperet: promittebantque primo ſtatim conflictu ſe eum deſerturos. Eſſe enim ſibi animum pœnas de eo ſumere propter contemptum ritus patrij. ictoque cum Arabe fœdere, hortabantur ne differret negocium. Paruit ille, & cum magno exercitu contra Izatem venit. Cumque iam hoſtes in conſpectu eſſent inituri prælium, priuſquam ad manus veniretur omnes ſui ex compoſito eum deſerunt: tergaque vertentes hoſtibus, tanquam Panico terrore perciti fugam celeriter ineunt. Nec tamen Izatæ animus concidit: ſed ſentiens ſe à magnatibus proditum, ipſe quoque intra caſtra ſeſe recipit, vbi inquiſitione facta in authores ignominiæ, poſtquam deprehendit quoſdam de fuga pactos cum Arabe, his ſupplicio deditis, poſtera die cum hoſte conflixit: cæſisque plurimis, reliquos fugam coegit capeſſere. Ipſum regem acriter perſequutus in caſtrum Arſamum compulit: impetuque facto in mœnia, vi illud cepit. Eo directo ingenti præda potius in Adiabenam triumphabundus reuerſus eſt, quamuis Abiam viuum in ſuam poteſtatem redigere non ualuerit, quia captiuitatem voluntaria morte præuenerat. Proceres autem Adiabenorum primo conatu fruſtrati, & à Deo in manus ſui regis traditi, ne ſic quidem quieſcebant: ſed denuò ſcribunt Vologeſo regi Parthorum, rogantes vt Izaten interficiat, & Dynaſtam alium quempiam genere Parthum, ſibi præficiat, inuiſum enim ſibi ſuum regem aiebant, eo quòd patriæ religioni externam prætuliſſet. His auditis Parthus ad bellandum excitus, cum nullam haberet iuſtam occaſionem, honores quos ipſius pater ei conceſſerat, repetijt: bellum interminatus, ſi imperatis contradiceret.

Izatæ opera in regnum reſtituitur.

Cinnamus Artabano obuius dignitatem regiā confert.

Artabanus Izatem honoribus maximis affiait.

Vardanes Artabano patri in regnum ſuccedit.

Izati bellum inducit: & ceditur.

Monobazus Iudæum ſe fieri vult.

Adiabeni Izatem deſpiciunt.

Abias Izatem bellica manu petit.

Izates Abiam Arabum regem vicit: &

Arſamum caſtrum vi capit.

Abiæ interitus.

Vologeſus Izati contrariatur:

Quo

A Quo nuncio Izates supra modum est territus, turpe ducens honoris gratia sibi concessis per metum cedere: sciensque quòd etiam si ipse imperata faceret, Parthus tamen non quiesceret, decreuit totam rem Deo committere: iacturus extremum de capite aleam: fretus que huius auxilio liberos & vxores in munitissimum quoddam castellum deposuit, frumentum autem in arces: quo facto fœnum omne flammis corrupit & pabulum: atque ita præparatus expectabat aduentum hostium. Cumque Parthus numerosas equitum atque peditum secum properè trahens copias opinione citius venisset, posuisset que castra ad fluuium qui Adiabenam à Media dirimit: Izates quoque non longè inde castra metatus est, habens circa se equitum sex millia. In ea castra Vologesus præmisit nuncium, qui hosti B indicaret quantis ipse stiparetur copijs, contractis è toto imperio quàm latè patet Bactra inter & Euphratem fluuium. minabaturque daturum eum pœnas ingratitudinis erga dominos: ac ne Deum quidem quem coleret, posse eum è suis manibus eripere. Hæc referente nuncio, Izates respondit, scire quidem se nullo modo conferendum esse Parthorum viribus, nec tamen ignorare Deum esse longè potentiorem vniuersis mortalibus. Atque ita dimisso nuncio supplex humi ante deum procidit, cinere caput turpatus, & indicto sibi vnà cum vxore ac liberis ieiunio, his precibus Deum inuocans: Si non frustrà me dominator domine tuæ bonitati dedidi, teque meritò solum & primum habeo dominum, veni in auxilium, non tam me defensurus ab hostibus, quàm illorum repressurus audaciam, qui nefaria lingua immanes voces non horruerunt iactare C contra tuam potentiam. Sic implorantem & lamentantem exaudiuit Deus: illaque ipsa nocte Vologesus receptis literis, significantibus Daharum & Sacarum validam manum contempta regis absentia populari regionem Parthicam, infecto negotio retrorsum cum exercitu abijt: ita vt euidenter appareret Izatem tum seruatum diuina prouidentia. Non multo autem pòst exacto ætatis anno quinto supra quinquagesimum, regni vigesimoquarto, superstitibus quator liberis masculis, successionem tamen regni reliquit fratri Monobazo, referens ei gratiam bona fide seruati sibi absenti principatus olim post communis patris obitum. Mater porrò Helena mortem eius compertam tulit grauiter, vt par erat orbatam amantissimo filio: magnam tamen consolationem habuit, cùm audiret successisse suum maiorem natu filium, ad quem conueniendum sine mora profecta est: D reuersaque in Abiabenam, non multo tempore Izatæ superuixit. Monobazus autem ossa eius & fratris sui misit Hierosolyma, condenda in extructis ab ipsa pyramidibus tribus numero, tertio ab vrbe Hierosolymitana stadio disitis. Sed quę Monobazus regni sui tempore gesserit, dicemus postea. FADO porrò procuratore apud Iudæam præstigiator quidam nomine Theudas persuasit magnæ vulgi multitudini, vt assumptis suis facultatibus sequerentur se ad Iordanem fluuium. prophetam enim se iactabat, pollicens scissurum se iussu fluuium, & facilem præbiturum transitum, talique promissione permultis imposuit. At Fadus effecit vt nihil lucrifacerent ex sua insipientia, immissis in eos turmis equitum: qui es improuiso irruentes ex his multos interemerunt, multos viuos ceperunt, & in his ipsum Theudam, cuius caput abscissum reportarunt Hierosolyma. Atque hæc sunt E quæ Iudæis contigerunt administrationis Cuspij Fadi tempore.

bellum infert: &

in Deũ blasphemus.

Izates Deum inuocat:

exaudiuit:

incolumis seruatur: & moritur Monobazo regnum relinquit.

Helenæ mors.

Izates sepelitur.

Theudã falsus uates populũ decipit: ad tendens

à Fado punitur.

Quomodo Tiberius Alexander procurator filios Iudæ Galilæi punyt.

A.M.4018. Ante Chr. nat.48.

CAP. III.

V.

FADO autem successit Tiberius Alexander, eius Alexandri filius qui Alabarchiæ magistratum gessit Alexandriæ, omnium in ea vrbe suo tempore ditissimi, qui etiam erga Deum pietate superauit filium, desertorem religionis patriæ. Horum tempore magna illa fames Iudæam tenuit, quando regina Helena frumentum ingenti sumptu ex Aegypto comparatum in egenos distribuit, vt iam dictum est. Eodem tempore etiam filij Galilæi Iudæ Iacobus & Simon sublati sunt de medio, eius qui F agente Syriæ censum Quirinio Iudæos solicitabat ad defectionem à Romano populo: hos enim Alexander crucis affecit supplicio. Herodes autem rex Chalcidis Ioſephum Camydæ filium priuauit pontificatu, eique succedere iussit Ananiam Nebedæi filium. Tiberio Alexandro successit Cumanus, quo tempore idem Herodes Agrippæ magni frater vita excessit octauo anno principatus Claudij, superstitibus tribus filijs: quorum Aristobulus ex priore vxore natus, è Bernice verò fratris filia Bernicianus & Hyrcanus. eius principa-

Tiberius Alexander Fadó succes-sit: & Iacobum & Simonem crucifigit.

Tiberio Alexandro Cumanus succeſſit.

A. M. 4019. Antè Chr. nat. 49.

VI. tum Claudius Cæsar Agrippæ iuniori donauit. SVB eodem Cumano exorta seditione Hierosolymis multi Iudæorum desiderati sunt, cuius causam primùm explicabimus. A

Quomodo plurimi Iudæorum in templo oppressi sunt.

CAP. IIII.

INSTANTE Paschæ festo per quod nostris hominibus vesci panibus infermentatis mos est, concurrentibus vndique ad solennitatem turbis plurimis, veritus Cumanus ne inde nasceretur motus aliquis, iussit cohortem vnam armatam stare supra templi porticus, cohibituram tumultum, si quis fortè existeret. Nam idem & alij ante illum præsides factitauerant festiuitatum temporibus. Eius festi die quarta miles quidam ostendit populo nudata genitalia: qua contumelia furentes vociferebantur non se affectos, sed ipsum Deum quem honoraret ea celebritas. Et quidam audaciores in Cumanum iactabant conuitia, dicentes ab illo submissum petulantem illum militem. His auditis Cumanus & ipse non mediocriter irritatus est: rogabat tamen vt desinerent mouere seditionem festo tempore. Cumque illi adeò non parérent, vt maioribus etiam impeterent cum conuitijs, iubet totum exercitum cum armis conuenire in Antoniam castellum templo imminens, vt suprà docuimus. Vulgaris autem multitudo viso aduentu militum territa, cœpit magno impetu fugere, & cum essent anguſti viarum exitus, rati à tergo hostem insequi, comprimebant se inuicem inter fugiendum, & conculcabant in anguſtijs, ita vt perirent plurimi. Viginti enim millia extinctorum illo tumultu numerata sunt: versaque in luctum festa lætitia, omnes sacrificiorum & precationum obliti, dediderunt se lamentis ac eiulatibus: tantam cladem intulit vnius militis impudentia. Vix hic luctus desierat, cùm aliud malum accidit. Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaserant, in publica via centesimo ab vrbe stadio Sthephanum Cæsaris seruum iter facientem aggressi sunt latrocinio, omnesque eius diripuerunt sarcinas. Quo audito Cumanus confestim eò misit milites, iussos vt vicos loco propinquos diriperent. In hac populatione miles quidam libros Mosaicos in quodam vico inuentos protulit, eosque lacerauit in conspectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentem totam conuitijs. Hoc vbi ad Iudæos perlatum est, facto concursu agmine magno petunt Cæsaream, in qua tum Cumanus agebat, supplicantes vt non suam, sed læsi numinis vlciscereturiniuriam. Tum præses veritus defectionem populi, de amicorum consilio militem illum violatorem legis securi ferijt, atque hoc modo tumultum iam repullulantem sedauit.

Seditio ob militis obscœnitatem excitata. B

Cumanus conuitijs lacessitur. C

Seditio alia. D

Cumanus militē libros Mosaicos lacerantē securi percussit.

Seditio Samaritas inter & Iudæos orta. *CAP. V.*

VII. POST hæc inter Samaritas & Iudæos oritur dissidium initijs talibus, Mos erat Galilæis per dies festos Hierosolyma petentibus iter facere per Samariam. Aliquando igitur cùm transirent vicum Samaritarum ditionis, qui Nais dicitur, in Magno cāpo situs, commissa inter viatores & vicanos pugna multi Galilęorū desiderati sunt. Hac de re certiores facti primores Galilæorum, Cumanum adeunt, orant vt eadem illam vlciscatur. At ille à Samaritis pecunia corruptus id neglexit. Id indignè ferētes Galilæorum primates, Iudæos ad arma conciuerunt, hortantes vt se in libertatem asserēret. Seruitutem enim etiam per se molestam, tum uerò fieri intolerabilem, si cum subditorum contumelia coniuncta sit. Cumque magistratus lenire eos conarentur, pollicerenturque se Cumano persuasuros, vt pœnas de cædis authoribus sumeret: vulgus contemptis pacificatorib. arma corripit, ascito in auxilium Eleazaro Dinæi filio. Is ex professo latro multis iam annis in montibus erraus, vicos Samaritanorum incendijs & rapinis vastauerat. At Cumanus cognitis quæ gesta fuerant, assumit Sebastenorum alam, & quatuor cohortes peditum: armatisq; etiam Samaritanis contra Iudæos proficiscitur: quos assecutus multos perimit, plures viuos captos abducit. Tum uerò Hierosolymitanorum primi genere atq; honoribus, vt viderunt ad quantā calamitatem ventum esset, induti saccos, & capita conspersi cinere, modis omnibus conabantur flectere multitudinem, præ oculis ei ponentes diruendā patriam, & templi incendium, liberosq; cum vxoribus captiuos abducendos, vt profanis nationibus seruirent: rogabantque vt mutato consilio, & abiectis armis quiescerent in posterū, & suas quisque domos repeterent. His verbis tandem persuasi dilapsi sunt, latrones uerò ad loca munita reuersi sunt denuò. Atq; ex eo tēpore vniuersa Iudæa repleta est latrocinijs. PORRO Samaritanorum primates Numidium Quadratum Syriæ præsidem tunc Tyri degentem cōuenerūt, & Iudæos accusant, quòd vicos eorum diripuerint ac incenderint, addentes

Eleazarus latro Cumanus cōtra Iudæos proficiscitur.

VIII.

Samaritani Iudæos apud Quadratum accusāt.

non

A non tam ægrè ferre propriam iniuriam, quàm contemptam Romanorum potestatem, ad quorum cognitionem pertineret de iniurijs prouincialium decernere: nunc istos quasi nulli vsquam essent Romanorum magistratus, vicinos infestasse excursionibus. Quamobrem nunc se venisse, vt vindictam impetrarent à præside. Hæ fuerunt querelæ gentis Samaritiçę. Iudæi contrà & seditionis & pugnæ causàm in Samaritas referebant, sed maximè in Cumanum, qui muneribus illorum corruptus tantam cædem dissimulanter tulisset. His auditis Quadratus iudicium distulit, dicens se prolaturum sententiam, postquam præsens apud Iudæam rei veritatem exactius cognouerit. Ita tum infecto negotio discessum est. Paulo verò pòst Quadratus venit in Samariam, vbi quùm iussisset reos causam dicere, comperit Samaritanorum culpa tumultum illum excitatum. Cognito deinde quòd & Iudæorum quidam res nouas moliti fuissent, in crucem egit quos Cumanus viuos ceperat. Inde profectus in vicum Lyddam instar vrbis amplum, sedens pro tribunali, & iterum Samaritanorum causam audiens, didicit è quodam Samarita, Dortum Iudæorum primatem cum alijs quatuor socijs Iudæos ad defectiones solicitasse: quos præses affecit supplicio. Ananiam verò summũ pontificem, & Ananum ducem, vinctos Romam misit, vt apud Claudium Cæsarem facti sui rationem redderent. Primores enim Samaritanorum atque Iudæorum, simulque Cumanum procuratorem, & tribunum Celerem ire in Italiam iussit ad imperatorem, vt sub eo iudice decerneretur de his quas inter se habebant controuersijs. Ipse veritus ne nouum aliquid Iudæi molirentur adijt Hierosolyma: vbi pacata inuenit omnia, populumque occupatum patrio festo, & operantem sacrificijs. Credens igitur nihil nouaturos, reliquit agentes festa, & Antiochiam repetijt. Cumanus porrò & Samaritæ Romam missi statuta die iubentur causam dicere. Comparauerant autem sibi fauorem libertorum & amicorum Cæsaris: quorum opera vicissent aduersarios Iudæos, nisi Agrippa iunior tum Romæ degens, Iudæorum primores premi fauore potentum videns, multis precibus obtinuisset ab Agrippina vxore Claudij, vt marito persuaderet legitimè causam cognoscere, & in deprehensos tumultus authores iustam proferre sententiam. Claudius igitur his precibus præmollitus, auditis partibus vt competit à Samaritanis factum tumultus principium, eos qui tum ad iudicium venerant supplicio tradidit. Cumanum verò mulctauit exilio. Celerem verò tribunum iussit perductum Hierosolymam inspectante toto populo raptari per vias, atque ita enecari hominem. PROCVRATOREM deinde in Iudæam misit Claudium Felicem, fratrem Pallantis. Post hæc anno imperij sui duodecimo Agrippam donauit Philippi tetrarchia & Batanæa, adiuncta his Trachonitide cum Abila: quæ tetrarchia Lysaniæ fuerat. Chalcidem verò ei abstulit, cùm iam Dynasta illius fuisset quadriennio. His donationibus ornatus à Cæsare iuuenis collocauit Azizo Emesenorum regi circumciso sororem Drusillam. Epiphanes enim Antiochi regis filius recusarat eius nuptias, quòd mutata sententia Iudæorum religionem amplecti nollet, vt erat pollicitus puellæ parentibus. Mari ammen quoque matrimonio coniunxit Archelao Chelciæ filio, cui ab Agrippa patre iam antè desponsata fuerat: ex quibus nata est filia Bernice nomine. Drusilla autem non multo pòst dimissa est ab Azizo ex causa huiusmodi: Felix cùm esset Iudææ procurator, visa hac fœminarum omnium pulcherrima, amore eius captus, Simonem amicum suum, Iudæum genere Cyprium, pro mago se gerentem ad eam misit, qui mulierem solicitaret vt relicto priore marito ipsi nuberet, beatam se facturum pollicens, si se non fastidiret. Illa cùm malè viueret, velletq; euadere molestationes sororis Bernices, inuidẽtis sibi formę præcellentiã cõsenſit calcata religione patria Felici nuberet: natoq; ex hoc marito filio nomẽ Agrippæ imposuit: qui iam adultus quomodo cum vxore perierit Vesuuiani clade incẽdij tẽpore Titi Cæsaris, dicemus postea. Porrò Bernice post Herodis obitũ, qui idem maritus eius & patruus fuerat, aliquãto tẽpore in viduitate acta, cùm spargeretur rumor cũ fratre eam congredi, suasit Polemoni regi Cilicię, vt prius circũcisus se duceret, rata sic se coargutura mendaciũ. Nec recusauit Polemõ inductus maximè mulieris diuitijs: id tamẽ cõiugiũ diuturnũ nõ fuit, propter intẽperantiã, vt fertur, discedẽte ab eo Bernice: q mox desertus ab vxore, & ipse Iudaicæ religionis desertor factus est. Eodemq; tẽpore etiã Mariãme dedignata Archelaũ migrauit in thalamum Demetrij, primi inter Alexandrinos Iudæos tam opibus quàm genere, & tum Alabarchiæ magistratum gerentis, ex quo filium nomine Agrippinum genuit. Sed de horũ singulis pòst dicemus diligentius. CAETERVM Claudius Cæsar exactis in imperio tredecim annis, & octo mensibus, diebusq; viginti, fato functus est, assuerantibus quibusdam

Iudæi Samaritas seditionis infimulant.

Quadratus Iudæos in crucem agit.

Ananias et Ananus uincti Romam missi.

Agrippina apud maritum pro Iudæis intercedit.

Claudius Samaritas punit.

IX.

Claudius Felix Iudææ prætor.

A.M. 4024. Ante Chr. nat. 54.

Drusilla.

Mariamme.

Drusilla Iudæa Felici Romano nubit.

Bernice Ciliciæ regi Polemoni connubij uinculo coniungitur.

Mariamme Demetrio nubit.

X.

Claudij Cæsaris mors.

A.M. 4025. Ante Chr. nat. 55.

Claudij vxores Agrippina, Messalina, & Petina.

Nero imperator veneno Britannicum sustulit: & vxorem Octauiam occidit.

A. M. 4033. Ante Chr. nat. 63.

sublatum esse vxoris veneficio. Huius mulieris pater fuit Germanicus Imperatoris frater, A maritus verò Domitius Aenobarbus, vnus ex Romanis illustrioribus: post cuius mortem diu viduam tandem Claudius duxit, adducentem in familiam filium patri cognominem Domitium: priorem autem vxorem Messalinam ob zelotypiam occiderat, matrem communium filiorum Britannici & Octauij. nam Octauiam omnium suorum liberorum natu maximam ex Petina prima vxore susceperat, quam Neroni collocauit. Sic enim nomen priuigno adoptato mutauerat. Agrippina autem verita ne Britannicus adultus à patre acciperet successionem imperij, volensque principatum suo filio quærere, procurata vt fertur morte Claudij, confestim ad prætorianos milites misit præfectum eorum Burrum cum tribunis & libertorum potentissimis, qui Neronem ad eos perductum Imperatorem B consalutarent. At Nero principatum sic adeptus Britannicum clàm veneno sustulit, nec multo pòst Agrippinam matrem suam ferro propalàm: hanc illi gratiam non pro natiuitate solùm referens, verùm etiam quòd eius artibus ad imperium prouectus fuisset. Occidit & vxorem Octauiam, multosque viros illustrissimos, quasi coniuratos in suam perniciem. Sed de his rebus scribere supersedeo: non desunt enim qui res Neronis scripserint, quorum aliqui in gratiam eius, vt bene de se meriti, veritatem neglexerunt: alij indulgẽtes suis odijs, tam impudentibus mendacijs in eius famam debacchati sunt, vt meritò damnandi sint in historia. Quos equidem non miror de Nerone mentitos, quando ne superiorum quidem imperatorum gesta scribentes rationem veritatis habuerunt, quos tanto pòst nati nulla iusta de causa odisse poterant. Sed iftis veritatis contemptoribus liceat vt libet scribere, quando delectari videntur hac licentia. Nos verò quibus propositum est à veritate nusquam discedere, quæ à nostro argumento aliena sunt paucis attingimus: quæ verò nobis Iudæis acciderunt, ea non obiter tractamus, ne calamitatum quidem ac erratorum commemoratione vitata. C

XI. *Azizo. Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius.*

ERGO ad res nostras narrandas reuertamur. Primo Neronis principis anno, regi Emesorum Azizo defuncto frater in principatu successit: minoris autem Armeniæ dominium Aristobulus Herodis regis Chalcidis filius à Nerone accepit. Agrippæ quoque idem princeps partem Galilææ donauit, iubens Tiberiada & Tarichæas parére eius imperio: addita his & Iuliade trans Iordanem sita, agroque eius habitato vicis xiiij.

Gesta Felicis Iudææ præsidis. CAP. VI.

Felix latrones supplicijs afficit:

Eleazarum Romam mittit: & Ionatham pontificem & alios per sicarios interficit.

IAETERVM Iudææ res prolabebantur vsque in deterius. Rursus enim referta D erat latrocinijs, & magicis præstigiatoribus imperitique vulgi seductoribus. quorum multos, sicut & latrones, Felix quotidie comprehensos afficiebat supplicijs: & in his Eleazarum Dinæi filium, qui non mediocrem latronum globum circa se habebat, dolo viuum in potestatem suam redegit! data enim ei fide, quòd nihil mali esset passurus, persuasit vt ad se veniret: moxque vinctum Romam transmisit. Cumque odio prosequeretur Ionatham summum pontificem, vt admonitus ab eo sæpe de administrandis melius rebus Iudaicis, ne omnium erratorum inuidia publica in ipsum recideret, ad cuius preces Cæsar hunc procuratorem miserat, rationem excogitauit qua liberaretur ab eius molestis interpellationibus. Graue enim est nocendi cupidis si admoneantur crebrius. Qua de causa Felix amicum Ionathæ fidissimum Doram Hierosolymitam genere induxit E promissa pecunia, vt sicarios ipsi pontifici immitteret: quod ille in gratiam præsidis perfecit his artibus: Quidam quasi religionis ergò in vrbem ascenderunt sicis clàm succincti sub vestibus, qui permixti Ionathæ famulicio peremerũt hominem. cuius facinoris quia nemo vltor extitit, inuitati hac licentia sicarij per singula festa ventitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter priuatas inimicitias, alios conducti pecunia, idque non modò in reliquis vrbis partibus, sed in ipso templo etiam. Nam & ibi interdum ausi sunt cædes patrare, perinde ac si nihil hoc modo pietatem læderent. vnde fas est credere Deum tanta impietate offensum auersatum esse Hierosolyma: temploque vt non amplius puro domicilio Romanos induxisse purificaturos id flammis lustralibus: gentiq; cum liberis simul & vxoribus seruitutis iugum imposuisse, quo castigatiores redderentur hoc infor- F

Impostores & Magi.

tunio. Et vrbs quidem talibus incestabatur latrocinijs. Impostores autem & magi turbas illectas post se trahebant in solitudines, pollicẽtes se diuinitùs ostensuros eis clarissima signa & pdigia: persuasaque multitudo mox pœnas luit dementiæ. retractos enim eos Felix necidedidit.

XII. *Ægyptius falsus vates populum seducit.*

EODEM tempore quidã ex Aegypto venit Hierosolyma, vatem se esse profitens, & plebi suadens vt secuta se in montẽ Oliueti ascenderet, qui è regione vrbis ad quintũ abest stadium:

A stadium: illic enim visuros suo iussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita vt per eorum ruinas aditus in vrbem pateat. Quo cognito Felix iubet milites arma sumere: stipatusque multis equitibus ac peditibus erumpens inuadit turbam seductam ab Aegyptio: quorum quadringentis occisis, ducentos viuos cepit: Aegyptius ipse pugna elapsus disparuit. Post hæc latrones rursum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non assentientium vicos direptos absumebant incendijs. *Felix seductis occisis 400, 200. viuos cepit. Aegyptius aufugit.*

APVD Cæsaream quoque inter Iudæos habitatores & Syros de pari iure ciuitatis rixa exorta est. Nam Iudæi potiore conditione volebant esse, quòd vrbis eius conditor Herodes rex fuisset Iudæus genere: id Syri non inficiabantur quidem, sed aiebant vrbem turrim B Stratonis dictam à principio, quo tempore nullum Iudæum habitasse inibi. Quæ res pòst peruenit ad cognitionem præsidum, correptisque ex vtraque parte tumultus authoribus affecerunt eos verberibus, atque hoc modo seditionem compresserunt aliquandiu. Rursum enim oppidani Iudæi freti diuitijs per contumeliam Syros lacessebant conuitio. qui tametsi inferiores quod ad facultates attinet, ferocientes tamen eo quòd plurimi Romanis per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebant in Iudæos conuitia. deinde ad lapides uentum est, ita vt multi vtrinque vel lauciarentur vel caderent, penes Iudæos tamen fuit victoria. Felix autem vt vidit contentionem progressam vsque ad belli speciem, prosiliens rogabat Iudæos vt desinerent: quibus non parentibus immisit armatos milites: multisque cæsis, plures captiuos fecit: & multas eorum domos diuitijs refertas in prædam concessit militibus. Iudæorum verò honoratiores ac modestiores sibijpsis timentes rogauerunt Felicem vt militibus receptui caneret, parceretque iam & resipiscendi facultatem concederet: id quod præsens indulsit eorum precibus. Per idem tempus Agrippa rex summum sacerdotium Ismaeli contulit Phabei filio: & ipsi summi pontifices dissidere cœperunt à sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanorum ciuium, singulique incedebant stipati manu audacissimorum & seditiosorum hominum, conflictantesque inter se mutuis certabant conuitijs & lapidationibus: nec erat qui compesceret, quasi vacante vrbe magistratibus. Intantum autem exarsit summorum pontificum impudentia, vt auderent seruos suos in areas mittere, qui auferrent debitas sacerdotibus decimas, aliquotque pauperiores è sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent: D Tanto plus tum pollebat violentia seditiosorum quàm iustitia. XIII. *Inter Iudæos & Syros seditio Cæsariensis. Iudæorum victoria. Seditio inter pontifices & sacerdotes.*

De procuratore Porcio Festo, & de sicarijs. CAP. VII. A. M. 4026. Ante Chr. nat. 56.

AETERVM postquàm Felici successor Porcius Festus à Nerone missus est, primores Iudæorum Cæsaream incolentium Romam profecti sunt Felicem accusaturi: dedissetque omnino pœnas iniuriarum quibus Iudæos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, qui tum in precio erat apud principẽ. *Felix accusatur.*

CAESARIENSIVM etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum, qui pædagogus Neronis fuerat, tunc verò Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruperũt vt impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Iudæis eius ciuitatis ius, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facilè obtinuit. Ex his literis postea calamitatum nostrarum omnium causæ ortæ sunt. Iudæi enim Cæsarienses vbi cognouerunt quæ E scripta essent, magis etiam perstabant in seditionibus, donec initium belli conflatum est. Cùm autem venisset in Iudæam Festus, offendit totam afflictam à latronibus vicos passim populantibus, quorum ferociſſimi appellati sicarij, tunc ad maximum numerum excreuerant, vtentes gladiolis instar acinacis Persici, incuruis, quales sicas Romani nominant, vnde latronibus ipsis cognomen est inditum, multorum cæde infamibus: qui, ut iam dictum est, festis diebus admixti turbæ vndiq; in vrbẽ confluenti religionis gratia, nullo negocio quotquot collibuisset tollebant de medio. aliquando etiam armati inuadebant inimicorũ vicos, direptosq; tradebant incendio. Festus autẽ equestres & pedestres copias misit contra quendam impostorẽ magũ, qui homines post se trahebat in solitudinẽ, deceptos vanis promissis, F quasi ope eius incolumes euasuri essent à malis omnibus. hi vniuersi vnà cum seductore ab immissis militib. oppressi sunt. EODEM tempore Agrippa rex extruxit insigni amplitudine domum propè porticum in regia Hierosolymitana, quæ Asamonæorum fuerat, sitam in edito loco vnde amœnissimus prospectus patebat contemplari vrbem volentibus, cuius voluptatis rex cupidus è cubiculo spectabat quicquid circa templum fieret. Id vbi viderunt Hierosolymitani proceres, tulerunt indignissimè. Neque enim leges nostræ concedunt XIIII. *Iudæi seditiosi. Sicarij. Festus impostorẽ magum oppressit.* XV. *Dissidium inter Agrippam regẽ & proceres Hierosolymitanos.*

dunt ſpectari quid agatur in templo, præſertim ſacrificia. Quamobrem altum parietem ex- A
citauerunt ſupra exhedram, quę erat in interiore templo verſa ad ſolem occiduum. hęc non
ſolùm regij triclinij proſpectum arcebat oppoſitâ, verùmetiam occidentalis extra tem-
plum ſitæ porticus, vbi feſtis diebus Romani ſtationes habebant ad templi cuſtodiam, quo
facto tam rex offenſus eſt quàm Feſtus præſes prouinciæ, qui etiam iuſſit parietem dirui.
Ciues autem rogauerunt vt liceret ſibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes ſe
poſſe viuere, ſi quid demoliretur de templi ædificijs. Quo impetrato miſerunt ad imperato-
Ismael. Chelcias. rem decem ciues eximios, & Iſmaelem ſummum pontificem, & Chelciam cuſtodem ſacri
ærarij. Qui audita legatione non ſolùm ignouit, ſed permiſit etiam ſic manere parietē, gra-
Poppea Neronis uxor. tificatus in hoc vxori ſuæ Poppeæ piæ fœminæ, quæ pro Iudæis deprecatrix fuerat: quæ de- B
cem illos viros redire permiſit, Chelciam verò & Iſmaelem apud ſe detinuit obſides. Id poſt
Ioſephus. quam Agrippa reſciuit, pontificatum detulit Ioſepho cognomine Cabi, Simonis quōdam
ſummi pontificis filio.

A.M. 4032. Ante Chr. nat. 62.

De procuratore Albino. CAP. VIII.

CAESAR autem de Feſti morte accepto nuncio Albinum in Iudæam miſit præſi-
dem. Rex verò Ioſepho iuſſo priuatam vitam agere, ſacerdotium eius dedit Ana-
ni filio, & ipſi vocato Anano eodem quo pater nomine. Seniorem iſtum Ana-
Anani ſenioris felicitas. num aiunt fuiſſe omnium fœliciſsimum, vt qui filios habuerit quinque, omnes
potitos Dei pontificio, cum prius ipſe diutiſsimè hac dignitate eſſet perfunctus: quod ad
eam ætatem nulli antè ſummorum pontificum contigerat. Iunior autem Ananus, is quem C
Anani iunioris ingenium. nunc ſummum pontificatum accepiſſe diximus, audax erat & ferox ingenio, ſecta Saddu-
cæus, quod hominum genus eſt omnium Iudæorum in iudicando crudeliſsimum, vt antè
docuimus. TALIS igitur cùm eſſet, tempus opportunum ſe nactum ratus, mortuo
XVI. Feſto, Albino adhuc agente in itinere, concilium iudicum aduocat: ſtatutumque coram
eo fratrem Ieſu Chriſti Iacobum nomine, & vnà quoſdam alios, tanquam legum violato-
Diui Iacobi mors. res, lapidandos tradidit: quod factum omnibus in ea ciuitate bonis & legum ſtudioſis di-
ſplicuit: miſisque ad regem clàm nuncijs rogauerunt mandaret Anano, ne quid tale poſt-
Ananus iunior accuſatur. hac ageret. nam ne nunc quidem rectè egiſſe. Quidam etiam Albino occurrentes venienti
ab Alexandria, docuerunt eum non licuiſſe Anano ſine ipſius conſenſu aduocare concilij.
Ananus pontificatu priuatur. Horum verbis ille perſuaſus iracundè ſcripſit pontifici, daturum ſibi pœnas minitans: & A- D
Ieſus autem Damnei filius in eode confirmatur. grippa rex eam ob cauſam poſt tertium menſem ablatum ab eo pontificatum Ieſu Damnei
filio conceſsit. Albinus porrò vt venit Hieroſolyma, omnem curam & diligentiam adhi-
buit vt pacaret prouinciam, interfectis multis ſicarijs. Ananias autem pontifex indies apud
populum celebrior fiebat & charior, honorabaturque ob liberalitatem ab omnibus: quo-
Nouæ turbæ. tidieque Albinum donis venerabatur & ſummum pontificem. Sed habebat ſeruos peſsi-
mos, qui adiuncto ſibi audaciſsimo quoque obeuntes areas, vi auferebant ſacerdotum de-
cimas, pulſantes eos qui cunctarentur reddere. Alij quoque pontifices faciebant ſimilia, ne
Sacerdotes fame pereunt. mine valente compeſcere: & ſacerdotes quibus antè ex decimis alimenta fuerant, tunc ab-
ſumebantur inedia. At ſicarij die feſto qui tum ſuperuenerat noctu vrbem ingreſsi vinum
ceperunt ſcribam ducis Eleazari, is erat Ananię pontificis filius. hunc vinctum abduxerunt, E
acdeinde miſerunt ad Ananiam, qui eorum nomine promitteret ſcribam dimittendum, ſi
pater Albino perſuaderet, vt ex eorum numero decem captiuos ſolueret: tum Ananias vr-
gente neceſsitate ab Albino impetrauit quæ latrones illi poſtulauerant, id quod maiorum
calamitatum fuit initium. Latrones enim ſemper aliquam artem comminiſcebantur, qua
ex Ananiæ cognatis quempiam interciperent, nec prius dimittebant quàm è ſuis aliquot
reciperent: auctique denuò magno numero, & recepta audacia, totam eam regionem vaſta
bāt. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœrijs Cęſareæ quæ Philippi dicitur, mutato no-
Cæſarea Neroniade dicta. mine in Neronis honorem vocauit eam Neroniada: & theatrū apud Berytios impendijs ma-
Agrippa rex theatrum Berytium exornat: & Ieſum Gamalielis filium pontificē confirmat. gnis exædificatum ornauit ſpectaculis annuis, aſſignata in eum vſum ingēti vi pecunię. Fru- F
mentum enim donauit ei populo, & oleum viritim diſtribuit: totamque eam vrbem orna-
uit ſtatuis paſſim diſpoſitis atque expreſſis ad antiqua clarorum artificum archetypa ima-
ginibus: & omnia penè ſui regni ornamenta in eam ciuitatem tranſtulit: vide magnam ſi-
bi apud ſubditos parauit inuidiam, quòd ſuos ſpoliaſſet externam vrbem excoleret. Eodem
rege iubente Ieſus Gamalielis filius, in ſummo pontificatu ſucceſſit Ieſu Damnei filio, non
libenter ſibi cedenti, vnde natum eſt inter vtrumque diſsidium. Aſcitis enim globis au-

dacium

A dacium iuuenum, sæpe à conuitijs prorumpebant ad lapides. Sed superior erat Ananias, ex amplis facultatibus largitione plurimos sibi concilians. Costobarus quoq; & Saulus suam quisque circa se manum habebat sceleratorum hominum, orti genere regio, & propter Agrippæ cognationem fauorabiles, alioqui violenti, & ad spoliandos infirmiores promptissimi. atque ex illo maximè tempore labare cœpit nostra respublica & indies in deterius ruere. XVII. *Albinus captiuos interimit.*

PORRO Albinus audito Gessium Florum sibi successurum venire, videri volens gratificatus Hierosolymitanis ciuib. productis vinctis, quotquot erant in manifestè capitali culpa, iussit interimi: reliquos qui leuioribus de causis conjecti fuerant in vincula, reductos in carcerem pecunijs mulctatos, dimittebat alium post alium. atque in hunc modum

B vacuato vinctis carcere Iudæa repleta est latronibus. Interea Leuiticæ tribus homines, quorum erat sacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus, vt aduocato concilio decerneret eis vsum stolæ lineæ, quæ tum solis erat concessa sacerdotibus. Hanc enim nouationem pertinere ad perpetuam ipsius regni memoriam. neque frustra fuit eorum postulatio. Rex enim de concilij sententia permisit hymnorū cantoribus, vt depositō priore habitu, lineum vt voluerunt sumerent. Aliam etiam eiusdem tribus partem addictam templi ministerijs, ipsorum precibus motus permisit sacros hymnos canendos edisceret: quæ omnia fiebant contra instituta legis patriæ, nunquam violatæ absque piaculo. Iam absolutum erat & templi ædificium. Populus igitur cùm videret esse in otio circiter octodecim opificum millia, solitorum hactenus in templo ex operarum mercedibus victum quærere, nolensque sacram pecuniam repositam habere, ne quando præda Romanis

C fieret, simulque opificibus inde prouisum cupiens: quòd vel vna hora operato statim mercedes repræsentaretur: suasit regi vt orientalem instauraret porticum. Ea templi extima claudebat, profundæ valli & angustæ imminens, ac proinde subnixa muro quadringentos alto cubitos, saxis constructo quadratis valde candidis: eratque cuiusque saxi longitudo cubitorum viginti, sex verò altitudo: opus Solomonis regis, qui primus vniuersum templum condidit. Rex autem cuius curæ Claudius Cęs. fabricam templi commiserat, reputans, quodcunque opus demoliri facilè, reparari difficile, maximè talem porticum egentem & tempore lō go & pecunijs plurimis, non annuit populi precibus: sed vrbem candido saxo consternere si liberet, non vetuit. Post hæc Iesu Gamalielis filio pontificatum abrogatum concedit Mat-

D thiæ Theophili filio, quo pontifice Iudaicum bellum habuit initium. CONVENIENS videtur præsenti historiæ narrare de pontificibus, quæ origo eorum, & qui ad hunc honorem admittantur, & quot vsque ad finem eius belli fuerint. Primus igitur omnium hoc Dei sacerdotium gessisse fertur Moysis germanus Aaron pontifex: quō defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteritati mansisse hunc honorem perpetuum. Vnde consuetudo obtinuit accepta à maioribus, neminem Dei pontificem fieri nisi descendentem ab Aaronis sanguine, nec eam dignitatem concedi vel regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur vniuersi à primo Aarone vsque ad Phanasum, quem belli tempore seditiosi declarauerunt pontificem, LXXXIII numero. horum XIII præfuerunt sacris ab eo tempore quo primùm in deserto Moyses erexit Deo tabernaculum, vsque dum in Iudæam ventum est, vbi

E Deo templum ædificauit rex Solomon. nam à principio pontificibus non succedebatur nisi mortuis: deinde viuentibus etiam subrogari cœperunt alij. Itaque hi XIII cum essent duorum Aaronis filiorum posteri, per continuatas successiones hoc honore potiti sunt. Sub his primò penes optimates administratio fuit reipublicæ, post ad monarchas, postremò ad reges translit. Ex quo autem die patres nostri ductu Moysis Aegyptum sunt egressi, vsque ad templum à Solomone rege conditum, elapsi sunt anni D CXII, post XIII illos pontifices alij XVIII secuti sunt, à tempore Solomonis regis sibi succedentes, vsque dum Nabuchodonosor Babyloniorum rex contra vrbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Iosedecum quoque pontificem illò abduxit. Horum pontificatus tempus CCCCLXVI annorum fuit, mensium sex, dierum decem rempublicam Iudæo-

F rum gubernantibus regibus. Post septuagesimum autem Babylonicæ captiuitatis annum Cyrus Persarum rex dimissis Babylone Iudæis, & reuersis in antiquam patriā, permisit templum denuò condere, quando Iesus Iosedeci filius assumpsit summum sacerdotium. Hic & eius posteri quindecim vniuersi vsque ad regem Antiochum Eupatora statum reipublicæ popularem rexerunt per annos CCCCXIIII. Cæterùm iam dictus Antiochus cum suo duce Lysia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum uita simul priuauit,

Leuitæ contrà legem lineā stolam mutant.

Agrippa templi ministris sacros hymnos canere concedit.

Porticum orientalis instaurandā proponit.

Matthias. XVIII. *Pontificum in populo Iudaico catalogus.*

Aaron eiusq; posteri.

Phanasus.

Moyses Deo tabernaculum erexit.

Moyse patrii ex Aegypto ēd. xit.

Iesus.

Onias Menelaus.

priuauit,& ſacerdotio,repulſoque à ſucceſſione eius filio,Iacimum conſtituit ſummũ pon- A
Onias Oniæ filius. tificem,natum quidem ex Aaronis progenie,ſed nõ ex eadem familia.Quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrem referens,in Aegyptum profectus,& inſinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ eius coniugis amicitiam,perſuaſit eis vt in Heliopolitica præfectura Deo templum inſtar Hieroſolymitani extruerent,ſeque illic pontificem conſtituerent: de quo templo ſæpe aliàs diximus.Iacimus autem triennio in pontificatu exacto mortuus neminem ſucceſſorem habuit,ſed per ſeptennium ſine pontifice manſit ciuitas.Dein poſtquam Aſſamonæorum familiæ principatus noſtræ gentis eſt creditus, rebellantes Macedonibus Ionathan creauerunt ſummũ pontificem, qui ſeptennio toto præfuit.Quo per inſidias Tryphonis ſublato è viuis, frater eius Simõ obtinuit id ſacerdotium. B
Iacimus. Ionathas. Simon. Cui dolo generi oppreſſo inter epulas, filius Hyrcanus in honore ſucceſſit. Eũ cùm per vnũ & triginta annos geſſiſſet,iam decrepitus ſucceſſori Iudæ reliquit ſuo filio, qui alio nomine Ariſtobulus eſt dictus.Huic frater hæres fuit tam regni quàm ſacerdotij,poſtquam ille ſumpto tum primum diademate vnum annum vtraque dignitate potitus eſt. Is nomine Alexander & ipſe regnum coniungens pontificatui cum vigintiſeptem annis præfuiſſet rebus Iudaicis,moriens Alexandræ vxori permiſit deligendi pontificis arbitrium.Illa Hyrcano id addixit,exactoque in regia poteſtate nouennio è viuis exceſſit:quo toto tempore Hyrcanus eius filius pontificatum tenuit.Nam poſt matris obitum Ariſtobulus frater moto bello victum pontificem ad priuatam vitam redegit, & ſibijpſe regnum ſimul vſurpauit ac ſacerdotium: exactiſque in vtraque dignitate tribus annis, & totidem menſibus,cum ſuperueniens Pompeius vi cepiſſet Hieroſolyma, à victore vinctus Romam miſſus eſt cum liberis: & Hyrcanus reſtitutus in pontificatum,principatum quoque ſuæ gentis accepit,ſed abſque diademate: præterque priores illos nouem, per alios XXIII annos ſummum ſacerdotium obtinuit.Poſt quos completos Barzapharnes & Pacorus dynaſtæ Parthorum traiecto Euphrate bellum Hyrcano inferunt,eoque viuo abducto Ariſtobuli filium Antigonum regem conſtituunt: qui poſt tres annos & totidem menſes expugnatus ab Herode & Soſio,apud Antiochiam iuſſu Antonij dedit ſupplicium. Herodes autem accepto à Romanis regno,non amplius ex Aſamonæo genere creauit pontifices,ſed eum honorem quibuſuis ex ſacerdotum ordine conceſſit,etiam obſcuris,abſque vno Ariſtobulo. Hunc enim Hyrcani à Parthis capti nepotem,& Mariammes ſuæ vxoris fratrem,ob fauorem populi, & Hyrcani aui memoriam ſummo ſacerdotio dignatus eſt.Deinde veritus ne omnes in illum eſſent,penſiores, apud Hierichuntem arte necauit natantem in piſcina, vt ſuprà diximus: neque poſtea vlli ex Aſamonæorum poſteritate hoc ſacerdotium committere voluit.idem fecit in ordinandis pontificibus Archelaus eius filius,& Romani qui poſt illum cum poteſtate præfuerunt prouincię. Sunt igitur qui ab Herodis principatu vſque in diem qua templum & vrbs incẽdente Tito conflagrauit,pontificatum geſſerunt, in vniuerſum numero viginti octo: tempusque eorum ſacerdotij centum anni,& ſeptem inſuper: quorum aliqui ſub Herode fuerunt,& Archelao eius filio: defunctis autem his penes optimates fuit reſpublica, collocatis in eius faſtigio pontificibus: de quibus hactenus dixiſſe ſufficit. C
Hyrcanus. Ariſtobulus. Alexander. Hyrcanus. D

Quomodo Florus Albini ſucceſſor tantis Iudæos affecerit iniurijs,ut coacti fuerint arma ſumere. CAP. IX. E

A. M. 4056. Ante Chr. nat. 66.

GESSIVS autem Florus Albino ſucceſſor à Nerone miſſus plurimis Iudæos repleuit calamitatibus.Is Clazomenus erat genere,adduxitque ſecum Cleopatram coniugem non minus improbam,per quam vt Poppeæ Auguſtæ amicam,Iudæa adminiſtrationem impetrauerat.Adeò verò poteſtate violenter abuſus eſt, vt Albinum Iudæi deſiderarent quaſi beneficum.Nam ille quantum poterat clàm erat malus & nocens: Florus contra quaſi ad oſtentandam miſſus malitiam, publicè traducebat noſtræ gentis iniurias,nihil ſibi ad ſummam in rapinis & ſupplicijs iniquitatem reliquum faciens. Erat enim inflexibilis ad miſericordiam,nullis vnquam lucris ſatiabilis, vndecunque parta æquè captans ac magna,vt etiam latronum eſſet particeps.Multi enim illum quæſtum exercebant ſecuri de incolumitate,quam ab eo redimebant deciſis prędarum partibus: adeoq; nullus erat iniuriarum vel modus vel finis,vt miſeri Iudęi non ferentes rapacem latronum inſolentiam, cogerentur laribus relictis & patrijs ceremonijs ad exteros fugere, iudicantes vbiuis etiam apud Barbaros ſe viuere poſſe commodius.Et quid multis verbis opus eſt?Bellum contra Romanos ſuſcipere Florus nos compulit,malens ſemel vniuerſos quàm paula-

Geſtius Florus ſucceſſor exer... omit... Albino peior / ...ſtur. F

A tim perire. Itaque ſecundo anno poſtquam is venit procurator in prouinciam, duodecimo verò Neronis imperij, bellum id cœptum eſt: quo tempore quanta vel coacti fecerimus, vel perpeſſi ſuſtinuerimus, exactè cognoſcere poterunt qui dignabuntur legere libros à nobis conſcriptos de bello Iudaico. Atque hic dicendi finem faciam de antiquitatibus, quas belli argumentum ſequitur. Præſentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quæque per tot ſæcula Iudæis vel in Aegypto obuenerunt, vel in Palæſtina cæteraq; Syria, tum quas clades ab Aſſyrijs & Babylonijs acceperimus, quoue modo tracti fuerimus à Perſis & Macedonibus, & poſtremo à Romano populo. His enim omnibus accuratè deſcriptis, etiam pontiB ficum ſucceſſiones recenſuimus, continuatas per annorum duo millia. Pari diligentia regum quoque res ordine tradidimus, & ſtatus reipublicæ monarcharumque potentiam, per omnia ſecuti authoritatem ſacrorum voluminum, ita vt à principio ſumus polliciti. auſimque addere quòd nemo alius ſcriptor Iudæus externúſue potuiſſet hoc argumentum tanta fide Græcis hominibus prodere. Ego enim tribulium meorum confeſſione diſciplinas egre giè calleo, Græcanicæ quoque literaturæ non ſine profectu dedi operam, quamuis exquiſitam pronunciandi rationem aſſequi per patriam conſuetudinem non licuit. noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur, & ſeruis commune cum ingenuis. Solos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronunciant, qui legis & ſacrarum literarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, vt eas etiam interpretari valeant. Qua in re cùm multi collocarint operam, vix vni ſucceſſit atque alteC ri, quibus mox dignum præmium contigerit. Fortaſſis autem nulla inuidia prohibet etiam de meo genere, geſtisque per totam vitam rebus pauca exponere, dum adhuc ſuperſunt qui vel atteſtari poſſunt, vel coarguere: atque ita concludetur harum Antiquitatum tractatio, comprehenſa viginti voluminibus, verſuum verò ſexaginta millibus. Quòd ſi Deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & quę nobis in prę ſentem vſque diem euenerunt, quæ incidit in decimumtertium annum principatus Domitiani Cæſaris, ætatis verò meæ ſextum & quinquageſimum. Promiſi etiam ſcripturum me quatuor libros, de Iudæorum opinionibus, & de Deo eiusque eſſentia, & de legibus: quare per eas liceat nobis alia facere, alia non liceat.

A.M. 4037. Ante Chr. nat. 67.

Peroratio Antiquitatum Iudaicarum.

Ioſephi eruditio.

Ioſephi ætas, qua in hæc ſcripta fuerint.

D

FLAVII IOSEPHI VITA

E



IHI verò genus eſt non obſcurum, ſed longa ſerie, ductum à ſacerdotibus: & ſanè quemadmodum apud alios aliæ nobilitatis rationes cenſentur, ita apud noſtrates ius ſacrorum habere argumentum eſt illuſtris originis. Ego autem non ſolùm ex ſacerdotum oriundus ſum genere, verumetiam ex vice prima inter viginti quatuor illas, quas inter non mediocre diſcrimen eſt. Quin & ad regium genus per matrẽ pertineo: quandoquidem Aſamonæorum familia, ex qua illa prognata eſt, tempore longo regnum ſimul & ſacerdotium in gente noſtra obtinuit. nunc ipſam ſeriem propagationis pertexam. Atauus mihi fuit Simon Pſellus cognomine, quo tempore Hyrcanus Simonis pont. filius eius nominis primus ſummum ſacerdotium tenuit. Is nouem filios habuit, & in his Matthiam Aphliæ cognomine. Hic ex Ionathæ ſummi pontificis filia Matthiam Curtum ſuſcepit, primo anno Hyrcani principis. Ex eo Ioſephus progenitus eſt anno regni Alexandræ nono: qui Matthiam genuit annum decimũ
F regnante Archelao. Is porrò me genuit imperij C. Cæſaris anno primo. Ipſe autem filios habeo tres: quorum Hyrcanus maximus, natus eſt anno quarto Veſpaſiani principis, deinde ſeptimo Iuſtus, nono Agrippa. Atque hanc generis noſtri ſucceſſionem vt eſt, in publicas tabulas relata huc tranſcripſi, parui faciens improborum calumnias. Matthias autem meus pater, non nobilitate ſolùm, ſed multo magis iuſtitia fuit celebratus, idemque in maxima noſtrarum vrbium, videlicet Hieroſolymis, clariſſimus. Ipſe à pueritia cum Matthia

Ioſephi genus.

Ioſephi in puerina diligentia.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

INDEX RERVM AC VOCVM MEMORABILIVM FLAVII IOSEPHI LIBRIS COMPREHENSARVM ALPHABE-ticus: in quo numeri notati paginas: literæ verò alphabeticæ numeris iunctæ historiarum recitatarum loca demonstrant.

A

AARON filius Amaramis Mosi fratri in Aegyptum reuertēti obuius 35,a. Deū celebrat, 42,e: implorat, 55,d ad sacerdotium primus eligitur 58,a inq; eodem confirmatur 49,a. 58,d primus pontifex 383, d. moritur 61, a

Aaronis filij quatuor 49, b: quorum duo ambitiosè victimas offerentes cōburuntur 49,f. uirga amygdala protrudens floret 60, b. posteritas pontifices 383

Aaroni Cores insultat 57,c. plebs repugnat 55,c

Abaneth zona sacerdotalis, quam Babylonij Emian uocant 47,c

Abaris mons 73,d

Abaris urbs 590,c, e. 598,c

Abassares Syriæ ac Phœnices præses à Cyro reædificando templo Hierosolymis præficitur 200,d

Abdagasus Asinæum cæsurus ab Artabano impeditur 354,c

Abdastratus rex Tyriorum Baleazaro patri succedit 592,c

Abdemonus Tyrius adolescens problematū dissoluendorū peritus 148,a. 592,c

Abdenago aliàs Azarias Danielis socius 190,c

Abdon Elielis filius Israelitarum gubernator 88,c. moritur & sepelitur. ibid.d

Abel, uox quid significet: nascituri iustus pastor 4, a. sacrificium Deo offert: & à fratre occiditur 4,b

Abelmachæa urbs à Ioabo obsidetur: mulieris prudentia seruatur 133,a: & obsidione liberatur. ibid.b

Abemerigus filiam suam Izatæ uxorem iungit 374,c

Abenerus patruelis Saulis copijs militaribus præficitur 100,e. pigritiæ à Dauide accusatur 111,d. Ieboshū periculo eripit: regē cōstituit 116,b. contra Ioabum pugnat, & superatur. ibd.c. Asahelem uulnerat, ibid.d in Ieboshi castra uenit, ibid. e. ad Dauidem deficere conatur: Dauidi populum conciliat: benignè suscipitur 117,a,b. insidijs Ioabi exponitur ibid.d. occiditur ibid.e. à Dauide lugetur 118,a

Aberi, secundi ex fratribus Machabæi supplicium, & tolerantia 623

Abesalomus sororem Thamarā ab Amnone uitiatam consolatur 126, a. Amnonem trucidat: & in Gesura fugit 126,b d. patri reconciliatur, & in Dauidem conspirat 127,a,b c. rex salutatur 127,d. patrē regno ejicit 126,b. thalamum patris polluit 128,d. cum Ioabo cōgreditur 129,f. fugit 130,b. suspensus interimitur: et saxis obruitur 130,b,c. mortuus nunciatur: & à Dauide lugetur ibid.d,e

Abesalomi cæsaries 127,a. statua Manus Abesalomi uocata 130,c

Abias Arabum rex Izatem hostiliter petit: superatur: & manu sua propria interit 376,e,f

Abias filius Samuelis quomodo rempublicam gubernet 95,b

Abias Roboami filius Hieroboamo pugnaturus occurrit 155,c. Israelitarum copias ad se pellicere conatur ibid. d. Hebræis confidentiam exprobrat, et Roboamo succedit 154, e. Hieroboamum uincit 156,a. moritur 156,b

Abiatharus Achimelechi filius à Sauli sæuitia seruatur 180,c. ad Dauidē confugit 108,f. pontifex mansit 133,c. pontificatu priuatur 140,c

Abibal⁹ rex Iromi pater 148,a. 592,b

Abigea Nabali uxor Dauidem commotum xenijs placat 110,e, 111,a. Dauidi nubit 111,b

Abila oppidum 66,a

Abilamarodachus filius Nabuchodonosori, patri succedit: et Iechoniā è uinculis dimittit 192,d. moritur. ibid.e. filium Nigliſarem successorem habet. ibid.

Abimelechus Betsamita, quis fuerit, & qui in Moabiticam terram cum suis tetenderit 90,f

Abimelechus Palestinæ rex Abramum hospitio suscipit, et Sarā rapit 12,e. Isaacum hospitio suscipit 15,f. cum Isaaco fœdus pepigit 16,b

Abimelechus nothus Gedeonis interfectis fratribus principatum sibi uendicat 86,d. à Sicimitis urbe expellitur 86,e: eosdemq; ulciscitur ibid. insidias Galis propulsat 87,a. Thebis prælio uictis moritur 87,c, d. & quemnam successorem habuerit ibid.d

Abiron pertinax 58,d. terrâ absorbetur 59,c

Abisace fœmina Dauidem senem calefacit 136, b: quam Adonias in cōiugem postulat 139,e

Abisæus Abenerum, 116, e: unà cum fratre Ioabo Sabæum, persequitur 132,f. Dauidē periculo eripit 133,d. uno die 600 hostes interemit 134,c

Abius filius Aaronis igne sacrificio comburitur 49,f

Abramus patre Tharrō nascitur 9,c. Lotum cognatum adoptat 9,e

Abramus in Chananæam uerū Deī cultum auspicaturus migrat 9,e. in Aegyptum tendit: uxorem, sororem fingit: Aegyptiorum religionem refellit: Astronomiam docet 10,b,c,d. cum Loto fines partitur 10,d. Assyrios uincit 11,a. Melchisedeco hospitaliter habetur, eidemq; decimas donat 11, b. de filio sibi nascituro promissionem accipit 11,c,d. 14,b. Ismaelem genuit 11,d. angelos hospitio excipit 12,a. in Gerara Palæstinæ proficiscens uxorem sororē cur finxerit 12,e. Isaacum immolare iubetur & Deo obedit 13,e. quo loco filium offerre cupierit 135,d. Isaacum mactare uolens à Deo inhibetur 14,b. Isaaco uxorem quærit ibid.f. moritur 15,d

Abrami arma contra Nechiam Pharaonem 544, b. ex Chætura progenies 14,d. domicilium, uicus 16,a

Index.

Chebron 523,e. famulus quæsitus 9
Isaco uxorem mittitur 14,f. Deum precatur: Rebeccam alloquitur: & Labano itineris susceptiꝑ causam refert 15,a,b,c
de Abrahamo testimonium Berosi 9,f: Hecatæi & Nicolai Damascæni 10,a
Absalomon Manahemi tyrannidis adiutor 472,c
Absalomus patruus simul et socer Aristobuli captus 258,f
Accaron Ochosiæ regis deus fictitius 165,b
Arcaron urbs ab Hebræis capi non potuit 80,f
Achabus Amarini filius patri rex impius succedit 157,f. Iezabelam coniugem ducit: Eliam prophetam quærit: & calumniatur 158,a.e.f. ab Elia idololatriæ redarguitur. ibidem f. Nabuthum occidit 160, b. pœnitentia ducitur ibid.c. Adadi filio bellum inferenti cedit ibid.e. timens promissione Dei erigitur: Syrum uincit: Adado parcit, cúmque eodem fœdus facit 161,a.b.e. à Michæa propheta obiurgatur: cum Iosaphato contra Syrorum regem fœdus init 162,a,d. cum Iosaphato in Syros proficiscitur: & moritur 163,c.d
Achabi filiorum interitus 171,a. Deus Baal ibid.d. filius Ioramus Moabitas domat 165,e.f. uxor Iezabel impia 158,a
Achabo ac Iosaphato Michæas prophetà è carcere adducitur 162,f
Achabum Elias adit 158,d. & reprehendit 160,c
Achæ Machabæi fratris quinti suppliciũ & tolerantia 623,d
Achar Zebediæ filius furatur 75,f. punitur 76,c
Achazes Iothami filius patri succedens idolo filium immolat: bello sollicitatur: & superatur 177,c.d. Assyrios auxilio aduocat: ac idololatriã exercere affectat 178,a.b. occiditur ibid.c
Achiabus Herodis nepos aui uim prohibet 327,e. hostibus repugnat 332,b. 451,b
Achias pontifex 99,d
Achias propheta Hieroboamo regnum prædicit 151,c. quæritur 155,a
Achiba Ezeciæ regis uxor Manassis mater 182,c
Achilaus Dauidi cõmentariensium princeps 133,c
Achimanus filius Berzellæi cum Dauide proficiscitur 132,b
Achimas Dauidi uictoriam: et Absalomi mortem nunciat 130,d,e
Achimelechus pontifex Dauidem commeatu iuuat 107,c. propter obsequium Dauidi præstitum à Saulo obiurgatus se excusat: & occiditur 108,b,c
Achimadabæ Basiman nubit 141,d
Achitophel à Dauide ad Absalomum deficit 127,e. laqueo uitam finit 129,c
Achonij de alienigenis cum prole eijciendis edictum 202,e
Acinaces Persicus qualis 381,e
Acme ancilla Iuliæ Antipatro & Herodi fraudulenter scribit 325,b. 446, b. à Cæsare occiditur 327,d
Acmon filius Araphi gigas Dauidem occisurus ab Abisæo trucidatur 133,d
Acra collis 534,d
Acrabatena toparchia 523,a
Actiaca pugna quando peracta 284,c
Actipus urbs 78,d
Acusilaus Argiuus quando historiam conscripserit, & in quibus Hesiodũ correxerit 587,c
Adadus Azaelis filius patri in regnum succedit, & à Ioa Israelitarum rege uita priuatur 174,c
Adadus Damasci rex & Syriæ à Dauide uincitur 121,d
Adadus tertius Samariam uastat 121,e
Adadus Syrus Samariã obsidet 160,e. 167,d. ab Achabo profligatur 160,d. in gratiam ab eodem recipitur 161,e. & fœdus init ibid.f. à Deo fugatur 168,b. ægrotat ibid.f. ab Azaele præfocatus moritur 169,a
Adadi regnum Azael possidet 169,b
Adadi Damasci & Syrorum regis posteri reges Syriæ, sicut Aegypti reges Ptolemæi dicti 121,e. Ioramo instantis & Eliæum capere conantis castra diripiuntur 168,d
Adado fiducia humana quanta fuerit 161,a
Adamus, uox quid significet: à Deo creatur 3,b. peccat: cum Deo loquens iram deprecatur d. punitur e. cum Eua paradiso eijcitur ibid.f. ac moritur 4,c
Adami posteritas 4,a
ab Adamo ad diluuium ætates decem 4,b,c
Adar Hebræis, nobis Martius dictus 73,e. 232,a
Adasa uicus 408,b
Aderus Solomoni infestus 150,f. in Aegyptum profugit: Syriam, in Idumæam rediens, occupat eiusdemq; rex designatur 151,a,b
Adiabenus filius Nabatæi, facibus in machinas Romanorum euolat 548,b
Adiabeni Izatem despiciunt 376,d
Adiabenorum regina religionem Iudaicam amplexa 374,a
Adoma, quid significet 20,e
Adomus, Esaus cur cognominetur 20,e
Adomi, uox quid significet 80,d
Adonias Dauidis filius regnum affectat: regnare à Nathano propheta affirmatur 13,c,d. à Salomone ueniam impetrat 137,b. Abisacen, coniugem petit 139,e. occiditur 140,a
Adonibezecus captus manibus pedibusq; truncatur, moritur, & sepelitur 80,d
Adoram urbs à Roboamo condita 153,e
Adoramus quæstor tributis recipiendis constituitur 133,c. lapidibus obruitur 152,b
adoratio uaccarum aurearum permittitur 171,e
Adramelechus Senacheribum patrem occidit 181,d
Adrazarus Sophenorum rex à Dauide uictus, urbibus priuatur 122,a
Adullamæ agri in spelunçam Dauid incidit 107,e
adulterium Dauidis 123,c
adulterij suspecti lex 53,a
Aegeas oppidum 210,c
Aegyptij pseudopropheta, seductor Iudæorum 380,f. pugna elabitur 381,a. cum Felice confligit: superatur: fugit, & capitur 462,b
Aegyptij polluti impiè sæuiunt 598,f
Aegyptij reges cur Pharaones dicti 148,d
Aegyptij à Nabuchodonosoro bello molestantur 185,a. cum Aethiopibus pugnant 32,e. Israelitas persequuntur 37,c. Hebræos obsidione premunt 37,d
Aegyptij persequentes Israelitas obruuntur 38,c. & quibus pœnis affecti fuerint 35,e,f. 36,a,b,c,d
Aegyptij crocodilis & aspidibus honorem tribuunt 607,b
Aegyptiorum arma uento in Hebræorum littus expulsa 38,f. cum Mithridate certamen 262,b
Aegyptiorum annales 597,b. dij qui 607,b de Iudæis maledicta 597,d. & idololatria ibid. libido 10,b. mores, sapientia 609,e. in Moysen ingratitudo & insidiæ 33,d. inuidia

Index.

inuidia in Hebræos: & ſtudia 30,e. oſtenta 35,c. regum nomina Herodotus cur non citet 148,e. religio 606,a. religionem Abrámus reſtillit 16,c
Aegyptijs in ullam ciuitatem aſcribi, à Romanis interdictum 604,f
Aegyptios Abramus Aſtronomiam docuit 10,c
Aegyptus unde nomẽ acceperit 591,d. deſcribitur 526,d. fame ingenti infeſtatur 25,b. ab Aethiopibus inuaſa 32,f
Aegypti munitiones Iudæis à Ptolemæo committuntur 604,f
Aegypti regina Salomonem inuiſit 149,b. rex infantes mares Hebræorum necari iubet 31,a. rex Saram rapit 10,b
Aegypto Ioſephus præficitur 25,a
in Aegypto Hebræorum afflictiones 30,f
ex Aegypto patres Moyſe duce ducuntur 583,e
Aelius Gallus auxiliariorum ab Herode Cæſari miſſorumdux 294,a
Aemilius Iucundus à Iudæis occiditur 477,b
Aemilius Regulus Cordubenſis 357,d
Aeneas, Aretas poſtea dictus, Arabum rex conſtituitur 312,f
Aeoles populus 8,b
Aeratiæ inuentor quis 4,d
æris genus auro pretioſius 122,a
Aeta, petra, Sampſonis habitatio 89,d
ætates decem ab Adamo ad diluuium 4,b,c
Aeternius Fronto duarum legionum Alexandrinarum magiſter 561,c.
Aethiopes Aegyptum inuadunt 32,e. à Moyſe uincuntur 33,b. ab Aegyptijs circumciſionem accipiunt 154,c
Aethiopum origo 8,e
Aethiopum expeditio in Hieroſolyma 156,d
Aethiopum rex Zaræus 156,d
Africa ſiue Lybica 8,d
Agagus à Saulo capitur 101,b. interficitur 102,b
Agar ex Abramo grauida Saram deſpicit: obiurgatur: in deſertum fugit 11,d,e
Agari angelus Iſmaelis curam mandat 13,c. atq; ut ad herum redeat, ſuadet 11,e
Agatharchides hiſtoricus de Iudæis 596,e
Aggæus propheta populo animum addit 200,c
Agiræ Nabathæus audaciſſimus et horrendus 548,b. quid fecerit 545
agricultura à Cano inuenta 4,a
agriculturæ lex 68,d
M. Agrippa in Aſiam mittitur 295,e. ab Herode excipitur 299,f. boues Deo immolans epulum populo dat 300,a. cum Herode proficiſcitur 300,c. Iudæos Romanis obedire iubet 466,e. populum arma Floro illaturum coercẽs 469,f. à Iudæis expellitur 470,a
Agrippæ ad Iudæos oratio 466,e
coram Agrippa Iudæi Græcos accuſant 300,e
Agrippa Ariſtobuli filius pauper, Reipublicæ præficitur: à Flacco excipitur: accuſatur 344,d,e,f. Alexandriam nauigat: Puteolos appulit: à Tiberio excipitur: ab Antonia mutuum accipit: Cæſaris amicitia fruitur: Antoniæ ſoluit: Eutychum furti arguit 345. apud Tiberium accuſatur: in uincula conijcitur 346. 457,e. de Tiberij morte nũcium accipit 348,d. è uinculis ſoluitur 349,a. 457. tetrarchiæ rex conſtitutus in ſuum regnũ nauigat 349, a,b. 457. Herodis conatibus repugnat: eundemq; conſpirationis in Tiberium accuſat 349,e,f. 457,e. Caium honorat 352,d. Claudium ad retinendum principatum hortatur: et ad Claudium mittitur 367,a, b,c. à Claudio in regno confirmatur 368,e. ad ſui regni curam habendam mittitur 466,c. uotiua ſacrificia ſoluit: Simonem Boethi filium pontificem conſtituit: et ædium tributum Iudæis remittit 302,a. 369,d,e,f. Silam ob inſolentiam cuſtodiæ tradi curat: conuiuio adeſſe cupit 370,f. Hieroſolyma munit: impeditur: exteris benefacit, contumelijs afficitur: Simoni reconciliatur: ac Beryti theatrũ extruit 371,a, b,c,d. à regibus ſuſcipitur ibid.e. ab adulatoribus Deus ſalutatur: ægrotat, & moritur 372,a.b. defunctus conuitijs petitur ibid.d
Agrippæ Ariſtobuli ſoboles 343. 460,a
Agrippæ proſapia 372,d. regiminis amplitudo, diuitiæ, liberalitas 372, c. & Hieroſolymitanorum diſſidium 381,f
de Agrippa augurium 347,a
Agrippa filius Agrippæ educatus 372, e. pontificiæ ſtolæ cuſtodiam Iudæis impetrat 373,d. Alcidi præficitur 377,f. autor eſt Claudio ut Iudæorum cauſam legitimè cognoſcat 379,c. multis toparchijs Chalcide ablata, donatur ibid.d. nuptias inſtruit 379,d. Galileæ parte à Nerone donatur 380,c. ſummum ſacerdotium Iſmaeli Phabei filio contulit 381,a. domum extruit ibid.f. Ioſepho cognomine Cabi pontificatum detulit 382,b. domum extructam quo modo nominet ibid.f. theatrum Berytium ornans, Ieſum pontificem confirmat ibid. templi miniſtris ſacros hymnos canere conceſſit 383,b
Agrippa filius Agrippæ Magdala caſtellum capere certat 390,f. cum Veſpaſiano Tyrum uenit 403,a. à Claudio regno præficitur 460,b. lapide percutitur 503,f
Agrippæ regis direptas facultates Ioſephus ſeruat 388,e. literæ ad Ioſephum 401,f
Agrippa Simonides Flauij Ioſephi filius 404,c
Agrippina Claudij Cæſaris uxor pro Iudæis intercedit 379,c. maritum ueneficio tollit, filiumq; Neronem regno præficit 380,a
Agrippinus Demetrij filius ex Mariamne 379,f
Agrippium ab Herode cõditum 430,e
agrorum à quo primùm conſtituti termini 4,c
Ainæ oppidi excidium 76,c
Ainatæ opprimuntur 76,d
Alabarchiæ magiſtratus 377,e. 379,f
Alanorum in Armeniam & Mediam eruptio 578,d,e
Albinus Iudææ præſes malignus 462, e. Iudæam latronibus explet 382, d,e,f. captiuos occidit 383,a
Albini ſucceſſor Florus crudelis 384,e
Alcimus alias Iacimus pontifex 230,e. copias militares colligit: Iudæos occidit: fugiens Iudam accuſat 231,c,d. miſerè perijt 232,b
Alexander Alabarcha pecuniam Agrippæ præbet 345,b. uide, Alexand. Lyſimachus.
Alexander Antiochi Epiphanis filius Demetrio bellum infert 235,a. 251, & uincit 236,b. 411,c. Ionathæ amicitiam ambit 235,d. Ionatham honorat 257,c,d. Cleopatram uxorem ducit 237,d. Ionathæ munera mittit 238,c. in Arabiam fugere compellitur & moritur 239,a
Alexander Ariſtobuli filius à Gabinio uincitur 259,f. 260,d. Romanos occidit 260,c. Hyrcano bellũ inferè

ſerit 415,b. cum Gabinio pugnat 260,c.415,c. Iudæos ad defectionẽ reducit 416,b. ſecuri percutitur 361,e.416,f

Alexander Herodis filius uxorem ducit 299,f. à patre accuſatur,& reconciliatur 303,c,d.304,e.305,a, calumnijs oppreſſus uinculis conſtringitur 310,e. reconciliatur patri 311,d. ab Eurycle iterum calumnijs afficitur 313,d.438,c. in carcerem detruditur, accuſatur Beryti,& damnatur 314.316. ſtrangulatur 317,b

Alexandri Herodis filij progenies 460,b

Alexander fictitius inſtruitur, ſuſcipitur, honoratur, ſella portatur, falſus deprehenditur: & remigum numero inſeritur 453,d,e,f

Alexander Iannæus rex conſtituitur 249,a. Ptolemaidem obſidet ibid. b. Ptolemæum decipit: ab eodem uincitur e,f. Ptolemæo obuius 250,a. fugit b. cum Cleopatra fœdus facit: Gazam oppugnat ibid. e,f: occupat 251,a. Demetrio Eucæro reſiſtens cæditur ibid. f. febri laborat 252,f. moritur 253,b

Alexandri filij Hircanus & Ariſtobulus: uxor Alexandra 253,a,c. immanitas 410,e

Alexander Lyſimachus à uinculis ſolui tur 368,f. Alexandriæ ditiſſimus 377,e

Alexander Philippi filius imperio Macedonico præſidet: in Aſiam contendit, Darium uincit, Tyrum oppugnat 211,d,e,f. Tyrum capit 211, a. Iaddum pontificem benignè ſuſcipit 211,d. Hieroſolymis ſacrificat ibid.e. Gazam occupat 211, b. tributorum immunitatem Iudæis conceßit 211,f. libertatem uiuendi Samaritis permittit 212,a. moritur ibid.d

Alexander Polyhiſtor de Aphrica teſtetur quid 14,e

Alexander rex primus Macherunta ædificat 575,f. quo tempore mortuus 595,d. mortuo Iudæi in Aegyptum & Phœnicen translati 596,a

Alexander Tiberij pater partam templi auro & argento obducit 527,b

Alexander Veles regno annos quinque præfuit 239,b

Alexander Zebina Demetrium uincit 246,c. cum Hircano fœdus ferit, & ab Antiocho Grypho cæditur 246,d

Alexandra Phaſaeli filia 343,d

Alexandra Alexandri Iannæi uxor Alexandro mortuo ſuccedit 253,b. Iudæis Caſtella credit 254,a. Damaſcum occupat 412,d. egrotat 254,b.412. moritur 254,e. 412,e

Alexandra Hyrcani filia, Alexandri Ariſtobuli uxor: ab Antonio filio pontificatum petit 280,b. Ariſtobuli & Mariammes effigies ad Antonium mittit 280,c. Herodi ſuſpecta 281,a. fugam moliens deprehenſa ibid.b. Cleopatræ Herodis inſidias aperit 282,a. carcere detinetur 282,b. arces ſibi ſubijcit 290,e. Ptolemæo nubit 416.f

Alexandræ Alexandri Iannæi uxoris mors 254,e.290,f

Alexandria plus ſingulis mẽſibus quàm Hieroſolyma toto anno pendit Romanis 469,a. ijſdem quatuor menſium annonam miniſtrat. ibid.

Alexandria ciuitas poſt Romam maxima 529,b. à Cæſare capta 605, e. à quibus conſeruata ibid.b

Alexandriæ portus deſcriptio 526,e

Alexandrini Veſpaſianum imperatorẽ agnoſcunt 527,a

Alexandrinorum ſeditio contra Iudæos 474,c. bellum cum Cleopatra 605,b

Alexandrium arx, caſtellum 259,d. 413,d

Alexandrium Caſtellum à Gabinio obſeſſum 415,c.259,e

Alexas Salomem Herodis filiam coniugem ducit 318, c

Alibama uxor Eſai 20,f

Alicarnaſſæorum decretum pro Iudæis 267,c

Aliphazes Eſai filius 20,f

Aliſas Aliſæis nomen dedit 8,b

Allus Samarita, libertus Neronis 345,c

Althemus timore riget 429,c

Amalecitæ bellum inferunt Hebræis 41, c. Iſraelitis moleſti 85,a. victi 100,f. Sicellam incendunt 114, b. ab Amaſia victi 173.f. accerſunt Syros in Dauidem 123,c

Amalecitarum clades 41,c

Amalecitas ſiderunt Hebræi 42,a

Amalecitas Dauid infeſtat 112,d. perſequitur 114,d

Amalecitis unde denominata, nunc Idumæa dicta 20,f

Amalecus Eſai nothus è Thamna concubina natus 20.f

Aman adoratur 205,d. arrogans 207,c. elatus regi Artaxerxi inſidiatur 209,a. uxoris conſilio Mardochæo, eundem cogitans tollere, crucem erigit 205,e.207,c ab Eſthere coram Artaxerxe accuſatur 208,b. peccatum faſſus ueniam petit: & à Sabuchade inſidiarum arguitur 208,c. in crucem agitur 208,c

Amanis filij in crucem acti 209,c. poſſeſſiones Mardochæo dantur 208,d.

Amarei filij Ioannem Gaddum interficiunt 234,a. à Ionatha puniuntur ibid.c

Amarames Moyſis & Aaronis pater pro Hebræis liberandis Deum inuocans, exauditur 31,b

Amarinus Iſraelitarum rector conſtituitur 157,d. relicto principatus ſucceſſore Achabo filio moritur ibid.e

Amaſas Dauidis exercitui præficitur 131,c.132,d. Ioabo deſtinatus ad necem 138,e. à Ioabo interficitur 132,e

Amaſias Ioaſi filius rex Hieroſolymitanus 173,f. Idumæos uincit 174,c. Amalecitas bello exacerbat 174,d. uincit 173,f. ad idola deficit 174, f. Ioam literis ad bellum uocat 175,a. pugnans contra Ioaſum, uincitur 174,d. capitur 175,b. occiditur & ſepelitur ibid.c

Amaſiæ proſapia & probitas 174,d.

Amathus caſtrum ad Iordanem 250,e. uaſtatur 251,d.

ambitio malorum ſcaturigo 117,f

M. Ambiuius Coponio ſuccedit 338,c

Amenophes pater Meſſenis 601,a

Amias Achaz fil. bello ſuperatus à Zacharia trucidatur 177,d

Aminadabus Leuita 94,b

Ammanitæ à Babylonio infeſtantur 190,a. Dauidi inſurgunt 123,a. à Iuda uincuntur 228,a: deprædantur 125,c

Ammaus uicus thermæ ſanãdis corporibus idoneæ. uide Emmaus.

Ammaus combuſta 452,a

Ammonitæ Iſraelitas diuitijs nudant 87,e. mutuò ſe conficiunt 164, e. uaſtantur 98,a

Ammonitarum origo 12,d

Ammonij deteſtandus interitus 238,d

Amnis Sabbatici miraculum 573,d

Ammon filius Dauidis ſoroti Thamaræ uim infert 125,d. occiditur 126,b

Amorei ab Hebræis deuicti 61,d

Amoræorum terræ ſitus 61,e

Amoritis regio quibus data 65,e,f

Amos Manaßis filius Iudæ præficitur & mo-

Index.

& moritur 182,f
Amygdalon ſtagnum 548,a
Ananelus ſummo ſacerdotio ab Herode donatur 280,b
Ananelus pontificatu priuatur 280,f
Ananias aliàs Sedraches Danielis ſocius 190,c. educatur 190,b. in ignem coniectus 627,d
Ananias Iudæus mercator Helenam Iudaicos ritus docet 374,e
Ananias Masbali filius à Simone occiditur 550,d
Ananias Nebedæi filius uinctus Romã mittitur 379,b
Ananias Oniæ filius Cleopatræ copijs præfectus 247,b
Ananias Phariſæus Ioſepho ſe opponit 398,e
Ananias pontifex cum fratre Ezechia occiditur 472,a
Ananus Anani filius iunior pontificatũ acquirit: Iacobum lapidat: pontificatu priuatur 382,c,d
Ananus dux uinctus Romam mittitur 379,b
Ananus pontifex prælium adornat 510,e
Ananus pontifex quamdiu 515,c
Ananus Ionathæ filius Cæſtio portas patefacere conatur 476,e
Ananus Sethi filius pontifex conſtituitur, eſſe deſinit 338,b,d
Anani ſenioris fœlicitas 382,b
Anchus rex Gittæ Dauidem ſecum duxit bellaturum 113,b. Dauidem remiſit 114,a
Andromacho Herodes amicitiam renũciat 310,b
Andromedæ catenarum ueſtigia 498,c
Andronicus Meſſalani filius 237,b
Angelus Agari Iſmaelis curam mandat 13,c. perſuaſit redituru ad herum 11,e
angelus Eliam alit 159,e. Manochi apparet, 88,e
angeli lucta cum Iacobo 19,d
angeli Dei filij uocati 5,b
angeli Dei filij appellati 5,b. ab Abramo hoſpitio excipiuntur, 12: & à Loto ibid.b
angelorum ſtupra & proles 5,b
Anilæus manum armatam colligit 353,d. amoribus correptus degenerat, admonentemq; amicum confodit 354,f. Mithridatem nudum aſino impoſitum abducit 355,c. fratrem ueneno è medio tollit 355,b. à Mithridate fungatur 355,f. dolo oppreſſus occiditur 356,a
Anilei uxor peregrinæ religionis obſeruans 355,a
anima, Dei particula in corporibus 496,e
animæ corpori iunctæ uirtus 582,b
animalium uſus permittitur 6,c
Anna Helcanis Leuitæ uxor 91,f
annales Hebræorum 588,b. Aegyptiorum 597,b
Annibas ſeditioſus occiditur 373,c
Annius Mimucianus 357,e
Annius Rufus M. Ambiuio ſuccedit 338,c
Anochus filius Madianis 14,d
annus Iobelus 53,e
annus magnus quot annis conſtet 6,f
annus ſabbaticus 265,c
anni quot à Ioſuæ tempore uſque ad Dauidis expugnationem 119,e
anni quot ab exitu Iſraelis ex Aegypto uſque ad templi Salomonis extructionem 383,e
anni à diluuio uſque ad templi deuaſtationem quot 188,b
Anted Iuuiani cur tam longæui 6,f
Anteius trucidatur 362,b
Anthedon urbs inſtauratur 259,e
Anthedon urbs 430,b
Antigonus à Ptolemæo Mennæo adoptatur 269,b
Antigonus Herodis familiam oppugnat 273,f
Antigonus Pappum Herodi bellaturum miſit 277,a.426,c
Antigonus Ariſtobuli filius ab Herode oppugnatur 271,b.275,f.423,d. uincitur 275,b.420,c. Iudæa expellitur 269,a. opprimitur 277,c. Herodi ſe dedit 427,d. à Parthis in regnum reducitur 271,b. in templo obſidetur 271,b. patris mortem queſtus, Hyrcanum criminatur 417,c. Ioſepho caput præcidit 276,d. & in ipſius cadauer ſæuit 425,f. Hyrcanum auribus priuat 272,e. Phaſaelo loco remedij uenenum porrigit 272,f. Silonem placat 423,d. pecunia corrumpit 274,b. Macheram repulit 425,c. Maſſadam obſidet 423,c. odioſus Antonio 273,d. à Soſio opprimitur 277,c. occiditur 278,d.279,d. 727,e
Antigoni lis apud Cæſarem 262,d
Antigonus Hyrcani filius ab Ariſtobulo in ſocietatem recipitur 248,a. falſe accuſatur 409,f. Spondiũ uincit 409,c
Antigonus Hyrcani filius ab Ariſtobuli coniuge inſidijs petitur 248,c. à fratre trucidatur 248,d.410,b
Antiochenſes calamitate Iudæos afficiunt 571,d
Antiochenſium fuga & clades 240,a. petitiones apud Titum 573,e
Antiochia à Seleuco condita 604,d
Antiochus Cyzicenus cum fratre Antiocho Grypo belligeratur 246,d. & Philomatore 249,b. occiditur ibid.c
Antiochus Cyzicenus ab Ariſtobulo cæſus fugatur 246,f
Antiochus Antiochi Cyziceni filius ſuperat Antiochum Grypi, & ſuperatur ab Eucæro & Philippo fratribus 251,b
Antiochus Comagenæ rex 339,c. 368,e
Antiochus Comagenes rex in Ciliciam fugiens, uinctus à Peto Romam mittitur 578,b,c
Antiochi Comagenes regis clades 577,e
Antiochus aliàs Dionyſius 411,e. Damaſci regno potitus quid geſſerit 252,c. cum Alexandro & Arabibus bellum mouet 411,e
Antiochus Deus, Alexandri filius adoleſcens rex coronatur 240,c. amicitiam cum Ionatha init ibid.c. à Tryphone ſuo tutore trucidatur 244,a
Antiochus occiditur, & eius exercitus fame perit 252,d
Antiochi uallis 252,e
Antiochus Epiphanes rex Syriæ 223,d. mores Iudaicos abrogat 407,d. murum Ieroſolym. impetit 547,f. templum ſpoliat 224,a. 571,c. 606,e. Hieroſolymam uaſtat 407,b. arcem condit 224,b. in templo Iudaico porcos mactauit, cultum Dei amouens 224,c. uetuit Iudæos uti patrijs legibus 225,a
Antiochus Epiphanes cum Ptolomæo Sexto propter Syriam contendit, & in Iudæam ſæuit 407,c. à Iuda reprimitur 407,f. Hyrcani opes inuadit 223,d. ab Arabibus uicitur 411,f. Elymaidam obſidens profligatus, ægrotat 229,b. moritur 407,e
Antiochi Epiphanis in Iudæos perfidia 607,a. filius Demetrium bello petijt 235,a
Antiochus Syriæ rex Eupator 229,d. Iudæam inuadere cogitat 226,c.

tum Iuda fœdus pepigit 230,d. Iudam in templo obſedit 229,d. Iudæ pacem nuncians, fœdus uiolat 230,d. Bethſuritas expugnat 230,c. Philippum tutorem occidit 230,f. & captus à Demetrio trucidatur 231,a

Antiochi Eupatoris mors 229,d

Antiochus Grypus 251,b. Alexandrum Zebinam occidit 246,d. Heracleonis inſidijs occiditur 251, b. Hyrcanum in urbem cogit 245,b

Antiochus Magnus Hieroſolyma tendens, ibi præſidium relinquit 408, b. Iudææ aduerſatur 218,d. fauet, E. amicitia Ptolemæo iungitur 219,e. filiam Ptolomæo uxorem dat ibid. e. Aegyptum occupat 223,e

Antiochi Magni decretum de templo Hieroſolymitano 218,f. 219,b. de Iudæorum pietate teſtimonium 219,c, d. copiæ militares Veſpaſiano miſſæ 485,c

Antiochi Pharanx, loci nomen 412,a

Antiochus Pius, aliàs Euſebes 251,c. & cur Pius cognominetur 245,d. Hyrcano placatur 245,a

Antiochus Sedetes Hyrcanum obſidet 409,a

Antiochus Seleuci nepos, cur Deus nominetur 218,c

Antiochus Soter Tryphonem ſuperat 244,c. à Parthis uictus moritur 245,f. 246,d. 251,c

Antiochus Spondius ab Hyrcani filijs uincitur 409,c

Antiochus Iudæorum princeps ciuium ſuorum proditor, perfidus Iudæorum ſolennitates deſpicit 571,d,e

Antipas pater Antipatri Idumeæ ab Alexandro præficitur 255,d

Antipas regij generis uir comprehenſus cuſtodiæ traditur 508,e. occiditur ibid.

Antipas Herodis filius regnum affectat 329,f. 449,c. portionem regni paterni acquirit 334,d. rex conſtituitur teſtamento 446,c. tetrarcha ordinatur 447,d. uxorem repudiat, & cur 342,d

Antipater Herodis filius donum reuocatur 322,c. extollitur e. in ius citatur 322,f. callidus 433,e. malus 318,a

Antipater patris Herodis animum à filijs auocat 302, f. in fratres exacerbat 303,c. apud Cæſarem accuſatur ibid. regni expectatione nixus 441,b. donis fauorem conciliat 440,c. uitæ paternæ finem optat, amicos muneribus parit 318,a. Alexandro inſidiatur 434,f. ab Herode patre ſuo filio Antipatri expellitur 432,e. ueneni parati accuſatur 321,d. ſeipſum excuſat 323,b. culpam in Antiphilum reijcit 325,d. innocentiæ teſtem Deum facit 324,e. in carcerem coniectus 325,a. capitis damnatus uincitur 322,c. occidi iubetur 327,f. patri ſuccedit 433, e. moritur & lugetur 419,c,d. 447,d

Antipater Salomes filius Archelaũ accuſat 330,b

Antipater Samarita ueneficium apparatum Herodi indicat 442,f

Antipatri contra Herodem inſidiæ 319,d. 440,d

Antipatrum Herodes à Pheroræ colloquio auocat 441,d

Antipatri mater ornatu exuta pellitur 442,f

Antipater Idumæus Hyrcani amicus 255,d

Antipater Antipas Scaurum commeatu iuuat 259,c. 260,c. qualem operam nauarit Cæſari, aliaq; geſta 261, d. 262. procurator ac dynaſta Iudææ conſtituitur 262,d. ſuos filios ad gubernacula prouehit 263

Antipater primò Antipas uocatꝰ 255,d

Antipater Idumæus Hyrcanũ in regnũ reſtituit 413. aliaq; eius geſta 416, 417, 418

Antipatris ciuitas ædificatur 305,e. Caparſaba dicta 252,d

Antiphilus cum ſuo fratre uenenum apparant in Herodis interitum 321

antiquitatum libri uiginti, quod tempus complectantur & quas hiſtorias 385

Antonia Druſi maioris uxoris Claudij mater pro Agrippa intercedit 347,c

Antonia literis patefacit coniurationem in Tiberium conſtitutã 346,c

Antonia turris unde denominata 341,e

Antonia turris, ab Herode condita 298,b. ui occupata 471,d. collabitur 553,c. à Romanis inuaditur 554,f. euertitur 557,f

Antoniæ ſitus 538,c

in Antonia ſtolã pontificia deponitur 341,d

Antonius Centurio à Iotapateno inſidijs interimitur 495,c

M. Antonius dux Romanus, amore Cleopatræ captus Herodem & Phaſaelum tetrarchas conſtituit 270,e. 280. ad regium faſtigium eundem promouet 273,d. ab eodem pecunijs corruptus Antigonum occidit 279. 278,d

Antonius pecunijs Herodi conciliatur 269,c. Herodi nimium indulget 282,e. qualem operam Gabinio præſtiterit 415. Herodem exulem regno Iud. præficit 423,b. 270,c. in gratiam Cleopatræ multa indecorè facit 427,f. 283,c. 284. à Cleopatra corrumpitur 605,e. Samoſata obſidet 276,b. Soſio prouinciam tradit, cur 276,d. Artabazem Tigranis filium capit, & uinctus in Aegyptum mittit 284,a. Iudæos rebelles incarcerat 420,e. profligat 483, b. Arabiam ſubigit 284,c. apud Actium à Cæſare uincitur 284,c. 286,f. occiditur 289,c

Antonij decreta pro Iudæis 266,d

Antonij pro Iudæis literæ 307,b

Antonius præfectus alæ equitum contra Romanos Iudæos impugnans & profligans 483,a,d. Bezedelem turrim incendit ibid.

Antonius primus exercitum contra Vitellium ducit 527,d

Antonius primus in conflictu cum Vitellianis quatuor millia & quingentos amittit 528,a. Vitellium interficit 522,d. 528,c

Antonius Silo Taricheas cum duobus millibus ſagittariorum mittitur 501,a

Anuath uicus 484,d

Apachnas Iudæorum rex Beoni ſucceſſit 590,d

Apamenus Antiocho regnum aſſeruat 239,e

Apamiam Caſſius obſidione liberat 418,f

Apellæus, menſis 202,e. 224,b. 227,d

Aphæci turris 475,e

Apheca oppidum 161,d

Aphra Abrami è Chætura filius 14,e

Aphres urbs dicta unde ibid. e

Aphrica dicta unde ibid. e

Apion de Moyſe 603,b

Apion Iudæos accuſat 350,c. circumciſionem Iudæorum ridet 609,e

Index.

609,e. patriam & genus abiurat 604,a
Apion Oniæ & Dosithei nomina cauillatur 605,b
Apionis calumnia de Iudæorum iusiurando 608,f. mendacium de Græco homine à Iudæis immolando 607,c. mendacium de Zabido 608,c. patria Antiochia 604,c. mors 609,f
Apobaterion, locus 6,b
Apocryphi libri 588,d
Apollo Dorensium Deus 608,c
Apollodorus annalium scriptor 607,a
Apollodotus in castra Iudæorum erumpit 250,f
Apollonius Antiochi dux occisus 226,a
Apollonius Ionathan prouocat 237,e. uincitur 238,a
Apollonius Molo historicus 610,a
Aponius senator saucium 368,c
Apophis Iudæorum rex 590,d
Aprilis mensis Macedonibus, Aegyptijs, Hebræis, quomodo uocetur 36,f
Aprilem mensem Hebræi quomodo uocent 5,d
Apsanes Israelitarum præses 88,c
Aquila Romanorum insigne quare 487,d
Aquila Caium Caligulam occidit 361,d
Aquilo spirans Romanis horrificum 581,b
ara Deo erecta 9,f.42,d
Arabes à nonnullis Hycsi uocantur 590,d,e
Arabes Alexandrum uincunt 411,d. Antiochum uincunt ibid.f. ob stitim pacem petentes capiuntur 286, d. Herodem prælio superant 284,d. ab Herode uincuntur ibid.d. & dominantur 311,f
Arabicæ gentis autor quis 18,b. & origo ibid.d
Arabum circuncisio 18,b
Arabum fines Herodes infestat 428,d
Arabum gesta in Iudæa mortuo Herode 451,d,f. 452
Arabum bellum cum Hyrcano 413,a
Arabum Iudæam uastantiũ sæuitia 333
Arabibus Hyrcanus prælia machinatur 223,b
Arabibus Zenodorus Auranitidem elocat 295,e
Arabici belli causæ 311,e. 285,c
Arabicarum fœminarum propensio 321,b
Aramus, Aramæis appellationem dedit 9,a
Arami liberi quibus gentibus nomina indiderint ibid.b
Aranes filius Tharri, frater Abrahami 9,c
Araphus pater Acmonis 133,d
Arasci templum 181,d
Arationis inuentio 4,a
arbor uitæ & scientiæ interdicta 3,b,c
arboribus frugiferis parcendum 72,b
arca Hierosolyma in templum Salomonis transfertur 120,d.145,c. in tabernaculum reposita 120,f. ab Assyrijs rapta 544,c. d. in Hebræorum castra peruenit 92,d. in Dagonis fanum defertur 93,b
Arcæ Dei descriptio 46,c
Arcæ Noæ fabrica 5,c. reliquiæ ubi seruentur
Arcades antiquitatem sibi arrogant 587,e
Arce urbs 78,d
Arcus cœlestis seu Iris, signum fœderis inter Deum & Noe 6,e
Archelaus Cappadocum rex Alexandrum patri reconciliat 311,b,c
Archelaus regno dignus iudicatur 331,b
Archelaus Iudææ Tetrarcha & rex salutatur 328,c.453,b
Archelaus ciuitatibus præfectus 453,b
Archelaus seditione petitur 329,a. in tumultuãtes animaduertit 329,d
Archelaus in Iudæam uenit 436,f
Archelaus Pheroram fratri reconciliat 311,d. accusatur 322,b. se excusat 314,e. Herodis minas arte soluit 436,e. muneribus afficitur 437,e. à Iudæis in ius uocatur 452,d
Archelai in populum liberalitas 448, e. in seditione sedanda prudentia 448,f
Archelai luctus et ferales epulæ 448,c
Archelaus Herodis filius Ethnarcha cõstitutus 334,d
Archelaus ethnarcha fit 453,b. rex 447,f
Archelaus Herodis filius à patre regno præfectus, ipsius funus curat 328. accusatur apud Augustum 330,b. defenditur 330,f.334,b.450,b. Glaphyram sibi copulat 454,c. populo se accommodat 448,d. & in seditionem incidit ibid. falsò à fratre accusatus 443,d. in exilium ablegatus, patrimonio priuatur 454,a
Archelai somnium 454,b. eius reditus quanti 453,c
Archelaus Herodis filius, quòd non rebellasset, quarta tributorum parte leuatur 453
Archelaus Magadati filius ad Titũ perfugit 561,d
Arcyon medicus 363,c
Arethis, sexti ex fratribus Machabæi supplicium, eiusq; cum insigni tolerantia sermones 623
Aretas Arabum rex Cœlesyriæ regnum adipiscitur 252,d. Herodem bello uincit 342,d. Damascenis conciliatur 411,f. & Scauro 415,b. à Scauro c c c talentis mulctatur 415,b.
Aretas Syllæum insidiarũ arguit 320,f. & homicidij 320,e
Aretæ Augurium 343,e
Aretas Petræus Romanis auxiliatur 333,b
Arethusa urbs 414,f
Aries Rom. magnus Niteon à Iudæis appellatus, Hierosolym. murum perrumpit 541,d
arietis instrumenti bellici descriptio 491,a
Ariochus Nabuchodonosori satellitum præfectus 190,f
Arion Iosephi Tobiæ filij procurator 222,d
Arion uinculis ab Hyrcano constringitur 222,a: & numerato pretio dimittitur 222,b
Aristæi ad Ptolemæum Philadelphum oratio pro Iudæis 213,c
Aristobulus Aristobuli regis filius adolescens formosus 280,b. ab Herode pontificatu donatur ibid. e. aquis dolo Herodis præfocatur, & lugetur 281,d,e.440,b. sepelitur 282,d
Aristobulus Alexandri Iannæi filius opulentus 256,e
Aristobulus Alexãdri Iannæi filius 253, c. matrem obiurgat ibid.e. Damascum ablegatur 254,a. castella occupat ibid.b. accusatur ibid. d.257,c. cum Hyrcano de regno cõtendit 255,c.257,a,e. Antipatro odio bello mouetur ibid.e. Aretæ & Hyrcano repugnat 256,f. ad Scaurum legatos mittet 256,e. in templo oppugnatur 256,b, Pharisæorum crudelitatem taxat 253,e
Aristobulus Alexandri Iannæi filius bello molestatur: castella Põpeio tradit 257,e. uinctus tenetur 259,c. cũ coniuge & liberis 412,e. Romæ uinculis elabitur 260,a. à Romanis obsidetur, capitur 260,b. uinculis soluitur et ueneno tollitur 261, d.416,e

Index.

Ariſtobuli filij capti dimittuntur 260, c
Ariſtobulus Herodis filius, uxorem Bernicem filiam Salomes ducit 299,f. Antiochum Cyzicenum cædit 246,f. accuſatur 316,a. 303,c. 435,d. ab Euricle calumnijs petitur 313,d. patri reconciliatur 304,e. 305,a. 435,e. pontificatu ornatur 280,e. calumnijs opprimitur 30[illegible],d. 299,b. ab Herode inſidijs petitur, 281,c. damnatur 316,b. ſtrangulatur 317,b. 280,f
Ariſtobuli Herodis filij progenies 460,b
Ariſtobulus Herodis Chalcidis filius 380,c
Ariſtobulus Hyrcani filius primus regium diadema uſurpat 409,e. 248,a
Ariſtobulus ſe regem declarat 412,d
Ariſtobulus pontifex 384,b
Ariſtobulus Hyrcani filius matrem occidit 248,b. Antigonum trucidari curat 248,d. Antigonum cædit 410,b. bellum Alexandro infert 415,a. Hyrcani filijs Spondium uincit 409,c. Scaurum muneribus corrumpit 413,c. à Pompeio petitur 413,d. cuſtodiæ traditur 413,f. Romam ducitur 415,a. Romæ turbidatas 415,e
Ariſtobulus morbo correptus: facinus in fratrem faſſus, moritur 248,e,f. 409,f. 410,c
Ariſtobuli & Hyrcani conflictus 412,e. reconciliatio 412,f
Arius rex Lacedæmon Oniæ pontifici & Menælao ſcribit 223,a
Arius centurio ab Athronge uincitur 332,f. moritur 451,e
Armenia regio à Partis amittitur 342,a. ab Alanis uaſtatur 578,e
armigeri Saulis obitus 115,a
Arnon fluuius 61,b
Arophæus Mareathi 140,b
Arphas uicus 484,f
Arphaxades Semæ filius Arphaxadæis nomen dedit 9,a,c
Arſamum caſtrum Izates ui capit 376,e
Arſinoe ſoror Cleopatræ ab ipſa occiditur 605,d
Artabanus Bononem expellit 339,b. Aſinæi amicitiam expetit 354,a. ab Herode conuiuio excipitur 342,b. bello petitur 341,f. ſubſidium petens ſubleuatur 375,e:376,a. Izatem honorat 376,b. regno expulſus imperio per Izatem reſtituitur 342,b.376,b
Artabano Vardanis in regno ſucceßit 376,c
Artabazes Parthorum rex Cleopatræ datur 428,a
Artabazes Tigranis filius captus in Aegyptum ab Antonio mittitur 284,a
Artaxerxes regnum paternum accipiens conuiuatur 204,e. edictum in Iudæos promulgat 206,a. uxorem Vaſten accuſans & ab ea diuertens, Eſtheram uxorem ducit 205,c. edicto Iudæorum exitium reuocat 208,e. Mardochæum honorat 207,e
Artaxerxis iunioris exercitus imperium penes Bagaſen 210,a
Artaxerxi inſidiatur Aman 209,a
Artaxias Tigranis filius Armeniæ regno potius aliquandiu expellitur 284,b
Artemiſius menſis 143,a
artium inuentores 609,d
Artorius dolo ſeruatur 559,d
Arucæus Arcen urbem condidit 9,e
Arudæus Arudum inſulam obtinuit 9,f
Arun uicus 452,a
Arus uicus 333,b
Aruum locus 107,e
Aſa uxor Eſai 20,f
Aſabel Beniaminis filius 29,d
Aſael frater Ioabi 116,d
Aſael Abenerum inſequitur 116,d
Aſaeli uulnus lethiferum inflictum 116,d
Aſael cæſus ibid.e
Aſanus Hieroſolymorum rex pius 156,b. oppida extruit 157,c. victoriæ ſignum à Deo capit 156,d
Aſanus Iudæorum rex Zaræum profligat 156,d. moritur 157,e
Aſani ſucceſſor Ioſaphatus 157,f
Aſani pietas 156,c
Aſcalon Iudæis ſemper inuiſa 483. capitur 80,f
Aſcalonis ſitus 483,a
Aſcalonitæ quingentos & duo millia Iudæorum apud ſe habitantium interfecerunt 47,f
Aſcalonitarum ueſtigalia Ioſephus exigit 220,f
Aſcalonitis quantum incommodi arca attulerit 93,c
Aſchanaxes originem Aſchanaxis dedit 8,b
Aſchanes eunuchus præpoſitus Hebræorum nobilium curæ, obſequitur Daniel 190,c
Aſer Iacobi filius naſcitur 18,c. filios quos genuit 29,e
Aſeris etymologia 18,c
Aſerrimus Aſtarti filius 592,c
Aſeritarum ſors in Chananæa 78,d
Aſiæ 500 ciuitates uni rectori & conſuli Romano parent 467,f
Aſinæus & Anilæus fratres Artabani accedunt 354,c
Aſinæus fit potens 354,d. manum armatam colligit 353,c. incolumis domum ablegatur 304,d
Aſiongaber, loci nomen 149,a
Aſochis à Ptolemæo ui capitur 249,f
Aſphaltites lacus 10,e.521,a,e. 595,a
in Aſphaltitem fons Iordanis ſe exonerat 502,a
Aſprenas 361,a. occiditur 362,a
Aſſamonæi filius Matthias Antiochi ſpreuit 225,a
Aſſamonæi principatus finis 678,d
Aſſamonæorũ familiæ quandiu et principatus Iudæorum conceſſus fuerit 384,a
Aſſaradchoddas Senacheribi filius patri ſuccedens rex creatur 181,d
Aſſeuerus rex Perſarum 204,d. uide Artaxerxes.
Aßis rex Iudæorum 590,d. eiuſdem regni termini ibid.
Aſſuras Semiæ filius Nynum urbem condidit 9,a
Aſſyrid uocata unde 14,c
Aſſyriæ rex Teglaphalaſſar Iſraelitas capit 177,a
Aſſyriaci imperij ſcißio 182,a
Aſſyrij arcam rapiunt 544,c,d. ab Abramo uincuntur 11,a
Aſſyriorum origo 9,a. exercitus peſte conſumitur 181,d
Aſtabarri populus 8,d
Aſtaborra fluuius 33,c
Aſtaborlus fluuius 33,c
Aſtapus fluuius ibid.c
Aſtartus Delæ Aſtarte filius 592,c
Aſtronomia quando inuenta 4,f
Aſtronomiam Abramus docuit Aegyptios 10,c
Aſurus filius Sui 14,d
Athalia. uide, Gotholia.
Athenienſes quando & quomodo Romanis ſubiecti 467,c
Atheni-

Index.

Athenienſes Græcorum religioſiſſimi crediti 609,c. ſcriptis legibus utebantur 611,d
Athenienſium decretum in Hyrcani honorem 262,f
Athenienſibus hiſtoriæ conſcribendæ nulla cura fuit 587,e
Athenio Ptolemæi Euergetis ad Iudæos legatus 220,d
Athenionis proditione ab Arabibus Herodes uincitur 284,e
Athronges paſtor regnum ſibi uendicãs in Romanos ſæuit 332,e. Arium centurionem uincit ibid.f. uictus capitur 333,a
Auranitidem Zenodorus Arabibus elocat 295,e
auaritia malorum radix 117,f. omne ſupplicium contemnit 551,d
Auguſti Cæſaris in Iudæos beneficia 306,e. in Herodem & Aretam odium 312,d. cum utroq; in gratiam reditus 315,d. Herodis teſtamentum ratum confirmantis teſtatio 334,e. in Italiam profectio 420,c. mors, eiuſdemq; imperij adminiſtrati anni 338,c
Auguſto Herodes templa dedicat 430,f
Aulicæ deliciæ quæ 132,b
Aurea terra, regio 149,b
Auran, in Bibliis habetur Aberon 225,a
Auranes Iudæ Machabæi frater 230,b
Azael famulus Adadi ad Eliſæũ mittitur atque rex crudelis futurus uocatur 168,f. 169,a. Adadum Syrũ præfocat 169,a. à Syris celebratur ibid. b. Adali regnum inuaſit ibid. Iudæos infeſtat 173,e
Azaelis contra Hieroſolyma expeditio 173,a. cum Ieu bellum ibid.
Azamus filius Nachoris 9,d
Azarias Abdenago Danielis ſocius appellatur, atque ab Nabuchodonoſoro educatur 190,b,c. in ignem coniectus 627,d
Azarias increpat Oziam ſacerdotium uſurpantem 176,c.
Azarias à Gorgia deuictus 229,a
Azarias Iudæos ad pietatem hortatur 156,e
Azeca urbs à Roboamo condita 153,e
Azermothes Iuctæ filius 9,b
Azizus Emeſorum rex circumciſus Agrippæ iunioris ſororem Druſillam uxorem ducit 379,d. defunctus 380,c
Azotus urbs 269,e. 414,f. deſtruitur 229,a. à Ionatha capitur & igne incenditur 238,b
Azymorum dies ſolennis 37,b
Azymorum diebus pugna 533,a
Azymorum feſtum 178,e. 338,b. cur inſtitutum 519,a

B

Baal rex in imperio Nabuchodonoſoro ſuccedit 594,b
Baal Achabi Deus 171,d. Tyriorum ibid.d,e
Baalis fanum deſtruitur 172,e. uates omnes Eliæ uincit 159,b,c
Baaliticos ſacrificulos Ieus tollit 171,d
Baales Ammanitarum rex 189,b
Baaras locus, & radix mirificè euellenda 576,b. eiuſdem uirtus ibid.c. & loci fontes fluentes ibid.
Babæ liberi ab Herode occiduntur 291,e
Babel quid ſignificet 7,d
Babel turris conſtructa quando ibid.c
de Babel turri Sybillæ teſtimonium ibid.d
Babylon locus cur dicatur ibid.d
Babylon in Cyri poteſtatem peruenit 193,d. capta 593,f
Babylonica captiuitas quando & quomodo acciderit 185,186,187,188, 544
Babylonica captiuitas prædicta 182,b. & eius finis 195,d
Babylonica captiuitate detentos Eſdras reducit 202,b
Babylonius Ammanitas adoritur 190, a. Hieremiam donis ornat 188,e. Sedeciam regem conſtituit 186,a. Ioachimum obſidet & abducit 185,e
Babylonius Moabitas aggreditur 190, a. Hieroſolyma obſidet 185,e. oppugnat 186,c. captam Ieroſolym. incendit 545,d
Babylonij Iudæos perſequuntur 356,a
Babylonij Sedeciam fugientem capiunt 187,e
Babyloniorum rex Manaſſem captum reſtituit 182.c
Babyloniorum antiquiſſima rerum memorabilium traditio 588,a
Babylonios Nechao bello afficere ſtudet 184,c
Baca uicus 484,b
Baccharis Beniaminis filius 29,d
Bacchides dux Demetrij aduerſus Iudam Machabæum aciem inſtituit 233,a
Bacchides Iudæ fautores cruciatos occidi curat 233,e
Bacchides Iudæ inſidiatus, iuramentum uiolat 231,c
Bacchides pacem cum Ionatha faciens, abit 234,e
Bacchides Ionatham dolo ſublaturus bello petit 233,f
Bacchides cum exercitu in Iudæos miſſus 231,a
Bacchides Iudæos transfugas occidit 234,d
Bacchides in Iudæam tendit, Ionatham capturus 234,d. à Mathathia occiditur 407,e
Bacchidis in Iudæos crudelitas 407,d. eiuſdemq; interitus ibid.e
Bacchidis denuò miſſi in Iudæam victoria 232,d
Bactriani, populus 9,b
Badezorus Ithobali filius 592,d
Badus, menſura qualis 142,f
Bæonis regni termini 590,d
Bagoas eunuchus 320,b
Bagoſes copiarum Artaxerxis imperator, quomodo Iudæos ob homicidiũ in templo factum tractauerit 210,a
Bagoſes templum Hieroſolymitanum polluit 210,a
Bagothous et Theodeſtes eunuchi in necem Artaxerxis coniurant, & plectuntur 205,d
Balæ ciuitas Campaniæ 349,e
Bala Iacobi Patriarchæ ancilla 18,b
Balachus Moabitarum rex Balamum ad Iſraelitas execrandum mittit 62,b
Baladas Babyloniorum rex amicitiam cum Ezechia inire cupit 182,a
de Balada Beroſus ibid.b
Balamus propheta ab aſina ſermone reprehenditur 62,c
Balamus iniuriæ acculatur 62,d
Balami conſilio ad ſtupra pellecti Hebræi 63,e
Balami uaticinium 62,e
Balami oracula 64,f
Baleazarus Iromi filius 592,c
Ballis Germanorum dux 572,f
Balſamum ubi creſcat 283,e
Balthaſar alias Naboandel Babyloniæ rex 192,e. cum ſuo regno in Cyri poteſtatem uenit 193,d. Adoniam occidit 140,a. manum in pariete ſcribentem cernit 192,f
Banaias, genere ſacerdos unus ſortium Dauidis 134,d.
Banaias Salomonis copijs præficitur 140,c
Banaothas & Thanus occiſores Iaboboſchi ſupplicio afficiuntur 118,d
Barachias Iſraelitis, ut captiuos Iudæos & Beniamitas dimittant, conſulit 177,e
Baracus dux militaris arma corripit 84,d. Iſraelitas liberat ibid.c

Index.

Baraci imperium 85,a. officium 84,e
Barasa ui expugnata concrematur 228,c
Barbari Herodi insidiantur 276,b. occiduntur 425,d. à Domitiano tentantur 573,a
Barbarorum possessiones 34,a
Baris mons 6,b
Baris castellum, postea Antonia 412,e
Baruchus Neri filius, Hieremiæ prophetæ scriba in Aegyptum abducitur 189,e. è carcere liberatur 188,f
Baruchi filius neci destinatur 516,c
Basanes Israelitarum rex impius Hieroboami totam familiam sustulit, regnum occupat 156,b,f. à Gimone propheta grauiter reprehenditur 157,a. Asano societate iungitur 157,b. Ramathonem munit 157,b. moritur 157,c
Barzapharnes Parthorum satrapa à Phasaelo perfidiæ arguitur 271,e
Basemnatha Esai uxor 16,e
Basimam filiam Salomonis, Achinadabæ nupta 141,d
Bassus addit se Cassio 418,f. Iudæos interemit 577,d
Bassus Sext. Cæsarem occidit 418,e
Bassi militares copiæ à Iudæis irrumpuntur 577,d. successor Flauius Silua 578,f
Batanæa, Trachonis, & Auranitidis, partiumq; quarundam domus Zenonis centum talenta reditus erant 453,b
Bathuel Nachoris filius è Melcha 9,d
Bathyllus Antipatri libertus uenenum hero adfert 473,f
Bathyra 388,b
Batibius uir prætorius de Caij nece futura 380,e
Bauxus Nachoris è Melcha filius 9,d
Bdellium quid 40,e
Beelsephon, ciuitas 37,a
Beleus fons 458,c
Beli templũ à Nabuchodonosoro ornatur 192,b. 593,b. ab Alexandro expurgatur 595,f
bellum Hebræorum cum Amalecitis 41,d
belli leges 71,f. 54,a
Beniamin nascitur, atque cur sic uocetur 20,b. captiuus 27,c. eiusdem filij 29,d
Beniamitæ Chananæos tributarios reddunt 80, f. Israelitas debellant 82,c. quas uxores acceperint 82,e. post Iesu ducis mortem agriculturæ studentes quieti 80,f
Beniamitarum clades 82,c. fortitudo & peritia militaris 82,b. cædes omnium usque ad sexcentos uiros 82,d. & quomodo ea tribus restituta fuerit ibid.
Beniamitarum sors 78,c
Beniamitis rapere uirgines licuit 83,a
Beon rex Iudæorum 590,d
Berenice, locus 149,a
Berenicè Agrippæ germana Florũ precans despicitur 464,f
Bernice Salomes filia Aristobulo Herodis filio nuptum datur 299,f. fit exosa Glaphyræ 308,a. datur alteri marito 440,b
Bernice Ciliciæ regi Polæmoni copulatur 379,e
Bernice & Iudæi ad Cestium de Flori gestis retulerunt 466,e
Berotha ciuitas Galilææ 77,c
Berosus scriptor Chaldaicus 592,e. de Astronomia & Chaldæorũ philosophia Græcè scripsit 592,e. de Iudæis 593,a
Berosus de Abrahamo 9,f. de Baladan 182,b. de Nabuchodonosoro 192,a
Bersabe ciuitas 172,f
Bersube puteus 13,a
Berytus Romanorum domicilium 315,e. colonia 571,b. ab Agrippa exornatur 371,d. 382,f
Berzelleus quantis beneficijs Dauidem regno pulsum iuuerit 129,d. quam gratiam receperit 132,a
Besara, oppidum 391,a
Beselel tabernaculi opifex 49,d
Besenoth uicus 520,c
Bethalaga, uicus 234,d
Bethela urbs 78,c
Bethel quid significet 17,b
Bethel proditione occupata 81,a
Bethenaber uicus à Placido igni traditur 520,a
Bethlepton toparchia 520,d
Bethmaus, uicus 388,d
Bethora locus 77,b
Bethsabe formâ Dauidem ad adulteriũ allicit, atque eius maritus è castris uocatur 123,e
Bethsabe Dauidi nubit 124,d. de Adoniæ regno monetur 136,d. pro Adonia intercedit 139,f. Salomoni regnum petit 136,e
Bethsaida 338,b
Bethsama, uicus 94,a
Bethsamitarum prophani septemdecim arcam contingentes moriuntur 94,b
Bethsana, quæ Scythopolis dicitur 78,c
Bethsana ciuitas ibid.
Bethsur urbs à Roboamo condita 153,e
Bethsuritarum deditio 230,c
Bettæa urbs capta & prædata 122,a
Bezeca urbs 80,d
Bezedel uicus cum turri inexpugnabili 483,d. turris ab Antonio incenditur ibid.
Bezetha collis 535,a
bibendi mos apud Persas 204,e
Biblia quot annorum historiam complectantur 1,d
Biblica scripta tractantes ethnici puniti 217,e
Bithyni, Cappadoces, Pamphylij, Lydi Romanis tributa persoluunt 468,e
Bocchoris Aegypti rex 603,c
Bochorias Sabæi pater 132,c
Bonones ab Artabano pulsus 339,b
Boozus ex Ruthe filium habet 91,d
Borcæus Agrippæ legatus à Iudæis uulneratus euasit 476,c
Borceos uicos 484,d
bos agnum in templo Hierosolym. parit 563,e
bouis cornupetæ noxa quomodo uindicanda 71,b
boues triturantes 68,f
Bosora euersa 228,d
Boz uestibuli templi columna 144,a
Bozus Ruthem uxorem quomodo acceperit 91,c,d
Britannicus Claudij Cæsaris filius 380,a. ueneno à Nerone è medio tollitur 380,b
Britanni in Romanam ditionem subacti 468,d
Broccus tribunus plebis 366,f
Bruti exitium 269,f
Bubastes fluuius 590,c
Bubastis castrum 236,e
buccinarum inuentio & usus 54,c
Burrus prætorianorum militum præfectus 380,b

C

CAbrothaba nomen unde 54,f
Cæcilius Bassus Sext. Cæsarem occidens copias eius occupat 418,e
Cæcinna de proditione cogitans cum milite ad Antonium fugit: obtruncandus petitur 527,e.f

Index.

ab Antonio rerum geſtarum nuncius ad Veſpaſianum mittitur: laudatur, & dedecus eius honorib. protegitur 528,a
Cædeſa ciuitas, atque eius ſitus 77,d
Cœleſyriæ præfectus Hyrcano aduerſatur 264,d
Cœnopolis forum (quod Materiarium uocatur) à Ceſtio incenditur 476,d
Cæſar Alexandrum falſum deprehendit: & remigum numero inſerit 453,f. Antipatrum Romana ciuitate donat 417,c
Cæſar Archelaum regno dignißimum iudicat 331,b. Herodem regem appellat 429,f. Herodis filios Romam miſſos excipit 295,c. Iudæis iura conceßit 604,d
Cæſaris hoſtiæ ab Eleazaro reijciuntur 470,c. in honorẽ quæ urbes conditæ 338,b. in profugos benignitas 556,d. obitus 338,c.
Cæſares unde appellati 148,e
Cæſarum beneuolentia Ioſepho cõſtans 404,d
Cæſarea urbs 294,e
Cæſarea ab Herode extruitur 430,e: prius Stratonis Pyrgos dicta fuit 431,d. Neronias dicta 382,e
Cæſareæ ſpectacula à Tito habentur 570,d
Ceſonia Caij uxor maritum mortuum, inobedientiæ arguit 365,a
Cain, uox quid ſignificet 4,a,b
Cain naſcitur 4,a. malus, agricola primus ibid. ſacrificat, fratrem interfecit 4,b. 627,d. à Deo caſtigatus fit peior 4,c
Caini ſoboles 4,d,e
Caiphas pontifex 338,d. Ioſephus dictus ibid.
Caius Caligula Cæſar fit 343,c. Tiberij ſucceſſor Agrippam uinculis ſoluit 344,b. 348,f. ſe Deum uocari uult 458,b. & coli 357,a. Petronium in Syriam mittit 350,d. reuocat 352,d. Iouem Olympium Romam traduci iubet 357,b. in ſenatores ſæuit 356,f. tributa minui petentes, capite plectit 357,f. rem diuinam Auguſto Cæſari facit 360,d. ſoror rem ſtuprauit 365,c. uulneratur, & occiditur 361,c. 356,e. 364,b
Caius quandiu regnarit 459,b
Caij Cæſaris decreta 265,b. mores & facta 365,c. ſtudium, eruditio ibid.d. ſuperbia 458,b
Caij mors in theatro per præconem indicata 362,f. interitum molẽtes ferentes 362,b. uxor & filia occiſæ 365,b
C. Fannij Cos. decreta pro Iudæis 266,d
C. Norbani Flacci literæ 307,a
Callani apud Indos qui 595,b
Callimander audacius dimicans cadit 247,a
Calliſtus Caij libertus 359,d
calumnia in Eliam 158,f. in Ezeciam 181,b. in Dauidem 128,b
Calyculus quid 48,b
Cambyſes Cyri filius Iudæos ab ædificando templo prohibet 196,f. moritur 197,a
Campius regius 11,b
Cana Cœleſyriæ locus 284,d
Cana uicus Galilææ 389,e
Candebeus à Simone uincitur 408,d
Caparſaba, Antipatris dicta 252,d
Capernaum fons 502,b
Capharm capitur 524,d
Caphetra incenſa 524,d
Cappadoces populi 8,a
Cariathiarim oppidum 120,c
Carræ, Meſopotamiæ ciuitas 9,d
Carthago à Didone extructa 592,d
Carus occiditur 320,b
Caßius Longinus 373,b
Caßius in Syriam ueniens Marcum & Baſſum in ſuas partes pertrahit, Iudæam afflixit 268,a. Apamiam obſidione liberat 418,f
Caßij in Syria res geſtæ exitium 269,f
Caſtor hiſtoricus 595,d
Caſtoris Iudæi dolus 541,e
Catullus Ioſephum falſò accuſat 586,a. tria millia Iudæorum trucidat 585,f
Catulli morbus & mors 586,b
Celenderis oppidum Ciliciæ 322,d
Cendebæus dux regius è Iudæa profligatus 244,c
Cenæzus Hebræos in libertatem reſtituit 83,d
Cephalon Antipatri frater 413,c
Cerealis uaſtator 524,c
Ceſennius Petus Antiochum defectionis accuſatum hoſtiliter adoritur 577,e
Ceſtius Cœnopolim incendit 476,d. Hieroſolymam obſidet 476,d. impetum populi compeſcit 463,c. quinquaginta Iudæos occid. 475,f. à Iudæis fugatur 477,a
Chabalon quid denotet 147,e
C. Chæreas de Caij ſæuitia conqueritur 358,d. Caium ad necem quærit 359,d. laudibus extollitur 363,b. libertate à Conſulibus donatur 364,d. Caium uulnerat 361,c. occidit 356,e. ad Cornelium Sabinum confugit 359,a. ad ſupplicium ductus moritur 368,d
Chæremonis locus excogitatus 600,f
Chætura Abramo nupta 14,d
Chalamas Syrorum tranſeuphratenſiũ rex 123,c
Chaldæi populus 9,a
Chaldæorum annales 597,b
Chaldæis Nabuchodonoſori ſomnium propoſitum 190,e
Chalebus Iſraelitas conſolatur 55,c
Chamas Noe filius 7,a. patris irriſor 8,f
Chami filij, ipſorum que progenies 8,e
Chananæa olim dicta Iudæa 10,a
Chananæ terræ natura 55. 78,a
Chananæ uaſtatio 77,d
Chananæus Chamæ filius 8,d
Chananæi filij 8,e. agri partitio 78,a
Chananæi Hebræis bellum mouent 77,c. uincunt 56,e. percuſſi 74,b. Hieroſolymis eiecti 119,d
Chananæorum progenies 8,d. exercitus 77,d. reges cæſi 77,d
Chariathiaris ciuitas 94,b
Chariathiarim arca translata 94,b
Charithius Aethiopum rex 598,e
Charmiſus Rubeli filius 29,d
Chaſleu menſis 224,b. 227,d
Chaſpoma euerſa 228,d
Chebron Tethmoſis filius 591,b
Chebron 523,e. expugnatur 524,d. diruta 229,a
Chelcias Iudæus Cleopatræ copijs præfectus 247,b
Cherubes quid 46,c
Cherubini duo 143,e
Chettæus miles fortißimus Dauidis 133,d
Chettæi populus 8,f
Chethon quid 47,b
Chetim, uox quid ſignificet 8,b
Chetimus quis 8,b
Chetima inſula 8,b
Chetima, nunc Cyprus uocatur 8,b
Chidonis area locus, ubi 120,d
Chij porticum reparari curat Herodes 300,b
Chijs immunitatem Herodes impetrat 300,d
Chiramus opifex Tyrius 144,a
Chosbis quæ 64,b
Chriſtus conteret caput ſerpentis 3,f. quando cruci affixus 340,a

Chuſeē

Index.

Chuſæi unde denominentur 8,c
Chuſarthes Aſſyriorum rex Hebræos ſibi ſubiecit 83,d
Chuſus, Chuſæi 8,c
Chuſis Abeſalomum fefellit 128,c. Architophelis conſilium facit uanum 128,e. ut ſe opponat Achitopheli rogatus Hieroſolyma pergit 128,d. rerum uicißitudinem deflet & à Dauide conſolatione erigitur 127,f
Chuſus Nabrodis filius 8,e
Chuthæi in Iſraeliticam regionem inuecti 179,c
Chutæorum leuitas 180,d
Cilicia nunc Tharſus appellatur 8,b
in Cilla Dauid à Saulo obſidendus, oraculi hortatu diſcedit 109,b
Cinnamus Artabano dignitatem regiã reddit 376,b
Cinnyra, inſtrumentum muſicũ 134,d
Circenſes ludi 357,e
circunciſio Arabum 13,b
circunciſio Iudæorum 13,b. ab Apione ridetur 609,e. Aegyptiorum 609,e
circunciſionis origo 11,f
de Circunſione Iudæorum Herodotus 594,e
Ciſus pater Sauli 96,d
citharæ inuentor 4,d
citium quid 8,b
Ciuilis Germanorum dux 572,f
ciuitatem quis primus inſtituerit 4,d
Claßicus Germanorum dux 572,f
Claudius Felix Iudææ prætor 379,d. ad imperiũ à militib. rapitur 365,e. 368,d. princeps declaratur 366,b. Agrippam regno præficit 460,b: confirmat 368,e. Comagenam Antiocho donat 368,e. Samaritas punit 379,c
Claudij edicta in Iudæorum gratiam 369,a: imperium 459,b: uxores quot 380,d.
Claudij Cæſaris mors 379,f. 461,c
Cleanthes philoſophus 609,d
Clearchus Ariſtotelis diſcipulus 595,d
elementia principem ornat 27,f
clementia Titi in hoſtes 507,e
Cleodemus propheta cognomine Malchus Iudæorum hiſtoriam contexuit 14,e
Cleopatra Antiochi Magni filia 219,e. Antiocho Soteri coniugium offert 244,c. Alexandro nubit 237,d. aduerſus filiũ copias inſtruit 250,c. expellit Alexandrum 410,e. M. Antonium dementans, fratrem cum ſorore occidi iubet 283,c. duobus regnis inhians, partem eorũ ab Antonio impetrat 282,d. 283,d. Herodẽ ad ſtuprum ſolicitat 283,e. ab Herode in Aegyptum ducitur 284,d. Ptolemaidem expugnat 250,d. moritur 289,d
Cleopatræ aſtutia 428,b. ſæuitia, auaritia 427,f
Clitus ſeditionis inter Tiberienſes auctor læuam ſibi præcidit 393,d
Clito manus utraſque Ioſephus abſcindi uult 481,f
Cluuitus 360,e
Cœles uulgò Syria 9,b
Comagenus regum Romanis ſubditorũ fœliciſſimus 547,e
cometa gladio ſimilis excidium Hieroſolym. præceſſit 563,d
Conon Græcus de Iudæis 597,b
conſilij bonitas 518,d
conſuetudo in Rege laudanda 207,d
conſultores peßimi quid incommodi afferant 437,b
Cophene fluuius Indiæ 9,b
Coponius Syriæ præfectus 336,f
Corban quid 60,d. 457,d. 594,e
Corduba urbs Hiſpaniæ 357,d
Corræi locus 94,f
Cores Moyſen criminatur 57,c. flamma conſumitur 59,d
Coræ factionis patroni qui 57,e
Coreus filius Eſai 20,f
Cornelius Fauſtus 258,e. 414,c
corus menſura qualis 56,b
à Coruo Elias paſcitur 158,a,b
Coſtobarus Bernices pater 343,e
Coſtobarus Idumææ præfectus, mortis periculo eximitur: ab uxore repudiatus inſidiarum accuſatur, filios Babæ ad necem quæſitos occultat 291,a,b,c,d
Cotardes Parthorum rex 376,c
coturnices ubi copioſè inueniantur 40,c
Cous Euaratus 439,d
M. Craſſus in Parthos proficiſcens Hieroſolymitanum templum ſpolians in ramentum uiolat 260,e,f. Pitholaum occidit 416,d. moritur 261,c
Criſpus Iudæus uinctus ſiſtitur 402,d
Crocodili Aegyptiorum dij 607,b
Cteſiphon urbs Græcanica 356,c
cultus Dei in priſtinum ſtatum reſtituitur 172,e
Cumanus militem, libros Moſis conſcindentem, ſecuri ferijt 378,c
Cumanus Tiberio Alexandro ſucceßit 377,f. conuitijs petitur 378,b. in Iudæos inſurgit 378,e. uulgi impetum fore hoſtilem timet 460,c. Eleazari ſequaces prehẽſos necidit 460,f. exilio punitur 461,c
Cuſpius Fadus Syriæ prætor 372,f. Iudæam à latrocinijs purgat 373,c Theudam pſeudoprophetam punit 377,d
Cuſpio Fado Tiberius Alexãder ſucceſſit 377,e
cuſtodes theſaurorum Dei 137,d
Cydoeſſa Tyriorum uicus 507,b
Cypris Antipatri uxor 416,c
Cypros Herodis Magni filia 343,d
Cypros Phaſaeli filia 343,d
Cyprus inſula olim Chetima dicebatur 8,b
Cyprus præſidij locus in finibus Hierichuntis 474,b
Cyrena urbs 604,f
Cyrenæi, Marmaridæ & terribiles Syrtes quomodo Romanis ſubdita 468,e
Cyrus Perſarum rex Babylonicum imperium Perſico iungens Babylonem & eius regem capit 192,d. 193,d. Iudæos liberat 195,d. Iudæis reditum in patriam uaſa templi reſtituẽs concedit templũ reſtauraturis ibid. f
Cyri de reſtaurando templo Hieroſolymitano commentarij 200,d. edictum 195,e. ac literæ 196,b. mors 196,d

D

Dabariteni uxorem Ptolemæi procuratoris interfecit 391,c
Dacchari herbæ deſcriptio 48,b
Dagon arx 244,e
Dagon ſimulachrum coram arca concidit 93,b. cur gemuerit 544,c
Dalales amica à Sampſone eluditur 90,b
Dalmatæ bellicoſißimi ſub una tantum legione Romanorum quietem agunt 468,b
Damaſcus urbs 9,a. ab Alexandra occupatur 412,d
Damaſci conditor Vſes Arami filius 9,b
Damaſci populus in Mediam abducitur 178,a
damaſceni ab Aſſyrijs bello petuntur 177,c. à Dauide uincuntur 121,d. Damaſceni Ptolemæo infeſi Aretã ſibi conciliant 411,f. cum Sidonijs apud Flaccũ contendere decernunt 344,e
Damaſcenorũ in Iudæos ſæuitia 477,f
Damnei filius Ieſus in pontificatu firmatur 382,d
Dan è Bala Iacobi filius naſcitur, & cur ſic uocetur 18,b, 29,e

Index.

Dani filius vnus 29,e
Dana vrbs ædificata 183,c
Danaus,591,d. in Argos fugit 603,c
Daniel,Balthaſar appellatur 190,c
Daniel Nabuchodonoſori ſomnia duo interpretatur 191,b,c,f. meſæ regiæ edulijs non delectatur 190,c. coram Balthaſare ſtatuitur 193,a. ſcripturam manus Balthaſari cœnanti uiſam explicat 193,b. à Dario in Mediam abducitur & honoratur 193, c. ſatrapa Mediæ conſtituitur 193, d. mandati regij violati à Satrapis coram Dario accuſatur 193,e. in leonum foſſam conijcitur 194,a. extrahitur ibid. a. turrim Ecbatana ædificat ibid. c. deo quàm charus fuerit ibid. c. quantumq; prophetis cæteris prælatus fuerit 195,b
Danielis inimici leonibus dilacerati 194,b. Deum verum prædicandũ, Darius mandat 194,c. uiſto de ariete & hirco 194,e. de Romano imperio prædictio 195,d. cognati ſtatuam non adorantes, fornaci immiſſi, Dei prouidentia incolumes manent 191,e
Danitarum ſors 78,d. fuga,habitationis inquiſitio 83,b
Danitis bellũ Chananæi inferre conantur 83,b
Danus fons Iordanis 11,a
Darabitta vicus 399,f
Darius Artabani filius Tiberio obſes mittitur 342,b
Darius Aſtiagis filius imperium Babyloniorum vaſtat, & Danielẽ conſtituit Satrapam,inuitus poſtea leonibus obijcit 193,d. hoſtes Danielis ijſdem obijcit, & deum laudat, 194,b
Darius equitum præfectus ſub Agrippa 471,a
Darius Hyſtaſpis filius rex Perſarum creatur,quæſtionem proponit quænam omnium rerum fortiſſima aut potentiſſima 197,b,c.198,commonitus à Zorobabele Iudæos libertati reſtituit,vrbemq; & templum reſtituere promittit & iuuat 198,c,d,e. 200,e.201,c.197,b.mortuus ſucceſſorem filium Xerxem relinquit ibid.
Darij filij Xerxis in Iudæos beneficentia 201,d
Dathamus contumax 58,d
Dathamus terra abſorptus 59,c
Dauid Ieſſæi filius 91.d.103,a. in regem vngitur 102,e. Saulo ad citharam canit 103,a. Saulum cantu exhilarat,cum Goliatho congreſſurus mittitur 103,a,d. Goliathum interimit:Saulo fit odio,à Sauli filia amatur, capita abſciſſa Saulo tradit 104,b,c,d,f. Sauli filiam ducit, Saulo reconciliatur, Sauli ſpiculum effugit,Palæſtinos vincit a,d,e. in Gittam aufugit, inſaniam ſimulans, in ſpeluncam peruenit 107,d,e.Palæſtinos diſſipat, Saulo proditur,eiuſdemq; in antro occurrentis laciniam pallij abſcindit 109,a,c,e. Nabali iumentis parcit, à Nabalo alimenta poſtulat,deſpicitur,atque ab Abigæa placatur 110,c,d,e.vxorem Abigæam ducit,Saulo ſpiculum aufert, Abenerum oſcitantiæ conuincit 111,b,c,d. ad Anchum diuertit, Saritas exeurſionibus infeſtat 112,a, b. ab Ancho in prælium aſſumitur 113,b.ab Ancho domum remittitur, Amalecitas inſequitur, atq; ab ipſis cæſis prædam recipiens in Sicellam reuertitur 114,b,c,d,e. rex creatur 115,d.declaratur 116,b.118,c
Dauid ab vniuerſis Iſraelitis rex fit 118,f. Sauli interitum luget 116,a. Micholem ſibi reddi poſtulat, Abenerum humaniter tractat 117,b,c. occiſum Abenerum luget, Iebosthi vitæ cenſuram capit,eiusq; occiſoribus minatur 118,a,e. Hebræorum proceres excipit, Hieroſolymorum arcem expugnat,Chananæos & Iebuſæos Hieroſolymis expellit 119,a, c,d. Palæſtinos vincit 120,a. inq; eoſdem haſtam vibrat 121,c.oraculũ conſulit,arcam Hieroſolyma transferri mandat, ſaltans ab vxore deſpicitur 126,b,c,d,e,f.templum cõſtruere ſtudet,gentibus tributa imponit,Adadum prælio vincit,Damaſcenos & Moabitas ſuperat, Sophenos ſubegit,Syriã inuadit 121,d, e,d,f. Adraſari vrbes adimit,Thoenũ in amicitiam recipit,Sibæ villicationem iniungit 122,a,e.Meſopotamios & Syros vincit,adulterium committit 123,a,c,e. adulterij commiſſi obiurgatur,Bethſabeam vxorem ducit 124,d. filium ægrotum dolet:at mortuum ſentiens, ad Dei tabernaculum maturando, cibum præberi petit 125,a,b. à filio Abeſalomo regno pellitur 126,b.127,d.fugiẽs Iordanem tranſit 129,d.Ammonem extinctum luget 126,c.fugiturus ſacerdotes perſeuerare vult, ab Achitophele, Abeſalomo adhærente,deſeritur 127,e,f. Deo ſuam cauſam commendat 128,b.Abeſalomo parcendũ iudicat,exercitui ab amicis ſubtrahitur 129,e,f. mortuum Abeſalomum deflet 130,e. ab Iſraelitis in regnum reducitur 131,b.regno redditus quo modo vixerit 130,c. Amaſam copijs præficit 131,c.132,d. Semei ignoſcit 131,d.& Memphibœſtho 132,a. officia militaria diſtribuit,prælijs vt nõ adſit admonetur, in prælio periclitans ab Abiſæo liberatur, muſicam curat 133,c,d,f. populum numerari vult,è tribus malis peſtẽ eligit 134, e,f.materiam templo parat,Solomonem regnum ordiri iubet,eidemque præcepta templi fabricandi præſcribit 135,d,e,f. populum in claſſes diſponit 137,c. ad templi ſtructuram neceſſaria relinquit, moriturus Salomoni facienda inculcat 138,d, e. moritur 138,d. ſepelitur 139,b
Dauidis defuncti ſucceſſor Salomon 139,d. vitæ ſpacium ac regni 139, d. progenies 116,f,119,f. virtutes 105,c. celebritas 103,a. pietatem Saul probat 110,b
Dauidis fortitudo 105,a.potẽtia 609, c. impatientia 114,c. iciunium ob Abenerum 118,b.inſtrumenta muſica 134,a.ſepulchro theſauri abſcondi 139,b. monumentum ſpoliatum 139,b.307,d.409,b
Dauidici ſepulchri ſpoliati pœna 107, f
Dauidi mors Saulinunciatur 115,e.regnum offertur 102,b
Dauidici generis reges quot,& quandiu regno præfuerint 188,a
Dauidi Sicella vicus datur 112,b
Debora mulier qualis 84,d. comitatd Baracum in bello 84,e
Debras locus, & radix mirè euellenda 576,b
Debræ radicis virtus: loci verò fontes fluentes 576,c
Decapolitani Iuſtum accuſant 403,e
Decapolitanis calamitatum Iuſtus auctor 400,f
decimarum lex 67,c.69,b
Decius Mundus quantum in Paulinam inſanierit 340,b
Deliorum decreta pro Iudæis 266,c
Delphorum templũ cõbuſtum 609,c
Demetrius Antigoni à Ptolemæo L. gi filio vincitur 595,d
Demetrius Eucærus Antiochi Grypi filius, apud Damaſcum rex conſtituitur 251,c.contra Alexandrum expeditionem inſtituit ibidem,e.ſuperat 251,f.fratrem obſidet 252,b. capitur,honoratur,moritur 252,b
Demetrij impietas 411,d

Index.

Demetrius Gadarenſis Pompeij libertus 259,a
Demetrius Alexandro victo Ionatham amicè fouet 237,e
Demetrij filius in fœdus adſciſcit Ionatham 237,e
Demetrius Nicanor regno potitus ingratitudinis accuſatur 239,b. contra Ionatham exercitum mouet: donis à Ionatha placatur: exercitum dimittens militum ſtipendia minuit, & à Ionatha ſubſidium petit. ibid. c, d, f. ab Antiochenſibus impetitur, quos fugat: Ionathæ ingratus 240,d,b. à Ionatha vincitur 241,a. Nicanor prælio à Tryphone vincitur 240,c. Meſopotamiam inuadit: Parthorum regem bello aggreditur, & victus capitur 242,b. ab Arſace dimittitur 245,f. & in regnum reſtituitur, ibidem ſuis inuiſus vincitur, capitur, et interficitur 246,c
Demetrij Nicanoris literæ in Iudæorũ fauorem 239,c
Demetriani Ionatham fugiunt 241,e
Demetrius Phalereus Bibliothecam Ptolomæo Philadelpho comparat 213,b. ipſíq; de vertendis Iudæorum legibus ſcribit 214,c
Demetrio Phalerco in hiſtoria Iudæorum vẽnia concedẽda, quòd Hebraicè neſciuerit 597,c
Demetrius Seleuci filius rex Syriæ 231, a. literis ſe in amicitiam Ionathæ inſinuat 235,b,c. Antiochum & Lyſiam occidit 232, a. Iudam in prælio occidit 233,a,b. in prælio contra Alexandrum ſuccumbit 236,c. depoſiti lex 71,c
Deus quando potißimum afferre auxilium ſoleat 37,f
Deus quibus peccatis grauiter offendatur 545,b
Deus Galilæorum clades Romanis donabat 493,f
Deus Iudæis omnem viam ſalutis ad interitum verterat 551,d
Dei caſtra locus 19,c
Dei deſcriptio apud Moyſen 611,a
Dextra porrecta quid apud Barbaros ſignificet 354,b
Deus Dorenſium Apollo 608,c
de Deo Plato veram opinionem proferre noluit 614,b
Dij alieni 159,c
dij Aegyptiorum 607,b. Græcorum 614,c
Dido ſoror Pygmalionis regis Tyriorum in Aphrica Carthaginem ædificat 592,d
Diebus ſingulis quid Deus condiderit 2,f. 3,a,b
Dilath paradyſi fluuius 3,c
Diluuij deſcriptio & duratio 6,a. tempus 5,d. cauſæ 5,a
de Diluuio Beroſi & Nicolai Damaſceni teſtimonium 6,b
Dina filia Iacobi 18,d. 29,d. ſtupratur, quare Sicimitæ trucidantur 19,f
Diocles hiſtoricus 192,c
Diogenes Alexandrianicus à Phariſæis occiditur 412,c
Dionyſius Tripolitanus ſecuri percuſſus, aliàs Antiochus 421,e
Diophantes pſeudographus 314,a. Alexandri nomine fictas literas ſcribit 438,f
Diſciplinarum traductio 10,d
diſſidium inter Senatum & plebem Rom. 367,a
Dius menſis 5,d.
Dius hiſtoricus de Salomone 148, a. 592,a
doctrinam prodigio probat alias 159,c
Doecus Achimelechum pontificem accidit 108,a
Dolcſus à Gadarenſibus interficitur 519,d
Dolobellæ decretum pro Iudæis 266,b
Domitia Domitiani Cæſaris vxor 404,d
Domitianus Ioſephum honorat 404, d. populo rector inſinuatur 528,c
Domitianus Titi frater in Barbaros tẽdit 573,a
Domitiani geſta contra Germanos 572,c
Domitiano Germani & Galli ſubijciũtur 573,b
Domitius Aenobardus 380,a
Domitius Nero imperator ſalutatur 380,b. fratrem, matrem, vxorem, virosq; illuſtriß. trucidat ibidem. Cæſarea Iudæos excludit 381,d
Domitij Sabini fortitudo 542,f
Dora vrbs Phœnices 259,c. 414,f
Doras Hieroſolymitanus pontificem perimit 380,e
Dorcadis quid ſignificet 508,f
Doris, Antipatri filij Herodis vxor 420,c. Antipatro ſcribit 444, c. ornatu priuata expellitur 442,f
Doride repudiata Herodes Mariammẽ reducit 432,c
Doritæ profanatæ religionis Iudaicæ à Petronio accuſantur 370,a
Doritarum in Iudæos inſolentia 369,f
Dorotheus 70, interpretibus additur 217,a
Draco de homicidijs 587,c
Druma Gedeonis concubina 86,c
Druſilla Agrippæ filia 343,c. Felici Romano nubit 379,e
Druſilla iunioris Agrippæ ſoror Azizo regi Emeſorum nubit 379,d
Druſium turris 431,c
Druſus Agrippæ filius 343,c
Druſus turris 285,a
Druſus Tiberij filius 344,c
Drymos loci nomen 421,a
Dyſtrus menſis, Hebræis Adar, nobis Martius dicitur 73,c. 232,a

E.

EButius decadarchus ſub Veſpaſiano 488,c. à Ioſepho impugnatur 390,f. Gamalæ occiditur 504,e
Ecbatana turris Mediæ à Danielis ædificatur 194,c
Ecdippon locus 421,c
Edom, vide: A domus.
Edræus dux militum Ionathæ 162,d
Eglon Iſraëlitæ ſibi ſubdidit 83,e
Eglon à Iode peremptus 84,a
Ela vrbs captæ 177,d
Elanus Baſanæ filius vnà cum omni ſobole per Zamarem tollitur 157,c
Elcana Iudæ copiarum dux occiditur 177,d
Elcias Magnus pro Iudæis apud Petronium intercedit 351,b
Eleazarus Aaronis filius 49,c. pontifex fit 61,a
Eleazari mors 80,b
Eleazarus Ananiæ pontificis filius Cæſaris hoſtias reijcit 470,c
Eleazarus Boethi filius pontifex conſtituitur 335,c
Eleazarus dæmonis incantator arreptitiorum medicus 142,b
Eleazarus Dinæi filius latro 378,c. Iudæorum princeps immanis 460,f. ſuſpenſus 461,c
Eleazarus Dodiæ filius vnus ſortium Dauidis 134,b
Eleazarus filius Iairi in Manahenum, cum ſectatoribus impetum facit 472,b
Eleazarus Iudæ Macchabæi frater, cõfoſſo à ſe elephanto opprimitur 230,b
Eleazarus Iudæus Izatem ad circumciſionem monet 375,b. audax & ſtrenuus, à Rufo Aegyptio captus, verberatur 576,e,f. crucifigendus offertur: & Iudæos ſua calamitate ad deditionem fugamq; concitans, tandem

Index.

tandem dimittitur 577,a.b
Eleazarus pontifex 1,d. Moſis filius 34,f
Eleazarus Phariſæus functionis cauſa Hyrcanum arguit, at cõuitij à Ionatha conuincitur 247,d
Eleazari Samæi præclarum facinus 491,d
Eleazarus ſicariorum princeps 578,f. caſtellum Maſſadam dolo occupat 580,c. Iudæos ad facinus inuitat 581,c. de immortalitate animæ quid ſenſerit 582,a
Eleazarus ad mortis contemptum ſuos monet 582,d. Romanam crudelitatem Iudæis exponit 583,d. proprio gladio perit 584,a
Eleazarus Simonis filius Gioræ Idumæos aduocandos cenſet 512,a
Eleazarus Simonis Gioræ ſocius ad Herodij cuſtodes mittitur & moritur 513,c
Eleazarus ſenex ad veſcendum immundis monitus Antiocho reſpondet, & ſupplicium fert 620,d.f
Eleinus Nephthalim filius 29,e
Elephantis ſub Antiocho Eupatore pugnatur 229,e
Eleuſa oppidum Ciliciæ 305,b
Eleutherus fluuius 238,d,241,f
Eleutheri equites 411,c
Eliabus tabernaculi opifex 49,d
Elias propheta Theſbone Galaditica vrbe oriundus ſiccitatem prædicit: Sareptam veniens à coruo nutritur: puerum in vitam vocat: Achabum quærit: eundemq; idololatriæ redarguit 158,a,b,c,e,f. populi malitiam taxat: Baalis prophetas vincit illudit: doctrinam miraculo confirmat: pluuiam impetrat: Iezabelam fugit: ab angelo alitur: cum Deo loquitur: Eliſæum ad prophecticum munus uocat 159, Achabi facinus reprehendit 160,c. vbinam habitationis locus habuerit 159,e. Ochoziæ mortem prædicit 165,b. Ochoziam idolatriæ arguit, ibid.d. Ioramum taxat 169,d
Eliæ forma 165,c
Eliæ ſacrificium Deo offerenti, atque oranti ignis vltionis mittitur 165,c,e
Eliacias ſub Ioſia rege pontifex 183,c
Eliacimus Ioſiæ filius antea Ioacimus dictus regnum paternum accipit 184,e
Eliacimus Ioſiæ filius Babylonis tributum pendit, & occiditur 185,b,d
Eliaſimus Ioacimi filius in pontificatu patri ſuccedit 203,b
Elienæus Gethæi filius pontificatum accipit 371,f
Elis pontifex Aaronis filius 92,f. filiorum interitum percipit & moritur, ibid.
Elis filiorum nequitia 91,e. pœna prædicta 92,c
Elis ſacerdotis filij occiſi 90,e
Eliſæus Saphati filius prophetiæ domum accipit 159,f. pluuiam prædixit & victoriam 166,a. oleum multiplicat 166,e. Ioramum de inſidijs monet 166,f. obſidetur 167,a. hoſtes Samariam adducit 167,b. cibis refici vult, ibid.c. Adadum morti vicinum aſſerit 168,f. diſcipulum mittit ad Ieum vngendum regem 170,a. ægrotat: Ioæternam victoriam prædicit: & moritur 174,b,c. eiuſdemq; mortui miraculum, ibid.
Eliſæi geſta 166,e
Eliſæi famulus viſione firmatur 167,b
Eliſæo vati Ioramus iraſcitur 167,c. incredulus perit 168,e
Elon Zabulonis filius 29,d
Elymus, Elymæi 9,a
Elymaida vrbs 229,b
Emalſema mater Amoſi vxor Manaßis 182,f
Emaus ſeu Ammaus, vox quid ſignificet 503,e
Emmaus concremata 333,c
Emmaus vicus 338,d. 276,a. vide Ammaus.
Emiam Zona ſacerdotalis 47,c
Entachin tribus 509,b
Enochi raptus 165,e
Enochi finis in ſacris literis non eſt 5,e
Enoſa vrbs prima à Caino condita 4.d
Enoſus Sethi filius 4,d
Epaphroditi laus 1,c
Epheſi templum combuſtum 609,c
Epheſiorum decreta pro Iudæis 267,d.306,f.307,b
Ephodes quid 47,e
Ephræmitæ Gedeoni inuident 86,b
Ephræmitarum ſors 78,c
Ephremes Ioſephi filius 29,d. in numerum Iacobi filiorum pro patre Ioſepho adoptatur 30,c
Ephremi pars quæ ceſſerit 78,c
Ephronem oppidum Iudæ ſubuertit 228,e
Epicrates Scythopolim Iudæis prodit 247,a
Epicureorum error conuictus 195,b
Epiphanes, alias Ptolemæus, interijt 223,d
Epiphania, ciuitas 8,f
Exomidis deſcriptio 47,e
epulæ ferales Iudæorum 448,c
equitum Romanorum arma 485,e,f
Equus Modius Varo ſuccedit 388,c
Erebinthonicus vicus 549,d
Erica prætorianorum Achazæ præfectus occiditur 177,d
Eroedes Gadis filius 29,e
Eſaias Ezeciam conſolans orat pro populo 181,a. prodigio nuncius dei probatus 182,a. oſtenſorum theſaurorum Ezeciam arguit 182,b
Eſaiæ vaticinia ſcripta 182,c
Eſaus, Adomus dicitur 20,e
Eſaus natus 15,e
Eſauus venatum mittitur 16,c. benedictione priuatur 16,c. ius primogenituræ vendit 20,e. donis Iacobi placatur 19,c. habitationem diuiſit 20,d.
Eſai vxores 16,b. progenies 20,f
Eſcon puteus 16,a
Eſdras legis Moſaicæ ſcientißimus 201,e. Iudæos in Babylone cõuocat 202,a,b,e. captiuos in Iudæam reducit: ſacerdotes inobedientiæ arguit 202,e. populo legem prælectat, moritur 203,a
Eſron Pharæ filius 129,d
Eſſæus vates de Antigono 248,d. Herodi regnum prædicit 296,e
Eſſaron Rubeli filius 29,d
Eſſen quid ſignificet 47,e
Eſſen, oraculum 50,c
Eſſeni quas virtutes colant 454,d. & 455
Eſſenorum placitum, vita & mores 337,e. in tormentis conſtantia, de diuinitate animæ opinio 456,b
de Eſſæis Herodes religioſe ſentit 296,d
Eſſenos Herodes honorat 297,a
Eſſus Aſſeri filius 29,e
Eſther delicatißimè tractatur, & Artaxerxi regi nubit 205,b,c. cauſam quærit lugentis Mardochæi 206,d. ieiunans Deum inuocat 206,e. Amanem accuſat apud regem Artaxerxem 208,b
Eſthmonitis arx 291,e
Ethæus Gitthæus Dauidis ſectatur exercitui præficitur 129,e
Eua mater omnium viuentium 3,b. à Serpente tentatur 3,d. labitur, punitur, atq; cum Adamo Paradyſo ejicitur, ibid.e,f
Euæi populus 8,f

Euaratus cous 439,a
Eucærus rex Syriæ 251,c
Euemerus Græcus de Iudæis 597,b
Euilmaraduchus filius Nabuchodonoſoris 593,e
Euodus Neronis libertus 347,e
Euphrates, Paradiſi fluuius 3.c
Eupolemus ſcriptor de Iudæis 597,b
Eurycles Laco amicitia iungitur Herodi 313,b. Alexandri ſermones indicat, ibidem c. in exilium agitur 313, d. Alexandrum in vitæ diſcrimen adducit 437, f. Alexandri proditor 438,a. & accuſator 438,c
Eutychus libertus & auriga Agrippæ 345, d. Agrippam accuſat 346, d. furti arguitur 345,d
Ezechias Achazæ ex Abia filius rex conſtituitur: pius: templum aperiri permittit, ſacrificat 178, d. cum populo epulatur: idola abijcit: Paleſtinos vincit 179, a, b. ad Senacheribum legatos mittit 180, c. qui occiduntur, ibidem e. oppugnatur, ibidem c. Deo ſupplicat: probro afficitur: morbo corripitur, Deum precatur, ſanatur, atque longiore vita donatur 181, a, e. Deo vota perſoluit: theſauri Babylonijs oſtentati ab Eſaia increpatur: moritur 182, a, b, c. Manaſſem filium ſucceſſorem habet. ibidem c.
Ezecias Iudæorum pontifex 595,e
Ezechias vnà cum Anania fratre ponti fice interficitur 472,a
Ezecias latro ab Herode necatur 263, d. 417,f
Ezeciæ filius Iudas regnum affectat 332,e

F.

FAbatus Cæſaris Auguſti procurator pecunijs corrumpitur: Syllæum prodit 441,f
Fabij centurionis fortitudo 414,c
facinora impura 524,e
falſi pœna 68,b
de Fame ingenti 56, b. 90, c. 133, c. 167, d. 252, d. 293, b. 337, b. 382, d. 543, f. 546, b. 549, c. 552, b. 559, f.
Fanum, arx ſiue caſtellum 509, f. ſupra collem conditum 536, c. ſanctum 537, b
fami ſancti deſcriptio 536, e. locus mulieribus deſtinatus 536, f
Fatum quid vocemus 317,c
fati Iudaici ſtatutum 543,b
Fauſtus Cornelius Syllæ filius primus Hieroſolyma conſcendit 414,c
Cl. Felix Pallantis frater à Claudio ad Iudæos miſſus 379,d
Felix Ionatham pontificem præfectus militum Rom. occidit 380,d latrones ſupplicio afficit at Eleazarum Romam mittit 380,d. ſeductos occidit 381, a. accuſatur 381, d. Phaſaelum armis adoritur 269, a. 420, a. à Phaſaelo ſuperatur 420, a. contumaces coercet 462,d
Cl. Felicis Iudeæ præſidis geſta 380, c. 462, b
Felici Romano Druſilla Iudæa nubit 379,e
Ferreus mons vbi 520,f
Feſtus procurator ſucceßit Felici, magum oppreßit 381, c. 462, e
Feſtus latrones punit 462, e. vide Porcius.
feſtum Azymorum 178, e. 388, b
feſtum Azymorum cur inſtitutum 519,a
feſtorum dierum mores & luſtrationes 406, e. leges 49, a
fides cuilibet ſeruanda 285,e
fidei violatæ vindicta 256,d
filij contumaces & proterui in parentes quomodo mulctandi 70,b
filiorum hæreditatis ius 65,f
Flaccus Syriæ præſes 344,e
Flauius vide Ioſephus
Flauius Sylua Baſſo ſuccedit 578,e. Maſſadam obſidet 570,d
Fletus ſylua 120,b
G. Flori iniquitas, auaritia, perfidia 463, a, b, e. inuidioſis vocibus expetitur, auaritia deſperatione compeſcitur, obſidionem templi ſoluere cogitur 465, a, f. Iudæos defectionis criminatur, accuſatur 466,b
Flori nouus dolus Hieroſolymis 465, f. mendacium eiuſdem apud Ceſtium 466,b
Fœdus Dei cum Noa 6, d. Abimelechi cum Iſaaco 16, b. Iacobi & Labani 19,b
fœderis ſignum inter Deum & Noachum iris 6,e
Fonteius Agrippa à Sarmatis occiditur 573,c
fortis quis ſit 504,f
fortitudo ſapientiæ ſpecies 618,b
fortitudinis lapis 95,a
Fortunatus Agrippæ libertus 349,e
forum Hebræorum 54,b
fratris defuncti vxor ducenda 69,f
fratricidij pœna 210,b
fratrum ſeptem ſupplicia, & toleran-tia 622, 623, 624
fraus Gabaonitarum 76,e
Frontonis geſta in cuſtodia 568,d
frugum primitiæ 52,a
Fuluia Romana fit Iudaicæ Religionis 341,a
Furij centurionis animoſitas 414,c
furis pœna 299,c
furti lex 70,e

G.

GAba quid ſignificet 102,c
Gaba equitum ciuitas, cur ſic vocetur 484,a
Gabam Ebutius ſpe fruſtratus peruenit 391,a
Gabala arx 292,e
Gabaeni armis tentati 81, f. dedere ſceleratos nolunt 82, a. ad pœnam poſcuntur 82,f
Gabaenorum facinus cum vxore Leuitæ 81,d
Gabaon vicus 132,e
Gabaonitarum fraus 76, e. fœdus cum Ieſu 77, a. vide, Ieſus.
Gabaonitæ Hebræorum opem poſtulant 77,b
Gabaonitis ſeptem è Sauli progenie necandi dantur 233,d
Gabara oppidum 396,b
Gabath Saul, vicus 531,b
Gabaraganæi populus 387,d
Gabareni Ioanni ſe tradunt 391,c
Gabinius præfectus militum Pompeij vrbes dirutas reædificari iubet 259, e. Hyrcanum Hieroſolyma deducit: caſtella diruit, ibidem f. Ariſtobulum Romam mittit 260, a. reductio in Aegyptum Ptolemæo, in Syriam reuertitur 260, c. Alexandrum vincit 260,d
Gabinius Iudaicam Remp. mutat 415, d. vrbes ſubuerſas erigit 415, d. Antipatro pacem perſuaſit 416, b. Nabathæos ſuperat 416,c
Gabinij res geſtæ 415,b
Gabinio portæ Hieroſolymitanæ præcluſæ 258,a
Gabinius Alexandrum victum in quodam caſtello oppugnat 259, d, e, f
Gadas Iacobi filius naſcitur, & cur ſic vocatur 18,c
Gadara à Veſpaſiano expugnatur 487, f. à Pompeio reſtaurata 414,f
Gadareni populus 387,d
Gadarenſes Herodem accuſant 295,f. Veſpaſiano ſe dedunt 519,d
Gades è Zelpha Liæ famula natus 29,e

Index.

Gadis filij 29,e
Gaditæ à Moyſe Amoritidem impetrãt 65,c
Gaditis promiſſa renouata 74,b
Gadias aliàs Antipater 291,a
Gadus propheta Dauidi vnius è tribus malis electionem offert 134,f
Galades collis & Galadena regio 19,b
Galæſtes Agabæ morans Ariſtobulum excipit 254,c
Galanitis regio ab Agrippa deficit 394,a
Gatatæ vnde oriundi, & denominati 8,a
Galba Imperator creatur 522,c. necatur 524,c
Gales Abimelecho inſidias ſtruens indicatur: & à Sicimitis fugatur 87, a,b
Galgalalocus 75,f
Galilæa inferior quæ 484,b
Galilæa inferior & ſuperior deſcribitur, ibid.
Galilæa à Ioanne depopulata 479,c. igni repleta 485,b à Veſpaſiano inuaditur 487,c
Galilææ caput Sephoris 338,b. & Tiberias 401,a
Galilææ gubernationem Ioannes affectat 497,d
Galileæ Herodes ab Antipatro præficitur 263,c.417,f
Galilæam in pace Ioſephus retinuit 389,b
in Galilæa à Ioſepho viatoribus iter præcluditur 396,d
Galilæi ſæuientes ſermone Ioſephi ſedãtur 402,c,e. Ioſephi inimicos repudiârunt 396,b. Ioſephi inimicis aſſociatur 481,b. ab Herode deficiunt 276,d. à Samaritis opprimuntur 376,d. in Sepphoritas ſæuiunt 402,c. ab infantia pugnaciſſimi, & omni tempore plurimi 484,b
Galilæi Iudæ ſecta 337,f
Galilæorum & Samaritanorum conflictus 460,e. in Ionatham furor 397,d. in Ioſephum beneuolentia 389,d.397,a. noua inuenta, & factiones Hieroſolymis 524,f
Galliæ ſitus deſcribitur 468,b
Galliæ motus 520,d. bellum deſinit 522,c
Gallus in ſubſidium à Sepphoritis vocatur 403,a
Gallus ſaluus euadit 504,e
Galli centurionis apud Gamalam facinus 504,e
Galli à Romanis cur deficiunt 572,e
Gallorum munimenta 468,b
Gallos ſub mille & ducentis militibus ſeruire, quibus penè plures habuerint ciuitates 468,c
Gamala filius Ieſu 509,c
Gamala ciuitas rebellat 503,d. 506,c. & vbi ſita, ibidem d. exciſa 506,c
Gamala caſtellum 387,e. 388.b.403,b. à Ioſepho ſtabilitur & à Veſpaſiano obſidetur 503,e. expugnatur 505,f
Gamalæ ciuitatis deſcriptio 503,d
Gamaleſtum fides in Romanos 387,d
Gamalenſium & Romanorum conflictus 503,e
Gamalielis filium Agrippa pontificem facit 382,f
Ganges fluuius Paradiſi b,c
Gariſima vrbs 403,a
Garizin mons 210,d
Garizin templi aſylum 212,b
Garizimus mons 224,d
Gaza vrbs 259,e.414,f. vrbs ab Hebræis capi non potuit 80,f
Gaza ab Alexandro oppugnatur 250, e.f. occupata 221,b.251,a
Gazæi, Ptolemæi opem implorant 249,e
Gazæi Ionathæ ſe tradunt 240,e
Gazara Paleſtinæ vrbs à Salomone bis ædificata 248,b
de gazophylacio 562,f
Gedeon iuuenis imperium adeptus 85, c. populum liberat 85,c. imperium relicturus, confirmatur 86,c. Madianitarum caſtra explorat 85,d. ſenex mortuus 86,c
Gedeonis filij quot 86,c. ſucceſſorum bella 86,c
Gedeoni Sicimitæ ingrati 86,e
Gela Beniaminis filius 29,d
Gelſemis Leuis filius 29,d
Geman vici ſitus 460,e
gemmæ victoriæ prouinciæ 50,b,c
Gemello Herodes amicitiam renuntiat 310,b
Geneſar lacus deſcribitur 502,a,b, terra eiuſdem nominis ibid.d.
Gentium enumeratio quæ Romano imperio ſubduntur 467,d
Gentibus ſingulis à ſuis autoribus quomodo nomina ſint indita 7,f.8
Geon Paradiſi fluuius 3,c
in Gerara, Abrami migratio 12,e
Geraſa capitur 522,b
Geraſeni quomodo ſe erga Iudæos cohabitatores geſſerint 474,a
Gergeſæi populus 8,f
Germanicus Caij pater veneno ſublatus 361,e
Germanicus Claudij Cæſaris frater 380,a
Germanus augur vinctus Agippæ vincto vaticinatur 347,d
Germani, qualis gens 361,f. 468,d
Germani fortes, captiui 468,d
Germani à Romanis cur defecerint 572,f. capitolij collem occupant 528,b. ad ſobrietatem coguntur 573,a
Germanorum ſæuitia occiſo Caio oſtẽſa 361,f
Germanorum rabies frænatur 363,a
Gerſus Moyſis è Sephora filius 34,f
Geſſius Florus Iudææ procurator ſeruus 338,e
Geſſij Flori procuratoris qui Albino ſucceſſit iniuriæ 338,a iniquitas 463,a. vide Flori.
Getheris Arami filius 9.b
Getuli populus 8,d
Gigantum in Hebrone reliquiæ 80,e
Giguntum vallis 120,a
Gigantum poſteri à quibus perdomiti 119,d,e,f
Gimon propheta Baſani regi pœnam nunciat 157,d
Gimæa vicus 484,b
Gion fons 136,f
Gioræ F. Simon Romanos inuadit 476,b
Giſcala Gal. oppidulum indomitum 506,d. incenditur & diruitur 387,d. à Ioſephi militibus deprædatur 481,f
Giſcalam ſibi ſubijcere Titus decernit 506,e
Giſcalorum ſtatus 506,d. excidium 508,a
Gitta Dauidi refugium 107,d
Gitthæ mœnia à Machæra reſtaurantur 276,e.425,f
Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia 536,c. 299,f. Alexandro inuiſa 435,c. Salomem odio proſequitur 308,a. occiſo marito ad patrem cum dote remittitur 318,d. Archilao Herodis filio nubit 454,c. deinde Iubæ 336,b. ſomnia habet 336,c.454,c
Glaphyra Archelai Cappadocum regis filia moritur 336.c
gloria rerum geſtarum vnde petenda 405,e
Gobolitis, Idumæa regio dicta 20,f
Godolias Acani filius Hieroſolymorum reliquijs præficitur 188,e. Iudæos profugos in ſui tutelam recipit 189,

Index.

Goliathus Gitthæus quãtæ ſtaturæ 103, b. Hebræos in certamen prouocat, ibidem, c. occiditur, 104, b.
Gomaris filiorum progenies 8, a.
Gomarenſes, nunc Galatæ dicuntur 8, a.
Gorgias in Iudæam arma mouet 226, c e. deuincit Ioſephum & Azariam 229, a.
Gorgiæ contra Iudæos expeditio 226,
Gorgiani à Iuda victi 227, b.
Gorion Ioſephi filius 509, c. occiditur 517, c.
Gorionis F. Ioſephus belli dux 478, b
Gotholia Achabi filia, Iorami vxor in Bibliis Athalia vocatur 171 f. Dauidis ſemen delectum cupit 171, f. Hieroſolymis regnat 171 f. regno et vita priuatur 172, d.
Græcarum literarum inuentores qui 587, b.
Græco fœno perfunduntur pontium tabulata 498, c.
Græci fortes ſuos heroas & ſemideos dicunt improborumq; animas apud inferos verſari aſſerunt 456, d. imagines colere ſoliti 294, d. à Iudæis coram Agrippa accuſantur 300, e. à Ioſepho cæduntur, 388, e.
Græci hiſtorici bellum Iudaicum non attingunt 405, f. veritatem hiſtoriæ negligunt 406 b.
Græci multi in Iudæorum leges tranſiere 609, a
Græci diis victimas vouent, & hoſtiis ad epulas vtuntur 609, e.
Græci legis nomen olim ignorarunt 610, d.
Græci legislatores reprehenduntur 614, a. & qui 610, d.
Græcorum dij 614, e. fortiſſimi & religioſiſſimi qui, 609, c. quimam de rebus ſacris ſcripſerint, eorum ſcriptorum diſcordia, & cur 537, c, d.
Græcorum hiſtoriis quantum credendum 586, f.
Græcorum apud Alexandriam ſeditio 350, b: & Iudæorum ſeditio, 350, c.
Grando Aegyptiis ante Moyſen nunquam viſa 36, c.
Graptæ cognata Izatæ regis Adiabenorum aulam regiam Hieroſolymis ædificat 525, a.
Gratus miles 396, a.
Gratus militum præfectus ad Romanos deficit 332, a. Simoni ſeruo Herodis repugnat, eundemq; fugientem occidit, ibidem, d.
Grauidam calce percutiens quomodo plectendus 71, a.
Gryphus Alexandrum occidit 246, d
Gunes Nepthalim filius 29, c.

H

HAliſphragmuthoſis paſtores vincit 590, c.
Harmais rex Aegypti 591, b.
Heberus Hebræorum author 9, b.
Hebræi Moyſen ſuſceperunt 35, b. ab Aegyptiis obſeſſi 37, d. incolumes mare rubrum tranſeunt 38, b. à Moyſe corroborati 41, d. profligant Amalecitas 42, a. prædam ab iis reportant 42, b. montem accedũt 42, d. terram Amoræorum occupant 61, e. conſilio Balami ad ſtuprum inuitantur 63, a. idola colunt 64, a. Madianitas percuſſerunt 65, a. Moyſen lugent 73, c. Iordanem tranſeunt 75, a. Dei decretum intelligunt, ibidem, c. regem expetunt 95, c. Moabitas vincunt 166, c. quantopere ſuis ſcriptis credant 588, e
Hebræorum origo 9, b. afflictiones 30, c. in deſerto mora 40, f. caſtitas 43, c. cibus & veſtitus 43, c. de Moyſe opinio 56, a. dux Iapthes 87, f. Hebræorum fuga 92, d. à Palæſtinis clades 92, d. ſapientes 142, a. annales 588, b. libri quot 588, d.
Hebræis dimißio à Pharaone denegata, onus duplicatur 35, b, d.
Hebron vrbs 10, d. capta 80, e.
Hebronis vrbis conditor quis 153, e. in Hebrone Dauidis progenies 116, f.
Hecatæus Abderita philoſophus 595, c. de Iudæis, 604, e. de Abrahamo 10, a. Helena Monobazi mater 539, a.
Helena Adiabenorum regina religionem Iudaicam amplexa 374, a.
Helena Ananiam ritus ſuos docentem audit 374, e. Hieroſolyma vadens famelicos alit 375, d. moritur 377, d.
Hecatombæon menſis 61, a.
Hecatontamachi qui 250, a.
Helcanes Leuita vxores quot habuerit 91, f. & liberi eius ibidem, 92.
Helias, vide Elias.
Heliopolitanus ſacerdos Iudæorum 598, c.
Heliopolis vrbis ſitus 603, b.
Heliſæi prophetæ miraculum 521, b
Hellimus Nephthalimi filius 29, c.
Helon Iſraelitarum dux 88, c.
Heniochi Romanis ſubiecti 467, f.
Heoron arca Domini 46, c.
Herculis progenies 14, c.
Herennius Capito procurator Iamniæ 345, a.
Hermæus Danaus Aegypti rex 598, a.
Hermippus Græcus hiſtoricus 594, c.
Hermogenes Græcus de Iudæis 597, b
Herodes Agrippæ frater rex Chalcidis 368, f. moritur 377, f.
Herodes Antipatri filius, venator, bellator 432, d. ab Antipatro Galilææ præficitur 263 c. Ezeciam latronẽ tollit 263, d. tyrannidis & iniuſtitiæ inſimulatur 263, f. iudicibus omnibus occiſis, Sameam honorat 264, c. ab Hyrcano admonitus, ſaluti fuga conſulit 264, c. Cœleſyriæ dux deſignatur 268, c. Malichum doloſè occidit 298, e. in morbum incidens, reſtituta ſanitate, contra Felicem proficiſcitur 269, a. à Iudæorum legatis accuſatur 269, c. in Bithynia Antonium conciliat 269, c. ab Antonio tetrarcha ordinatur 270, c. Antigono repugnat 271, b. cumq; vincit, 420, c. vt comprehendatur Parthi laborant, 271, f. cum familia fugit, ſibi manus inferre nititur: ſæpè à Parthis impugnatus victor diſcedit: Maſſadam caſtellum ingreditur 272, a, b, c. à Malcho Arabiæ rege repudiatus, regno excedere iubetur 272, f. in Aegyptum contendit: Romam properat: Antonio caſus ſuos narrat: ab Auguſto Cæſare iuuatur: Senatui Romano commendatur: & Iudææ rex declaratur, 273, a, b, c, d, e. milites contra Antigonũ colligit: Ioppem occupat: multos ſibi adiungit: Reſſa caſtello capto Hieroſolyma petit: & quare vrbem adortus ſit, proclamari mandat: à mœnibus arcetur: de commeatu proſpicit: equitatu Hierichũtem petit 274, b, c, d, e. latrones à maleficiis cohibet, hoſtem Antigonum vincit, & tota Galilæa potitur: armis cum Antigono decertat: defectores morte afficit: à Machæra auxilium accipit 275, b, e, f. Antonio Samoſata obſidenti auxiliaturus inſidiis Barbarorum impetitur: Barbaros profligans ſpoliat: ab Antonio honorificè excipitur, & comiter ſalutatur: Galilæos deficientes pugna propulſat: triclinij caſum mirè euadit, vulneratur 276 b, c, e, f. Antigonianos vincit, et lauans

lauans periculum illæſus mirificè eſ fugit: Pappi caput Pheroræ tradi præcipit, Hieroſolymis oppugnandis exercitum admouet, atq; nuptias celebrat, annonæ difficultati proſpi cit: Hieroſolyma expugnat 277 deuictis hoſtibus militares copias, compeſcit: rapinas per vrbem fieri prohibet, et vrbem ab vlteriore vexatione pecuniis exercitui datis redimit 278,b,c. amicos promouet, inimicos tollit: factionis Antigonianæ primates interficit 279, b, c. Ariſtobulo pontificatum attribuit: Ananelo pontificatum abrogat 280. Ariſtobulo inſidias ſtruit: eundem tolli curat, ad Antoniũ vocatur cauſam de Ariſtobuli nece dicturus, vxoris ſuæ necem Ioſepho patruo ſuo præcipit: Antonium donis cæcat 282,d. à Cleopatra ad ſtuprum ſolicitatur: Cleopatram occidere conſultat 283,e,f. Cleopatrã in Aegyptum ducit: Antonio opitulatur: Arabes vincit 429,b. ſed Athenionis proditiõe vincitur 284,b,c,d, e.428. Hyrcanũ tollit. 286, e.287, c. à Cæſare regnũ obtinuit 288, a.

Herodes Doride repudiata Mariammem reducit 432,e. calumniis oppreſſam occidit 288, e. vxoris occiſæ cauſa affligitur 290, d. intimos amicos occidit 291,a. Athletica certamina inſtituit 291, e. fame laborantibus ſubuenit 293,d. Hieroſolymis regiam ædificat 294, a. Simonis filiam vxorem duxit 294,b. maleficia coercet 295, d. Cæſari templum extruit: tributa minuens ſeditionibus occurrit: populũ ſacramento obſtringit: de Eſſæis religioſè ſentit 296,b,d.297,a.

Herodes filios apud Cæſarem accuſans, lachrymis ad miſericordiam mouetur 303,f. filios in vincula conijcit 314,b. filios apud Barytum damnat 315, e. iudicio conſeruati, ſupplicio adiudicantur 316,b.439, d. atq; eos ſtrangulari iubet 317, b. quot vxores & liberos habuerit 319,a.440,f. Phariſæos necat 320, b. quinquennale certamen habet 305,d. Antipatridem oppidum cõdit 305,e. monumentum Dauidis ſpoliat 139,b.307,d. turbis domeſticis agitatus 309,e. amicitiam intimis renuntiat 310,b. ac mortem optat 311, b. Traehonitas trucidat 311,f. latrones ad ſupplicium poſcit 312,a. Raptam caſtellum diruit à Syllæo accuſatur 312,c,d. cõtra Syllæum defenditur 315, c. ſibi manus illaturus Antipatrum iubet occidi 327,e. funeratus lugetur 328,d.448,a.

Herodiani regni diuiſio 453,b.

Herodis ſucceſſores 448,c.

Herodis progenies 278,d.343,c.

ab Herode cur vrbes conditæ 338, a. 430,e.

Herodes Herodis filius ab Aretâ bello vincitur 342,d. 441,e. Tiberiadem vrbem condit 338. Artabanũ & Vitellium conuiuio excipit 342. vxorem Aretæ filiam repudians fratris coniugem reducit, ibidem, d. Ioannem Baptiſtam occidit 343,a. in exilium abigitur 350, a.349,b. in Hiſpaniam fugit 458,a. occiditur 339,a.

Herodias Herodem ad nauigandum Romam, regiam dignitatem recepturũ, impellit 349,c.

Herodes Phaſaeli filius 343,d.

Herodium oppidum 272,c. deſcribitur 575,e.

Herodotus de Aegyptiis 609,f. Aegyptiorum regum nomina, cur non dicat 148,e. de Suſaco 154,d. Iudæorum circumciſione 594,e.

Hezarbunis dux militum capitur 86,b

Hiberi olim, dicuntur Romani 604,e.

Hieremias propheta Ioſiæ epicedium ſcribit 184,d. accuſatus ad ſupplicium depoſcitur: liberatur: librum ſuum populo prælegendum tradit 185,b,c. Sedeciam à Pſeudoprophetis ſeductum monet 186, a. de captiuitate Babilonica vaticinans cõtemnitur: in iudicium ducitur, affligitur: in carcerem conjectus futura prædicit: deſpicitur, torquetur 186, d,e,f. in puteum ſine demittitur: extrahitur: fruſtrà, Sedeciam, vt vrbem Babiloniis traderet, monet 187, a,b. à Babylonio muneribus donatur: vbi moretur: Baruchum è carcere liberat, 188,c. in Aegyptum abducitur 189,c. Iudæis fruſtrà ſuadet, vt Babyloniis ſeruiant 189,e.

Hieremiæ oraculorũ certitudo 187,f.

Hieremias militum Ioſephi præfectus 403,b.

Hiericho vrbs 62,a. deſcribitur 520, f. euertitur 75,d. à Romanis vaſtatur 274,f. eius præfectus murorũ fabricæ 151,c. vaticinio ſe regem futurum cognoſcit, decem tribuum rex eligitur, & Sicimis habitat 151, e. populum ad defectionem ſollicitat: Solomonis iram refugit 151, c,d. aureas vitulas facit 152,d. à falſo propheta ſeducitur 153, b. filio ſuo ægrotante quid reſponſi à propheta acceperit 155, a. contra Abiam ducit exercitũ 155,c. vincitur ac moritur, relicto regni ſucceſſore Nadabo 156,b.

Hieroboami tota familia à Baſane extinguitur 156,f.

Hieroboamus Ioæ filius Iſraelitarum rex 175,d. Syriam ſuo regno impius adijcit, ibidem. Zacharia filio hærede relicto moritur 176,a.

Hieronymus hiſtoricus Iudæorũ 597 a. Antiochi regis amicus, Syriam adminiſtrat 597, a. Hieroſolyma vrbs pulcherrima & maxima 596, b. Solyma dicta 11,b.119,e. vnde nomen ſumpſerit 596,e. eius primus conditor quis 569,c. Hieroſolyma obſeſſa à Raſe Damaſcenorũ rege 177,c. à Babylonio 185, e.186,c. ab Herode & Soſio 277, d,f. à Pompeio 414,a. ab Herode 423,e. à Ceſtio 475,f. à Tito 549,c. Capta & vaſtata à Chananæis 80,d. à Dauide 119,d. à Suſaco rege 112,a.154,c,d. à Nabuchodonoſoro 187,d. à Nabuzardane 188, b. ab Herodianis 277, f. à Tito Cæſare 405,e. ab Antiocho Epiphane 407,b. ab Herode & Soſio 426,f. 427,a,c. à Tito ac Babyloniorũ rege 544,e. à Veſpaſiano 569, c. ab Antiocho Epiphane 571,c. à Romanis 583, b. inſtaurata à Salomone 148,b. ab Ozia 176,b. à Manaſſe Ezechiæ ex Achiba filio 182,e. à Nehemia 204, a.

Hieroſolymitani diſcordes 517, e.529, b. vnanimes 540,b.

Hieroſælymitæ ab Antiocho ad alienos mores cogi non poſſunt 627,c.

Hieroſolymitarum fames 546, b. 549,e.

Hieroſolymitanorum & Agryppæ diſſidium 391,f.

Hiezechiel in Babylonem abducitur 185,e. templum vaſtandum prædicit 186,b.

Hiezechielis oracula ſolida 187,f.

Hippeni Iudæos cohabitatores malè tractant 473,f.

Hippicos turris 535,d.

Hippodromus, locus 447,c.

Hiramus Tyriorum rex, Vide Iromus.

Hirenæ concubinæ Ptolemæi Phyſconis ſobrietas 605,d.

Hiſpania Hiſtoriographis ignota 589,f.

Hiſpani Romanis parent 468,c.

Index.

historia Antiquitatum Iudaicarum quot annorum res gestas contineat 586,e
historia breuis Hierosolymæ vrbis 569,c
historiæ veræ indicium quod 588,a
historiæ cur scribendæ 1,a
historijs suis Iosephus fidem facit 401,f
historias suas Iosephus cur conscripserit 1,b
historiarum Biblicarum finis in Iosepho 245,a
historicus falsitatis arguitur 401,d
historici officium & finis 255,b. 400,c
historici de Iudæis 597,b
historiographi optimi qui 406,a
historiographi Græci bellum Iudaicum reticent 405,f. veritatem historiæ negligunt 406,b
historiographi Græci Hispaniam ignorant 589,f
holocautoma sacrificium cur dictum 50,f
Homeri carminis vetustas, & an ab Homero quid scriptum sit 587,b
homo sui interitus autor 6,d
hominis creatio 3, a. ætas constituta 9,d
hominum scelera 5,b. commertia quorsum vitanda quibus 52,e,f
homicidium Dauidis 123,f. 124,c
de Homicidijs Draco leges conscripsit 587,c. homicidarum inuitorum asyla 65,e
homicidij incerti inquisitio qualis fiat 68,b
Homonæa, loci nomen 398,c
horti pensiles à Nabuchodonosor extructi 192,c
Hycsos quid significet 590,d
Hyoscyamus herba 48,b
Hyperberetæus mensis 51,d
Hyrcanium vicus 428,b
Hyrcanus Iosephi filius fratribus odiosus 221, c. in solitudinem cum bobus ablegatur 221, c. in Aegyptum mittitur 221, e. insidijs fratrum petitur 221,f
Hyrcanus Arionem dispensatorem vinculis tradit 222, a. eundemque numerato precio dimisit 212,b. accusatus, causam suam agit 222,b. fratres insidiatores prælio vincit 222, f. Arabibus molestus 223,b
Hyrcani sales 222, c. facultates Antiochus occupat 223,d. detestabile exitium 223,d
Hyrcanus Simonis filius Ptolemæum oppugnat 244, f. à quo matrem & fratres suos torqueri videt: atque interfici cognoscit 244,f. 245, a. ex Dauidis monumento pecuniam petit 245,e. in Syriam expeditionem instituit 245,f Romanam amicitiam renouat 246, a. pace fruitur 246, d. Samariam, nunc Sebastem dictum, obsidet 246, e. solo æquat 247, b. cum Deo colloquitur, ibidem. in Pharisæorum odium incidit: functionis causa ab Eleazaro arguitur 247,c, d. à Pharisæis ad Sadducæos deficit 247,e
Hyrcani de filijs vaticinium 248,a. mors & laus 247,f
Hyrcanus Alexandri Iannæi filius 253, c. matri inuidens Aristobulum accusat 254,d. cum Aristobulo de regno contendit, 255, c. 257, e.d. ad Aretam confugit, ibidem & pauper 256,f. apud Pompeium accusatur 257, c. pontifex constituitur eius nominis primus 259, a. 341, d. 408, e. Hierosolyma deducitur, 259,f. in pontificatu confirmatur 262,c. accusatur, ibidem d. pontifex declaratur, d. 412,b. 414, e. mœnia patriæ collapsa restituendi potestatem accipit 262,e. Herodem Antipatri filium in ius vocat fugit: increpatur 264,a,c, d. prouentus annuos accipit 265, d. Antonio auream coronam offert 269,d. à Parthis impetitur 271, d. vinctus ducitur e, 422, c. auribus priuatur 272, e. dimissus à Parthis ad Herodem reuertitur 279,d. à Iudæis honoratur, ibidem e. ab Herode occiditur 287, c. 286, c. 432,e
Hyrcani cum Aristobulo fœdus 255,c. 411,f. bonitas 255,e
Hyrcano prouentus & loca adiudicantur 265,d

I.

Iabes à Naase obsidione cingitur 97,d
Iabesinis auxilium à Saulo promissum 97,e
Iabinus Chananæorum rex Hebræos opprimit 84, c. ipseque interit 85,a
Iabissa vrbs: & Iabissenorum erga Saulum, & filios eius extinctos officium 115,c
Iabisus vrbs Galaditidis occupata: omnesq; eius habitatores, exceptis 400 virginibus, cæsi 82,d
Iachenus Simeonis filius 29,d
Iachin, columna vestibuli templi 144,a
Iacimus filius Zamaris 319,d
Iacimus pontifex 384,a
Iacimus pontifex, vide, Alcimus
Iacimi filius à Gamala abijt 393,e
Iacobus Isaaci filius nascitur 15,e. Esauo benedictionem præripit 16, c fratris iram fugiens in Mesopotamiam tendit: dormiens cuiusmodi vistonem habuerit 16,f. consolatione diuina erigitur: votum deo facit 17,a. ducit Prachelem vxorem 18, b. à Socero fugit in patriam 18,d. cum fratre Esauo redit in gratiam 19, c. cum angelo luctatur, ibidem d. Israel vocatur, ibidem. cum Esauo paternam hæreditatem partitur 20,d. opulentus & fœlix 21, a. Iosephum filium luget 22,c. filios in Aegyptum frumentatum mittit 25,c. Iosephum adhuc viuere intelligit 29, a. ad Iosepum migrat 29, b,c. Pharaonem salutat 30, a. natus annos 147, moritur: imq; Hebrone sepelitur, ibid.c
Iacobus Apostolus, frater Iesu Christi lapidatur 382,c
Iacobus Idumeæ rector patriam prodit 523,d
Iacobus Iudæ Galilæi filius crucifigitur 377,e
Iacobus, septimus è fratribus Macchabæi, supplicio afficitur 624,a
Iacobus Sosæ filius dux militum 567,b
Iaddus Ioannis patris loco pontifex constituitur 210, b. ab Alexandro familiariter excipitur immunitatem tributorum impetrat 211,d,f. moritur 212,c
Iadon propheta Hieroboami idololatriam obiurgans in eius aram vaticinatur 152,f. deo inobediens à leone necatur 153,c
Iairus Galadenus, Hebræorum princeps 87,e
Iale Sisarem occidit 84,f. 85,a
Iaminus Simeonis filius 29,d
Ianel Zabulonis filius 29,d
Ianias rex Iudæorum 590,d
Iannæus Leui filius 391,e
Iapha Galileæ vicus 396, b. capta à Tito 494,b. à Traiano expugnatus 493,e
Iaphæi à suis excluduntur 493,f
Iaphetus filius Noe 7, a. eius posteri 7,f. 8,a.
Iaphtha Ephremitarum victor, filiam immolat 8,b

Index.

Iaphthes Hebræorum dux 87,f. votum facit 88,a. sepelitur 88,c
Iarmensis 143,a
Iardes saltus seu sylua ab exercitu Romano cingitur 577,c
Iaredus quis 4,d
Iason aliàs Iesus Oniæ pontificis filius vocatur 228,d
Iason pontifex impius 620,a
Iauanis filiorum genus 8,b
Iaus filius Esai 20,f
Iazares filius Abrami è Chætura 14,d
Iaziel vates Iosaphato victoriam promittit 164,d
Iazoron vrbs à Iuda Macchabæo expugnata, & concremata 228,a
Iberi populus 8,a
Ibium & serpentum odium 33,b
idololatra Achabus 158,e. Achases offert filium 177,c. Amasias, 174, f. Hieroboamus 152,d. 155,a. Ochozias 165,d. Salomon 150,d
idololatræ Chutæi 180,a
idola Ieroſolymis ab Ezecia rege abolentur 179,a
idola à Matthia Aſſamonæi filio tollun tur 225,d
idolorum euerſio præcepta 66,e
Idumæa vnde nomen ſuum ſortita 20, e. olim Adoma, Amalecitis & Gobolitis appellata, ibid.f
Idumæa vaſtatur 523,f.524,c
Idumæus patriam prodit 523,d
Idumæi ſceleratiſſimi 579,c. ab Amaſia victi 173, f. 174, e. domiti à Ioabo 122, b. à Iuda debellantur 228,a. ſubacti, circumcidi coguntur 246, a. à Iudæis deſciſcunt 169,c. tabernaculæ erigunt 514,c. Hieroſolymitanos trucidant 515,b
Idumæorum diſſidium 525,a. duces de ſe tradendis conſultant 567,b. ad bella alacritas 512, b. ſæuitia 516,b
Ieboſthus Sauli filius periculo eripitur: rex deſignatur 116,b. Abneri interitum ægrè fert: dormiens occiditur 118,d
Ieboſthi caput Dauidi adferentes, obiurgantur, & necantur 118,e
Iebuſæi populus 8,f. ludibrio Dauidem exponentes cæduntur 119,c
Iechonias è carcere dimiſſus regiæ Babylonicæ præficitur 192,d. vide infra Ioachimus : nam binominis fuit.
ieiunium Dauidis ob Abenerum 118,b. Iſraelitarum 94,d. Iudæorum triduanum 206,e
Ieraſa Iothami mater, Oziæ regis vxor 177,a
Iefrael vrbs 159,d
Ieſſæus filius Obedæ 91,d.
Ieſſæi filij qui 102,d
Ieſus Chriſtus quando crucifixus 340,a
Ieſus Anani filius Hieroſolymæ excidiũ prædixit 564,b
Ieſus tormenti lapide perimitur 564,c
Ieſus Damnei filius in pontificatu firmatur 382,d
Ieſus Gamalielis filius ab Agrippa pontifex conſtituitur 382,f. deponitur 383,d
Ieſus Iaſon dictus ſacerdotium adipiſcitur, eodem priuatur 223,d. cum Onia fratre ſeditionem mouet, ibidem,e
Ieſus Naueci filius, aliàs Ioſua dictus à Moſe exercitui præficitur 41, e. Amalecitas vincit 42, a. vnà cum Chalebo populum Chananæorum multitudine territum, conſolatur 55, c. Moyſi ſuccedit 65,c. pro ſalute populi ſibi peragenda prædicit 72, f. Chananæam explorans in Hierichuntem ſuos mittit: Rubenitis & Gaditis promiſſiones Moyſi factas renouat 74, b. Iordanem cum exercitu traijcit: Hierichuntem euertit 75, a, b, d. Aiam excindit 76,c. cum Gabaonitis fœdus iniens, Hieroſolymitas vincit, reges quinque cædit 77, a, b, d. oppida munit, ibidem f. Chananæam terram victoria quæſitam tribubus diuidit 78, b, c. hoſtes extirpari præcipit; prædam acceptam diſtribuit: Tranſiordanenſes dimittit, ibidem e, f. Sicima ſibi domicilium eligens moritur 80, b. ſepelitur, ibidem c
Ieſu aliàs Ioſuæ verba nouiſſima 80,b
Ieſus Phabetis filius pontificatu priuatur 294,b
Ieſus pontifex multitudinem Hieroſolymitanam alloquitur 512, d. Zelotas in vrbe ſupprimi monet 513, d. moritur 515,c. cum Anano occiſus laudatur, ibid.d
Ieſus Saphiæ filius nautarum & inopum factionis dux palatium incendit, Græcos interimit 388, f. latronum princeps, Ioſepho inſidias ſtruit: comprehenditur, dimittitur 390, d, e. ſummum magiſtratum gerens populum à Ioſepho auocare nititur 391, f. 398, b. de ſuppellectile regiæ incenſæ ex Ioſepho quærit 399, a
Ieſus Sapphæ filius, vnus è pontificibus militum dux optatur 478,b
Ieſus Thebuthij filius ſacerdos Tito ſacra donaria tradit 567,c
Ieſus Tobiæ F. latronum dux 499, d. ad Taricheas cum ſocijs confugit, ibidem, e. nouali prælio cum Romanis certat 500, b. vincitur 501,c
Ieſus Siæ filius pontifex 335,f
Ieſus Ioſedeci pontificis filius à Cyro Perſarum rege pontifex deſignatur 383, f. altare erigit 199,c
Ietheglæus aliàs Raguel 34,a
Iethra Moyſis ſocer 80,e
Ieus Amaſis F. Ramatham expugnans rex Iſraelitarum inungitur 170,a. Ioramum & Iezabelam occidit, ibidem e, f. Iezabelam ſepeliri mandat: Achabi & Ochoziæ cognationem tollit: Baalis ſacerdotes necat: poſteritatis ſuæ promiſſionem accipit 171, a, c, d, e. regionem ab Azaele vaſtari ſinit: degenerans moritur & ſepelitur: Ioazam filium ſucceſſorem relinquit 173,a
Ieus Nemeſſæi filius rex Iſraelis 159,f
Ieus propheta Ioſaphatum regem Hieroſolymorum, ob impio Achabo cõtra Adadum latas ſuppetias, arguit 164,b
Iezabela filia Ithobali, Achabi vxor 158,a. impia, in prophetas ſæuit, ibidem e. Eliæ prophetæ, quod prophetas ipſius interfeciſſet, necem minatur 159, d. Nabuthum ob vineam denegatum per calumniam occidit 160,b
Iezabela iuſſu Iei regis de turri præcipitata ab equitibus conculcatur 170,f
Iezeciel propheta 184,e
igne extincti filij Aaronis 49,f
Illyrici Romanis ſubditi 468,b
imagines colere Græci ſoliti 294,d
immunda quæ Moyſi 52,d
immundi homines qui 52,e
impedimentorum cuſtodibus æquè ac pugnantibus præda partienda 114,e
Imperatores Rom. templum Hieroſolymitanum honorauerunt ſemper atq; ornauerunt 551,e
Imperij Romani fines quouſq; tendant 468, 486, f
impoſtores & Magi Hieroſolymis turbas poſt ſe trahunt 380,f
indulgentia quando q; noxia 101,e
Indici philoſophi 595,a
Indorum philoſophi igne ſibi admoto moriuntur 582,c
ingenij humani prauitas 108,d
ingratitudo Ægyptiorum 33,d. Demetrij in Ionatham 240,c

ingrati

Index.

ingrati Sicimitæ Gedeoni 86,e
iniuria maxima quæ 67,d
inobediens Deo propheta necatur 153, c,d
inobedientiæ pœna 70,b
inobedientia Sauli 101,d
inſaniam ſimulat Dauid 107,d
inuenti lex 70,f.
inuenta debere reſtitui ibidem
inuidia pietate vincitur 108,d
Ioabus Dauidis ſororis filius, Abenero pugnaturo occurrit 116,c. Abenero inſidiatur: eundemque perſequitur 116,e, 117,d. enecat,ibidem, e.138,e. exercitui Dauidis præfectus Idumæos donat 122, b. Syros vincit 123, c. contra Ammanitas pugnat & ſuperat, ibidem,b
Ioabus pro Abeſalomo intercedit apud Dauidem 126,d. Abeſalomo armis reſiſtit 129,f. Abeſalomum interimit 130,b. Dauidem obiurgat, Abeſalomum lugentem 130,f. Amaſam doloſe occidit 132,e. Sabæo reſiſtit 132,e. Abelmacheam obſidet 133, a. Adonia deleto,metuit 140,b.in tẽ plo occiditur 140,c
Ioabi frater Aſael 116,d
Ioabi militis virtus 119,d
Ioachabes naſcitur, & quid ſignificet 92,f
Ioachimus aliàs Iechonias Ioacimi filius rex Iudææ conſtituitur 185, d,e
Ioachimus à Babylonio obſidetur, & abducitur 185,e. liberatus è vinculis regiæ Babylonicæ præficitur 192,d
Ioacimus Ieſu filius pontifex 201, d.mo ritur 203,b
Ioacimus Ioſiæ filius, aliàs Eliacimus regnum patris, tributarium Aegyptijs factum,accipit 184,e.tributarius etiam Babylonijs fit 185, b.occiditur, ibid.d
Ioadus pontifex Gotholiam regno ſpoliat & occidit 172,d
Ioaſum regem conſtituit, ibidem a. religionem curans populum in Ioaſi verba cogit 172,d. templo reſtaurando ſtudet 173,b. moritur, ibidem,e
Ioado præceptore defuncto, Ioaſus degenerat 173,d
Ioannes, aliàs Hyrcanus, vide Hyrcanus.
Ioannes Ananiæ filius Gophniticæ & Acrabatenæ regionum rector deſignatur 478,c
Ioannes Aſamonæi filius occiditur 408,c
Ioannes Baptiſta ab Herode occiditur 343,a
Ioannes Careæ filius dux profugorum Hieroſolymitanorum Godoliæ fideliter conſulit 189,a,b. Iſmaelem Godoliæ occiſorem perſequitur,captiuos ab eodem recipit,ibid.d,e. Hieremiam conſulit, & eum in Aegyptum abducit, ibid.f
Ioannes dux militum Ionathæ frater occiditur 234,a
Ioannes Eſſæus toparchias adminiſtraturus,Tamnam mittitur 478,b
Ioannes Gaddis Matthiæ filius 225,a.à Medabenſibus Amaræis occiditur 234,a
Ioannes Idumæorũ dux ab Arabe quodam ſagitta occiditur 540,d
Ioannes Iudæ filius pontifex fratrem, Ieſum nomine, in templo interficit 210,a.punitur, ibid.b
Ionathæ ac Iudæ fratris Ioannis interitum vindicat, ibid b
Ioannis pontificis monumento aggeres à Tito admouentur 43,c
Ioannis Iudæ fratris mors 408.c
Ioannes Hyrcanus effœminatus 409, a,moritur,ibid.d.vidi Hyrcanus.
Ioannes Leui filius Giſchalenſis,Galilæos à Ioſepho auocat:Gabarenos ſibi copulat 391, b,c.Ioſepho per Simonem imperium abrogat 394,b.contra Ioſephum conſilium pronunciat 396,c,d.399,e.conſilio Ioſephi à ſuis deſeritur 402,b
Ioannes Giſcala, aliàs Giſcalenus ſicarios moderatiores eſſe demonſtrat 579,b
Ioannis Giſcalæi malitia 479,b
Ioannes Leuiæ filius homo fallax 506, d.ambitioſus,arrogans 518,d. Ioſephi iuſſu Giſchalam muro cingit 478,d.Ioſepho inſurgit:comitatum audaciæ inuenit:Galilæam depopulatur, auarus Galilææ gubernacula affectat, & falſos rumores de Ioſepho ſpargit 479, b,d.Ioſephum iubet interfici 480,e. fugit 480,f. 507,b.fugam diſſimulat:Hieroſolymitanos ad bellum incitat 508,b. quantum exercitum habuerit 588, f.& vbi caſtra ſua poſuerit 539,a. Ioſepho inſidiatur 481,a. Titum fallere conatur 507,b. arcana reuelans 511,c. & fanum occupans ſeditionem mouet 533 a, b. turres erigit 530, d. ſtrenuè Tito repugnat 541,b.Romanis aditum obſtruit 546,a. arte Romanorum aggeres deijcit 548,a. ad ſacrilegia ſe conuertitur 551, e. Ioſephum conuiciatur 556,a. à Romanis capitur 569,b.in Italiam portatur 574,b
Ioannis & Simonis crudelitas 546,e
Ioas ſeu Ioaſes filius Ioazæ Iſraelitarum rex pius,Eliſæum ægrotum inuiſit: lamentans ab Eliſæo conſolatur: Adadum Syriæ regem tribus prælijs vincit:moriens regnum filio Hieroboamo reliquit 174, a, b, c
Ioas Amaſiæ literis ad bellum irritatur 175, a. contemnit Amaſiæ minas, quem in pugna capit,ibid.b.Hieroſolyma populatur 175,b
Ioaſus Ochoſiæ filius à Gotholiæ ſæuitia ſeruatur 172,a. in templo cuſtoditus,oleo ſacro iunctus rex proclamatur 172,c. necari à Gotholia iubetur 172,d. templum inſtaurat 173, a. mortuo præceptore Ioado, degenerat 173,d. Zachariam lapidat 173, d. Amaſiam vincit 174, d.templum ſpoliat, morbo corripitur,& moritur 173,e
Ioaſi probitas 172,f
Ioazarus dux contra Ioſephum Matthiæ filium mittitur 481,b
Ioazarus F.Ioſepho inuidet 394,d.
Ioazarus pontifex conſtituitur 326, e. pontificatu priuatur 335, e. 338,a
Ioazas filius Iei regnum paternum aſſequitur 173, f. dei beneficio liberatus ab Aſaele,moritur 174,a
Ioazæ precatio 174,a
Ioazus Ioſiæ filius regnum paternum capit, vir impius, at captiuus in Aegyptum abducitur & moritur, 184,e
Iobacchus torrens 19,d
Iobel quis fuerit 4,d
Iobelus quid ſignificet 53,e
Iobeli anni remiſſio & libertas 53,e
Iochabel mater Moyſis 31,e
Iodes filius Geræ Egloni Moabitarum regi familiaritate iungitur 83,f
Iodes Eglonam interimit 84,a
Iodes à Moabitis oppreſſos Hebræos libertati reſtituit 84,b
Ioel Samuelis filius 95,b
Iolamus filius Eſai 20,f
Iohel Samuelis filius, quomodo ſe in principatu geſſerit 95,b
Ionas propheta Hieroboamo Amaſiæ filio vaticinatur:ad Niniuitas mittitur,& in mare proijcitur, ac à cete hauſtus poſt triduum viuus in terrã reuomitur 175,d,e,f

Index.

Ionia vnde ſic dicta 8,a
Ionici Iudæi apud Agrippam Gentiliũ iniurias queruntur 300,e
Ionum in Iudæos odium 218,c
Ionathas Amani filius pontificatum ab Agrippa oblatum repudians, fratri Matthiæ eum conciliat 370,c. quid geſſerit 461,b
Ionathas Aſamonæi filius Antiochi Epiphanis filio reconciliatur, à Tryphone captus occiditur 408,c
Ionathas Sauli filius caſtrum Palæſtinorum expugnat: hoſtes vnico tantùm armigero comitatus aggreditur, Palæſtinos 20, occidit 99,a,e,f. animoſus & honeſtus 100, d. Dauidem amat 105,c.106,d.e. fœdus cum eo init, ibidem d.109, caſtra Palæſtinorum viſitat 99,e. Palæſtinos conficit 99,e. Sedigitum vincit 133,f. Dauidi liberos commendat 106,e. patrem Dauidi reconciliat 105,c. Dauidi patris mentem aperit 105,b. à facie patris profugit 107,b. morti addicitur & eximitur 190,e. in pugna contra Palæſtinos occumbit 114,f. eius poſteri à Dauide honorãtur 122,e
Ionathæ interitũ Dauid deplorat 116,a
Ionathas quidam Sadducæus cum Phariſæis contendit 247,d
Ionathas homo viliſſimus, ad ſingulare certamen Romanos prouocat, Pudẽtem equitum Romanum duello victum interficit: & à Priſco centurione ſagitta transfigitur 558,e,f.
Ionathas Matthiæ filius, defuncto fratri Iudæ in imperij adminiſtratione ſuccedit 233,d. ſuffragijs Iudæorum dux fit, ibid. e. Bacchidem ſuperat 234,a
Ionathas Medabenſes vlciſcitur 234,b. inſidias vitat 234,d. Bethalagæ obſeſſus 234,d. in Bacchidis caſtra irrumpit 234,e. Bacchidem compulit diſcedere 234, e. patriæ religionis obſeruans 235,a
Ionathas pontifex fit ſtolam pontificiã induens, exercitum conducit 235,e. ad nuptias Alexandri vocatus honore afficitur 237,d. Ioppen occupauit 237,f. Apollonium ſuperat 238,a. ab Alexãdro munera captat 238,c. Demetrium donis placat 239,c. à Ptolemæo honorificè excipitur 238,d. Azotum inflammat 238,d. in amicitiam Tryphonis recipitur 239,e. Demetriũ vt eijciat præſtdia rogat 239 f. in Demetrij duces exercitũ cogit 240,d. in Arabiam tendens Nabatæos vaſtat 241,f
Ionathas Matthiæ filius.
Ionathas Demetrianos vincit 241,d
Ionathas Romanorum & Lacædemoniorum amicitiam renouat 241,b. exercitu dimiſſo, Tryphonem proſequitur, et capitur 242,d. dolo captꝰ interficitur 241,c.384,b.242,d
Ionathæ Vitellius pontificatum cõfert 241,c
Ionathæ monumentum 243,e
à Ionatha ſucceſſiones principum vſq; ad Ariſtobulum 408,c,d
Ionathas Abſalomi filius Ioppen mittitur 243,b
Ionathas aliàs Ionadab Ammonis ſocius 125,d. Dauidem ſolatur 126,a
Ionathas Phariſæus malitioſè in Ioſephum mentitur 398,c
Ionathas ad Ioſephũ quid ſcribit 396,a de fuga cogitat 397,b. Darabitta venit 399,f. à Ioſepho Hieroſolyma mittitur 400,d. præſidia è caſtellis Iudeæ amoueri petit 239,f
Ionathas pontifex primus Maſſadam ædificat & nomen id imponit 580,a
Ionathas pontifex à Felice occiditur 380,d
Ionathas pontifex à ſicarijs occiſus 461,f
Ionathas Samæ filius virum ſex cubitorum ſternit 133,f
Ionathas textor, ſicariorum princeps, Iudæos incautos ſeducit, comprehenſus ad Catullũ ducitur 585,e. viuuſq; exuritur 586,a
Ionici Iudæi Græcos cur accuſarint 300, e
Ioppe ab Herode expugnatur 274,c. 423,e. à Ionatha occupatur 237,f. à Simone occupatur 242,a. importuoſa 498,c. diruitur ibid. c. eius ſitus deſcribitur, ibid. ſeditioſorum receptaculum 498,c
Ioppe à Ceſtij militibus capitur, diripitur & incenditur 475,c. bis à Romanis exciſa eſt 498,e
Ioppeni fluctuum tempeſtate obruti 498,d
Ioppenſium interfectorum quot M. 498,e
Ioramus Achabi filius Ochoziæ fratri in regno ſuccedit 165, d. à Ioſaphato auxiliũ petit 165, eademq; præſidium promittitur 165,f. Moabitarũ regi bellum facit 165,c. Moabitas vicit 164, a. de inſidijs ab Eliſæo admonetur 166,f. fame vrgente Eliſæum interfici iubet, cuius mandati eũ mox pœnitet 167,e. obſidione Adadi liberatur 168,d. Ramatham obſidens telo petitur 169,f. vulneri metuitur 170,b. cum tota ſtirpe ab Ieh occiditur 170, c. 169,e. & cadauer eius in agrum Nabathi proijcitur 170,c
Ioramí exercitus deletus 169,d
in Ioramum factio Arabum 169,e
Ioramus Ioſaphati filius in regnum paternum ſuccedit 166,e. fratres & amicos paternos occidit 169,b. ab Idumæis alijſq; gentibus deſeritur, ibid. c. ab Elia literis increpatur 169,d. & ſuum factum cognoſcit, ibid. moritur, & pro merito tractatur 170,d
Iordanis fontium origo 501,e
Iordanis refertus mortuis 520,c
Iordanem traiecerunt Hebræi 75,a
Ioſabetha Ochoziæ ſoror pontificij Ioado nupta 172,a. Ioaſum ſeruat
Ioſadochus pontifex Babylonem vinctus ducitur, vinculis eximitur 188,d
Ioſaphatus Achili filius à commẽtarijs Dauidis 122,c
Ioſaphatus Aſani filius pius patri ſuccedit 157,f. præſidia vi bibus ſuis imponit, & collapſam religionem reſtituit 162,b,c. cum Achabo fœdus facit, ibid. d. quantos habuerit exercitus 162,d. cũ Achabo in Syros contẽdit 163, c. à Ieu propheta increpatur 164,b. pietatẽ ac iuſtitiã colit 162, b. 164,b. bello impetitus Dei opem implorat, ibid. d. Ammanitas et Moabitas citra ſanguinem vincit 164,f. cum Ioramo Moabitis bellum infert 165,f. moritur 166,d
Ioſephus Antipatri filius, Herodis frater 416, d. ab Antigono oppugnatur, 273,f. Idumeæ præſidio ab Herode fratre præficitur 275,a. 424, c. in Iudæa perit 276,d. 425,c.
Ioſephus Cabeus pontifex creatur, munere priuatur 382,b
Ioſephus Caiphas pontifex cõſtituitur 338,d
Ioſephus Canei pontificatum ab Herode acquirit 373, f. priuatur 377,f
Ioſephi Dalæi fatum miſerabile 563,b
Ioſephus Ellemi filius Matthiæ vicarius 326,c
Ioſephus & Ieſus pontifices cum alijs multis ad Romanos profugiũt 566,d
Ioſephus Gorionis f. belli dux contra Ceſtium 478,b
Ioſephus Herodis nepos Varo occurrit 333,d
Ioſephus Itaburij montis planiciem muro circundans Gamalæ occiditur 505,d,f

Index.

Ioſephus Herodis patruus præceptum vxoris Herodis necandæ accipit: mulieribus arcanam detegit: accuſatur 282,b,c,f. interimitur 283,b

Ioſephus, vox quid ſignificet 18,d

Ioſephus Iacobi Patriarchæ è Rachele filius, naſcitur 18,d. exoſus fratribus quare fuerit, ſomnia explicat ſua 21, c. à fratribus morti deſtinatur 21,d. in puteum demittitur, venditur, lugetur, ad ſtuprum ab hera ſolicitatur 22,b,c,d. interpellatus fugit, adulterij accuſatur 23,b,c. in vincula coniectus Pincernæ ſomnium interpretatur 23,f: Piſtoris 24,b. è carcere liberatur, & Pharaonis ſomnia interpretatur, ibidem d,e. Aegypto præficitur, à rege ob eius incredibilem prudentiam Pſontompanechus nominatur, Aſanetham Petephræ ſacerdotis filiam vxorem ducit 25,a,b. fratres ſpeculatores vocat, capit, ibidem, d,e. furti arguit 26,e. fratribus ſe indicat 28,e: eos lachrymantes amplectitur, ſuperſtes patri nunciatur, obuiam patri procedit 29,a,e. Pharaoni facultates comparat: moritur 30,b,d

Ioſephi oſſa in Chananæam transferuntur 30,e. liberi 25,b. 29,d

F. Ioſephi Matthiæ filius hiſtorias ſuas Antiquitatum Iudaicarum: & belli Iudaici cur conſcripſerit, Græcoq; idiomate abſoluerit 1,b,c. easq; vtiliſſimas & veriſſimas affirmat 2, a. 307,b. Romam proficiſcitur: Iudæos à bello reuocare nititur 386,b,c. Galilææ prouinciæ præficitur 388, d. 478,c. ablatas Agrippæ facultates retinet 388, f. Romanis proſpicit, ibidem f. collegas Hieroſolyma remittens vrbibus muniẽdis præeſt, Galilæamq; in pace detinet 389,b. Ioannis ingratitudinem experitur, ibidem d. à Tiberienſibus obuijs ſalutatus, populum ad fidem ſeruandã hortatur. Ioannis inſidijs eripitur: Taricheas peruenit ibidem, f. ſeditionem cohibet: inſidijs petitur: Ieſum latronem comprehendit: hoſti benignitatem ſuam declarat: Trachonitas per vim circuncidi prohibet: Ebutio Decadarcho Magni cãpi præfecto certamine reſiſtit 390. frumentum in Galilæam mittit: periculis maximis implicatur: proditionis inſimulatur: Ptolemæo ablatam ſuppellectilem reſtitui mandat: morte dignus proclamatur: occidẽdus quæritur 391. mutata veſte abit: oratione ad populum habita, periculum euadit: reluctãtibus ſe opponit: Trachonitas primates dimittit 392. Tiberiadem æſtu recipit: carcere detentos liberat 393,b,d. Gamalenſibus defectionem ſuadens, ſeditionem mouet: oppida munit: interficiendus petitur 394,a,b,e. è Galilæa abire cõſtituit, ibidem f. oraculo in officio priſtino confirmatur: à Galilæis, vt maneret, rogatur: ſe manſurum pollicetur: & contra Placidum profici ſcitur: literas Ionathæ inſidioſas nanciſcitur: milite inebriato inſidias cognoſcens Ionathæ reſcribit 395. viatoribus in Galilæa vias præcludit: Gabara tendit: Ionathæ literas intercipit, ſibiq; inſidias fieri animaduertit 396. legatorum inſidias detegit, at Ionathæ refellit: rerum ſeruator proclamatur: æſtu militari vtens Hieroſolyma homines mittit 397. in periculo verſatur: Ionathæ mendaciũ deprehendit: legatorum ſucum intelligit 398,a,c,e. de ſuppellectili incẽſæ regiæ interrogatur: ob 20. aureos altercatur: periculo eripitur: Galilæorum primatibus iniurias ſibi illatas narrans, eorum iram compeſcit: conuentum indicit, Tiberienſiumq; in ipſum conuitia commemorat 399. Tiberiadem petit, eiuſdemque incolas intra mœnia compulit: eam ingreditur, ciuibusq; prædam relinquit 400, a, b, c, d. hiſtoricum luſtum falſitatis redarguit 401, d: hiſtorijs ſuis autem veritatem aſtruit ibidem, f. Sepphorim expugnat: ac in eius incolas Galilæos ſæuientes inhibet: Tiberiadem delere fundit us affectantes ſedat 402,c,d,e. Gariſimâ penè potitur: à Romanis profligatur: regios ad certamen prouocat, fugat: Silæ repugnans cum equo prolabitur atque Taricheas defertur: capitur: in Romanorum poteſtatem redigitur: à Veſpaſiano honoratur: vxores ducit 403. captiuos plurimos liberat, in crucẽ ſuffixos morti eripit: muneribus donatur: filios ſuſcipit: in Cæſarum beneuolentia permanet 404. bellum Iudaicum cur Græcè deſcripſerit: hiſtoricorũ negligentiam taxat 405, l. d. 406. rector Galilææ deſignatur: ſeptuaginta Galilææ rectores conſtituit, et ſeptem iudices eligit: oportuna loca muro cingit: milites ſuos ad bellum inſtruit 478. à Ioanne Leuiæ filio impugnatur: periclitatur, à ſuis amicis & ſatellitibus omnibus, quatuor tantùm exceptis, deſeritur ac proditionis obiurgatur 479. ſe defendit: qua fraude in Iudæos vſus fuerit: à Ioanne interfici iubetur: ex periculis euadit 480. Galilæos ad ſe confluere videt ibidem, f. ad Tiberiadẽ nauigans, ciuibus calamitates minatur, ſenatores 50. euocat: duo millia popularium comprehenſa abducit: Giſcalam deprædari permittit, & prædam popularibus reſtituit 481, d, e, f. à ſuis deſertus Tiberiadem abit 487, e. primatibus Hieroſolymis è Tiberiade de belli conditionibus ſcribit 488, a. Iotapatenis periclitantibus ſuccurrit, ibidem f. aquæ penuria laborantibus potũ ſubminiſtrat 489, e. de fuga deliberat, precibus motꝰ Iotapatæ manet: ad Romanorũ caſtra excurrit 490, atq; eorũ machinas, propugnacula & aggeres concremat 491,b. feruenti oleo hoſtes perfundens ab vrbis muris abigit, pontium tabulata fœno Græco decocto obducens Romanos repellit 493,b,c. Iotapata occupata in puteum ſe abdit, nocte vigilias explorat: proditur 495, d, e. capitur 496, a, b. Veſpaſiano adducitur, de Veſpaſiano, Tito, Iotapata & ſemet ipſo vaticinatur 497, c, e, f. à Veſpaſiano muneribus fouetur, ad ſupplicium petitur 498, a, b. Gamalam munit 503, e. vinculis ac captiuitate liberatur 527, c. 589, a. lapidis ictu vulneratur 550, f. conualeſcit 551, b

F. Ioſephi genus, patria, diligentia 385, d, f. ſtudium 386, a. eruditio 385, b. caſtitas & erga hoſtes clementia 389, c. aduerſus Ebutium militia 390, f. ad Ionatham literæ 396, b. æſtus militaris 397, e. ſtratagemata 489, c. 490, a. amor patriæ & conſtantia 545, f. ad Iudæos oratio 543, d. 544, e. libri deſpectui habentur 589, b. vxores & filij 385, f. 404, c

Ioſephus Salomes maritus, Herodis mandatorum proditor occiditur 433, b. c

Ioſephus Tobiæ filius iuuenis Oniam pontificem ſenem auaritiæ arguit: orationem ad populum habet: legatum Ptolemæi regis hoſpitio ſuſcipit: in Aegyptum tendit: mopia deridetur: Oniam excuſat: licitatores obiurgat: vectigalia Aſcalonitarum exigens, primates necat: 220. Scytopolitas è medio tollendos tradit, regiq; munera mittit 221, a. moritur 222, f

Ioſephus Zachariæ filius, Hieroſolymorum præſidio præfectus malè pugnat

gnit 228, f. à Gorgia uincitur 229,a

Ioas Ahasi filius patri in regnum ſucceſſus, reipublicæ bene præeſt, & ſolatus idolorum aris & ſacerdotibus, templum reſtaurans religionem Dei eram reſtituit 183,a. Paſcha celebrat 184,b. occiditur ibid.c

Ioſiæ epicedium ab Hieremia conſcribitur 184,d

Iosua aliàs Ieſus populũ conſolatur 55, c. Moyſi ſuccedit 65,c. uide, Ieſus Naueci filius.

Iothamus Eſai filius 20,f

Iothamus Oziæ filius è Ieraſa uir pius Hieroſolymis in tribu Iuda regnans ueſtibulum & porticum reficit: mœnia collapſa reſtituit: Ammanitas prælio deuictos tributa pendere cogit: & moritur 177,a,c

Iothamus Zachariæ regis filius patri in principatu uir pius & iuſtus ſuccedit, & moritur 176,d

Iohannes Gedeonis filius ad Hebræos loquens parabolicè pœnas Sicimitis ominatur, atque eorum ingratitudinem in Gedeonem accuſat 86,d

Iotapa ubi locorum condita 489,f. à Veſpaſiano obſidetur & oppugnatur 489,d. 492,e. capitur, & excinditur 495,a,d

Iotapateni Veſpaſiano reſiſtentes ſtrenuè ſe defendunt 489,d. 493,e

Iotapatenis periclitantibus: & inopia aquæ laborantibus Ioſephus properè ſuccurrit 489,b,d

Iotape Samſigerami regis filia 343,e

Ious etymon 213,d

Ious meſſis 61,a

iræ dominæ contra Iudæos indicia, Romanis adiumenta ſunt 553,f

Iris ſignum fœderis inter Deum et Noe 6,e

Iramus, uide Iromus.

Iromus Abibali filius 592,b

Iromus Tyriorum rex 591,f. amicitiam cum Dauide init 119,d. Salomonis amicus, quamdiu ante Carthaginem fuerit 603,d. à Salomone frumentum petit & accipit 142,e

Iromi in Solomonem beneficẽtia 147, e. adq; eundem literæ 142,e. genealogia 592,c

Iſaacus Abrahamo promittitur 11,f. naſcitur 13,a. immolatur: & cur 13,e. 627,d. mactari inhibetur 14,b. uxorem ducit, & gemellos ex ea ſuſcipit 15,d,e. Abimelecho exoſus fœdere interueniente reconciliatur, & puteum fodit 16,a,b. ab uxore fallitur ibid. c. moritur & laudatur 20,c

Iſaaci probitas, pietas, & mactandi ætas 13,d,e. Iacobo benedicentis preces 16,d

Iſacharianorum ſors 78,c

Iſanas uicus 277,a

Isboſeth, uide, Ieboſthus.

Iſeremoth locus 54,d

Iſiacorum flagitium & ſupplicium 340,b

Iſmael Abrahami filius naſcitur & circumciditur 11,e,f. Arabicæ gentis autor primarius, cum matre Agare ablegatur, & cur 13,b. uxorem ducit ibid.

Iſmaelis curam matri Angelus Domini mandat: filij 13,c

Iſmael Fabi filius fit pãtifex, atque ponificatu uix nacto priuatur 338,d

Iſmael Iudæus regij generis Godoliam interficit, quantámque cædem aliorum hominum, præter Maſpbatẽſes abductos, fecerit 189,c,d

Iſmael Phabei filius pontifex ab Agrippa conſtituitur 381,c

Iſmael pontifex 56,b. 382,a

Iſrael quid 19,e

Iſraelis rex Solomon poſt Dauidem 139,d

Iſraelitæ coturnicibus ſaturati 54,e. mœſti conſolatione eriguntur 154, c. à ducibus iudicantur 87,e.

Iſraelitæ in deſertum reducuntur 56,f. Beniamitis filiabus interdixerunt 82,b. ſeruitute & Eglonis imperio detinentur 83,d,e. à Iabino opprimuntur & dominantur 84,c. Siſaram ſuperant 84,f. ab Amalecitis uincuntur, eorumq; imperio parere coguntur 85,a. Madianitas delent 86,a. Dauidem regem creant 118,f. armati Dauidem conueniunt 119,a. ſeditionem mouent 132,c. à Roboamo deſciſcũt 152,a. Syros in Deum contumaces uincunt 161,b,c. à Damaſceno bello petuntur 169,f. ab Azaele bello prouocantur 173,a. à Syriæ rege infeſtantur 173,f. à Teglaphalaſſare abducuntur 177,a. Ezechiæ legatos interficiunt 178,e

Iſraelitarum ex Aegypto migratio & migrantium numerus 37,a,b. cõmeatus, eorúmque inopia ibid. ſub Azaele oppreſſio 169,a. præſes Iairus 87,e. liberator Ceniazus 83,d. ad prælium præparatio 41,f. cenſus 54, b. tribuum migratio 179,d. oberratio 55,e. habitatio, uiuendi genus 85,b. ob cœſos ſupplicatio 82,c. fortitudo & tolerantia 627,b. formido 77,d. luxus 81,a. pœnitentia, ieiunium 82,d

Iſraelitis Deus loquitur 44,a. iiſdem Gabaeni facinoroſos tradere renuunt 82,a

Iſraeliticum regnum deletum 179,d

Iſſa quid 3,b

Iſſachar filius Iacobi ex Lia naſcitur, quid denotet 18,c. quatuor filios habuit 29,d

Iſſemus filius Athemei, unus fortium Dauidis 134,b

Ithabyrius mons 260,d

Itaburij montis ſitus & deſcriptio 505,c

Italiæ bella ciuilia 524,c

Ithaciæ ſeu Hirenes concubinæ Ptolemæi Phyſconis ſobrietas 605,d

Ithamarus Aaronis filius 49,b

Ithamaro ablata ſacerdotij dignitas 140,b

Ithobal Tyriorum ac Sydoniorum rex, Achabi ſocer, 171,e

Ithobalus Badezori filius 592,d

Iubal & eius inuenta 4,d

Iuctas Heberi filius quos liberos habuerit 9,b

Iucundus equitum præfectus tumultum Cæſareæ ſedat 463,f

Iucundus Herodis ſatelles honoratur 313,e

Iucundus Herodis ſatelles falſò accuſatus torquetur 313,f

Iudæa, Chananea olim dicta 10,a. deſcribitur 484,e. deſeritur 190, b. à latrociniis purgatur 373,c. cædibus premitur 519,a. terra à Baſſo diuenditur 577, d. bellis ſubuerſa 584,d

Iudææ tetrarchæ declarati qui 420,d

Iudææ magnitudo 596,b. clades 180, c. uaſtitas 552,e

Iudeam Suſacus inuaſit 154,b

Iudea gens populoſiſſima 596,a. cur paucis nota 589,f

Iudæa gens ferè tota Artaxerxe rege fuiſſet deleta 204,d

Iudæa Druſilla Felici Romano nubit 379,e

Iudeus uiuus captus, Titi iuſſu pro muro Hieroſolymæ crucifigitur 540,d

Iudæi cuiuſdam continentia mirabilis 595,c

Iudæi apud Syros unde dicti ibid.b. olim quare paſtores & captiui appellati 591, a. legum defenſores acerrimi 595, f. lati nerui eſu quare abſtineant 19,e. à Græcis loco magis, quàm moribus diſtant 609,d.

609,a. non Aegyptij,ſed Meſopotameni ſunt 29,d.cum cæteris gentibus commercium non habent 589, d. à Romanis priuilegia conceſſa accipiunt 300,f. in Chananæo bello duces 80,c. in extruendo templo impediti 196,d.Godoliam conuenientes ſuſcepti 189,a. Babylone dimiſſi 195,d.ab Amane ad ſupplicium poſcuntur 205,c. Alexandro obuiant 211, c. ab Alexandro honorantur 604,c. Alexandrini 604,b. à Cæſare iura accipiunt 604,d. parem cum Macedonibus honorem adepti 604, e. in Aegyptum abducuntur 212, d. ab Aegyptijs maledictis inceſſuntur 597,d. quando ex Aegypto migrârint 603,c. ſeditionibus vexati Antiochum implorant 223,d. ſabbato pugnam renuentes, occiſi 225,c.à Timotheo affliguntur 228,a. circo clauſi dimittuntur 328, b. Macedonicæ factionis ſocij 233,d

Iudæi Tigrani legatos mittunt 254,d. de Ariſtobulo conqueruntur 254, d. exules 252, a. cæſi 258, e. Cæſari aſſociati 262,a. à Romanis honorantur 264,e. ſe Antigono coniungunt 271,a. obſeſſis intrepidè repugnant 277,c.apud Agrippam Græcos accuſant 300,e. regem deprecati 333, e. Roma à Tiberio pulſi 341, b.à Philone defenduntur 350,c. apud Petronium ſtatuas deprecati, conſtantiam eius probant 350,e.Petronio negant vrbem ſtatua polluendam 351, a. à Romanis victi 503,c.à Romanis occiduntur 474,f.Seleuciam migrant 356,b. Niſibim & Nerdam contendunt 356,d. Fado filios obſides offerunt ſupplices ſtolæ cuſtodiam petunt 373,d. apud Quadratum accuſati 378,f. Samaritas ſeditionis arguunt 379,a.à Quadrato in crucem aguntur 375,b. crucifiguntur 547,b. à Floro iniuria afficiuntur 384,e. in caſtellum Gamala ſe conferunt 388, b. victi 416,b. ab Alexandro ad defectionem reducuntur 416,b. Phaſaelum accuſant 420,c

Iudæi Archelaum in ius vocant 452,d. à Quadrato audiuntur et ſecuri percutiuntur 461,b. fuſtibus cæſi à Romanis 465,d.virtute diuina deſtituti 469,c. Romanos vincunt 475,e. Agrippam cur vrbe expellant 470, a.Syrorum vicos vaſtant 472,f.cæſi 473,f. 495,c. trucidati 472,e. in Græcos ſæuientes compreſſi, ſeditioſi occiſi 474,e. Syros cædunt 475, c.cum Romanis dimicant 532,c.Romanis reſiſtunt 495, b. Romanos vincunt 533,f.561,a.Romanos occidunt 476,a.Ceſtium fugant 477,a nobiles ex ciuitate enatant 477,f.à Damaſcenis victi 478, a. Aſcalonem petunt 483, a. cum Ioanne fugiunt 507, c. ſibi manus inferunt 508,c.deditionem recuſant 538,e.Titum in aggeribus impediunt 543, c. à Ioſepho acriter obiurgantur 544, e. admonitionem Ioſephi repudiant 544, b. Ioſephum eludunt 566, d. Tito maledicunt 547,d.cum caſtrorum cuſtodibus Romanis decertant 548,c.in vrbem Ieroſoly. ſe recipiunt 548,f.transfugæ ſecti ob aurum deuoratum 551,c

Iudæi ſupplicium ſuum tardum Deo exprobrant 552,d. ſemetipſos timiditatis arguunt 553, c. in ſuos ſæuiunt 557,e. contra Romanos irrumpunt 555,a.Romanos equos rapiunt, porticum templi incendunt 558,b.d. porticus ſpacium ſyluis & bitumine implent 559, d. calciamenta,& fœnum vetus edunt 559, f. fugientes à Tito ſuſcepti venduntur 567, c. Antiochia expelluntur 573, e. inferiorem ciuitatem obtinent 576,d.calamitate Eleazari ad deditionem fugamq; mouentur 577,b.ab Eleazaro ad facinus inuitantur 581, c. in Baſi militares copias irruentes, proſternuntur: & ſtipendia Romanis perſoluere atq; tributa in Capitoliũ ferre coguntur 577, d. ſuos & ſeipſos occidentes, bonis congeſtis ignem immittunt 583,f. imperiti à Iohatha ſeducuntur 585,e

Iudæorũ (qui prius Hebræi dicti ſunt) origo 9,b

Iudæorum circunciſio 13, b. Paſcha quale 448,f.ſabbathum 596,e.lex Græcè verſa 213,a.leges transferendæ 214,c. cẽſus 54,b. in pontificibus deſignandis ordo 588,b.in exteros benignitas 1,c. in aduerſis conſtantia 553,e.458,e. libertas 265,d. immunitas confirmata 302,a.modeſtia atque fides Alexandro exhibita 604,e

Iudæorum arrogantia 566,d. ſuprema immanitas 550, c. ſumma impietas 556,f.dolus in Romanos 533,d.fortitudo 604,c. imperium 609,d. potentia 252,e.ſectæ quot 241, d.337, c.454,d. ſeditio 325,f. 381, d. 462, c.407,c. in Pontium Pilatum ſeditio 339, d. apud Alexandriam ſeditio 350,b.calamitas apud Antiochenſes 571,d.ſeruitus 609,a.clades 514, b. miſerrima 252,a. Ceſtio autore clades 475,a. duplex clades 482,d. captiuitas & clades 189, c. habitus lugubris quis 206. c. in luctu ſumptus 448,c.pauor 507, c. extrema inſania 499,b.fortiſſimi 555, e. dux Iudas Maccabæus 266,a.duces tres 483,a. res quomodo apud Babylonios affectæ 192,d.353, a.Romæ 341,a. è captiuitate Babylonica reuerſorum numerus 196,b.199,a,b. ieiunium triduanum 206,e

Iudæorum exitium Artaxerxis edicto reuocatur 208,e

Iudæorum inimici interfecti 209,c. datus & gaudium ingens 209,c. epulum & feſta Phruræa 209,e. ſocios ſe profitentur Samaritæ, quando 212,a. conuiuium apud Ptolemæum 217,a

de Iudæorum ſermonib.Menedemi pronunciatum 217,b

Iudæorum genti honor habitus 219,a. Antiocho adhærentium clades 224, d.exercitus profligatur 229,d.lis de templo Garizitano 237,a.in fauorẽ literæ Demetrij 239,e

de Iudæorum amicitia Cæſaris literæ 262,e

Iudæorum legati occiſi 285,a.Ionicorũ de indigenarũ iniurijs querela 300, e.Cyrenenſium afflictio 306,d. Aſiaticorum afflictio 306,d.res adminiſtrat Antipater 318, b. aliqui Cteſiphontem migrant 356, c. pugnæ, ſtrages, maxima ſeditio 331,e,c

Iudæorum & Græcorum ſeditio 350,c

Iudæorum & Philadelphenſium diſſidium 373,b

Iudæorum plurimi in templo oppreſſi 378,a

Iudæorum & Syrorum ſeditio 381,b

Iudæorum victoria 381, b. cædes 259,f

Iudæorum calamitates quantæ 405,f. poſſeſſiones à Tito inuaduntur 406 e. in Alexandrum ſeditio 410,c. Remp.Gabinius mutat 415,d

Iudæorum & Sabinianorum pugna 450,e

Iudæorum caſtra à Varo diſticiuntur 452,b. accuſatio à Nicolao ſoluta 453,a. audacia Romanos terret 552, f.animi & audacia langueſcunt 553, a.ad templi adytum certamen 555, a.animi peritiam Romanorum vincunt 555,c.profugium 556,d

Iudæorum & Romanorum pugna anccp

ceps 557,f.558,b
Iudæorum fame laborantium bellum inteſtinum 559,e. alimenta naturæ contraria 552, b. aliqui ad Titum confugiunt 567,a. captiuorum & interemptorum bello Titi numerus 568,f. foelēnitates ab Antiocho primoipe Iudæorum deſpiciuntur 571,e
Iudæorum & Romanorum conflictus 576,e
Iudæorum rebellio contra Romanos 470,b. eruptiones 531,e. Deum grauiter offendentia peccata 545,b. fames, alimoniæ copia incenditur 550, b. cædes intra et extra Ieroſolymam 550, c. in Syria occiſorum numerus 582,f. à Romanis captorum calamitas 583,b. contra ſicariorum temeritatem conuentus 584,d
Iudæorum tria millia à Catullo trucidātur 585,f
Iudæorum pars in Africæ vrbes à Ptolemæo mittitur 604,f. cum Lacedæmonijs collatio 614,c. cum Romanis 467,e
Iudæis Antiochenſe ius integrum manſit 218,b
Iudæis nullum ærarium præter ſacrum 261,a
Iudæis inducias conceſſe 245,c
Iudæis patrocinatur Demetrius 411,b
Iudæis fontes aridi 545,d
Iudæis à Tito vita conceditur 565,f
in Iudæos Scythopolitarum feritas 386,e
Iudæos infeſtant Samaritæ 219,e
Iudæos Azarias ad pietatem hortatur 156,e
in Iudæos Seleuciæ ſæuitur 356,c
Iudæos à bello reuocat Ioſephus 386,c
Iudæos in fugam Titus agit 501,a
Iudæos Antiochus commendat 219,d
Iudaicæ gentis ſupplicationes 458,f
Iudaicæ hiſtoriæ ordo 407,a
Iudaicæ captiuitatis exordium 472,d
Iudaici belli origo 405, c. exordium 463, c. cauſa 500, e. 510, b. ſeries 406,c
Iudaici populi calamitas, ſeditio, fames, captiuorum clades 406,f. 543,f. 546,b. 549,e
Iudin Amaſiæ regis mater 174,d
Iudas Aſamonæi filius patri ſuccedens pacta cum Romanis amicitia Antiochum Epiphanem reprimit 407,f. occiditur 408,c
Iudas Chapſæi vir ſtrenuus 241,a
Iudas Eſſæus vates 420,b
Iudas Ezechiæ latronis filius 332, c. Archelai regnum affectat 451,c
Iudas Eſſæus vates de Antigono 248,d
Iudas Gaulanites 337,a
Iudas Galilæus ſeditiones molitur 336,f
Iudæ Galilæi ſecta 337,d,f
Iudæ Galilæi filij à Tiberio Alexandro puniuntur 377,e
Iudas Iacobi filius naſcitur, & cur ſic appelletur 18,b
Iudas fratris cædem auertit 22,b
Iudas Patri perſuaſit, vt Beniaminem ſibi permitteret 26,d
Iudæ ad Ioſephum oratio 27,d. filij tres 29,d
Iudas Iairi Romanorum manus effugit 577,d
Iudas Iudæ filius præfectus Simonis cū 20 contubernalibus deliberat murū tradere Romanis 550,e
Iudas Machabæus Iudæorum dux 226, a. Apollonium profligat 226,b. Seronem occidit 226, b. hoſtes imminentes videns, ſuos confirmat 226, c. Gorgianos vincens, ſuos à præda retrahit 227, b. templum luſtrat 227, d. templi feſtiuitatem celebrat 227,e. Lyſiam vincit 227, c. 228, a. Idumæos debellat 228,a. hoſtes perdomat 228, a. Ammanitis ſuperior 228,b
Iudas vicinis Iudæis auxilium fert 228, b. Timotheanos vincit 228,d. Ephronem oppidum ſubuertit 228, e. arcem Hieroſolymitanam oppugnat 229, e. Eupatori obuiam procedit 230,a. ab Alcimo accuſatur 231, b. Alcimo ſe opponit 231, d. Nicanoris inſidias effugit 231,f. ſuas copias ad pugnandum excitat 232,a. Nicanorem occidit 232,a. cum Romanis fœdus pereuſſit 232, c. Bacchidem pugna proſternit 233, b. ei repugnans prælio victus occumbit 233,a,b
Iudæ ſucceſſor Ionathas 233,d
Iudas Sariphæus in Herodem coniurat 325,f
Iudas comprehenſus Hierichuntem mittitur 326,c
Iudas Sephorei filius Sophiſta 446,d
Iudæ, quarti fratris è ſeptem ſupplicium & tolerantia 623,c
Iudicis iniqui pœna 613,c
Iudices quales eſſe debeant 43,a
Iudicum officium 67,f
Iudicum ſtatus quis 98,c
Iudicij Dei contra Dathamum, Abironem & Corem monimentum 59,e
Iulia Cæſaris Auguſti vxor 305,d
Iuliæ Auguſti Cæſaris vxori Herodes pro teſtamento quantum legauerit 328,b
Iuliada oppidum 484,f
Iulianus fortitudinem declarans labitur: & moritur 555,d
Iulinus Simeonis filius 29,d
Iulius Cæſar Romam occupans Pompeium fugat: Ariſtobulum vinculis liberat: cum Aegyptijs bellum gerit 261, d, f. ſe amicum Iudæis declarat 262,e. Romam reuerſus contra Scipionem & Catonem expeditionem inſtituit 264, e. M. Antonium cum Cleopatra occidit 289, c. occiditur 267,f. 418,f
Iulij Cæſaris de M. Antonio victoria 286,f. facta 364,b. in Iudæorum gratiam decreta 264,f. in Ariſtobulum Alexādri filium beneficia 416, c. in Herodem, Hircanum & Antipatrum liberalitas & magnificentia 228,c. 417,c,e. 429,f. 430,b,c
Iulij A. pro Iudæis literæ 307,b
Iulij C. Coſ. pro Iudæis decreta 265,f
Iulius Capella quis & qualis fuerit 387,b. 388,e
Iulius Lupus Cæſoniam cum filia interficit 364, f. & ipſe interficitur 368,d
Iupiter Olympius 357,b
Iuramentum ſeruandum 82,f
Iurandi apud veteres mos 14,f
Iuſtus F. Ioſephi filius 385, f. grandior 404,c
Iuſtus Piſti filius populum ad defectionem mouet 387,b. à Ioſepho culpatur 400,c. à Ioſepho aufugit 402,f
Iuſtus capitis ſupplicio dignus: hiſtoricus falſus à Ioſepho impudentiæ & iactantiæ criminatur 401,d
Iuſtus calamitatum Decapolitanis autor 400,f. à Decapolitanis accuſatur 403,e
Iuſti patria Tiberias 401,b
iuſtitia Dei potentia eſt 68,a
iuſtitiæ diuinæ exemplum 111,b
Iuſtitiæ præmia 94,d
iuſti qui 101,f
iuſtis Deus patrocinatur 285,f
Izates naſcitur: ad Abemerigum mittitur: eiusq; filiam coniugem ducit: in Iudaicis ritibus ab Anania Iudæo inſtituitur 374,a,b,e. circumciditur periculis eripitur: Iudæis fame laborantibus ſuccurrit: Artabanum regno pulſum ſuſcipit, cōſolatur, honorat 375, & regno reſtituit: ab Adiabenis deſpicitur: Abiam Arabum regem vincit: Arſamum caſtrum vi capit: à Vologeſo bello petitur 376,a, d,e,f. Deum inuocans exauditur: in columis ſeruatur: moritur & ſepeli-

tur 377,b,c
Izatæ regis filij & fratres Tito supplicant 566,b

L.

Labanus filius Bathuelis 9,d. dolosè cum Iacobo agit 18,a. Iacobum accusat 18,c. persequitur 18,c
Labani & Iacobi fœdus 19,b
Laboſordachus Nigliſaris filius 192,c
Laboroſoarchodus Neriglisſoori filius 593,e
Lacedæmonij Romanis ſubiecti 467,d. Græcorum fortiſsimi 609,c. in peregrinos ſæui 615,e. cum Iudæis fœdus & ſocietatem faciunt 241,d
Lacedæmoniorum amicitia cum Onia Iudæo 223,a. cum Ionatha amicitia 241,b. reſpublica à Polycrate deformatur 597,c
Lamechus Mathuſalæ filius, liberos 77, ex duabus ſuſceptos vxoribus habuit 4,d
lapis fortitudinis 95,a
Largius Lepidus decimæ legionis præpoſitus 561,c
Latopolis 37,a
latrones afflictionem inducunt 462,e
latrones pontifices deſignant 508,f
latronum Hieroſol. crudeliſsima facinora 550,a
latronum ſpeluncæ delineatæ 424,f
Latuſimus Dadanis filius 14,d
L. Lentuli Conſulis pro Iudæis decretum 266,b
Lepidus à Caligula occiſus 357,e
leproſi quatuor Syrorum caſtra vrgente media, inuadunt 168,a
leproſi Samaritanis hoſtium diſceſſionem nunciant 168,c
Leproſorum ratio 52,e. & quod alicubi in precio ſint ibid.f
Leuces loci deſcriptio 580,e
Leui militum præfectus 394,b
Leuias traditur 508,e. occiditur, ibidem f.
Leui Iacobi filius naſcitur, & cur ſic appellatur 18,b
Leui in Sicimitas ſæuit ob ſororis ſtuprum 20,a
Leuis filij quot 29,d
Leuiæ filius Ioſepho inſurgit 479,b
Leuiæ filius fallax 506,d. proditor 511,c
Leuita vxorem in 12 partes ſectam ad ſingulas tribus miſit 81,e
Leuitæ vxor ſtupro à Gabaænis extincta 81,b. eius prudentia, ibidem f
Leuitæ ab Eſdra inobedientiæ arguuntur 202,e
Leuitæ ſtola linea vſi 382,b. tabernaculo præfecti 52,d
Leuitis ac ſacerdotibus ciuitates cum ſuo agro & decimæ adſcribuntur 60,c. earum ciuitatum nomina 78,e
Leuitarum ſedes 54,b. numerus 54,a
Leuitarum delictum dolendum 202,c
Leuiticæ tribus partes quot 137,d
Leuitica tribus deo dicatur, cui tabernacula cura commiſſa 52,d. 54,c
Lex, vox olim Græcis ignota 610,d
Lex Moſaica à 70 Interpretib. quando Græcè reddita 1,d
Lex Moyſis cur à poetis aut propbanis hiſtoricis non tractata 214,c. 217,e
legis & præceptorum Dei pulcherrima explicatio 612,d. 613
lex alteri opem ferendi 71,a
lex Caduceatorum 72,a
lex decimarum 69,b. ducendi vxorem mortui fratris 69,f. ducendi vxorem captiuam 70,a. matrimonij 69,c. mutui 70,d. proficiſcendi 54,b. repudij 69,e. talionis 71,a
legis libri in templo reperti 183,a
Legis tabulæ 44,b
legis ſanctæ libros comburens miles ad ſupplicium expoſcitur & rapitur 460,c,d
legem membranæ aureis literis ſcriptã continentes 216,e
legem ſeptuaginta Græcè reddidere 217,c
leges Moyſis ad mores pietatemq; pertinentes 67,b
leges à Iudæis acerrimè defenduntur 595,f. feſtorum 49,a. de purificationibus 50,f. de ſacrificijs 50,e
leges pueris diſcendæ 67,d.e
legislatoris officium 610,c
Lia Iacobi vxor 18,a. 29,d
Liæ ſecum filiam Dinam ducit 29,d
Liæ & Rachelis æmulatio 18,c
Liæ filiorum numerus 29,d
libationes principum 50,d
libertas ſemper tuenda 364,c
libertatis effectrix & nutrix virtus 364,a
libri duo & viginti apud Iudæos Chronici 588,d
Liberius Maximus iuſſu Veſpaſiani Iudæis ſtipendium indicit 577,d
libri Apocryphi 588,d
Libyæ regio aliàs Aphricæ 14,e
Libys filius Meſſei 8,d
ligna pinea noua 49,e
linguarum multarum cognitionem Iudæi cur non magni faciant 385,b
linguarum confuſio 7,c
Liſo Melcha vxor 111,c
Locrorum legislator 610,d
longæui primi homines cur 6,f
Longinus tribunus à Iudæis occiditur 477,b
Longini equitis Romani fortè factum 541,d
Longi iuuenis Romani facinus 559,c
lorica ſacerdotes ſegregat 537,f
Lotus Aranis filius ab Abrahamo adoptatur 9,e. cum Abrahamo fines partitur: captiuus abducitur 10,d. f. angelos hoſpitio excipit: ab excidio Sodomitarum ſeruatur 12,c
Loti vxor in ſtatuam ſalis verſa: filiæ à patre grauidæ 12,d
L. Antonij decreta pro Iudæis 266,d
Lucilius Baſſus Macherunti bellum infert 575,c
Lucius oppreſſus pondere moritur 559,d
Lucilius Baſſus legatus Herodium caſtellum capit 575,e. item Macherunta 576,e. Iarden ſyluam oppugnat 577,c
ludi Olympij 306,a
lugendi mos veterum 76,a
lumen nocte fulgens excidium Hieroſolymitanum præcedit 563,e
Lupus Alexandriæ rector ad Veſpaſianum de ſeditione Iudæorum ſentit 585,a
Lupus ad ſupplicium ductus moritur 368,d
Lupus donarijs ablatis, templum Ieroſol. claudit 585,c
luſtratio à coitu 613,b
luſtrandi populum modus 60,f
luſtrationis tabernaculi modus 49,c
Luſubatus filius Abrami è Chætura, 14,d
Luures Dadanis filius 14,d
luxuria Vitellij 528,c
Lybia ſiue Africa 8,d
Lybia vnde ſic dicta 8,d
Lycurgus Græcorum legislator, 610,d

Lycurgus de legibus quid ſenſerit 614,b
Lydda viris vacua exuſta 475,f
Lydi olim Ludi dicti 9,a
Lydi Romanis tributa perſoluunt 468,a
Lyſanias Antigonum reducẽdum, Hyrcanum deponendum, cenſet 420,f
Lyſanias Ptolæmæo Mennæij patri in regnum ſuccedit 270,f
Lyſanias Ptolemæi filius à Cleopatra occiditur 283,c
Lyſanias Parthos in Iudæos incitat 420,f
Lyſiæ ab Antiocho Epiphane filius & bellum contra Iudæos committitur 226,d
Lyſias à Iuda Macchabæo vincitur 227,c. occiditur à Demetrio 251,a
Lyſimachus fratrem ſuum occidit & Gazam prodit 251,a
Lyſimachus Helleſpontum mortuo Alexandro occupat 212,d
Lyſimachus hiſtoricus 610,a. de Iudæis 603,c
Lyſimachi improbi ſophiſtæ 614,e

M

Macedones Aegyptios ſubiugant 608,c
Macedones Antiochũ Epiphanẽ ſtipant 547,e. Aſiæ imperant 609,c. Darium vincunt 210,e. diis victimas vouent, & hoſtiis adepulas vtuntur 609,e. miſrum ieroſoly. impetunt 547, f. mare Pamphylium tranſeunt 38,e. pari cum Iudæis honore 604,c. Romanis ſubditi 467,d.
Maccabæus aliàs Iudas Iudæorum dux 226,a
Machabæi, primi è ſeptem fratribus, ſupplicium & tolerantia 622
Machæra dux Romanorum legionum ab Antigono repellitur 425, c Githæ mœnia inſtaurat 276, e.425, f. ab Herode accuſatur 425,c. in Iudæos ſæuit 276,a. Herodi auxiliatur 275,f
Machir, tertius è ſeptem fratribus, ſupplicium perfert patienter & conſtanter 623,b
Macheruntij Romanis perſuadent, vt præſidio ſuo decedant 474,b
Macherus arx Iudææ 343,a
Macherus muro & turribus ab Herode cingitur 576,a
Macherus & Herodium à Baſſo capta 575,e
Macheruntis ſitus & munitio 575,f
Macherunti à Lucilio Baſſo bellum infertur 575,e
Macchida locus 77,c
Machma vbi 99,c
Macho vrbs ab Adraſaro expugnata 122,a
Macro præfectus prætoriarnorum militum 346,d
Madanes filius Abrami è Chætura 14,d
Madæi Græcis Medi nominati 8,a
Madianes Abrami filius 14,d
Madianitæ ſpoliantur 65,b
Madianitæ fugantur 864.65,a,b
Madianitarum caſtra occupantur 85,f
Madiena ciuitas vnde dicta 33,e
Magiſtratus Iſraelitici populi 164,c
Magiſtratus officiũ 285,c. ordo 67,f
Magi Aegyptij 35,c. & impoſtores 380,f
Magi afflictionem inducunt 462,b, c. Hieroſolymis turbas in ſolutudines trahunt 380,f.
Magnus Campus regio 395,a.521a.
Magoges ſeu Magogæ populi 8,a
Malaleel quis 4,d
Malchus aliàs Cleodemus Iudæorum hiſtoriam contexuit 14,e
Malchus Arabiæ rex Herodem repudiat 272,f
Malchi pœnitentia 273,f
Maledicta in Iudæos refelluntur 597,c
Malichus Arabum rex Herodem Arabia pellit 422,d
Malichus dux Iudæorum 415,c. auxiliatur Gabinio contra Alexandrũ Iannæum 259,e. ab Interitu per Antipatrum liberatur 419,a. pro Caſſio exactiones colligit 419,a. Antipatri filios impudentia vincit 419,b.
Malichus Antipatri necem luget 268, e.419,d. ab Herode necis paternæ accuſatur, & tolli iubetur 419, d, e. Antipatro inſidiatur & eũ occidit 268, b. ab Herode interficitur 268, e
Malle vrbs Barbarorum expugnata & conflagrata 228,d
Malthaca Archelai mater moritur 450,c
Malum nullum impunitum 118,c
malo immmenti obſtandum 469,d
malo niſi ſint comperta, non intelliguntur 240,e
malorum hominum mos 314,e
malorum tempeſtas 518,f
Manachaſes veſtis 47,b
Manacmus Thapſami vi capit. 276,e
Manahemus Eſſæus Herodi regnũ prædicit 296,e
Manahemus Iudæ Galilæi filius ſeditionis princeps 471,c. Maſſadam mittit, ibidem
Manahemus impetitur, & interit 472,b,c
Manalis locus quid ſignificet 116,b
Manaſſes Ioſephi filius 29.d. in numerum Iacobi filiorum adoptatur 30,c. cenſetur loco Leui 54, d. Manaſſæ pars dimidia Chananææ 78,c
Manaſſes Ezeciæ filius regnum paternum obtinet: prophetas occidit: captus à Babyloniorum rege abducitur: à Deo in gratiam recipitur: in principatum reſtituitur: Hieroſolyma reparat: beatiſſimus prædicatus, moritur 182,c,d,f
Manaſſes Ioannis pontificis filius, Sanaballiris filiam Hicaſo vocatam vxorem ducit 210, c. fit pontifex 219, e. trans Iordanem toparchiæ adminiſtrandæ mittitur 478,d
Manaſſenſium ſors 78,c
Mandra, locus 189,e
Mane quid 193,c
Manethon ſcriptor Aegyptius 590, & de Iudæis 603,c
Manethonis de Iudæis mendacia 597, e. verba de ratione temporum & Regum Aegyptiacorum ſucceſſione ordinaria 591,b
Manochi Angelus apparuit 88,e
Manochis vxori angelus prolem promiſit 88,e
Manna datur Hebræis 40,c. deficit 75,b
Mannæ ſignificatio 40,f
Mannâ quandiu Hebræi ſuſtentati 40,f.
Manus Abeſolomi ſtatua 130,e
manus ſibi inferentium pœna 497,a
Mar locus quid ſignificet 99,b
Maræ nomen quid 99,a
Marcus Agrippa Iudæis fauet 218,c
Marcus Antonius 415,d
Marcus Craſſus contra Parthos ducẽs per Iudæam iter faciens ſacrilegium committit 260,e.416,c
Marci Publij decreta pro Iudæis 266,d
Marcus Sexto ſuccedit 418,e
Mardochæus Babylone Suſa migrat 205 c. Amanem adorare renuit 205,e. conſpirationem in regem aperit 205 d. cognito Artaxerxis edicto luget 206, b. mœroris cauſam indicat 206,c. ab Amane ad crucem quæritur 207, e. amicus

Index.

regis Artaxerxis 207,e
Mardochæus ab Amane honore afficitur 207,f. ab Amane inſidijs petitur 208,c. plurimi fit apud Artaxerxem 209,f
mare Pamphylium Alexandro Perſarum imperium deſtructuro ceſſit 38,e
mare rubrum ſciſſum 38,b
Mare vaſculi genus 122,a.144,a
Mareſa vrbs à Roboamo erecta 153,e
Margalothus in Herodem coniurat 325,f
Maria Eleazari filia raptoribus maledicit: famelica filium coquit, mediũ eomeſum ſeditioſis offert 560,b
Mariame ſoror Moſis 31,f. Moyſen in flumen expoſitum obſeruat 31,e
Mariamme Demetrio nubit 379,f
Mariamme Doride repudiata fit Herodis Antipatri filij vxor 432,e. coram Herode accuſatur 282,f. calumniis grauatur 289,c. reijcitur 322,a. ad ſupplicium ducitur 290,b. occiditur 288,e. quibus animi dotibus ornata 289,e
Mariammæ interfici ab Herode Antipatri filio iubetur 433,b
Mariamne effigies miſſa Antonio 280,c. cunuchus quæſtionibus objicitur 290,d. ornamenta quæ 290,c
Mariamnes turris 515,e
Mario tyrannus Galilæa ab Herode expellitur 420,b
Mariſa vrbs à Parthis ſubuertitur 272,d
Mariſſa vrbs diruta 229,a
Mariſſa vrbs inſtaurata 259,c.414,f
Marſonane menſis 5,d
Marſus Syriæ præſes iratum Agrippã habet 371,e
Marſyas Agrippæ libertus 344,f
Martius menſis Hebræis quis 73, f. 232,b
Marthace vitam finit 331,c
martyres ſeptem filij vnius matris 627,e
Marullus præſes Iudææ 349,b
Maſnaemphthes quid 47,c
Maſphata locus 188,f
Maſphatis ciuitas 94,d
Maſſabazanes quid 47,c
Maſſada ab Antigono obſidetur 423,c
Maſſada à Flauio Silua obſidetur 579.d
Maſſada caſtellum occupatur 518,f
Maſſada Herodiana dolo ab Eleazaro occupatur 580,c,d
Maſſada caſtellum Herodi ingredienti patet 272,d
Maſſadæ munitio 579,e. territorium 522,f
Matgenus Badezori filius 592,d
Mathanes Balis ſacerdos trucidatur 172,e
Mathatias Aſamonæi filius 407,e
Mathatias Bacchidem occidens Antiochi ducibus Iudæa exactis, moritur 407,e
Mathematicæ ſtudioſus Tiberius 348,a
Mathias Boethi filius vnà cum ſuis liberis excruciatur 550,c
Mathuſala quis 4,d
Matthias Anani filius ſit pontifex 370,d
Matthias Abſalomi vir ſtrenuus 242,a
Matthias idola tollens, Ioannis filius circumciſionem præcipit 225,d. etiam ſabbatho hoſti reſiſtendum docet 225,d
Matthias Margali ſophiſta 446,d
Matthias Margalothi ſeditionem mouet 325,f. comprehenſus Hierichũ tem mittitur 326,c
Matthias ſacerdotio ab Herode priuatur 326,e. viuus comburitur 326,e
Matthias Theophili filius pontifex 383,d
matrimonij lex 69,c
Mauri 468,e
Maxilla locus 89,f.134,b
Mazaca Cappadociæ vrbs 8,a
Medabenſes Ionathas vltus eſt 234,b
Medi vnde nomen acceperint 8,a. in Aſia regnantes Græcis cogniti 589,e
Media terra ab Alanis perrumpitur 578,d
Megaſſarus famulus Mariammes, facibus in machinas Romanas euolat 548,b
Megaſthenes hiſtoricus de Nabuchodonoſoro 192,c
Meieri Belgæ filij fatum miſerandum 563,b
Mela legatus Archelai 314,c. ad Archelai filiam ducitur, ibidem
Melcha Aranis filia 9,c
Melcha Sauli filia Dauidi periculum nunciat 105,e. Dauidem dimiſit 105,e. Liſo nupſit 112,e
Melchæ aſtutia 105,f
Melchiſedech rex iuſtus primus Ieroſolymæ conditor 569,c
Melchiſedecus rex 11,b
Melus inſula 335,b
Memnonis ſepulchrum 458,c
Memphibaſthus Dauidi ſe purgat à calumniis Sibæ 131,e
Memphibaſthus in integrũ reſtituitur 122,d
Memphitæ à Mitridate in gratiam recipiuntur 417,a
Menander Epheſius ſcriptor 592,b. de Solomone & Iromo 147,
Menedemi philoſophi de Iudæorum ſermonibus cenſura 217,b
Menelaus, Onias appellatur 223,d.383,f. moritur 223,d
Menophis Aegyptiorum rex 597,f
menſa panis Deo conſecrati 144,d
menſuræ quando excogitatæ 4,c
mercedis lex 71,d
meretricis mercede Deus non delectatur 67,d
Meroe, aliàs Saba 93,c
Meſas, Meſanæi 9,b
Meſchus, Meſchini 8,a
Maſſalina Claudij vxor 380,a
meßis lex 68,e
Methir tunica pontificialis 47,d
Metilius Romanorum præfectus legatos ad Eleazarum mittit: à cæde reſeruatur 472,c,d
metus prouidentiam docet 428,f
Micheas propheta Iembleæ filius 162,f
Michæas Achabum reprehendit 162,a
Micheas à Sedecia falſo propheta oppugnatur 163,a
Micheas carcere tenetur 163,e
Michæas verus propheta à carcere adductus 162,f
Michol Dauidem ſaltantem ſubſannat 120,e. vide Melcha.
Mileſius arcis Damaſci præfectus, Philippum Grypi filium quomodo tractarit 252,c
miles impudens ad ſupplicium expoſcitur 460,c
miles legis ſanctæ libros comburẽs, ad ſupplicium rapitur 460,d
ob Militis obſcœnitatem ſeditio oritur 378,a
militiæ dux vnus cur 72,a
à militia immunes qui 72,b
Minæ valor 260,f
Minæus Aegyptij rex, Memphis conditor
M. Minucianus 361,a.367. à Chærea petitur 359,b
Miſael Danielis ſocius Miſaches appellatur 190,b. in ignem conijcitur 627,d
Miſaelis nutritio 190,b
Miſas Moabitarum rex tributum negans, per Ioramum bello impetitur 165,e
Miſenum oppidum 357,a
miſericordia in bello nocet 542,a

Mithri-

Mithridates inuitus contra Anilæum exercitum cogens, hoſtem profligat 355, e. Anilæum fugat 355, f. oppreſſus, nudè aſino impoſitus ab Anilæo abducitur 355, c. Antipatrum laudat 262, c. 417, b. ab Antipatro bello petitur 416, d. Memphitas in gratiã recipit 417, a. Peluſium expugnat 417, a. occiſus 257, f.

Mithridatis & Aegyptiorum certamen 262, b

Moabitæ qui 12, d. Iſraelitas deuincunt 83, c. victi à Dauide 121, d. à Ioramo ſuperantur 164, a. à Babylonio impetuntur 190, a. ab Hebræis victi 166, c.

Moabitarum fuga 84, b

Moabitarum rex filiũ immolat 166, d

Modin vicus 407, e

in Modin delatus Iudas ſepelitur 233, b

Molon hiſtoricus de Iudæis 601, c

Molones improbi ſophiſtæ 614, c

Monabazus Bazeos Adiabenorum rex 374, a. Iudæus fieri vult 376, c. à quo regnum acceperit 377, c

mons Samaron locus 155, c

Morius mons vbi 13, c

mors animis quid præſtet 582, b

mors glorioſa captiui vita potior 513, a

mors inexitabilis 583, c

mors philoſophorum in India 582, c

Moſametha Eſai vxor 20, f

Moyſes Amaramis filius 31, b. Heliopolitanus 603, b. prius Oſarſyphus dictus, 599, a. vnde dicatur 600, c. naſcitur 31, d. vnde dicatur, & quæ eius ſtatura, forma 32, b. flumini mandatus conſeruatur 31, c. à Thermuthi adoptatus, ad Pharaonẽ defertur 32, c. contra Aethiopes mittitur 32, e, d. eos vincit 33, b. Saba vrbe potitur 33, d. vxorem ducit 33, d. fugit ibidem, e. filias Raguelis tuetur 33, f. cum deo loquitur 34, b. vidit prodigium 34, b. à Raguele commeatum impetrat, & in Aegyptum redit 34, f. in miraculis fidem ſuis verbis facit 35, a. Aegypti regem adiit 35, b. Pharaonẽ hortatur ad Iſraelitarum dimiſſionem 35, e. populum ex Aegypto duxit 39, a. Deum precans, aqua dulceſcit 39, c. coturnices à Deo per preces impetrat 40, a. populum ad Dei beneficiorum memoriã hortatur 40, a. aquam euocat ex petra 41, a. Ieſum exercitui præfecit 41, e. ſpolia diſtribuit 42, c. in Sinam rurſus aſcendit 44, c. legis tabulas populo affert 43, b. tabernaculum in deſerto conficit 45, a. in arca tabulas legis collocauit 46, b. Aaromi ſacerdotium tradit 49, a. honorem aſpernatur 50, d. immunda quæ ſtatuit 52, d. populo pœnam minatur 55, e. opprobrijs premitur 57, c. lapidibus impetitur 57, e. pontificatus æmulos conuocat 59, d. leuitis decimas tribuit 60, c. populum luſtrat, ibidẽ, f. Amoræos vincit 61, c. Ogis regnum occupauit 61, f. victimis Deo gratus 62, a. populum ad reſipiſcentiam reuocat 64, b.

Moyſes Iſraelitas animat 37, e

Moyſes oracula Balami ſcripſit 64, f. vrbes condidit 65, e. leges viuendi præſcripſit 67, a. populum in verba legis adegit 72, e. montem Sinã conſcendit 603, f. 42, b. Deo tabernaculum erexit 383, d. patres ex Aegypto duxit ibidem, e

Moſaicos libros miles lacerans ſecuri percuſſus 378, c

Moyſis lex quando græcè reddita 1. preces ad Deum 58, e. opem Dei implorantis oratio 38, a. oſtenta apud Pharaonem 35, c. virtutes 73, e. ſapientia 2, b. iuſtitia 33, f. vxor 33, f. 34, f. filij 34, f. morituri oratio 66, c. verba nouiſſima 73, b. mors 73, c, d. encomium 73, e. 610, e

Moyſis vitæ dies 73, e. vetuſtas 610, d. ſucceſſor Ioſua 65, c. & aliorum legislatorum diſcrimen 2, e

Moſollamus Iudæus robuſtus ſagittarius 596, c

Muchæus contra Vaſten reginam fert ſententiam 204, f

mulierum conflictio 441, b. virtus 198, d

mundus prouidentia Dei regitur 198, b

mundi & vniuerſorum creatio 2, a

Mundus Paulinæ amore captus fruitur 340, b. in exilium ablegatur 340, e

murus 39. ſtadiorum cum tredecim caſtellis circum Hieroſolymam triduo ædificatus 549, d

mures omnia vaſtant 93, c.

mures Senacheribum exarmant 181, c

Muſica 4, d

muſica inſtrumenta Dauidis 145, a

Mutianus Vitellium interficit 522, d

mutilantis pœna 71, b

mutui lex 70, d

N

NAamis, nomen quid ſignet 91, a

Naamis vxor Abimelechi Bethlemitæ 90, c

Naaſſes Ammanitarum rex 122, f

Naaſes labem obſidione cingit 97, d. iii Sabinas ſæuit 97, d. occiditur 98, a

Naaſes iunior Ammoniterum rex Dauidis legatis iniurius 122, f

Nabadus igne ſacrificij combuſtus 49, f

Nabal, nomen vnde 110, f

Nabalus eſcæ cauſa à Dauide rogatur 110, d. Dauidem reiicit, ibidem

Nabali vxor Abigæa Dauidem reconciliat 110, c. gregibus cautum à Dauide 110, c. interitus 111, d, b

Nabatæa regio 13, d

Nabathæi à Ioratha vaſtantur 241, f. à Gabinio vincuntur 416, c

Naboandel Babyloniæ rex 192, e. vide Balthaſar

Nabolaſſarus Nabuchodonoſori pater 592, f. moritur 593, b

Nabonnedus Babylonis rex 593, f

Nabonnedus Babylonem oppugnat 593, f

Nabrodes Deum contemnit 7, b. 8, e

Nabuchodonoſorus rex Babylonis Nabolaſſari filius 592, f. patrem eius obiiſſe percipit ibidem, b. patri ſuccedit 593, b. fanum Beli ornat: regias extruit: & hortos penſiles ædificat ibidem, c. Aegyptios bello adoritur 185, a. Ioacimum cur occiderit 185, d. populum Iſraelis in Babyloniam abducit 187, d. inuaſit Syriam 185, a. Hieroſolyma expugnat: & quomodo Sedeciam captum tractarit 187, d, e. Tyrum obſidet & occupat 594, b. moritur 192, a. 593, c.

Nabuchodonoſori ſucceſſores 192, d. ſomnia Chaldæis indiſſolubilia 190, c. 191, e

Nabuchodonoſori aurea ſtatua adoranda 191, c

de Nabuchodonoſoro Megaſthenes 192, c

Nabuthus ab Achabo occiſus 160, a

Nabuzardanes Hieroſolyma deſtruit 188, b

Nacebus Arabum dux ab Herode cæditur 312, c

Nachor Serugi filius 9, c

Nachoris progenies 9, d

Nadabus Aaronis filius 49, b

Nadabus Hieroboami filius regnum paternum paterna malitia accipit 156, c. à Baſane occiditur 156, f

Naomines Beniamins filius 29, d

Index.

Naidæ locus 4,c
Nain vicus 523,a
Nais Samaritarum vicus 378,d. à Caino condita 4,c
Narbatene toparchia à Romanis expugnatur 475,d
Narbathæ regionis ſitus 463,f
Nathan vates Dauidem adulterij arguit 124,d. Adoniam imperare nunciat 136,d
naturæ humanæ fragilitas 123,d
nauigatio triennalis 150,a
Naumi de Nino oraculum 177,a, b. de excidio Niniuitarum ibidem
Nazaræorum propria 60,d
neceſſitate in bello nihil pugnacius 488,d
Nechaus Aegypti rex in Babylonios militem ducit 184,c
Nechias Pharao rex Aegypti Saram rapit 544,b
Necropolis vrbs 604,c
Neemias nuncium accipit de Hieroſolymitana vaſtitate 203,c. vrbem auget habitatoribus 204,c. à Xerxe comeatum adipiſcitur 203,d
Neemiæ oratio ad reduces 203,f. precatio 203,d
Neemiæ in reficiendis mœnibus ſtudiũ 204,b. de ſacerdotib. cura 204, c. obitus 204,d
Neerda vrbs 353,b.
Nemroth, ſiue Nabrodes, Dei contemptus author 7,b.8,c
Nephtuni ſingulare cum fortißimo Paleſtinorum certamen 133,c
Nephtalim Iacobi filius naſcitur, & cur ſic dicatur 18,c
Nephtalitarum ſors in Chananea 78,d
Nerigliſſor eorum interfecto Euilmaraduche in regno ei ſucceßit 593,c
D. Nero Domitius crudelis 461,d. in Iudæa infelix 482,d. meticuloſus 406,d. Domitius veneno Britannicum, nec non alios viros illuſtres ſuſtulit 380,b. vxorem Octauiam Claudij Cæſaris filiam trucidauit ibidem. ſimiliter Agrippinam matrẽ, ibidem. vxorem Poppeam nomine duxit 382,b. Veſpaſianum in Syriam miſit 482,c
Neronis mors 522,c. mortem ſecuta 405,d. 406,d
Neronia, aliâs Cæſaræa 382,c
neruis Iudæi cur abſtineant 19,c
Netiræ virtus 491,d
Noe poſteri, terram colere Deo mandanti non parent 7,b
Nicanor aliâs Seleucus 218,d
Nicanor dux poſt Bacchiden dolo Iudam capere tentat 231,c
Nicanor templum euertere conatur 231,f. contra Iudæam miſſus 231, d. Iudæam armis aperit 226,c. à Iuda occiſus 232,a
Nicanor amicus Titi ſagitta vulneratur 539,c
Nicaule Aegypti regina 148,c
Nicolaus Damaſcenus Iudæorum hiſtoriographus 307,c
Nicolaus Damaſcenus accuſationem contra Antipatrum continuat 323, d. 445,f. Iudæorum accuſationẽ ſoluit 453,a. Archelaum defendit 330,f. 334,c. 450,b
Nicolai Damaſceni de Abramo teſtimonium 10,a
Nicolaus rhetor pro Iudæorum immunitate orationem habet 330,e
Nicon à Iudæis Aries Rom. appellatur 541,a
Nigliſar Abimalarodachi filius 192,e. patri in regnum ſuccedit 192,c
Niger Peraites Idumææ rector à Iudæis ducibus parere iubetur 478,b
Nigri mors 517,c
Nilus paradiſi fluuius 3,c
de Nino oraculum Naumi 177,b
Ninus vrbs à quo condita 9,a
Ninus Senacheribi regia 181,d
Niſan menſis Hebræis, Xanthicus Macedonibus, Aegyptiis Pharmuthi dictus, Aprili reſpondens 53,d. 36,e
Niſibis oppidum 353,b
Niſibis regio
nobilitas Iudæorum periit 516,c
nobilitas generis vnde à Iudæis diſcernatur 385,e
Nochus aliâs Noe 592,f
Noe vbi habitarit 5,b. quò migrarit ibidem. quomodo arcam conſtruxerit ante diluuium, inq; eadem conſeruatus fuerit 5,b, c. inebriatus à Chama filio deridetur 8,f. ex arca egreſſus Deo victimas offert 6,b
Noe ætas 6,e. doctrina 5,b. genealogia 5,c. 7,a. poſteri quomodo in orbe ſedes quæſierint 7,e. arcæ reliquiæ 374,c
Nominum origo 3,b. mutatio vnde orta 8,c
Norbanus interemptus 362,a
nubis præſentia ſuper tacernaculo quid ſignificarit 54,b
nubes inſolita: tempeſtas legislationem antegreſſa 43,d
Numidius Quadratus Syriæ procurator 378,f. eius geſta 461,a
Nymphea lacus 432,d
Nymphidius homo nequißimus 522,c

O

Oasis in Aegypto patria Apionis 604,a
Obadæ creditum Herodes repetit 312,a
Obadamus ob arcam beatus 129,e
Obedas rex Arabum 251,e
Obedes Boozi & Ruthes filius 91,d
Obedias iumentorum Achabi curator, vir pius, prophetas periculis quomodo liberauerit 158,e
Oboles vates Iſraelitas capi vetat 177,e
Obedientiæ præmium 613,e
Obimes Hieroboami filius ægrotat 154,f. moritur 155,b
Obodæ ſeu Obedæ necis Syllæus inſtimulatur 313,a
Obodæ Aeneas ſuccedit 312,f
Ocanaſus Eſai filius 20,f
Ochobati ducis potentia 152,d
Ochozias Achabi filius Iſraelitarum rex 165,a. idololatriæ ab Elia incuſatur & moritur 165,d
Ochoziæ ſucceſſor Ioramus 165,d
Ochozias Ioramı filius paternum regnũ recipit, atque ſauciatus à Deũ moritur 170,e,f
Ochoziæ cognati à Ieu occiduntur 171,c
Ochoziæ filius Ioas rex conſtituitur 172, c.
Ochus Madianitarum rex 65,b
Octauia Claudij Cæſaris ex Pætina filia 380,a. vxor Neronis occiditur 380,b
Octauius Claudij Cæſaris filius 380,a
Odolam vrbs à Roboamo extructa 153,c
Ofilius Phaſaelum de inſidiis monet cauendis, & eum iuuat 271,c
Oges Galadinæ & Gaulanitidis regionum rex interit 61,c
Ogis forma & lectus 61,f
Ogis quercus 11,d
Oldæ prophetiſſæ oraculum 283,a
Oliueti mons 380,f
Olurus vicus 523,c
Olympius Iupiter 357,b
Omerus Eſai filius 20,f
Omenoſa nonnulla 360,f
Onias & Doſitheus Iudæi duces Alexandriam liberant 605,b
Onias Iaddi filius pontifex Hieroſolymitanus 212,c
Onias Oniæ filius Aegypto templum ædificat 236,f
Onias Menelaus ſupplicio affectus 230,c
Onias Simonis Iuſti filius puſillanimis & aua-

Index.

& auarus 219,f. à Ioſepho iuuene auaritiæ reprehenditur 220,a. excuſatur ibidem,d. moritur 223,a
Onias Simonis filius templum ædificare ſtatuit 236,d
Onias à Ptolemæo humaniter exceptus templum erigit 585,a,b. & cur,c
Onias quidã Tobiæ filios expellit 407,c
Onias quidam vir iuſtus à Deo pluuiã exorans, atq; Ariſtobulum diris deuouere recuſans, lapidibus obruitur 256,b,c
Onion ciuitas 585,a
opera mirabilia 537,d
Ophires Iuctæ filius 9,b
Ophlas locus 472,c
Ophnes Elis filius 91,e
Ophres Madanis filiꝰ Libyam occupat 14,c
Ophus Eſai filius 20,f
Opobalſamum vbi & quomodo prouenient 258,a
Or rex Aegypti Amenophis deceſſor 598,a
oraculum de tẽplo Hieroſolym. 564,d
organorum vſus 164,e
Oribus rex occiditur 86,a
Oroma Iebuſæus Dauidi aream donodat 135,c
Orodes Artabani filius Parthorum rex conſtituitur 339,a. vide, Horodes
Orphonas Iebuſæus Dauidis amicus 119,f
Oſarſiph ſacerdos Heliopolitan. 599,a
Oſarphus Iudæorum dux 598,c. Moyſes dictus 599,a
Oſeas Iſraelitarum rex 178,c
Oſiris Deus Heliopolitanus 599,a
Otho Imperator 522,c
Othonis interitus 524,c
Otrus Armeniæ rex 9,b
Ozæ clades locus 120,d
Oza tacta arca periit 120,d
Ozias quomodo gentes ſibi ſubiecerit 175, c. Hieroſolyma reſtaurauit 176, b. ſacerdotis munus vſurpat 176,c
Oziæ ortus, rectoratus et religio 176,a
Oziæ diuitiæ 176,b. improbitas 176,c

P

PAapis Amenophis pater 598,a
Pacorus terræ Mediæ rex 576, e. coniugem & concubinas ab Alanis captus centũ talentis redimit 578,e
Pacorus Parthorum rex cõtra Iudæos contendit 420,f
Pacorus Pacori regis pincerna Iudæam explorat ibidem
Pacorus Herodi inſidiatur 271,c. Pacori regis pincerna Phaſaelo inſidiatur 271,d
Pacori inſidiæ intellectæ 421,c. mors 275,f
Pactum Iacobi cum Labano 17,f
Pætina Claudij vxor 380,a
Palæſtina vnde dicta 8,e
Palæſtini Dauidis ſubſidium reijciunt 113,f. Iſraelitas facultatib. priuant 87,e. 99,d. Hebræis rebellant 112, c. Hebræos clade afficiunt 92, d. vincunt 112,c
Palæſtini ab Ezechia bello ſubiguntur 179,c. male tractati 88, d. infeſtati 93, b. fuga ſaluti conſulunt 120,c. armis exuuntur 99,b. occubuerunt 94,e. victi 99,a. occiſi 99,f. 100,b. à Sampſone 89, e. expeditionem inſtituunt 103,b.
Palæſtinorũ cæſorũ numerus 104, b,c
Pallas Neronis libertus 381,d
Palmeta vbi ſint præſtantiſſima 258,a
Palmira vrbs 148,d
Pamphylij Romanis tributa perſoluũt 468,a
Pamphylium mare Alexandro imperiũ Perſarum deſtructuro ceſſit 38,e
Panes appoſititij 46,e
panes appoſititij 52,c
Panium locus 296,c
Panij pulchritudo naturalis Agrippæ diuitijs curatur 501,f
Pannychis concubina Herodis 437,e
Paphlagones populus 8,b
Papinius tribunus 358,d
Pappus Herodi rebellaturus ab Antigono mittitur 426,b. occiditur ibid.f.
Pappi caput Pheroræ tradi Herodes vult 277,c
Paradyſus 3,b
Paradyſi fluuij quatuor 3,c
Paradyſo eiiciũtur Adamus & Eua 3,f
Paradiſi optimi qui 521,c
Parentum honor 613,c
parricidium publica naturæ iniuria 324,c
Parthi regem conſtituunt 339,a. Antigonum in regnum reducunt 422,b. Armeniam amittunt 342, a. Herodem capere nituntur 271,f. Hierosolymorum bona diripiunt 272,d. Hyrcano inſidiantur 271,d. Hyrcanum captiuum 271, e. & vinctũ abducunt 422,b,e. Iudæos debellant 420,e. Romanis obſides mittunt 468, e. & à Ventidio oppugnantur 275,c
Paſcha Iudæorum quale 448,f. celebratur 75,b. 201,a. à Ioſia 144,b
Paſcha Azymorum feſtum vocatur 338,b
Paſchæ inſtitutio 36, e. ſacrificium 52,a
Paſchæ ſignificatio 36,f
in Paſchæ feſto ſeditio 328,c
Paſini Caſtrum 9,b
Paſtoralis vita 4,a,d
patientia Ioſephi captiui 23,d
patris crudele facinus 425,a
Pauli Apoſtoli patria 8,b
Paulina Iſiacis infenſa 340, e. quomodo à Mundo conſtuprata ibid.b
Paulinus Lupo in adminiſtratione Alexandriæ ſuccedit 585, d. templũ Oniæ ſpoliat, et in acceſſũ facit ibid.
Pauſanias Ceraſtæ filius Philippum Macedonem occidit 360,f
pax morti præferenda 513,a
Pedanius Iudæum raptum Cæſari tradit 558,c
pegmatum fabrica 574,f
Peluſium oppidum 101,c. obſeſſum et captum 262,a. à Mithridate expugnatur 417,a
Pentecoſte 271,b
Pentecoſtes feſtiuitate Iudæi non iter faciunt 245,e. ſacrificium 52,b
Peræa regionis deſcriptio 484,c
Peraitæ mors 517,c
Pergamenorũ decretũ pro Iudæis 267,a
Periſtoreonos ſaxum 549,d
Perſæ ab Antiocho impetuntur 614,c multa Iudæorum millia Babylonem abripuere 596,a. quo pacto Aegyptios tractarint 602,b
Perſarum bibendi mos 204, c. mancipia Aegyptij 609,c
peſtis Hieroſolymitanorũ 186,e. 290,e
peſte Aſſyriorum exercitus conſumitur 181,d
Petephres vir Aegyptius, cui Ioſephus eſt venditus 22,d
Petilius Cerealis proconſul Germanos ad ſobrietatem cogit 573,a
Petra magna, locus 109, d
Petra vrbs, olim Arce dicta 61,a. 355, e. quæ Reccine 65,b
Petræus amicus Romanis factus propter inimicitias Herodis 333,b
Petronius Aegypti præfectus Herodem famis tempore iuuat 293,d. à Caio in Syriam mittitur 350, d. bellum Iudæis infert 350,d. à Caio ad officia reuocatur 352,d. Caij necem gaudet 353,a. Doritas inſolentiæ accuſat 370,a. Iudæorum primates compellans, ad Cæſarem de Iudaicæ gentis ſupplicationib. ſcribit 458,f
Petronij epiſtola ad Doritas 370,a. ad Iudæos oratio 351,d. pietas grata Deo 351,e
Petus fugientem Antiochum regem Romam mittit 578,c
Petronius præſes Iudæos ad Cæſaris ſtatuas recipiendas hortatur 458,d

Index.

Phacias Iſraelitarum rex 177,c. trucidatur 176,f
Phaceias Romeliæ filius vir impius regnum Iſraelitarum occupat, Achazem oppugnat 176,f.177,c
Phalec, vox quid ſonet 9,b
Phalegus Heberi filius 9,b
Phalereus Demetrius de Iudæis 597,b
Phalles Rubeli filius 29,d
Phanaſus Samuelis filius pōtifex 383,d
Phanes ruſticus pontifex 509,b
Phanuela vrbs 152,c
Pharao vnde dicatur 148,d
Pharao à Iacobo ſalutatur 30,a. oſtenta cernit 35,c. Hebræis onus duplicauit 35,d. Moyſi necem minatur 36,d. Pharao Nechias rex Aegypti Saram Abrami vxorem rapuit 544,b
Pharaonis ſomnia 24,c
Pharaonem inuaſerunt mala 35,e
Pharaones Aegyptij reges cur dicantur 148,d
Pharaothes fratres Ioſephi bene tractat 29,a
Pharaotis malitia in Hebræos 35,d. 36,&c. dimiſſos inſequitur 37,c. eum omni exercitu deletur 38,c
Phares quid denotet 193,c
Phari inſulæ deſcriptio 526,c
Phariſæi ſe iungunt Alexandræ 412,b. Alexandram ſæuire faciunt 253,d. Diogenem occidunt 412,c. Herodianas mulieres decipiunt 320,a. Herodis iuſſu necantur 320,b
Phariſæorum ſecta 456,c. dogma 337,c. immanitas 253,e. in populo licentiæ 253,a. traditiones 247,e.
Pharmuthi menſis 36,e
Pharnaces filius Mithridatem Ponti regem occidit 257,f
Phaſaelus Antigono reſiſtit 271,b. ab Antonio tetrarcho ſtatuitur 270,d. Barzapharnē perfidiæ arguit 271,e. Felicem vincit 420,a. Hieroſolymis præficitur 263,c. Iudææ tetrarcha 420,d. à Parthis vinctus 271,e
Phaſaeli verba vltima 422,c. interitus 271,e.279,e.422,c
Phaſelos turris 535,d. ab Herode condita 305,f
Phenenna Helcanis Leuitæ vxor 91,f
Pherora filios Herodis traducit 302,c
Pheroras Herodis filiam vxorem ducit 309,e
Pheroas Antipatri filius filiam Herodis faſtidit 308,b. à Zelotypo apud Herodem accuſatur 308,e. ab Herode eijcitur 442,d. Salomē ſororem incuſat 436,a. procidēs Herodis iram mitigat 437,c. moritur 442,b,c
Pherorę uxor Veneficij accuſatur 321,b
Philadelphenſium & Iudæorum diſſidium 373,b
Philippio Ptolemæi Minnæi filius 416,e
Philippi Amynthæ filius cæditur à Pauſania amico 360,f
Philippus Antiochi Grypi filius Syriæ parti imperans Antiochum Cyzicenū ſuperat 251,c. cum fratre Demetrio pugnans totius Syriæ dominus conſtituitur 252,b
Philippus Archelai frater cur à Varo Romam miſſus 452,d
Philippus Herodis frater moritur 342,c
Philippus Herodis frater qualis 342,c. Gamala in Romana fide retinet 388,c
Philippus Iacimi filius à Gamala abit 393,c. falſò accuſatur 443,d. exercituī Agrippæ præfectus 477,f
Philippi uirtus 491,d
Philippus rex Macedo occiſus 210,c
Philippus filius Zamaris 319,d
à Philippo urbes quare conditæ 338,b
Philo hiſtoricus de Iudæis 350,c. 597,b
Philometor Ptolemæi Epiphanis filius 223,d. Alexandro auxiliaris 238,d
Philoſophiæ tria genera apud Iudæos 454,d
Philoſophi apud Indos Calani, apud Syros Iudæi dicuntur 595,b
Philoſtratus hiſtoriographus 192,c
Philoſophorum de Deo diſcordes ſententiæ 614,e
Phineas comprehenditur 567,d
Phineeſes Elis pontificis filius 91,e
Phineeſis generi obtigit ſacerdotium 140,b
Phinees rigidus iuſticiæ propugnator 627,d. Zambriam occidit 64,e
Philopator Ptolemæi Euergetis filius 219,f
Philoſtephanus Ptolemæi Lathuri dux 250,a
Phiſon fluuius paradiſi 3,c
Phœbus Agrippæ legatus à Iudæis occiditur 476,c
Phœnices Carthaginē condidêre 603,d
Phœnicum annales 597,b.603,d
Phora fluuius paradiſi 3,c
Phrates Parthorum rex Hyrcanum humaniter tractat 279,e. moritur 338,e
Phraataces Phraatis filius patrem occidit, exul perit 338,e
Phruræa feſti dies 209,e
Phryges populus 8,b
Phutes, Phuti ibid.d
Phullo bellum cogitanti, Manaemus pacem offert 176,e
Phyſcon Ptolemæi Epiphanis filius 223,d
pietate inuidia uincitur 108,d
pignus non furenter tollendum 70,e
P. Pilatus Iudæos ſeditioſos compeſcit 457,d. imagines Cæſaris Hieroſolymam introductas aufert 457,e. Samaritanos opprimens, cædis accuſatur, Romam uocatur 341,b,c
Pilati regimen 457,b
pinea ligna ex terra aurea 149,e
Piræus Athenarum portus 294,e
Piſo legatus Pompeij 258,b
Piſtus nobilis defectionis à Romanis autor 387,b
Piſholaus Iudæorum princeps 415,c. à Craſſo occiditur 416,d
Placidus tribunus in exercitu Veſpaſiani Galilæam peruadit 487,a. à Iotapatenis pulſus fugit 487,b. contra fugitiuos pugnat 519,e. Bethenabrum igni tradit 520,a
Placidi aſtutia, uictoria 505,d
plagarum pœna 69,b
plagij lex 70,e
Platane, uicus Sydoniorum 439,d
Plato ueritatem de Deo proferre timuit 614,b
Plinthines ſitus 526,d
Pliſtorum apud Daces ſecta 337,f
pœna in cuſtodes caſtrorum apud Romanos 548,d
pœna iniqui iudicis 613,c
pœna uirginem ui comprimentis ibid.a
pœnarum lex 71,d. cauſæ peccata 128,b
Polæmon Pontus regulus Berenicem uxorem ducit 379,e
Politianus tribunus à Ceſtio Hieroſolymam mittitur 466,a. officioſè excipitur ibid.b,c
Pollio Phariſæus Herodi amicus 279,b
Polybius Megapolitanus hiſtoricus de Scopa duce Ptolemæi 218,e. reprehenſus 229,c
Polycrates Lacedæmonijs maledicit 597,c
Pompeius Ariſtobulum petit 413,d. captum Romam ducit 415,a. in cuſtodiam locat 413,f. Gadaram reſtaurat 414,f. Hieroſolyma obſidet 414,a. ſeptimum diem ſeruat 414,b
Pompeius urbem Hieroſolymam & regiam occupat 258,b.414,a. templum

plum ingreditur 258,f. ſacra celebrat 414,e. belli autores ſecuriſerit ibid.e. urbes à Iudæorum imperio eripit 414,f. à Sarmatis occiditur 573,e
Pompeij res geſtæ in Syria 259,b
pondera quando inuenta 4,c
pontificis inſula 48,b. ueſtitus 538,b. uxor qualis 53,c
pontificum Hieroſolymitanum numerus 188,d. ſucceſſio 338,d. in populo Iudaico ſeries 383,d. deſignandorum ordo 588,b. ſeditio 381,c. filij Dauidi decreta relaturi, in puteo latent 129,b
Pontius Pilatus, uide, Pilatus.
pontificialis ornatus 47,b,d. eiuſdem ſignificatio 48,e
pontificiæ ſtolæ repoſitorium 298,a
Popedius conuitij in Caium coniecti arguitur 358,b
Poppea Neronis uxor 382,b
Porcius Feſtus Iudææ procurator 381,d. uide, Feſtus.
porticus Hieroſolymorum 536,d. ædificantur 201,a
Poſidonij à Iudæis mendacia 606,e
præcepta Dei decem 44,a,b
prætorianimilites 366,d
prætorij in caſtris Romanis deſcriptio 486,a
præſentiæ diuinæ ſignum 120,b
precationis à Moyſe traditæ 72,d
precibus Moſis aqua dulceſcit 39,c
preces Noe 6.c
primogenito ius ſeruandum 69,d
primogenitorum Aegyptiorum 36,f
principis ſacrificia 51,b
Priſcus centurio Ionatham Iudæum ſagitta transfigit 559,a
Priſcus ſextæ legationis dux à Iudæis occiditur 477,b
Procymatium unde dictum, & quomodo extructum 294,f
Procymia 431,c
prodigia excidium Hieroſolym. prænũcia 563,e
prophetæ inobedienti pœna denunciata 159,b,c
Proſeucha domus precationis 398,b
prouidentia Dei 145,f
prouidentiæ Dei paradigma 111,b. 299,a
Pſephinos turris 534,c
Pſephina turris 535,c
Pſeudalexander 335,a,c. uide Alexander fictitius.
pſeudopropheta prophetã ſeducit 153,b
pſeudopropheta Aegyptius uinctus aufugit 462,b
Ptolemaidis deſcriptio 458,b
Ptolemais Cleopatra expugnatur 250,d obſeſſa 254,d. 249,b
ptolemæus Agrippæ et Berenices procurator à Ioanne Giſcaleo ſpoliatur 479,d
ptolemæus Dorimenis filius Iudæam infeſtat 226,d
ptolemæus Epiphanes in Syriæ reges contendit 218,d. moritur 223,c
ptolemæus Euergetes pater Philopatoris 219,f
ptolemæi Euergetis poſt captam Syriã geſta 605,a
ptolemæus Galileæ ab Herode præfectus interficitur 275,e
ptolemæus Herodis procurator 308,a
ptolemæus filius Lagi Demetrium vicit 595,d. Hieroſolyma occupat 212,d
ptolemæi filij Lagi comitas & humanitas 595,e. epiſtolæ 604,c. liberalitas 214,d. præceptum de dimittendis Iudæis 213,f
ptolemæus Lathurus humanas carnes coquit 250,c. Aſochim vi capit. 249 f. Alexandrum vincit 250,a. ptolemaidem oppugnat 249,e. regno expulſus 249,c
ptolemæus Mennæi filius 411,f. 416,e. Antigonum adoptat 269,b. moritur 270,f
ptolemæus Philadelphus Aegypti rex 213,b. captiuos Iudæos reddit, pecuniam ſæpè largitur, leges eorum cognoſcere cupit 604,f. ad Eleazarũ pontificem, de vertendis legib. ſcribit 214,e. ſeniores ferentes codicem legis ſuſcipit 215, e. interpretes 70. dimiſit 217,f
ptolemæi Philadelphi bibliotheca 213, c. liberalitas 213,e. 215,c
ptolemæus pilometor rex ſalutatur 238 e. Alexandro auxilium miſit 238,d. Antiochenis perſuadet, vt Demetrium regem Aſiæ admittant 238,f. Ammonij inſidijs petitur 238,d
ptolemæus vulneratur 239, d. moritur 239,b
ptolemæus Philopator 218,d. moritur, ibidem.
ptolemæi Phyſconis immanis crudelitas & iniuſtitia, itè pœnitentia 605,c,d
ptolemæus Simonis Aſamonæi gener ſocerum occidit, & alia ſcelera committit: oppugnantem Hyrcanum eludit, eius matrem & fratres interficit 224,f. in Aegyptum reducitur 260, c. Alexandram vxorem duxit 416, f. occiſus 425,b
ptolomæi dicti reges Alexandrini 248, e. Aegypti reges 121,e
P. Seruilis decreta pro Iudæis 266,d,f
pudicitia Veſpaſiani 526,a
puerperarum lex 53,d
pueri Iudaici aſtutia 564,e
puerorum educatio 613,b
Puthodus Simeonis filius 29,d
Pyrgum Stratonis vrbs 430, c. ab Herode inſtaurata 431,b
Pythagoræ qualis fuerit 594,c
Pythagoras philoſophus 603,c
Pythiũ templũ Herodes ædificat 306,a

Q.

QVadratus Syriæ procurator Iudæos diſcordes audit 461,b
in crucem agit 379,b
Quadrigæ ſolis per Ioſiam ſublatæ 184,a
quinquageſimi anni remiſſio 53,e
Quintilia tormentis examinata, munerib. donatur 358,c
Quintilius Varus Syriæ præfectus 322,e
Quintilio Varo iudice, Antipater in ius vocatur 322,f
Q. Pompeius conſul 368,b
Quercus Ogis 11,d
Quirinus à Iudæa incolis cenſum poſtulaturus ablegatur 336,b,d,e

R.

RAbatha ciuitas 61,f. capta vaſtatur 125,c
Rachab exploratores dimiſit 74, c. ſpeculatores officij monet 74,d
Rachaba ſalnatur 75,d
Rachabæ promittitur beneuolẽtia 74 e
Rachel Iacobi vxor 18, a. deos patris abſcondit 19,b
Rachelis filij 29,d. mors 26,b
Rapta caſtellũ ab Herode diruitur 312,c
Ragau filius Phalegi 9,b
Raguel Eſai filius 20,f
Raguel Moyſi occurrit 42,e. Deũ laudib. euehit 42,e. commeatum dat Moyſi 34,f
Ramatha obſeſſa 123,d. 169,f
Ramathon à Baſane munitur 157,b
Rameſſes nominatus Setho 598,f
Ramphes Aegypti rex 598,a
Ramphes Sethi filius 598,a
Raphia vrbs inſtauratur 259,e
Rapſacis oratio ſuperba 180,e
Rapſeus pater Rameſis 598,e
Raſes Damaſcenorum rex 177,c. occiditur 178,a
ratio pia domina eſt affectionum et dolorũ 614,b. ſapiẽtiæ ſtudioſa 620,e
Rebecca filius Bathuelis 9,d
Rebeccæ liberalitas 15,a
Reipublicæ optima forma 68,c
regis Aegyptiaci crudelitas 31,a
regũ bonorũ virtutes quæ 296,e. 139,a
regum Aegyptiacorum ſucceſſio ordinaria 591,b
refugij loca 65,e. 78.e

Index.

ob Religionem ſupplicia Athenienſib. irrogata 615,f
Reſſa vicus Idumææ 272,c
Rhoa petra 82,e
Roboam Solomoni patri ſuccedit 151, e.regni partẽ amittit,ibi. ab iſraelitis deſeritur 152,b.vrbes quas cõdidit,quantos reditus habuerit 153,e,f
Roboami vxores & filij 154,a.mors et ſepultura, ibid.e
Roboamo Abias filius ſuccedit 154,e
Roma à Iulio Cæſare occupata 261,d
Romæ belli Iudaici hiſtoria à Ioſepho ſcribitur 589,a
Romæ ſcelus admiſſum 340,b
Romanus exercitus murum circa Hieroſolymam triduo extruit 549,c
Romani belli cauſæ 500,e.510,b.materia 470,b.
Romani cur vtantur aquila in vexillo 487,d.ædificia incendunt 563, b.ſolis Aegyptijs in vllã ciuitatẽ aſcribi interdixerunt 604,e. aggeres Ieroſolymæ erigunt 547,f.Antoniã inuadunt 554,f.aquilonem borrẽt 581,b
Romani Ariſtobulũ vincũt & vinculis conſtringũt 26,b. audacia Iudæorũ terrentur 552,f.caſtris expulſi 532,b. Eleazaro dediti trucidantur 472,c. flamma circũdati opera erecta deſerunt 548,c.flãmis exuruntur 559,b. Gamalæ turrim ſternunt 505,e.Hierichuntẽ diripiunt 274,f.Hieroſol. vrbe pelluntur 542,e.inferiorem ciuitatẽ Hieroſol.incẽdunt 566,d.Ioſephũ proſligant,capiunt 403,b.f.famẽ accendunt 550,b. Ioppen capientes, Narbatenẽ toparchiã expugnãt 475,d.vincuntur 533,f.555,e.561,a. Iudæos fuſtibus cædũt 465,e. excruciant 583,b. Iudæos honorant 264, e. Iudæis ſtipendia ſoluere,& tributa in Capitoliũ ferre cogunt 577,d. muris Hieroſol.ſcalas applicãt 560, f.567,e.mutuis vulnerib.cadũt 557, d. victoria & muris Solymæ petiti, in incolas ſæuiunt 568,a.vrbem vaſtantes theſauros Ieroſol. inueniunt 569,b.ſaxis obruti 465,e.à Seppho ritis ſuſcepti, à Iudæis vincuntur 475,d
Romanorũ amici Iudæi ſeruantur 609, d.in bellicis exercitiũ 485,d.diſciplina bellica 406,d. diſſidia poſt Iuliũ 418,f.humanitas 406,f. in Iotapatenos ſæuitia 495, b. machinæ à Iudæis incenduntur 548.b. peritia & induſtria militaris 541, c. ad templi aditũ certamẽ 555,a.telorũ vis 492,
Rubelus,nomen quid ſignificet 18,b
Rubelus Iacobi filius naſcitur 18,b. internecionem Ioſephi impedit 21,e
Rubeli filij 29,d
Rubenitis promiſſiones renouatæ 74,b
Ruſus ad Romanos deficit 332,a.
Ruſus Aegyptius Eleazarum Iudæum captum percuti iubet 576,f
Ruma vicus 491,e
ruta miræ magnitudinis in regia Herodis 576,b
Ruth Bethlema cõtendit:ſpicas colligit ad Boozi pedes requieſcit 91,a,b

S.

SAab vicus 491,d
Saar Simeonis filius 29,d
Saba Aethiopũ regia aliàs Meroe, obſidetur 33,c.à Moyſe occupata,ib.d
Sabathes commentarienſium princeps 133,c
Sabba menſis 61,a
Sabbathoſis Aegyptijs quid 603,e
ſabbatum,quid ſignificet 3,a.604,a. & vnde denominetur 603,e
ſabbatum agrorũ 53,d.Iudæorũ 596,e
ſabbata Iudæi pugnã detrectantes occiſi 225,e
Sabbo Aegyptijs quid 604,a
Sabecus Ammanitarum imperator vulneratus moritur 123,d
Sabiniani à Iudæis impugnãtur 450,e
Sabinianorũ et Iudæorũ pugna 450,e
Sabinus Syriæ procurator Hieroſolymis Iudæos vexat: armis impetitur: Phaſaelũ turrim conſcẽdit 331,d. obſeſſus à Varo ſuppetias accipit 333,b
Sabini auaritia 450,d
C.Sabinus cũ Chærea Minucianũ petit 359,b.ſibi ipſi manus infert 368,d
Sabini Syri militis facta,habitus animi & corporis 554,c,d, e. mors, ibid.
Sabini vocantur Romani 604,d
Sabuchades Amanem inſidiarum arguit 208,c
ſacerdotes ſeu miniſtri Iudæorum 596, b. lorica ſegregantur 537, f. Aegyptij circunciduntur, & à ſuilla abſtinent 609,e. fame pereunt 382,d
ſacerdotum decimas accipientium numerus 595, e. officium 525,d. ornamentum 538,a.in diuinis perſeueratio 414,d.veſtes 47.b.144,f
ſacerdotum reditus 60,c.ſed 554,b.defectio 210, d.ſeditio 381,c.interfectio 564,e.occiſorum multitudo 108,e
ſacerdotij translatio prædicta 92,c
Sacramento populum Herodes obſtringit 296,d
ſacrarium ſpoliatur 332,a
ſacrificat populus 138,d
ſacrificiũ Deo gratũ 101,f.135,b.Abelis & Caini 4,b. Euchariſticũ 51,a.mẽſis Octob.51,d.Noe 6,c.ignoranter errantis 51,b. Pentecoſtes 52,b.ſciẽter iniquè agentis 51,b
ſacrificij Abramici ritus 11,d
ſacrificia principis 51,b
ſacrificia publica 51.d
ſacrificiorũ diuiſio 50,f.leges 50,e.49,d
Sadducæorum opinio 337,d. ſecta 456,f
Salatis Aegyptiorũ hoſtes,Abarim nactus moritur 590,c,d
Sales Arphaxadis filius 9,b
Salis oppidum Idumeæ 483,c
Salmanaſar Syriã ac Phœnicẽ pertranſit 179,e. dccẽ tribus in Mediã abducit et Iſraelitarum regem cepit 179, c.Tyrios vincit 179,f
de Salmanaſare locus Menandri 179,e
Salomon:vide,Solomon
Salome Herodis crudelitatem incitat 439,b. Ariſtobulum accuſat 435,d. filiã ad prodẽda ſecreta pellicit 308, c. à fratre Pherora incuſatur 436,a ſemetipſam purgat 309,a. vinctos abſoluit 447,e.moritur 338,c
Salpadæ filiarum hæreditas 65,e,f
Saltus Libani 249,c
Samachonites lacus 84,c
Samaralla legatus Herodis 280,a
Samaria deuaſtata 121,f. ab Adado obſeſſa 160,e.167, d.ab Hyrcano ſolo adæquatur 247,b
Samarienſis regionis ſitus 484,d
Samarita Antipatri procurator 442,f
Samaritæ vnde dicti 190, a.ab Alexandro liberam vitã petũt 212,a.Iudæis infeſti 219,e.tẽpli inſtaurationẽ impedire conati 200,a.à Iudæis ſeditionis arguũtur 379,a. Galilæos opprimunt 378,d. origo 210,c. lis de templo Garizitano 237, a.cæſorum numerus 494,e
religionis Samaritanæ initium 180,a
Samaritani ſeditioſi oppreſſi 341,b.Iudæos accuſant 378,f
Sameas contra Herodem dicit 264,b. in honore habetur 264,c
Samoſata ab Antonio obſeſſa 276,b. ab Herode oppugnata 425,d
Sampſon, nomen quid ſignificet 89,a
Sampho vicus 333,c
Samuel ius reddit 95,b. Saulũ inunxit regem 96,d. Saulũ ad prælium incitat 100,f.vatis origo 91,e. natiuitas 92,a. educatio 92,a,b. diuina patefactio 92,b,
Samuelis cõſolatio,ſacrificium, oratio 94,e.filiorum impietas 95,c.obitus 110,b.manes Saulo perniciem nunciant 113,a
Sanaballetes moritur 211,b
Sanagarus Anathi filius 84,c

Sanctuarij dispositio 45,e
Sanctum sanctorum 45,f
Sapha locus quid denotet 221,c
Saphas Iuctæ filius 9,b
Saphatha vallis 156,d
Sara ab Aegypti rege rapitur 10,b. ab Agare ex Abrahamo grauida despicitur 11,d
Saræ mors, & ætas 14,c
Saramalla Syrorum ditissimus 271,e
Sardianorum decretum pro Iudæis 267,c
Sardianorum magistratus literæ missæ 307,d
Sardonyx litationis index 50,b
Sareptana vidua cibo non deficitur 158,b
Sares Nephthalim filius 29,e
Sarmatæ Fonteium occidunt 573,c
fatum quid contineat 168,e
Saulus asinas quærit: voce diuina rex ordinatur: vngitur 96,b,c,d. sortitione designatur 97,b. & inauguratur ibidem. Ammanitas vincit 98,a. Palæstinos superat 100,b. quos habuerit filios & filias, ibid. e. Amalecitas opprimit 101,b. regno priuatur: fit dæmoniacus 102,e,f. Dauidi insidiatur 105, b. & reconciliatur, ibid. c. sacerdotes necat 108, a,b. suam iniquitatem Dauidis autem innocentiam agnoscit 110,b. Samuelem sibi in vitam reuocari iubet 112,e. moritur 115,a
Scaurus Cœlesyriæ præfectus 259,b. dux Romanorum obsidionem soluit & Aristobuli muneribus corrumpitur 413,b,c. Aretæ reconciliatur 259,c. 415,b
scenopegiæ festum 146,e. 203,a
Scipio in Syriam proficiscitur 261,d
Scriptura sacra à matre martyribus 7. filijs proponitur 627,c
Scythæ Romanis cladem inferunt 573,b
Scythopolis vrbs 259,e. 414,f
Scythopolitæ Iudæos trucidant 473, c. à Iosepho occiduntur 221,a
Sebas Ili filius 134,b
Sebaste, vrbs Samariæ olim nuncupata 293,a. ab Hyrcano obsessa 246, e. 409,b
Sebaste vrbs ab Herode ædificata 430,e
Sebastus portus in Cæsaris honorem constructus 322,d
Sedecias pseudopropheta Michææ restitit 163,a. sibi pœnam denunciari animaduertit 163,c
Sedecias peruersus 186,a. rex à Babylonio constituitur 186,a. pseudoprophetis seductus ab Hieremia admonetur 186,a,c. à Babyloniis capitur 187,e. moritur 188,e
Seffora Moysis vxor 34,f
Sehon rex Amoræorum. Moysi negat transitum 61,b. occiditur 61,e
Seianus occisus 346,c
Sein mons 60,f
Selemarus Senacheribum patrem occidit 181,d
Seleucus Iaphesi filius 176,e
Seleucus Zachariam regem occidit 176,d. interit 176,e
Seleucus alias Nicanor. 218,a. Iudæos honorat 218,a. Antiochiæ conditor 604,d. Stratonicam ducere noluit 596,e
Semæ posteri 9,a
Semechonites lacus 503,c
Semeis Dauidem conuitijs traducit 128,b
Semei exitium 140,d
Senaar campus 5,b. 7,a
Senacherib Assyriorum rex 544,d. instituit expeditionem Hierosolymitanam 180, c. à muribus exarmatur 181,c. è medio tollitur 181,d
Senacheribi perfidia 180, d. exercitus peste deletur 181,d. Herodotus memor 181,c
senum consilium salutiferum 151,f
Sepphoris Galilææ ciuitas maxima, occupatur ab Herode 424,d. à Iosepho 481,c. 402,a. incenditur à Varo 451,f
Sepphoritæ Cestium & Gallum in subsidium vocant 403,a
Serebæus alias Mardochæus 199,c. vide Mardocheus
Seron à Iuda Machabæo occiditur 226,b
serpens Euam tentat 3,d
Serpentis pœna 3,f
Serpentes Aegypti 33,a
in Serpentes stratagema 33,b
Serugus Ragai filius 9,b
Seruilij decreta pro Iudæis 266,f
seruitutis lex 70,f
Sesostris rex Aegypti fabulosus 609,c
Setho, Rameses nominatus 598,e
Sethos rex Aegypti 598,a
Saturnini oratio de libertate 363,f
Sethus, eiusq; posteri 4,c
Sextus Cæsar Herodem illustrat 263,c. pro Herode absoluendo scripsit 264, a. moritur 267,f. 418,c
Sexto Marcus succedit 418,e
Siba villicus Memphibosthi 122,e. herum suum apud Dauidem calumniatur 128,a
sicarij qui dicebantur 381, e. nocentissimi 572,a. Iudæis calamitatis autores 584,d
sicariorum princeps Eleazarus 578,f. Ierosolym. temeritas 584, d. captorum in tolerandis tormentis duricies 584,f
Siccla ab Amalecitis incensa 114,b
Sicella vicus Dauidi tributus 112,b
Sicima, vrbs vbi sita 19,e
Sicima occupata 187,b
Sicimitæ Abimelechum electerunt 86, f. puniti 86,e. vrbe exploſi 87,b. fugitiui combusti 87,b
sicli valor 49,b
Sila satellitum regis dux 403, b. a. ob insolentiam in custodiam coniectus 370,f. 371,d. occisus 372,c
Siloa fons 534,d
Silo ab Antigono pecunia corruptus, 274,b. 423,d
Silonis corruptio retecta 424,a
Silua ardentibus facibus Ierosolym. petiiubet 581,a
Simeon quid 18, b. Iacobi filius nascitur, & cur sic vocetur 18,b
Simeonis sæuitia 20,a. filij 29,d
Simeoniorum sors 78,c
Simon Boethi filius fit pontifex 369, c. Mathiam excruciatum interimit 550,c. Ananiam occidit 550,d
Simon Camithi filius pontifex constituitur 338,d
Simon Canthera pontifex 270,c
Simon Cathlæ filius 513,c
Simon quidam Essenus Archelai somnium explicat 454,b
Simon Gerasenus dux latronum 522,f
Simon Gioræ filius rapax, homicida 482,c. Romanos inuadit 476,b. in pompa traducitur, & occisus nunciatur 575,c
Simon Herodis seruus diadema sibi imponit, Grato repugnat, fugiens trucidatur 332,d
Simon frater Iudæ Galilæis auxiliatur 228,b.
Simon Ptolemaidenses deuicit 228, b. phalangem militum aggressus hostè fugat 238,b. Bethsura potitur 240, f. Ioppen occupat 242,a. Tryphoni repugnat 242,c. Candebeum vincit 408,d. Iudæa expellit 244,d. insidijs generi Ptolemæi cæsus 244,e
Simon regius diadema sibi imponit 451,c
Simon in cloacam se demittit, mutata veste prodiens vincitur 570,e. & vinctus Cæsari offertur 571,a

Index.

Simonis & Ioannis crudelitas, 546,e
Simon Sauli cuiusdam filius latro parẽtes, vxorem, filios, atq; seipsum interfecit 473,d
Sina mons 39,a
Sinæ montis vbertas 34,b
Sinæus mons 159, e. vbi situs 603,e
Sis quid denotet 164,e
Sisares exercitus Iabini dux 84,c. truci datur 84,f
Sobachis insigne facinus 133,e
Socrates philosophus 609,d
Sodomæ exitium 12,c
Sodomitica terra vicina Asphaltiti 521,a
Sodomitæ flagitiosi 12,a
Sodomitarum cum Assyrijs bellum: & ab ijsdem accepta clades 10,e
Sohemus arcanum effutit apud Mariammen 288,f. occiditur 290,a
Socho vrbs à Roboamo ædificata 153,e
Solomona mater 7, fratrum, Machabæi, Aberi, Marbiri, Iudæ, Achæ, Arethis & Iacobi, ad Antiochum accersitur 624, comburitur 626
Salomon Dauidi natus 125,b. regnum auspicatur 135,e. hostes eiecit 139, d. à Deo sapientiam petijt 140,f
Solomon templum extruit 143,b. 603,b,d. litat 146,c. regiam ædificat 147,b. Iromi ænigmata soluit 147,f. vrbes condit 148,b,c
Solomon idololatra fit 150,d. moritur 151,d
Solomonis virtutes, & opulentia 140, e. 150,a. sapientia 141,f. potentia 609,c. iudicium de duabus mulieribus 141,b. præfecti qui 141, d. sumptus quotidie 141, e. vxores & concubinæ 150, d. scripta 142, a. incantationes 142,b. literæ ad Iromum 142, c.
Salomonis tribunal 147, c. cubicula voluptuaria 147,d. solium eburneum 147,e
Salomoni forma templi monstrata 138,a. reges plerique munera mittunt 150,a. Aegypti regina munera dat 149,d. Deus in somnis visus, quidlibet postulare iubet 140,e
Solones Græcorum legislatores 610,d
Solyma, Hierosolyma vocata 11,b. 119,e
Solymitarum sæuitia 598,f
somnium Iacobi 16,f. militis Madianitici, 85, e. Iosephi 21,b. pincernæ 23,e. pistoris 24, b. Pharaonis ibidem, d, e. Nabuchodonosori 190,e
somnus quid 582,c
Sopha filius Ragauelis capitur 508,e
Sophira Indiæ regio 149,b
sorte Saul rex eligitur 97,b
Sos quid significet 590,d
Sosius Herodis socius 427,a. coronam auream Deo consecrat 278,d. Antigonum opprimit 277,c. Hierosolyma obsidet 277,d
Spadonum lex 71,e
Sparta Licurgi leges diutißimè tulit 614,b
Spasini castrum 374,b
speculatores Chananæam peruagantur 54,a. 55,b
spes fallax quæ 428,e
spoliorum lex 575,b
stadia 30, miliaria 4 Italica 81,c
Strabo Cappadox de Iudæorum fidelitate 247,c. 249,a. 261,a
Straton Beræe tyrannus 252,b
Stratonis turris 294, c. Cæsarea dicta 292,e
Struthium stagnum 547,f
stuprum angelorum 5,b
stupri lex 69,e
stupro extincta Leuitæ vxor 81,b
superbia Caij 458,b
Susa vrbs vbi 194,e
Susacus Aegyptiorum rex Hierosolyma capit 154,c,d. prædatur 122,a
Sures Madianitarum rex 65,b
Suus filius Abrami è Chætura 14,d
Sybillæ testimonium de turri Babel 7,d
Syllæus Arabs Salomen amat, ambitum spe excidit 309, d. cladem Cæsari commemorat 312,d. Herodem accusat 312, d. accusatur 314, f. 320, e. ab Areta homicidij arguitur 320,e. damnatur 315,d
Syria occupata à Dauide 121,f
Syria à Salmanasare perlustratur 179, e. à Nabuchodonosoro inuaditur 185,a
Syrus miles magnanimus 554,c
Syri Dauidi resistunt, & vincuntur 123,c. in Deum contumaces ab Israelitis in campestribus vincuntur 161,c. Achabum vicerunt 161, e. panico terrore fugati 168, b. Iudæorum multitudinem perdit 473, à Iudæis cæsi 475,c
Syrorum ciuitates à Iudæis vastantur 472,f
Syrorum & Iudæorum seditio 381,b
Syris consueta supplicatio 161,e

T.

Tabernaculi situs 45, c. vasorum descriptio 46,d, e. ædificandi dona à principibus collata 44,c. 136,a. distributi significatio 45,e. & dedicatio 49,d. 298,f
festa tabernaculorum 51,a
tabulæ x. præceptorum in arca 46,e
talionis lex 71,a
Tanis ciuitas 328,d
Tanis vrbs 10,d
Tarichææ in Genesar à Vespasiano vincuntur 502, d. à Tito capiuntur 502,c
Tarichearum situs, munitio, obsidio 500,a. excidium 502,b
Teglaphalassar Assyriæ rex Israelitas abducit 177,a
temperantiæ obseruatæ vtilitas 190,d
templum flammis ac sanguine repletum 563, a. ædificari cœptum quando 143,b. à Salomone ædificatum 534,d. 603, d. à Iosia instauratur 183,a. incenditur 562,a. à M. Crasso spoliatur 416,c. inuito Tito exuritur 562,d
templum Hierosolymitanum obseratum 178,c. apertum 178,d
templi Hierosolymitani ornatus 596, b. lex 67,b. vasa à Nabuchodonosoro ablata, remittuntur 196,a. religio læsa 258,f
Tephthæus facibus in machinas Romanas cuolat 548,b
Terebinthus arbor 523,e
terminorum lex 68,c
Tero miles Herodis eximius 316, d. Herodem reprehendit 316, e. in carcerem præcipitatur 316,f. insidiarum regi structarum insimulatus cum Tryphone torquetur 317,a
Terra virgo vera 3,b
terræmotus in Iudæa 285,a. 428,d
testimonium lex 68,a
Tethmosis pater Chebronis 591,b
Tethmosis rex Aegyptiorum 597, f. pastores Aegypto eijcit 598,d
Thadamora vrbs à Solomone condita 148,c
Thamara apud Dauidis filia Abesalomum cælebs 126,a
Thamaræ sorori Amnon vim inferre studet 128,d
Thamnæ Esai concubina 20,f
Thamna oppidum tribus Ephremitidis 80,c
Thamnitensis vxor Sampsonis 89,b

Thapsa

Thapſa vrbs à Manaemo vi capitur 176,e
Tharbis Aethiopum regis filia Moyſi nubit 33,d
Tharrus pater Abrahami 9,c
Tharſus Pauli Apoſtoli patria 8,b
Thaumaſtus Caij ſeruus 346,f
Thebæ oppidum ab Abimelecho capitur 87,c
Thebanorum ciuitas à Tripolici ſcriptore inuaditur 597,c
Thebetus, menſis 202,e
Thecel quid 193,c
Thecuitis mulier pro Abeſalomo intercedit 126,e
Thella vicus Iordani proximus 484,b
Themanus Eſai filius 20,f
Thœnus cũ Dauide fœdꝰ pepigit 122,a
Theodectes docta 217,e
Theodotus Græcus de Iudæis 597,b
Theophilus Græcus de Iudæis 597,b
Theophilus pontifex Hieroſolymæ à Vitellio inauguratur 343,b
Theopompus Athenienſibus maledicit 597,c
Theopompus curioſus pœnas luit 217,e
Thermutis Pharaonis filia, Moyſen è mortis periculo eripit 31,f. ad regem ducit 32,c
Theudas pſeudopropheta à Fado punitur 377,d
Theudio 443,a
Thoba dux, Abimelechi ſucceſſor 87,d
Tiberias à Ioſepho recuperatur 393, b. 481,c. penè direpta 402,d
Tiberiadenſes arma corripiunt 387,b
Tiberienſes Ioſephum ſalutant 389,f eundem conuitiantur 400,a. intra mœnia à Ioſepho compulſi 400,c. minis terrentur 481,d. à Ioſepho carcere emiſſi 393,d
Tiberienſium conſilia 399,e. ſeditionis auctor Clitus punitur 393,c
Tiberius Alexander Fado ſucceſſit 377 e. filios Iudæ punijt 377,e
Tiberius Alexander Iudæos compreſſit 474,e. in vinctis audiendis negligentiam excuſat 345,e. Mathematicæ ſtudioſus 348,a. ſacerdotes in cruce agit 340, e. Iudæos Roma expellit 341,b. morbo affligitur 347, d. moritur 341, c. 348, c. ſepelitur 349,a
Tiberio Alexandro Cumanus ſucceſſit 377,f
Tigillinus homo nequiſſimus 522,c
Tigris Paradyſi fluuius 3,c
Timæus hiſtoricus de Thebanis maledicit 597,c
Timæus Iudæorum rex 590,c
Timotheus Iudæos angustia premit 218,a
Tiro miles Herodem iniuſtitiæ arguens, capitur 439,e
Tiro falſo accuſatus, & quæſtioni obiectus, moritur 440,a
Titus bis Iudæorum poſſeſſiones inuadit 406, e. Iapham capit 494,b. mittitur contra Iudæos 528,d. Giſcalam ſubigere conatur 506, e. à Giſcalæ ciuibus ſuſcipitur 507, d. hoſtibus clementiam probat 507,e. & dimicat 531, c. fugit 532, e. militibus reconciliatus, Iudæorum inſidias vlciſcitur 534, b. Hieroſolyma obſidet 539,d. Iudæum crucifigi iubet 540, d. à Simone fortiter impugnatur 541, b. Iudæos, quò vellet quiſque pergere, dimittit 546,a. miſertus Iudæorum, captiuis manus præſcindit 547,b,c. male à Iudæis audit, ibidem, d. populi Iudaici reliquias liberatum properat 550,b. Antoniam euerti iubet 555,f. ſacra celebrari vult 556,a. Ioannem increpans, templum Hieroſolym. ſeruare ſtudet 557,a. ignem templi Hieroſolymit. portis ſubijci iubet 561, a. transfugas occidere ſtatuit, at eos dimittens rectores ad ſe vocat: conſilium de templo proponens parcendum iudicat 561, b,c,d. ignem templi Hieroſolymit. extingui iubet 562,b. homines ad ſupplicium duci iubet 565,a. Iudæis vitam indulget 565,f. Iudæos confugientes ad ſe recipit 567, c. Hieroſolymam ingreſſus turres fortunæ ſuæ monumentum relinquit: armatos interfici iubens, latronibus ac ſeditioſis occiſis, iuuenes per prouincias diſtribuit 568, c,d, e. funditus erui Ieroſolym. mandat 569,d
Titus militibus fortibus præmia donans, ſacra pro victoria celebrat: & legionem è Syria profligat 570,b, c. natalem Veſpaſiani celebrat 571, b. à Vologeſo auream coronam accipiens Iudæos ciuitate expellit 573,d, e. Simonem & Ioannem ad Italiam portari mandat 574,a, b. turrim in Iudæos fieri curat 580,f
Titi Cæſaris erga Iudæos miſericordia 405,e. erga Ioſephum clementia 497,d. pro inertia ducitur 542,c. fortitudo 532,d. pietas 550,b. 560, d. imperium 564, e. de vita futura opinio 554,a
Tito defuncto, Iuſtus ſuam hiſtoriam prodit 401,e
Tobiæ filij Ioſephi virtutes 220,a
Traianus Iapham expugnat 493,e
Trachon regio 430,c
Trachonitæ Herodem Cæſari inimicum eſſe, gaudent 312,e. ab Herode trucidantur 311,f
Trachonitæ dedititij violenté circuncidi, à Ioſepho vetantur 390,e. dimittuntur 392,e
Trachonitarum defectio 311,e
Trachonitis Herodi tribuitur 295,d
tranſiordanenſes aram erigunt 79,c
Tripolici ſcriptor 597,c
Troglodytarum gens vnde 14,d
Troglodytarum mos 33,f
Tryphon Alexandri filium Antiochum Hieracem necat & imperio potitur 244,b. Antiocho regnum aſſerit, 239,f. ab eodem Antiocho deficit 242,c. ab Antiocho Sotere ſuperatur 244, c. Demetrium prælio ſubigit 240, c. à Simone oppugnatur 244, a. quæſtioni obiectus 440, a. Ionatham occidit, 242,c. 408,d. Simoni imponere ſtudet 243,c
Tryphon torquetur 317,a
Tryphonis vrbs Abaris 598,c
tyrannidis incommoda 364,a
tyrannorum in cloacis ſpes & cædes 566,f. crudelitas 406,f. Ieroſolym. timor 567,e
Tyrannus Herodis ſatelles honoratur 313,e
Tyrij à Salmanaſare vincuntur 179,e. à Simone opprimuntur 228,b
Tyriorum annales 591,e
Tyriorum deus Baal 171,e
Tyriorum impudentiam Veſpaſianus culpat 403,d
Tyriorum tyranni auxilio Antigonus regnum repetit 269,b
Tyropæon vallis 534,d
Tyrreni dicuntur Romani 604,d
Tyrus ab Alexandro expugnatur 211,a
Tyrus à Nabuchodonoſoro obſidetur 594,b

V.

VAlatha caſtellum 319,b
Valerianus Decadarchus populũ reconciliaturus Tiberiadem à Veſpaſiano mittitur 499,d
Valerius Aſiaticus 367,e
Vallis locus 54,f
Vardanes Izatæ bellum indicens cæſus 376,e

Varus Syriæ præfectus 322,c. ſeditionis autores punijt 331,c.452,b. Sabino ſuppetias fert 333,b. Iudæos incuſat 333,c. literas ferentem iniquè tollit 387,f

Varus Iudæos occidit 388,a. & crucifigit 451,c. Samaria potitur 451,f. latrones abigit 430,c. nobiles viros quot occidit 474,b

Vaſte Artaxerxis vxor contumaciæ accuſatur 204,f. atq; à rege repudiatur 205,a

velum Babylonium 537,c

Venerea lex 53,b

veneficij lex 71,b

Ventidius Romanorum dux, Antonio pecunias extorquet 474,a. Parthis contrarius 275,c. in Parthos miſſus 424,e. Herodi copias miſit 425,b

Veranius tribunus plebis 366,f

veritate nihil validius 198,c

Veſpaſianus Tyrum veniens eorum impudentiam arguit 403,d. Ioſephum honorat 403,f. Imperator declaratur 406,d. nunciatur 527,a. à Nerone ad exercitus mittitur exercitum ducens benignè ſuſcipitur 483,e. Gadaram expugnat 487,f. Iotapatam obſidet 489,c,d. Iudæos repellit 490,e. vulneris dolore ſuperato bellum in Iudæos incitat 491,f. turres ferro obductas erigit 493,d. Samaritas infeſtat 494,d. Ioſephum muneribus fouet 498,a. exercitum Ioppen mittit 498,c. in Cæſaream migrat 499,b. nauale prælium contra Tarichæas inſtituit 502,c

Veſpaſianus Gamalam obſidet 503,e

Veſpaſianus à ſuis relictus 504,d

Veſpaſianꝰ arcē Gamalæ obtinet 506,a. contra hoſtes incitatur 517,e. mortem Neronis cognoſcit 522,c. Iudæam inuadit 524,c. Imperator inuitus fit 526,b. Ioſephum captiuitate liberat 527,a. Imperator prædicatur 528,c. Galileam excidit, & ex bello Iudaico imperium adeptus eſt 545,c. templum paci ædificat 575,d

Veſpaſiani pudicitia, & modeſtia 528,a. clementia 578,c. ornamenta, vota, prandium, & triumphus celeberrimus 574,c,d

Veſpaſiano defuncto Iuſtus hiſtoriam prodit 401,e

Veſpera, quæ diei pars 2,e

veſtitus lex 72,c

Vetezobræ notatio 560,b

viæ regiæ ſilice ſtratæ 150,b

viatores cibandi 68,f

vicorum direptio 523,a

victima cælitus inflammata 94,e

victoria in quibus conſiſtat 11,a-255,f. 226,c

victoriæ lex 72,b

victoriæ ſimulachra 575,b

vindemiæ lex 68,e

vini immoderati energia 197,c

virga in draconem conuerſa 34,d

virginem vi opprimentis pœna 613,a

virtus libertatis effectrix & altrix 364,a

cum Virtute res gerendæ 286,b

virtutes regiæ imprimis ſubditis declarandæ 111,

vitæ humanæ terminus poſt Moyſen 9,d

Vitellius Syriæ præſes Hieroſolyma peruenit: ſtolam pontificiam ſacerdotibus tradens, Ionathæ pontificatum confert 341,d,e. Artabanum occidere conatur 342,a. ab Herode conuiuio excipitur, ibidem, b. Theophilum pontificem conſtituit 343,b. Romam pro caſtris habet 525,e. luxuriatur & occiditur 522,d. 528,c

vitis aurea 257,a

vltio aquilæ aureæ direptæ 449,a

vna dies pro prima die 2,f

vnguentum ſanctum 49,c

Vologeſus rex Parthorum auream coronam Tito dat 573,e. Izati contrarius 376,f. eidemq; bellum infert blaſphemus 377,a

Volumnius Syriæ præſes 312,b. eius in Herodis filios ſententia 316,c. 439,c,d

votum Iacobi 17,a

vota Deo facientium conſuetudo 465,a

Vra Chaldæorum vrbs 9,d

vrbis ſacræ lex 67,b

vrbem quis primus condiderit, & inſtituerit 4,d

Vrias è caſtris vocatus 123,e. mortuus Dauidi nunciatur 124,c

Vriæ literæ 123,f

Vſes Arami filius 9,b. Damaſci conditor 9,b

Vſis Dani filius 29,c

vſura prohibita 613,c

vxores quando & quales ſint ducendæ 69,c

Vxus filius Nachoris è Melcha 9,d

Vzalis Iuctæ filius 9,b

X.

Xaloth vicus 484,b

Xanticus menſis 5, d. 36, e. 37,b

Xerxes Darij filius rex Perſicus 201, d. Iudæis commeatum ſuppeditat 203,d

Xerxis ad Eſdram literæ 201, e. in Iudaicam gentem beneficentia, ibidem, d

Xerxi mortuo Artaxerxes filius ſuccedit 204,d

Xylophorias feſtiuitas 471,b

Z.

Zabelus Arabum dynaſta Ptolemæo, Alexandri caput mittit 239,b

de Zabido Apionis mendacium 608,c

Zabros Gadis filius 29,e

Zabuda Ioacimi mater 184,f

Zabulon quid ſignificet 18,c

Zabulon Iacobi è Lia filius 18,c

zabulonitarum ſors 78,c

Zabulon Galileæ ciuitas 475,b

Zachanus Nachoris è Melcha filius 9,d

Zacharias Amphicali filius 512,a

Zacharias Hieroboami filius Iſraelis rex occiſus 176,d

Zacharias Amiã Achazæ fil. interemit 177,d. ſupremus Iſraelitarum dux

Zacharias Ioadi pontif. filius in templo lapidari iubetur 173,d

Zacharias prophetа populum confirmat 200,c

Zabeucus Locrorum legislator 610,d

Zambrias quis 64,b,f

Zambriæ contra Moſem oratio 64,c. interitus 64,e

Zamares Iſraelitarum rex 157,d. ignoscit 157,d

Zamaris relictis filijs moritur 319,d

de Zamari Iudæo Babylonico 319,b

Zara Iudæ filius 29,d

Zaræus Aethiopum rex ab Aſano profligatur 156,d

Zebellus Galis conatus aperuit, 87,a

Zebis dux Madianitarum 86,b

Zelotæ impij 579, c. ſupprimendi 13,b. ſuo periculo cruciati 514, d. rapiunt Simonis Gioræ vxorem 524, a. vrbem profanant 524,c. templum occupant 525,c

Zelotarum crudelitas 516,b.517,b.diſſidium 525,a.ſcelera 516,c
zelotypiæ lex 53,a
Zelotypus Pheroram apud Herodem accuſat 308,c
Zelpha Iacobi ancilla 18,b,29,d
Zenbranes Abrami filius è Chætura 14,d
Zeno philoſophus 609,d
Zeno Cotyla apud Philadelphenſes tyrannidem inuaſit 245,a
Zenodorus qui vixerit 295,& interierit 296,a
ad Zeuxidem Antiochi epiſtola Iudæos laudans 219,d
Zibus rex Madianitarum 86,a
Zipha vrbs à Roboamo condita 153,c
Zipheni Dauidi proditores 109,c
Zizus Philippi ſocius Arabum princeps 252,b
Zoar Simeonis filius 29,d
Zoilus Doræ tyrannus 249,b. Ptolemæi opem implorat, & capitur 249,c
Zoor, locus 12,d
Zophonias Gadis filius 29,c
Zopyrion Græcus de Iudæis 597,b
Zorobabel Salathielis filius Hieroſolymorum 199,b. Darium adit 197,b. altare erigendum inſtituit 199,c. popularibus libertatem nunciat 198,f

FINIS.